¶ Verum vt argumẽtũ prime egloge a quo totius operis fere dependet intentio latius explicemus addamus ad ſeruium Mãcinelli verba: que hec ſunt poſt Craſſi Brutiq̃ necem philipenſi clade acceptam Marcus Antonius in Aſiam: Caius Ceſar veteranis agros & vrbes diſtributurus in Italiam conceſſit: vt Liuius lib. cxxv. & appianus lib. v. bellorum ciuilium ſcribunt. Probus autem illis non conuenit: ſcribit enim agros diuiſos veteranis ab Auguſto poſt bellum actiacum. Ego tamen prioribus crediderim. Hec ille In quibus qui p Caiũ Ceſarẽ Iulium intellexerit longe errauerit. Nã ſi triennio Buccolica ſcripſit Maro. quo tempore Iulius in philippicis Pompeiũ fudit nondum ſcribere inceperat: cum tamen eius mortis & in daphnidis nomine et expreſſe meminit dicens. Ecce dionei proceſſit Ceſaris aſtrum. verum quidem eſt Iulium quoq̃ veteranis agros diſtribuiſſe ſed colonos non exturbaſſe vnde in vita eius Suetonius vbi de premijs veteranis ab eo exhibitis loquit̃: dicit. Aſſignauit et agros ſed non continuos ne quis poſſeſſorum expelleret &c. Neq̃ mancinellus de iulio intendit quia non Iulius Caſſium & Brutũ occidit. ſed ab illis occiſus eſt Reprehẽdit ergo Probũ in hoc qđ dicit poſt Actiacũ bellũ factum in quod poſt philippẽſe geſtũ erat. ſed noueris Octauiũ Auguſtũ et C. Ceſarem dictũ quia vt auctor eſt Trãquill⁹ in vita Ceſaris ipſe Caium Octauiũ etiam in familiam nomẽq̃ adoptauit: vnde Luciusflorus in epitomatis liuianis ipſum Ceſarem vocat dicẽs ĩ epi. li. cxxv. Cai⁹ Ceſar relicto Antonio trãſmarine

SERVII Mauri Honorati grammatici in bucolica Maronis commentariorum Liber

Bucolicũ vnde Bucolici origo.

BVCOLICA vt ferunt inde dicta ſunt a cuſtodia boum. id eſt απο των βουκολων. Præcipua em̃ ſunt animalia apud ruſticos boues. Huius autem carminis origo varia eſt. Nam alij dicunt eo tempore quo Xerxes Perſarum rex iuaſit græciam: cum omnes intra muros laterent. nec poſſent more ſolito Dianæ ſacra perſolui: perueniſſe ad montes Laconas ruſticos: et in eius honorem hymnos dixiſſe: vnde natum carmen Bucolicum ætas poſterior elimauit: Alij dicunt Oreſtem cũ Dianæ faſcelidis ſimulacrum raptũ ex ſcythia adueheret ad ſiciliam tempeſtate delatum completo anno. Dianæ feſtum celebraſſe hymnis colectis nautis ſuis & aliquib⁹ paſtoribus conuocatis: & exinde permanſiſſe apud ruſticos conſuetudinem. Alij non Dianæ: ſed apollini Nomio conſecratum carmẽ hoc volunt quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij ruſticis numinibus a paſtoribus dicatum hoc aſſerunt carmen: vt Pani Faunis ac ſatiris & hic eſt huius carminis titulus. Qualitas autem hec eſt. ſcilicet humilis character. Tres enim ſunt characteres humilis: medius: grandiloquus: quos omnes in hoc inuenim⁹ poeta. Nam in æneide grandiloquum habet in Georgic. medium. in Bucoli. humilem pro qualitate negociorum & perſonarum. Nã perſonæ hic ruſtice ſunt ſimplicitate gaudentes. ſcilicet a quib⁹ nil altum debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmen bucolicum. Debet quarto pede terminare partem orationis qui pes ſi ſit dactylus meliorem efficit verſum: vt Nos patriæ fines & dulcia. Primus etiam pes ſecundum Donatum dactylus eſſe debet & terminare partem orationis: vt Tityre: quam legẽ Theocritus vehementer obſeruat: vergilius non adeo. Ille. n. paucis verſibus ab iſta ratione deuiauit hic eam in paucis ſecutus eſt. Terentian⁹ cum de hoc metro doceret Plurimus hoc pollet ſiculæ telluris alumnus: Noſter rarus eo paſtor Maro. Intentio poetæ hæc eſt vt imitetur Theocritum ſyracuſanum meliorem Moſco et caeteriſq Bucolica ſcripſerunt: vnde eſt Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu Noſtra neq̃ erubuit ſyluas habitare thalia. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Auguſto: vel alijs nobilibus: quorũ fauore amiſſum agrum recepit in qua re tantum diſſentit a Theocrito. Ille eñi vbiq̃ ſimplex eſt. Hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras quas perite plærumq̃ etiam ex Theocriti verſibus facit: quos ab illo dictos conſtat ſimpliciter hoc autem fit poetica vrbanitate. ſic Iuue. Actoris arunci ſpolium Nam vergilij de haſta dictum figurate ad ſpeculum tranſtulit. Et cauſa ſcribendorum Bucolicorum hæc eſt. Cum poſt occiſum. iij. Idus. Martias in ſenatu Cæſarẽ auguſtus eius filius contra perſecutores patris & Antonium ciuilia bella mouiſſet: victoria potitus cremonenſium agros qui contra eum ſenſerant militibus ſuis dedit: qui cum nõ ſufficerent etiam Mantuanorum iuſſit diſtribui non propter culpam ſed Propter vicinitatem: vnde eſt Mãtua væh miſeræ nimium vicina cremonæ. Perdito ergo agro Vergilius Romam venit. & potentium fauore meruit vt agrum ſuum ſolus reciperet: ad quem recipiendum profectus ab Ario centurione: qui eum tenebat pene eſt interemptus: niſi ſe precipitaſſet in Mincium: vnde eſt αλληγορικωσ Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. Poſtea ab auguſto miſſis triumuiris & ipſi integer ager redditus eſt: & Mantuanis pro parte hinc eſt q̃ in prima æglogа legimus recepiſſe agrum poſt ea eum querulantem inuenimus: vt Audieras & fama fuit ſed carmina tantum Noſtra valent licyda tela inter martia quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Nec numerus hic

Qualitas carminis

Decorũ Bucollici carminis

Intentio poetæ

Cã ſcribẽdi bucolici

In P. Vergilij opera Preanotamenta.

Numer° librorum. numerus hic dubius eſt:nec ordo librorum. Quippe cũ vnus ſit liber:De æglogis tantum multi dubitant. Quæ licet.x.ſint incertum tamen eſt quo ordine ſcriptæ ſint. Plærique duas certas volunt ipſius teſtimonio vltimam: vt exeremũ hunc & primam vt in Georgi. Tityre te pa- tule cecini ſub tegmine fagi. Alij primam illam volunt: Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu. ſed eſt ſciendũ ſeptem æglogas eſſe meras ruſticas quas Theocritus.x. habet. Hic in tribus a Bucolico carmine. ſed cum excuſa tione diſceſſit: vt in genethliaco Salonini: in pharmaceu tria: & in Sileni Theologia: vel vt ex incertis altioribus rebus poſſet placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poetæ vitam in æneide diximus. Operis expla natio in ſequentibus comprobabitur. Sane ſciendũ Ver- gilium .xxv. annorum ſcripſiſſe Bucolica. Vnde etiam

Aetas Vergilij. ipſe in fine Georgi. Audaxque iuuenta: Tityre te pauule cecini ſub tegmine fagi: & dicit donatus quod etiam in poetæ memorauimus vita in ſcribendis carminibus na- turalem ordinem ſecutum eſſe Vergilium. Primo enim paſtoralis fuit in montibus vita. Poſt agriculturæ amor inde bellorum cura ſucceſſit. Notãdum quoque Bucolica vel Georgica cum apud græcos in fine habeant accentũ: apud nos in tertia a fine habere. Nam vt in vltima ſit la tinitas. vetat vt in penultima non ſit breuitatis efficit ra tio. Etiam hoc ſciendum & perſonas huius operis ex ma iori parte noĩa de rebus ruſticis habere conficta: vt Me-

Melibœ°. libœus ο τιμελει αστω των βοων. i. qui curam gerit boũ: quod

Tityrus. Tityrus dicitur aries maior. Nam laconum lingua Tity rus dicitur aries maior: qui gregem anteire conſueuerit:

Pãphilus. ſicut etiam in comœdijs inuenimus. Nam pamphil° eſt

Glicerĩũ. totus amans. Glicerium quaſi dulcis mulier Philomela amabilis. Perſonæ ſicut ſupra dixi ruſticæ ſunt & ſimpli citate gaudentes. Vnde in his nihil vrbanum: nihil decla matorium inuenitur: ſed ex re ruſtica ſunt omnia nego- cia: comparationes: & ſi qua ſint alia. Hinc eſt quod annos a fructibus computat vt Poſt aliquot mea regna videns

Ariſtæ. mirabor ariſtas. Hinc etiam illæ comparationes ſunt. Nã neque me tantũ venientis ſibilus auſtri: Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora: nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumi na valles.

tonio tranſmarine prouincie ex parte imperij ei ceſſit: reuerſus in italiam veteranis agros diuiſit. ſeditiones exercitus ſui quas correpti a Fuluia Marci Antonij vxore milites contra imperatorem ſuum concitauerant cum grãdi periculo inhibuit. Lucius Antonius Conſul Marci Antonij Frater: eadẽ Fuluia conſulẽte bellum Ceſari intulit receptis in partes ſuas populis quorum agri veteranis aſſignati erãt &c. Addamus ad hec Suetonij verba ita de bello philippenſi in vita Auguſti diſſerentis. Parti tis poſt victoriam officijs quũ Antonius oriẽ tem ordinandum: ipſe (Auguſtus ſcilicet) ve teranos in Italiam reducendos & municipali bus agris collocandos recepiſſet: neque vetera norum neque poſſeſſorum gratiam tenuit. Al- teris pelli ſe alteris non pro merito ſe tractari querentibus. Sed argumentum relictis amba gibus repetamus.

AEgloga &c. Octauius Auguſt° Ce ſar qui (vt Suetonius ĩquit) nihil conuenientius duxit quam C. Iulij Ce ſaris maioris auunculi ſui necem vindicare: tuerique acta ĩter quinque ciuilia bella ſecundum ĩ philippis cõtra Caſ- ſium & Brutũ Ceſaris percuſſores geſſit: eoſque adiutus ab Antonio fudit poſt quam victo- riam excitato iam in ſe Marci Antonij odio veteranos (ideſt qui iã multos annos ſub ſa- cramento ſeu iuramento militauerant) in Ita liam ad diſtribuendos illis tranſpadanorum agros reduxit: in qua diſtributione non ſatis equa militibus viſa: & colonis nimirum ini- quiſſima: & militum & colonorum odium ĩ- currit vſque adeo vt hortãte Fuluia Marci An tonij triumuiri (ideſt qui vnus ex tribus erat qui rempub. regebant) coniuge: Lucius Anto nius Marci frater: cum militibus & colonis illi bellum ĩtulerit: ſed capto peruſio & lucio ad deditionem coacto Auguſtus cremonen- ſium precipue qui lucio adheſerant agros militibus ſuis addixit: qui cum non ſufficerẽt adiecti ſunt nõ- nulli Mantuanorum agri non propter culpam: ſed propter vicinitatem: vnde poeta dicturus eſt. Mantua ve miſere nimium vicina cremone. Inter quos Vergilianus ager Claudio aut potius Ario militi addi- ctus fuerat: donec ab Aſinio pollione: Alpheno. Varro & Cornelio Gallo quibus in Bucolicis vtcunque gratias refert. Auguſto commendatus ſuorum recipiendorum auctoritatem haberet: quam vt Ario oſtẽ dit ab eo interemptus fuiſſet ni ſe in mintium fluentum proximũ precipitem dediſſet: vnde eſt: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat: ſed primam eglogam iam quaſi ſecurus condidit. Ordo verſiculorum noſtrorum

Argumẽtum primę eglogæ.

Ordo.

eſt. Prima egloga: ideſt prima paſtorum cantilena: qua. ideſt in qua Tityrus laudat auctorem ſui oci: pro ocij (ſicut ad finem Georgico. Parthenope. ſtudijs florentem ignobilis oci) videlicet Auguſtum: canit. i. carmine Bucolico deſcribit Melibeum profugum: ideſt a patria fugientem & querulum. ideſt miſere la- mentanten de expulſione ſui. Vnde duo propoſuiſſe videtur in prima egloga poeta & pro agris ſuis quos receperat gratias agere: & pro reliquorum Mantuanorum recipiendis per commiſerationem intercedere

Intentio poetæ.

In toto autem opere conſtituit Theocritum imitari & paſtorum mores explicare. Cetera Seruius docet.

A patria fugiens Melibœus forte ſub vmbra
Tytiron inuenit cantantem carmina amicæ.
Quapropter miratus ei ſua damna recenſet:
Auctoremq; ſui declarat Tytirus oci.



Iodoci Badij Aſcenſij ſubſequentis particulæ Argumentū atq; explanatio.

ASCEN. TITYRE tu patule. Totius egloge Argumentū iam declarauimus: huius autem particule tale eſt. Melibeus paſtor qui interpretatur curā boum diligens aut gerens in ꝑſona omnium mantuanorū inſontiū & ob vicinitatē dumtaxat ꝓfligatorū. uidens Tityron quaſi ceterorū ductorē (Interpretatur enim aries maior qui toti gregi p̄ire ſolet) ꝓpter reſtiſutos agros ſecurū ſub tegmine fagi recubantē. Ah (inquit) Tityre: tu quidē eufortunatus es: qui in medio diuitiarū tuarū recubans tanta animi ſecuritate donaris ut amice cantilenis indulgeas: at nos eque actu inſontes patrijs finibus extruſi: tā diram militū ſeuitiā illic tulimus: vt ſatius ſit patriā fugere in luctu & gemitu ꝙ illic imorari: dum tu lentus in vmbra doces ſiluas reſonare amaryllida formoſam amicam tuā. hoc dicit. Vt aūt ordinē facilius colligam⁹ referemus ſub oculos mētis Melibeū Tityri familiarē amicum ab agris ſuis expulſum ꝑ eā regionē fugitātem in qua Tityrus ſub fago amice ſue cantilenam meditabatur: atq; interfugiendū ipſum illic offendiſſe atq; ſic allocutū Tityre tu patule &c. Verū vt habitū quoq; noſcas: induet veſte paſtorali ad fugā ſubducta: trahetq; altera manu capellā: altera pedum tenens: & ſarcinule nō nihil in collo ferens gregem autem caprarum ante ſe minans. **Argumentum.**

Ordo. Ordo eſt loquente Melibeo & familiariter ac amice Tityrum ꝓprio nomine compellante ſic. Tityre: amice: videlicet ac note: tu recubans. i. ocioſus & ſecurus ad luxū ꝓſtratus: ſub tegmine. i. tegumento ac defenſione a calore ſolis: fagi. i. iſtius arboris tue glandifere: hoc eſt frugibus aruorū tuorū gaudens: meditaris. i. attēto animo exerces: muſam. i. cantilenā ſylueſtrem. i. qualē ſylueſtres: hoc eſt ſecuri meditari ſolent: auena. i. fiſtula ex culmo auene: tenui id ē gracili artificioſe ac delicate inflanda. i. tot⁹ ſecurus amorib⁹ tuis in medio poſſeſſionū tuarum indulges. Nos i. ego & mei ac noſtri ſimiles linquim⁹ fines i. cōfinia & limites ac vltimos terminos patrie. i. regionis que nos peperit. i. natalis ſoli: & pro. i. dulcia arua. i. terras proſciſſas & aratas hoc eſt cultiſſima (vt dicturus eſt) noualia: imo inquit quod plus eſt: nos fugim⁹ patriā: ꝓpter afflictionē que nobis a militibus illic infert̄: verū tu Tityre exiſtens lentus. i. ꝓſtratus & flexus ac ocioſe recubans ī vmbra. ſ. fagi tue. doces ſiluas. i. loca ſilentia: qđ magni ocij indiciū eſt: reſonare. i. ſonitu per echo referre ac repreſentare: amaryllida. i. carmen de amica tua ſplendida: quam accepi te nūc deperire: verum longe plus pōderis habet qđ dicit amaryllida: ꝙ ſi diceret carmen de amaryllide. Amatorie enim dictū eſt. Nā qui amant amati nomen ſepe repetunt: itaq; referebāt ſilue amaryllida: eo ꝙ eam vocem ſepe acceperāt. De echo & amaryllide legiſtis iam Mancinellum. Sed tamē aperiemus rē latius. Singula enim vocabula emphaſim quādā ac vim ꝓprie ſignificationis habent: & cū ſtilus ſit exilis ac gracilis: nihil tamē artis p̄termiſſum quod ad excitādā miſerationē faciat. Nā ſtatim in principio vtitur contentiōe: q color rhetoricus habens fieri quoties ſententie inter ſe cōtendunt: ac fere contrarie ſunt: multū elucidatiōis atq; ornat⁹ affert: hic autē totum principium in cōtentione eſt. **Cōtentio.** Nam & nomina quaſi antitheta ſunt. i. contrapoſita inter ſe quodāmodo: Tityrus enim. i. aries preuius videt̄ neglecto grege quoquouerſum quo impetus trahat diuagari: at Melibeus. i. diligens boum cuſtos: nihil gregis ſui pretermittit: vnde inqt. Etiā hanc vix Tityre duco. Nihil autēmagis cōtendit **Antitheta.**

Publij Vergilij Maronis Mātuani Vatis Bucolica: Cōmentarijs Seruij Mauri Honorati & Probi celeberrimi grammatici necnon Antonij Mancinelli Veliterni: & Iodoci badij aſcēſij: dilucide explanata.

Argumentū Aſcēſianū in Tityron Vergilij Aegloga prima: ſui qua laudat Tityrus oci Authorē: profugū querulūq; canit Meliboeum Interlocutores ſunt Meliboeus & Tityr⁹. ME.

Me. Tityre: tu patulæ recubās ſub tegmine fagi:
Syluestrē tenui muſam meditaris auena:
Nos patrie fines: & dulcia linquimus arua:
Nos patriā fugimus: tu Tityre: lentus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida: ſyluas.

Seruij Mauri Honorati Grāmat. ī Buco. Verg. īterp̄ta.

SER. Tityre tu patulæ. PASTOR inducitur ſecurus & dare operam cantilenæ ſub arbore recubans. Alter qui cū gregibus ex ſuis pellatur finibus. Tityrū aſpiciens ſic alloquit̄. Tityrum autem pro Vergilio accipiamus non vbiq;: ſed vbi ratio exigit. Dixit aūt ſub fago allegorice. i. ſub arbore glandifera quæ fuit victus cauſa. Antea enim homines glādibus Veſcebantur. **Fagus.** Hinc fagus ἀπὸ τοῦ φαγεῖν . i. comedere. Ergo ſub fago iaces. i. tuas retentas poſſeſſiōes: qbus aleris vt olim fago alebant̄. Patulę: ꝓprie quod ſemꝑ patet dicitur patulūm: vt nares: arbor. **Patulum.** Patēs quod aperitur & clauditur: vt oſtiū & oculi. **Patens.** Muſam. i. ruſticū carmē. Tenui auena. i. culmo/ſtipula. Vnde ruſtici cantare cōſueuerunt/ſic alibi. Stridenti miſerū ſtipula diſperdere carmen. Tenui: humilē ſtilum indicat quo hic vtitur. Meditaris per antiſtichon ab eo eſt quod græci μελετῶ dicunt. l. enim & d. inuicē cedunt: vt ſella pro ſeda. Fugim⁹ plus eſt ꝗ relinquimus. Sic Hora. Teucer ſalamina patremq; cum fugeret. Lentus. ocioſus: vt qui nūc lenti cōſedimus aruis. Reſonare do. a. ſyl. carmen tuum de amaryllide compoſitū doces ſyluas reſonare/intelligimus autē melius ſimpliciter & nō allegorice vt aiunt quidam: qui dicūt tu carmen de Roma cōdis. Plus enim ſtupet Meliboeus ſi ita ille ſecurus eſt: vt tantum de ſuis amoribus cantet.

Antonij Mancinelli Veliterni in Buco. Vergi. commentarij.

Man. Tytirus. Tityre. Tityr⁹ mercēnarij paſtoris nomē a Theocrito ſumptum. is enim ægloga tertia inquit Tityre laſciuas virgultis paſce capellas: & in vltima. Tityrus aſt illic miſeros cantabat amores Daphnidis. Hircus autē libyca lingua Tityrus appellatur: vt Probus aſſerit: & Meliboeus curā boum diligens. Scribit idē ꝙ Maro ꝑ allegoriam facit ſe eſſe Tityrū: &

q̃ hunc recubantē ſub tegmine fagi cantile-
nis indulgere:at illum profugū a patria:igna
rum quo ſe recipiat : ſarcinulis ac miſera pe-
Ceteri co- cude infeliciter depreſſum:ſub faſce ingemi
lores. ſcere.Eſt p̃terea hic (vt Landinus ãnotauit)
expolitio:quia eadē de re ſepius dicit. Eſt &
repetitio nã nos in principio clauſule repe-
titur.Eſt ad hoc interpretatio que ſepe affert
magnum augmētū rei. Nam interpretaẽ fi-
nes patrie eſſe dulcia arua que res mouet cō-
miſerationē.Eſt quoq; cum dicit tu recubãs
meditaris:euocatio etiã pueris nota . Sed vt
vim ſermonis etiã pueri intelligãt ſingulas
voculas ab origine reperamus. Tityrus igiẽ
Tityrus licet ſecundū ꝓbum lingua libyca hircus di
catur:tamen non minus quadrans nec minꝰ
recipienda eſt Seruiana interpretatio dicens:
quia aries maior eſt qui gregem anteire con
ſueuerit.id enim ei loco congruit: vbi poeta
ꝑ allegoriam de ſe loquens ait.Ipſe aries etiã
nūc vellera ſiccat.Quo circa licet apđ Theo
critū Tityrus mercēnarij paſtoris nomen ſit
vt Mancinellus attulit:ſicut & apud autho-
rem noſtrum alibi vbi dicet Tityre coge pe
cus:& iterū Tityre dū redeo (breuis eſt via)
An tityrꝰ paſce capellas : tamē hic maximopere reſpi-
ſemper cit ad etymologiam quã diximus:non enim
Maronē mercēnarij:ſed eiꝰ q in ꝓpria poſſeſſione re-
hic ſigni- cubet ſignificationē habet . Nã vt ſeruiꝰ di-
ficet. cit Tityrū ꝓ Vergilio accipiemꝰ nō vbiq;:

Meliboeū Corneliū Gallū:qui admiraẽ ꝙ Vergilius ſolꝰ
agros retinuerit.Patulæ:apertæ & late patētis. Patulum Patulus
bouē Plautus appellabat cuiꝰ cornua diuerſe ac late pate
rēt:vt Feſtus edocet.Recubans/iacens:quieſcens: iacens
aūt ſemi ſupinus/ſedens intelligendum;qua quidē voce
magnam Tityri ſecuritatē.& requiem innuit:Cū iaceret
omni ſpreto timore.Sub tegmine ſub vmbra . hinc ait
poſtea. Tu Tityre lentꝰ in vmbra.Fagi:phagos gręce la- Phagus
tine vorax dicit:phago autem comedo.Hinc fagus: vel
phagus arbor glandifera:ꝙ olim glandibus veſcerētur.
Non tamē ab re hic ſub tegmine fagi inqt.nã & in agris
Maronis fagus erat:vt patet ęgloga nona . Silueſtrē mu- Muſa.
ſam:ruſticū carmē:muſa enim cãtus dicitur/muſizo can
tu contendo Tenui auena:ſubtili calamo:aut fiſtula vel
ſtipula ꝑ quod gracile dicēdi genus oſtendit. Meditaris:
meditãdo canis/exponis/exerces.Nos patrię fines.Nos
patriã fugimus:anaphora eſt.i relatio:de qua legito no- Patria
ſtrum carmen de figuris . Dulcia arua.Oui.li.i.de ponto dulcis
ait.Neſcio qua natale ſolū dulcedine cūctos Ducit:& im
memores nō ſinit eſſe ſui.Nos patriam fugi.Præ dolore
idē ſæpiꝰ repetit.Lentus: ſecurus & ocioſus authore No
nio.Amaryllida:a tertia Theocriti ęgloga ſumptum no
mē & argumentū:eſt enim ibi:Canto ego blãditias: ſteri
leſq; amaryllida ſyluę.Recinūt.Amarigma autem ſplen
dor dicitur.Amariſſo luceo:Reſonare:ꝑ echo.ſ.echeo.n.
reſono dicitur.Echo ſonus. Oui.lib.iij.metamor. ſcribit Echo.
Echo nymphã fuiſſe:reſtitiſſeq; ei vocē ſolum &oſſa:oſ-
ſaq; lapidis figurã traxiſſe:vocē manere:qua ſyluis latet
omnibuſq; auditur.nã ſonus eſt qui viuit in illa.

ſed vbi ratio exigit:Probus quoq; dicit Tityrū eſſe Maronem:& Melibeū Cornelium gallū. Cur autem
non ſemper:manifeſta videtur quibuſdã ratio quia cū ſe in fine Georgicon in audaci iuuenta dicat Bu
colica ſcripſiſſe:nō conuenit inquiunt eius perſone quod dicet:Cãdidior poſtq̃ tondenti barba cadebat:
& iterum fortunate ſenex &c.At ſi percūcteris quomodo excuſetur ea confuſio perſonarum ſub vno no
mine: dicãt patris & filij:quibus vnū fuit nomen(quia vterq; Maro dicebatur)quodãmodo vnã eſſe ꝑ-
ſonam:vnde fictione iuris nō aditam ſed continuatã in filio dicimus poſſeſſionē.Patri ergo per interceſ
ſionē filij reſtituta eſt poſſeſſio.Eſt & alia inquiunt cur non ſemꝑ ſe per Tityrum ſignificet ratio: ne vi-
delicet hiſtoriã omnino contexere videatur.ſed vt ſuis locis declarabimus.Tityrus hic vbiq; Vergiliū
Tu recu- ſignificat nec eius barba dicitur candidior:nec ipſe tūc ſenex.Tu aūt pronomen nunc recte exprimit vbi
bans excludit quia nos patriã fugimus.Patulū quoq; plus eſt q̃ patens vt in regulis dicam. Recubans autem
Cubo. ſibi indulgentē ac plane ſecurū notat:nã recubans quodãmodo ꝓſtratus eſt in molli videlicet ſtrato:vñ
in euãgelio de triclinio diciẽ.Amant primos recubitus.Notū eſt quia cubo in cōpoſitione ſi in aſſumat
In. Sub. fiat tertie.ſi nō:maneat prime vt incumbere & recubare.Sub tegmine.Signanter dicit ſub tegmine & in
Tegmen. vmbra:nam nō erat in tegmine:hoc eſt in cōtextu ramorum fagi ſed ſub ipſo:erat tamen in vmbra que
ipſum cōtinebat.Tegmen a tegendo diciẽ:in quo vocabulo tutela denotaẽ.Fagi manifeſta eſt ſignifica-
Fagus tio.nam vt Seruius dicit apo tu phagin.id eſt a comedendo deduciẽ.vnde & φαγοσ hoc eſt phagos vo-
rax dicitur.grece autē φηγοσ diciẽ phagus.atq; ita ſcribereẽ per ph.Eſt autē arbor glandifera: glandibus
aūt priſca etas veſcebatur:vnde bene agrorū huberū poſſeſſionem ſignificat.Et bene diciẽ ſub fago re-
Silueſtris. cubare quia:egloga nona dicitur in agro Maronis eſſe his verbis.Vſq; ad aquã & veteris iam fracta ca-
Tenuis. cumina fagi.Omnia carminibus veſtrū ſeruaſſe Menalcã.Silueſtrem muſam ſecūdū interꝑtes dicit ruſti
Auena cum carmen.Tenui autē auena.i.gracili culmo aut calamo vt fiſtula vel ſtipula ꝑ quod inquit Manci-
Silueſter nellus:gracile dicēdi genus oſtendit.Sed mihi etiam aliud ſignificat.Nã ſilueſtre diciẽ a ſilua:ſilua autē
Silua. a ſilendo.vnde horatius in carminibus triſſyllabum fecit dicēdo ſilue per u & e diuiſa:ſiue ab hyle que
Sylua. diciẽ informis materia ac prima rerū congeries:vnde ad magnū ociū pertinet meditari muſam ſilueſtrē
Tenue. i.cantilenã ad voluptatē propriam more auicularū nō captantiū cuiuſuis gratiã:vtpote in ſiluis ſibi cō
Subtile cinentiū.Nec pondere caret ꝙ dicit tenui auena.Nã vt landinus inquit tenue diſtat a ſubtili. Tenue em̄
Auena. diminutionē rei vt plurimū notat:vnde eſt. Tenuis vbi argilla & tenue argentū veneq; ſecūde.hinc at-
Aeglog. tenuo & extenuo.Nec habet laudē niſi illa diminutio ſit ex vſu. Sicut velleraq; vt folijs depectant te-
.v.& Ge- nuia feres:vellera tenuia ad laudē dixit Subtile vero acuitatē habet.Et ita laudaẽ ſubtile ingeniū:tenue
or.i. vituperatur hoc ille.Paſſim apud Ciceronem:tenuē conditionē & facultatem pro modica & exili inue-
nies:Eſt autem proprie deductum:nec corpulentum aut denſum vnde hic ad delicias Tityri oſtēdendas
non parū facit:quippe qui non cōtentus eſt vulgari ac rudi auena.verū tenui ac delicata amice cantile-
nam cecinit.Et ſi omnia perſequi non vererer:dicerem auene quoq; mentionem nō incaſſum fieri:nã cū
graues authores ab auiditate dictã velint vel ꝙ auide veniat:vnde eſt Grãdia ſepe quibus mãdauimꝰ
ordea ſulcis:Infelix loliū & ſteriles dominantur auene.Et alibi:Interq; nitentia culta.Infelix lolium &c.
vel ꝙ auide abſumatur poteſt nōnihil ad auiditatem canentis facere:ſed illud maxime ꝙ quibus alij ad
neceſſitatē vtantur.ipſe fruaẽ:Plus vero momēti habet ꝙ dicit meditaris. Nã licet ſecundū.Vallenſem
id verbum ſignificet exercere & ad corpus magis q̃ ad animū pertineat:tota tñ latinorū manus fere ad
animū transfert:vnde ſunt quas vulgo meditatiōes vocamus.Non ergo curis diſtractus preter opinio-
nem in cantilenam forte vt fit prorumpit.ſed totus in eis verſatus cantationibus indulget . Omnia igiẽ
Tityrum reſpicientia ad ſecuritatem ac delicias eius pertinent.In qua re oſtenditur pondus beneficij ab
Auguſto impenſi:preſertim cum ſine eo miſer & ꝓfugus ſit:qui nunc delitijs affluit vnde ſicut authore
Donato

Donato ad pondus ſpectat beneficij:quod Simo Terentianus dicit. Feci ex ſeruo vt eſſes libertus mihi (in eo enim duplicis beneficij & ablate ſeruitutis & collate libertatis ſit mentio) ita hic quoq; multum elucet magnitudo beneficij cum eo ablato vt Melibeus miſertimus ſit:ſicut ingeniorum fons & princeps Homerus:vt Achilis virtutem greci agnoſcāt:docet ꝙ eo ob iram immiſſam a bello ceſſante greci vincerent̄:qui eo belligerante victores fuerant. Omnia preterea que Melibeum concernunt pathos habent & ad cōmiſerationem faciunt. Primo quia dicit Nos:hoc enim excluſiuū eſt:& q̄uis in prima perſona liceat cuiuis vni de ſe ſolo pluratiue loqui:tamē vim habet ꝙ cū vnus videlicet Tityrus maneat: plures fugiant. Et quē non moueat ꝙ dicit ſe linquere nō ſolum mediū tractum ſed fines:nec cuiuſlibet regionis:ſed patrie:quippe in qua natus ſit:vnde caueat adoleſcens ne patriam pro regione ponat dicēdo regem aut principem multas habere patrias:cum vnam tantum habeat:q̄ dulce aūt ſit natale ſolum Ouidius alijq; non pauci ſatis oſtendunt cū nemo non ſentiat:verbum tñ Ouidianum de ponto eſt. Neſcio qua natale ſolū dulcedine cunctos ducit:& imemores non ſinit eſſe ſui. Mirā autē vim habet ſummamq; contentionem quod dicit:& dulcia linquimus arua. Nam ſi aruū ab arando dictum eſt vt Varro aſſerit:eo ꝙ arando vomer ſuſtulit ſulcos:idigniſſimū eſt ꝙ aruo ſuo expellatur:cū Tityrus ſub fago recubet cuius fructus ſponte naſcitur. Auxeſis aūt eſt cum dicit Nos patriam fugimus:quia plus eſt fugere q̄ linquere patriam. Non fugim⁹ enim niſi coacti & fugati:linquimus aūt ēt ſponte atq; vltro interdum. Sed ad contentionē pertinet quod ſubdit:tu lentus in vmbra. qui enim fugit preceps ruit:cui cōtrarium facit lentus:qui dicitur authore Nonio Marcello ſecurus & ocioſus:ſed proprie is eſt:cui membra ſunt laxa & animi reſides & ſegnes. Ocij vero indicium eſt ſummum:ꝙ docet ſiluas:nec quālibet rē ſed reſonare amaryllida.i.amicam eius vrbanam quam iam Rome delegerat:que interꝑtari poteſt ſplēdida ac lucens vt latius dicam illic. Poſtq̄ nos amaryllis habet. Seruius argute dicit melius eſſe intelligere ſimpliciter Tityron canere carmē cōpoſitū de amica q̄ allegorice carmen de Roma:quod ſic tñ accipio:vt ꝑ amaryllida amicam quā Rome amare ceperat itelligam:quia dicturus eſt:poſtq̄ nos amaryllis habet &c. verū dicendum eſt notos eſſe Melibeo quos iam Rome occepat amores atq; ita tanq̄ ad eū qui vtrāq; amicā norat dicere. Poſtq̄ nos &c. Eſt aūt actūs more grecanicarū dictionū format⁹:hec amaryllis huius amaryllidos hanc amaryllida. Verū quia iuuenturi hanc operā precipue nauamus:cui non parū cōmodi accedet:ſi ex latinorum poetarū doctiſſimo:latinā linguā didicerit:cōſtitui pro locorū captu atq; oportunitate regulas grāmaticales:cū ex textu tum ex cōmentarijs colligere atq; adeo in principio:vt hubertatē poete noſcant feruorēq; ſuū expleant:decē collegero. quarū prima eſt. In proprijs nominibus ad placitū fingendis habēdus eſt ſcripturo delectus vt eorū ſignificatio rei quā dictur⁹ eſt cōgruat ſicut in hac egloga Tityri Melibei. Amaryllidos & galathee. Apud comicū Pamphili & Glycerij. Secūda. Proprij nominis in equali expreſſio beniuolentie indiciū eſt:in inferiore ac vilis officij viro et bñficiētie:in maiore & amplis honoribus ꝑdito contēptus. Cū ergo hic equalē cōpellet beneuolentie eſt qđ dicit Tityre tu &c. Cōtra q ſeruū/lenonē/tortorē/furē/adulterū/ſacrilegū/ſiccariū/aut ſimilē officij nomine:pontificē ſummū aut epm:imperatorē: ac regem ſeu alium nō parue dignitatis virū proprio nomine ſiue dignitatis expreſſione cōpellauerit:iniurius cenſebitur. Tertia. Vocandi caſus pro affectione nūc principio nūc Paulo inferiori loco congruunt:at extremū in carmine reſpuūt:bñ ergo dicit Tityre tu patule &c. Quarta Quia in verbis prime vel ſecunde ꝑſone certū intelligit̄ ſuppoſitū:nō opportet nec decet ipſum exꝑſſum. niſi emphaticos aut ꝑ contentionē loquaris:ſicut hic loquitur vt docui. Quinta. Participia ꝑſentis tēporis licet in nomina migrent:tamē preſentis ſignificatiōis notā retinēt:quo circa extēporaneam cōnotāt qualitatem:cū verbalia que aptitudinem inuunt:cōnaturalem ac perpetuā ſignificēt: vnde ſicut timens:audens:frigens:patens & ſimilia ꝓ tpe quo enunciant̄ intelligunt̄:ita timidus:audax: frigidus:patulus:perpetuā (vt dicunt) paſſionē indicant. Sexta. Re ꝑpoſitiua particula cū dictionibus ad velamē aut clauſurā ꝑtinētibus contrarium importat:cū reliquis fere iteratione. Exēplum prioris:vt reuelo:reſero retexo. Secūdorum vt hic recubo:quod eſt quaſi corpus inclinatum reſupinū facio. Eſt quoq; vt Vallenſis docet vbi re quodāmodo vacat. vt pote vbi dictio ex ea cōpoſita ꝓ ſimplici vſurpatur: vt redire & reuerti:pro ire & verti. Memineris aūt ꝙ cubo m litterā recipiēs in cōpoſitione fit tertie iflexionis:ſine qua manet prime:vt iā prius tetigimus. Addere poſſumus licet i ſupino cubitū faciat:verbale tñ nō eſſe cubitio ſed cubatio:in tor tñ format̄ incubitor & incubator:quorū poſteriore vſus eſt Macrobius in de ſomno Scipionis. Septima. Sub quādo ſignificat tendere in locū aut vergere in tps actō qdē ꝑconſtruit̄:ſed qñ quietē aut imutationē notat ablatiuo tūc ornate qñ rē ſuperiorē ſignificat. Qui ergo dicet oculoſq; ſub aſtra tenebat.i.aſtra verſus aut in aſtra tendentes:& ſub luce exportant calathis:& ſub nocte cura recurſat.i. tpe vergēte in lucem & noctē:aut paulo ante lucē & noctē:bñ hic dicit recubās ſub tegmine fagi:quia & quietē & rē ſuperiorē cōnotat. Octaua. Ablatiuus inſtrumētalis cū prepoſitionē que comitem aūt comitantiā importat omnino refugit:quocirca ſeptim⁹ caſus appellari ſolet. Licet ergo latine dixeris:rex cū toto aſtantiū cetu reſpexit me/cū dira truculentia:non tamen cū truculentis oculis. vnde hic latine dicit̄ tenui meditaris auena:quod non expones.i.cū tenui &c. Nona. Verba abſoluta ad ſenſum ꝑtinētia preter cetera paſſim a poetis:& nōnunq̄ ab oratorib⁹ cū actō cōſtruunt̄:vt primo eneidos. Nāq; haud tibi vultus mortalis:nec vox hominē ſonat. Et apud Horatiū li.i.ſermonū. Ingeniū cui ſit cui mēs diuinior atq; os magna ſonaturū:des nominis huius honorē. Sic dicūt ſapit hereſim redolet vetuſtatem: & hic doces ſiluas reſonare amaryllida.i.referre ꝑ echo. vt in expoſitionib⁹ dictū eſt. Dixi ꝑter cetera. Nā & alia abſoluta videntur interdū cū accuſatiuis cōſtrui:vt apud Iuuenalē. Satyra.ij. Qui curios ſimulāt: & bacchanalia viuūt:vbi qdā malūt bacchanalia aduerbium cēſere. aut nomē ꝓ aduerbio poſitū vt ſit bacchanalia ꝓ bacchanaliter. Sicut apud flaccū magna ſonaturū ꝓ magne aut magna voce. Verū nullū verbū (vt inquiūt) tā abſolutū eſt quin regat actm̄ ꝓportionabilis ſignificatiōis:itaq; paſſim reperim⁹: viuo vitam erūnoſam:curro curſum inſtitutū. Verū ab ijs que mere trāſſumunt̄ abſtinēdū eſt oratori. nō igitur dices Paſtor Corydon ardebat alexim:vt in ſequentibus dicet̄. ad principiū ſecunde egloge:q̄uis paſſim reperias hoc loquendi genus hic illā deperit.i.ꝑdite amat queādmodū ēt Comicus aliqñ locutus reperit̄. verū ne ꝓlixior ſim:his ī mediū adductis alijs ſupſedeo. Decima. Noīa a grecis deducta genitiuos creſcētes in os mittētia:accuſatiuū fere ſingularē in a pluralē in as correptā mittūt:in is aūt nō creſcētia aut nō ſemꝑ creſcētia & genitiuū in is mittētia pro quāto non creſcunt accuſatiuum ſingularem in im vel in mittunt. vt Amaryllis Amaryllidos amaryllida &c. daphnis daphnis daphnin. Id autem fere vſu

Nos. Patriæ fines. Arua. Fugere. Lentus. Regulæ grāmaticales atq; rhetoricæ.

Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua. Nona. Decima.

venit vt que in accuſatiuo ſingulati im habeant pluralem genitiuum in ium & accuſatiuum in is mit-
tant etiam latine.vt alibi dicendum erit.poſſem longe plures q̄ dictiones ſint regulas colligere ſed his
modo contenti ſumus.

ASECN

O MELIBEE deus &c. Tityrus videns
Melibeū profugū tantopere de tranqllitate
ac ocio ſuo ſtupentē:qd miraris inquit Meli
bee ocia mea? ſi neſcis.de⁹ nobis hec ocia fe
cit:quaſi dicat mirandum quidem eſſet ſi hu
manis opibus parta forēt:ſed deus longe ma
iora conferre poſſet.verum : quia de Ceſare
Auguſto loquitur : eumq; adhuc viuentem
deum vocat:quaſi remordenti cōſcientie re-
ſpondet ac dicit:bn̄ dixi ꝙ deus fecerit:nāq;
ille qui fecit erit mihi ſemper deus:illiq; no
uas aras conſtituā & eas ſacrificijs imbuam:
quod quia confidentius viſus eſt dicere:aut
potius quia auidius potuit Melibeus percū-
ctatus videri(nam qui multa percunctantur
aut ſecreta reuelare volunt vnde eſt illud pri
mo epiſtolarum Horatij.Percunctatorem fu
gito nam garrulus idem eſt.aut quippiā fu-
rari vt author eſt in trinummo Plautus:aut
ceſſitantes & nimium curioſi ſunt.vt atteſta
tur i heauton.Terēti⁹:aut alterius ſaluti in-
uident vt hic innuitur) ideo ſubdit.Nō eq-
dem inuideo:hoc eſt non ideo id percuncta-
tus ſum quaſi proſperitati tue inuideam Ti
tyre:ſed miror magis vnde cā nactus ſis : cū
tanta turba vndiq; in totis agris fiat & tam
vehemēs vt cōpulſus ſim fetus capelle mee
in ſilice dereliquiſſe:eamq; infeliciter duce-
re:ſed tamē q̄uis nulla mihi ſpes ſalutis ſit:
aut q̄uis deo authore te credam ocia iſta na
ctum da.i.fac nos intelligere Tityre qui ſit

Ordo.

iſte deus.Ordo eſt.O Melibee.q.d.ne mire-
ris amice qa deus fecit nobis hec ocia.i.hāc
vacatiōem a curis & negocijs.Dico ſubaudi
de⁹:nāq; ille.ſcilicet qui fecit nobis hec ocia
erit mihi ideſt reputabitur a me : ſemp ideſt
q̄diu viuam:deus:tener ideſt mollis & deli-
catus agnus:ab ouilibus noſtris ideſt excer-
ptus ex caulis & ouilibus noſtris imbuet.id
eſt ſanguine ſuo ad primam tincturam dan-
dam reſperget ſepe aram illius.i.i honorem
illius extructam.Ille ſcilicet deus (videlicet
Ceſar Auguſtus ſed hoc non expreſſit) per-
miſit meas boues.i.vaccas & iuuencas:erra-
re.i.diuagari libere & ſecure paſcendo vt.i.
quemadmodum cernis:& permiſit ipſum.i.
me ludere.i.facili & iocoſo carmine conſeq

Equidē

que.i.q̄cūq;:aut ea que vellem calamo agre
ſti.ideſt vena ruſtica:aut ſiſtula inculta & ru
di.Reſpōdet Melibeus.Equidem.i.ego qui-
dem(Sic enim ſemper a Vergilio accipitur)
hoc eſt certe:ego non inuideo.ſ. proſperita-
ti tue.q.d.non ideo quero ac ſi dicat:nō per-
cūctor id ex inuidia:ſed miror magis:nā tur
bat̄.i.turbatio fit omnibus vndiq;.i.ex om-
ni parte totis agris ideſt per totos agros:vſq;
adeo ideſt vſq; ad id aut intantum vt.ſ.poſ-
ſem admirari te tantū ocij agitare.En.i.vide
enim.q.d.ſi vis ſcire quāta ſit vis perturba-
tionis : vide quia ipſe.i.ego exiſtens eger.i.
iniquo & meſto animo multumq; cruciato:
ago.i.celeriter impello: protenus.i. porrote-
nus:hoc ad extremas vſq; oras & q̄ longiſſi
me effugere poſſum/capellas.i.capras meas:
ſed diminutiuo vtitur forte ad modeſtiam:
& o Tityre ego duco ideſt leuiter mino etiā
vix.ideſt cum difficultate : hanc.ſ.capellam
(monſtrat enim eam) duco autem eam:quia
vix ingredi poteſt:nāq; pro quia.ipſa c oni-
xa ideſt

O melibœe:deus nobis hæc ocia fecit. TI.
Namq; erit ille mihi ſemper deus.illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipſum
Ludere:quæ vellem calamo permiſit agreſti.
Nō eqdē iuideo:miror magis:vndiq; totis Me.
Vſq; adeo turbatur agris:en ipſe capellas
Protenus æger ago.hanc etiā vix Tityre duco.
Hic inter denſas corylos modo nāq; gemellos
Spē gregis ah ſilice in nuda cōnixa reliquit.
Sæpe malū hoc nobis (ſi mens nō læua fuiſſet)
De cœlo tactas memini predicere quercus.
Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis.

Sunt qui turba-
mur legē
dum cen
ſeant.

SER.

Namq; erit ille mihi ſemp de⁹.Iteratio excludit adu-
lationis colorem.Semper:& dū viuit & poſt mortē.alij
enim imperatores poſt mortē inter deos referuntur.Au
guſtus autem tēpla viuus meruit.Ho.Preſenti tibi ma-
turos largimur honores : Iurandaſq; tuum per nomē po
nimus aras:Sic Lucan⁹ de.Nerone:Sed mihi iam nomē
es.Imbuet:imbure ꝓprie eſt inchoare & initiare.Cur er

Imbuere

go eādem rem ſæpe inchoat. Quia ſepe paſcua mutant
paſtores:vnde toties aras imbuunt quoties paſcua mu-
tant.Sed etiā apud maiores imbuere eſt perfūdere:& ma
defacere.Ergo abſolute poſſumus dicere ſæpe perfundet
Errare.paſci.vt Mille mæ ſiculis errāt in mōtibus agnæ

Errare.

Ludere ſcribere .vt Carmina qui luſi paſtorū : Calamo:

Ludere.

ruſtico ſtilo vt ſupra tenui muſa.Nō inuideo:ne frequēs
interrogatio fortaſſe ex iuidia poti⁹ q̄ ex admiratiōe eſ-
ſe videat̄.Turbatur:turbamur ſine diſcretione culpe vel
meriti.& iuidioſe tempora Augu.latēter carpit.Turba-

Imperſo-
nale.

tur autem eſt imperſonale:quod ad omnes ptinet.Nam
mantuanoꝶ fuerat communis expulſio.Si turbamur le-

Protenus

gas ad paucos videt̄ ptinere.Protenus:Porrotenus.lon-
ge a finib⁹ :hinc paulo poſt At nos hinc alijs ſitiētes ibi

Aeger.

mus.Aeger corpore & animo.Spē gregis:ſcilicet marem
& foeminam.in vtroq; enim ſexu repatio gregis cōſtat.
Ah.ſcilicet in nuda . ideo dolet quia ſolēt herbas ſubſter
nere.Cōnixa pro enixa.Hiatus enim cauſa mutauit præ
poſitionē:vt eſt ſecludite pro excludite.Læua:ſtulta cō-
traria.ſenſus eſt perdituros nos quādoq; agros res māife
ſta prædicebat:ſed nos intelligere nequim⁹ De cœlo ta.
recte compoſitum augurium.Nam quercus in tutela Io
uis eſt:ſed prisci illius glande veſcebant̄.Tactas:leuiter
fulminatas. Cice.Tactus etiā ille qui hanc vrbem condi
dit Romulus:ſignificat motu imperatorū poſſe agros eo
rū perire in quibus fulminatæ ſunt arbores.Nā agri cau
ſa victus ſunt vt olim quercus. Tactas tēporale indicat
fore damnū qualiter patiunt̄ arbores leuiter fulminatæ
Predicere:preloqui:quoniā manifeſtum erat augurium
Da:dic.Sic cōtra:Accipe nunc danaum.i.audi.

Do.
MAN.
O

OMelibœe:eſt hoc loco o admirādi aduerbiū:ſeu ma
uis iteriectio.vtrūq; enim dici pōt:vt Priſ.lib.decimo-
quinto docuit:Melius tamē interiectio dicetur:ea enim
ſola animi affectus exprimit : vt donatus etiam ſcribit
Ad mirabatur autem Tityrus ꝙ ille dixerat . Nos pa-
triā fugimus:tu Tityre lentus ī vmbra &c.eſt ergo cū ad
miratione legendū.Deus.auguſtum intelligit.cui Sueto
nio teſte etiā viuenti prouinciarū quoq; pleræq; tēpla &
aras:

aras:ludos quoq; q̃nquennales pene oppidatim cōſtitue
rūt de quo & latius æegloga quarta.Hæc ocia fecit:Pol
lionis enim vari & Galli gratia Maroni Auguſt⁹ agrum
Ocia. reddiderat:vt oſtēdim⁹. Ocia:quietē & ſecuritatem.Eſt
ociū ꝓprie vacatio a labore:cui⁹ cōtrariū eſt negocium
Namq; certe.Semp.& ante & poſt mortē.Imbuet: ꝑfun
det inficiet:madefaciet:maculabit.Ouilib⁹:ouiū caulis
& ſeptis.Ille meas.Auguſti in ſe beneficia memorat.Er
rare:vagari ac paſci:qua voce etiam ſine Paſtore tutas
Ludere. eſſe oſtendit.Ludere:id ſignificat verſibus ſcribere: ſed
non fere niſi opuſculis:qualia ſunt epigrammata:& hec
opuſcula dicuntur:luſus:Calamo agreſti:ruſtica fiſtula:
ruſtica enim hic tractat.Nō equi.inui.ſuſpitionē tollit:
quo ſe Tityri ocio nō dolere:ſed potius letari oſtendat.
Protenus Vſq; adeo:in tātū.Turbat:turbatio fit. Protenus p e ſcri
bito : id eſt a longe : ſeu longe finibus . Protenus enim
aduerbium locale eſt : id eſt porrotenus . protinus per i
aduerbium eſt temporale.ideſt ſtatim:author eſt Caper.
Aeger:per id quoq; pathos.i.paſſio clades & affectio au
getur.Hic inter:ordo eſt modo namq; hic inter denſas
corylos cōnixa ah ſilice in nuda reliquit:gemellos appo
ſitio:ſpem gregis.i.marē & fœminā:Ah ſilice in nuda.
Corylus. i.ſine folijs & virgultis cū affectu ꝓnunciādū. Corylos:
corylus arbor eſt ꝓducēs nuces.q̃ auelanæ vel p̄neſtinæ
dicuntur quas græci ponticas vocāt. Dū vnaquæq; na
tio indit his nucibus nomen ex loco in quo naſcuntur
Germini. copioſiores:author eſt Macrobi⁹ li.iij.Sat.Gemellos : di
cunt gemini ex vno vtero & vno die editi:vt Marcell⁹
ait:Philoſoph⁹ vo li.vij.de hiſto.aīaliū ſcribit.In gene
re certe humāo paucos gemīos ſeruari/ſi aliter mas ſit:
alter fœmina.Connixa:partu ſoluta.Sepe malum :quod
dicit Tityrus non fabula eſt.nam poſt Iulij Cæſaris mor
tem prodigia fuere q̄ plurima inter que continua fulmi
na in templis ſtatuiſq; deciderūt:vt etiam Appianus li.
iiij. oſtendit.& nos latiſſime in commentario ſecunde
odes Hora. quem iā parauimus & edemus:dictauimus.
Si. Si:ideſt vtinam.eſt enim hoc loco optandi aduerbium:
vt lib.æne.vi.Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat &c.Leua.i.aduerſa authore Nonio. dicit autē
aduerſa mente futura mala dignoſcere nequiſſe. De cœ
lo tactas:quinq; ſignorum genera obſeruabāt augures.
Quercus ex cœlo ex auibus/ex tripodibus/ex quadrupedibus/
ex diris:author eſt Feſtus. De cœlo tactas.i.fulminatas:
quotiens enim quercus fulmine tangitur vt plurimum
malum portendit: quod etiam animaduerti:nam tacta
cuiuſdam quercu intra annum ille ſponſam amiſit : illa
enim alteri nupſit: vnde etiam duo interfecti :pluresq;
etiam carcere affecti ſunt.Sepe ſiniſtra caua : hic verſus
non omnibus textibus ineſt. plures enim antiquos vi
di:& illum ſummi pōtificis characteribus magnis:pro
fecto alienus eſt.Tamen aduertendum/cornicem vide
Cornix. re vnicam mali ominis eſſe : duas vero ominis boni.
quod quidem & legi & expertus ſum pluries.Ipſa adeo eſt
inauſpicatę garrulitatis :vt Plynius ſcribit.i. infelicis:
quaſi auſpicijs repugnantibus.Cice. autem lib.i.de di
Do. uinatione ſcribit coruum a dextra : a ſiniſtra cornicem
facere ratum.Da:dic.idem lib.v.Da nō indebita poſco.
regna meis fatis:latio conſidere teucros.

xa ideſt partu ſoluta . modo ideſt pauloante
reliquit gemellos.i.binos fetus vno ptū:ap
poſitorie ſpē gregis.i.maſculum & femellā:
vnde ſpes futuri gregis aut perpetuādi gre
gis:dependet:hic inter dēſas corylos.i.arbo
res nuculam ferentes(quā a loco vbi abūda
re ſolebat auellanam vocant)reliquit inq̃
eos.Ah dolentis interiectio(& cōgrue inte
riecta)quaſi non poſſit ruſticus id ſine ſuſpi
rio & gemitu meminiſſe(cū bōi paſtoris ſit
pecus fecundū vbi poſſit mollius fouere)in
nuda ſilice.cū frondes aut herbas ſubſterne
re ſoleat . Ego memini.i. memoria repeto:
quercus tactas de celo.i.ꝓſtratas aut afflatas
fulmine:ꝑdicere.i.q̄ predicebant ſup. fatis
nobis hoc malum.i.hāc fugā &hoc exilium
ſi mens nō fuiſſet leua.i.ſtulta & ſibi aduer
ſa:ſicut cōtra dexterū proſpeꝝ dicimus. vel
ſic.ſi.i.vtinā cū predicerēt mens non fuiſſet
leua.i.ſegnis & ignaua ad attēdendū : & cor
nix ſiniſtra.i.importuna volucris & malū
augurio ſuo pretendens predixit nobis hoc
malum:ab ilice.i.arbore illa glādifera caua.
Sed tamen.i.q̃uis mihi fugiendum ſit :aut
q̃uis non inuideam.da.i.dic: aut da intelli
gere nobis Tityre qui ſit iſte.i.tuus aut cui⁹
tu meminiſti deus. O varijs modis accipi ſo O
let:vnde ſunt plebei verſiculi.O ſtupet o du
bitat:vocat indignat:et optat.Clamat con
queritur velut exemplis reperitur. Stuporē
indicat hoc eſt admirationem vt o q̄ glori
fica luce coruſcas.Dubitationē vt apud Co
micum.o qui vocare:&.i.enei.O quā te me
morem virgo.vocat vt Huc ades o melibee
indignatur : vt o hominem ſceleſtum:ſed ſi
ſubticeatur o actus minorem excandeſcētiā
prenotaret vt author eſt Valla.Optat : vt o
michi tā longe maneat pars vltima vite Spi
ritus & q̄tū ſat erit tua dicere facta. Clamat
i.exclamat:vt o fortunati quorum iam me
nia ſurgūt: & o fortunatos nimium bona ſi
ſua norint Agricolas.Conqueritur:vt apud
Statiū in achilleide:O dolor o ſeri materno
in corde dolores. Hic ergo aut admirationē
importat:vt Mancinellus ſentit.cuius verba
ſunt:Eſt hoc loco o admirandi aduerbiū ſeu
mauis interiectio. Vtrūq; enim dici pōt : vt
Priſcianus li.xv.docuit.Melius tamen inte
riectio dicetur. Ea enim ſola animi affectus
exprimit vt Donatus etiam ſcribit.Admira
batur autem Tityrus q̄ ille dixerat. Nos pa
triam fugimus tu Tityre lentus &c.Eſt ergo
cum admiratione legēdum. Sic Mancinell⁹:
Landinus autem ſic:O Melibee hic ſermo fa
miliaris eſt & amicus:o vero non vocantis
eſt ſed plane letantis q̄ preter ſpem amicum
nihil tale expectans viderit. Et diſtingue o
Melibee:vt ſit ſalutantis & deinde adde.de⁹
nobis hec ocia fecit:vel ſi coniungis & con
tinua ſit oratio. O Melibee deus nobis hec
ocia fecit.erit o hominis admirantis magnitudinem beneficij in ſe a deo collati.hec ille.Mihi autem nō
videtur reſponſio Tityri ꝑ ſe ferre admirationem :nam et ipſe in hac egloga fatebitur ſe prius expulſum
fuiſſe poſſeſſionibus ſuis cum.ſ.Auguſtus dixerit:Paſcite vt ante boues pueri &c.Non ergo vero ſimi
le eſt mirari in alio quod ipſe paſſus ſit.Neq; vocantis rationem habet : nam ſi ſic diſtingueres viderētur
Tityrus cantilenis intentus nō animaduertiſſe preſentiam Melibei ſed eo viſo/dixiſſe o Melibee:at quō
tūc reſpondeat ad Melibei verba dicendo:deus nobis hec ocia fecit? Meo autem iudicio o hic commiſe
rantis & placide ad ſtuporem Melibei reſpondentis eſt: ſicut illic.O decus italie virgo quas dicere gra
tes.Quaſue referre parem.Senſus ergo eſt.O amice Melibee ne mireris tantopere ocia noſtra de⁹ nobis
hec ocia fecit.Deus vnde dicatur alibi dicemus:ne hic ꝓlixior ſim . Notum eſt eum de Auguſto loqui Deus.
vt recitat Seruius:cui addendum eſt quod affert Mancinellus:q̄ videlicet vt Suetonius author eſt:Au August⁹.
guſto viuenti prouinciarum plereq; templa & aras : ludos quoq; quinquennlaes pene oppidatim(id eſt
per ſingula oppida)conſtituerunt:de quo latius egloga quarta dicendum erit.nota eſt autē hiſtoria que

de ara celi:& de diua virgine a Sibilla Auguſto oſtenſa cum infante circunfertur:cui licet non omnia
quadrẽt aſtipulatur templum quod ſub are celi nomine Rome adhuc viſitur:& non futilis immo gra-
uiſſimns author Baptiſta Mantuanus id plane in parthenice maria conteſtans. Nobis ſecundum eos ꝗ
dicunt ſub Tityri nomine patrem & filium intelligi recte pluraliter dixerit:ſed vt in regulis dicemus
Hæc. licet cuiqꝫ de ſe vno pluraliter loqui. Hec:ideſt mea:Ad primam enim perſonam vt dicemus pertinet.
Ocia. Ocia ꝓprie ſunt vacatiões a negocio publico:vñ ſtudia litterarum & vacatiões poetice ac philoſophi-
ce ocia vocantur:Verum omnis ceſſatio ab negocio ocium dici poteſt:vt ocium ſit ſecura & tranquilla
requies:Sunt ergo ocia ſepe appetenda & bona:ceſſationes & vacationes priuationem notant:oſcitatio
Fecit. negligentiam & ignauiam vitioſam. Decenter autem dicit fecit:quia magis ad latinum morem dixe-
Semper. ris:feci tibi ocia aut poteſtatem ociandi ꝗ̃ dedi. Semper deus:& ante mortem & poſt mortem. ſic Serui
us & Mancinellus. Sed videant an decẽter. Nam ſi Romulum qui ĩter mortales conuerſatus pro deo ha
bitus non eſt:quidam tamen vt Liuius libro primo aſſerit:affirmabant e medio patrum viuum nõ obe
undo mortem ad celos tranſlatum. quod ꝗ̃uis verum non fuerit tamen creditum eſſe ab ijs qui Augu-
ſtum viuentem deum predicabant vero ſimile eſt:non videtur Tityrus ſenſiſſe ꝙ Auguſtus aliquando
moreretur. Quod tamen ſi ſenſiſſet temeritatis magne fuiſſet opinari ſe Auguſto ſuperuicturũ cũ Au-
guſtus tunc nondum vigeſimumquartum attigerat annum. Dic ergo ſemper:ideſt ꝗ̃diu viuam:aut to
Tener. to tempore vite mee. Aram etiam inferis:altare tantum ſuperis dabant vt alibi dicetur. Tener agn⁹. Ad Ara.
Agnus. laudem dicitur:ideſt molliculus & delicatulus. Agnum autem omnes predicant ab agnoſcendo dictũ ꝙ Altare.
Imbuo. balatu matrẽ agnoſcat. Imbuere eſt rei primã tincturam dare ac madefacere vt Horatius primo epiſto.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. vnde vt quidam ſentiunt iuuenes ſcholaſtici
ab ijs vnde primas inſtitutiões ac preceptiones habent imbui non inepte dicuntur. Sepe ergo agnus te-
ner imbuet illius aras:quia hoſtia ac victima ſanguinolentia aris a ſacrificantibus imponebantur et de
inde concremabañ. vnde diceñ quotãnis biſſenos cui noſtra dies altaria fumãt. Ille meas &c. docet cur ei
Boues. ſacrificaturus ſit:ob bñficia videlicet impẽſa Meas boues feminino genere dixit:quia ad vacas ſolum
Errare. modo refertur. Errare autem hic ad laudem ponitur:quia Armẽta ac pecora dum paſcuntur libere in cã
po pigui et amplo errant:id eſt vagantur huc illuc nullis limitibus coercita. Significat ergo magnitudi
nem agri reſtituti. Vt cernis. Bona parentheſis eſt que certitudinem rei ĩdicat. Ipſum:id eſt me vt in re- Ipſum.
gulis dicam. Ludere dicitur qui rem iocularem aut non apprime grauem carminibus proſequitur. vt ꝗ Ludere.
epigrãmata aut elegias aut tenuia opuſcula cõdunt:quia id facili vena:& nõ elaborata ſed ſeipſam qua Luſus.
ſi offerente minerua efficiunt. Vnde ea opuſcula etiam luſus dici ſolent & nonnunqꝫ nuge. Non ergo di
cemus in magnis operibus graues authores luſiſſe ſicut nec Liuium aut Saluſtium in hiſtoria:nec Cice-
ronẽ ĩ philippicis tuſculanis/ verrinis de re publica aut alijs magni ponderis operibus: ſicut Ouidium
in de amoribus. vnde in perſona eius dicitur. Ille ego qui fuerã tenerorum luſor amorum Ingenio pe-
rij Naſo poeta meo: et ſicut Horatium in quibuſdam odis vnde de ſe dicit Poſcimus ſi quid vacui ſub
vmbra luſimus tecum:Et ſicut poetã noſtrum hic vbi de amica cãtilenam meditabatur. & ĩ culice vbi
dicit Luſimus Octaui gracili modulante thalia. Atqꝫ vt araneoli tenuem formauimus orſum &c. Ma-
gna autem vis beneficij eſt in eo ꝙ tantam ſecuritatem contulerat vt luderet que vellet. Equidem vt di
xi apud Maronem ſemper in prima perſona dicitur:vnde compoſitum videtur ab ego & quidem. Alij Equidem
autem pro ſimplici etiam vſurpant vt ſi dicant:hoc equidem dixiſti:aut hoc equidem dixerunt: cum
vergilius diceret hoc quidem dixiſti. vel dixerunt:aut hoc equidem dixi. Vndiqꝫ totis vſqꝫ adeo tur- Vndiqꝫ
batur agris &c. Pulcherrima auxeſis & admiranda calamitatis accumulatio. nullum enim vocabulum Totus.
põdere vacat. Nam vndiqꝫ ſignificat ab omni parte:ne forte ab vna duntaxat periculum ingruiſſe pu- Quo.
tes. Totus ſignificat ſingulas partes agrorum ne quam quietã cenſeas. Vſqꝫ adeo ſignificat ĩtentionem Eo.
Vſqꝫ adeo. ne leuiter turbantũ iudicẽs. Nam ſicut quo ſolet poni pro eo quod eſt ad quid vel ad quod vt quoſqꝫ
vel vſquequo:vſqꝫ ad quid:ita eo ſolet poni pro id vt eo miſeriarũ deductus ſum id eſt ad id. vſqꝫ adeo
ergo eſt vſqꝫ ad id ad quod ſcilicet magnum eſt. hoc eſt valde & intantum. Turbatur autem vt in regu-
lis dicam quia imperſonale generalitatem habet:ne ipſe ſolus turbatus habeatur:Denotatur ergo vt lo
ASCEN. ¶ Nunq̄ hodie effugies &c. Artificioſe pre ſe fert Menalcas fiduciam, quaſi vero Dametas occaſionem queritaret effugiendi & ob id pocula vituperaret: vt certamen euitet. vnde dicit Tu non effugies. ideſt nō deuitabis ſic ad quod me ꝓuocaſti certamē: quia veniam. ideſt deſcēdam & congrediar tecum quocunq̄ depoſito vocaris quaſi dicat ego etiam vitulam tanti faciendam quanti tuam depono: adſit dumtaxat bonus cenſor & arbiter: etiā hic qui venit: quicunq̄ is eſt: cū autem propius adeſſet & cognoſceret: q̄a Palemon: dicit ecce palemon: hoc eſt vide palemon vicinus noſter optimus & iuſtiſſimus vir aduenit. Et ideo quia iuſtum iudiciū daturus eſt efficiam ne petulantia tua & procacitate ſermonis quemq̄ poſthac laceſſas. quaſi dicat ſic te vincam vt non audias poſthac te iactare muſice peritum aut cum docto cōcertare poſſe. Ad quod Dametas. Q uin age ſiquid habes: hoc eſt fac q̄cquid potes: expone totas vires totamq̄ artem tuam: ego te non effugiam: quia in me mora non erit vlla. Sed o Palemon vicine recognoſce: Seuero iudicio & animaduerte diligenter ad ea que dicturi ſumus: quia res eſt non parua amittere. ſcilicet vitulam famam & gloriam. Ad quod Palemon intelligēs ſe ab vtroq̄ ad arbitrium electum non grauās illis operam ſuam dicit: dicite quandoquidem &c. neq̄ vero propterea q̄ Dametam priorem dicere monet grauet̄ menalcas vt Seruio videtur ſi non adiūxiſſet alternis dicetis: quia prior ad placitum dicit: nā ſi poſterior quoq̄ ad placitum diceret longe facilius eſſet imitari q̄ excogitare: vt ergo equa lege cōtendant: alternis. ideſt amebeis carminibus eos concertare monet. — Ordo ¶ Ordo eſt. Tu nunq̄ effugies hodie. ideſt in nulla parte hodierni diei elaberis quo minus tecum certem: licet queras occaſionem effugiēdi: ego veniam. ideſt deſcendam in certamen & congrediar tecum: quocunq̄ ſcilicet depoſito: aut quacunq̄ conditione: aut ad quemcunq̄ locum ſeu arbitrium vocaris. ideſt vocaueris ſup. me ſed mallem dicere quocūq̄ ſup. premio deponendo vt ſit nomen q̄ quocūq̄ ideſt ad quēcunq̄ locum ſeu arbitrium: quia hoc dicendo innuitur depoſuiſſe vitulam: quam depoſitam vidiſſe intelligitur Palemon dicturus: & vitula tu dignus & hic (quod non diceret ſi alter tantum depoſuiſſet) tantum. ideſt tantummodo ſup. hoc det̄ vt aliquis ſup. audiat hec. ideſt hanc diſputationem noſtram: vel ideſt etiam is ſup. qui venit (videbat enim Palemona aduentare ſed eum nōdum cognouit quo cognito cū propius eſſet dicit) ecce palemon. ideſt bonus ille vicinus noſter ſup. adeſt nobis qui nimirum iuſte iudicabit: & ita efficiā. ideſt perfecte faciam ne tu laceſſas. ideſt laceratum eas & prouoces: poſthac ideſt poſt hoc tempus: quēq̄. ideſt quemcunq̄ etiam imperitum: voce. ideſt garrulitate & dicacitate tua cum rei parum habeas. Ad hoc Dametas quin. ideſt quinimmo age. ideſt fac demonſtres ſiquid. ideſt aliquid ſup. artis habes: vlla mora nō erit in me: hoc eſt preſto ſum: nec fugio quemq̄ ſup. cenſorem dumodo tamen iuſtus & peritus ſit qualem palemona cognouit: & ideo conuerſus ad eum dicit: tantum ideſt dumtaxat id deſidero o Palemon vicine: ſup. noſter: vt ſup. reponas. ideſt recondas ad bene diſquirendum: hec. ideſt hanc litem noſtram. ſenſibus imis. ideſt vt profundo examine & ſcrutatione diligente priuſq̄ iudices diſquiras & perpēdas artem noſtram: quia res eſt non parua (immo per liptotem ſane magna deponere. ſcilicet tam bonā vitulam cum fama & glora) hoc audito conſedit. ideſt locum accepit palemon: dicens: dicite. ideſt per artem eloquimini: & litem cauſamq̄ protegite dicēdo: quandoquidem nos conſedimus. ideſt iam locū cepimus (A conſido enim ductū eſt) quod conſedi in preterito habet ſicut conſideo (ſecundum Vallam) in moli herba: & quādoquidem. ideſt quoniā nunc omnis ager parturit ſcilicet ſegetem aut herbam: & omnis arbos. ideſt arbor parturit nunc ſcilicet frondes aut flores: Silue ideſt arbores ſiluarum: frondent nunc: annus ſup. eſt nunc formiſiſſimus. ideſt nunc maxime. varijs ornatus decoribus: tu Dameta incipe. ideſt exordire certamen: & tu menalca ſequere deinde. ideſt poſterius: vos dicetis. ideſt artificioſe pronunciabitis que vultis: alternis ſup. carminibus. ideſt amebeis quia camene. ideſt muſe que cantantibus preſunt: amant alterna ſcilicet carmina. ideſt alternatim dicta: ne vnius perpetua continuatio faſtidium pariat Atq̄ ita quia viſus eſt plus Damete concedere q̄ eum priorem cantare iuſſit: non vt Seruius dicit: quia facilius omnino eſſet: ſed quia maioris dignitatis maioriſq̄ voluptatis eſt

poſſe

poſſe ad placitum inceptare:ꝙ ad alterius arbitriũ aut in ſimili maius aut in diſſimili contrariũ dicere. ¶Regula eſt. Vel tam apud Ciceronem q̃ apud poſteros eius pro etiam accipi ſolet autoꝛe valla: Et dũtaxat apud poſteros Vergiliũ Quintilianũ & coeuos eorum. Itaq; hic dici poſſet. Vel qui venit. ideſt etiam qui venit. Regula. Vel.

DAMETAS

Ab ioue principium muſe. Iouis omnia plena:
Ille colit terras: illi mea carmina cure.

MENALCAS

Et me phœbus amat. phœbo ſua ſẽp apud me.
Munera ſũt lauriq;: & ſuaue rubẽs hyacinthus.

SER. ¶Ab ioue principium. Vel ab Ioue: eſt principium. vel ſumamus principiũ ab Ioue: Ex arato aũt eſt. Ait enim. εκ Διοσ αρχωμεσθα τογ ουΔεπαιγ Δρεσ εωμεγ Αρρητογ μεσται Δε Διοσ αι μεγ αγυιαι πασαι Δε αγθρωποι αγοραι μεστη Δε θαλασσα και λιμεγεσ παγτι Δε Διοσ κεχγημεθα παρτεσ. Iouis oia plena: Lucre. Iupiter eſt qđcunq; vides quocũq; moueris: ipſe alibi. Spiritus intus alit totaq; infuſa partus. Mẽs agitat molẽ. ipſe em̃ eſt ſpiritus ſine quo nihil mouet̃. Colo Colit. amat. ceterũ ſuperior colitur non colit inferiorẽ: ſic alibi Vnam poſt habita coluiſſe ſamo. i. amaſſe. Nec mirũ ſi ruſticus a Ioue ſumpſit principiũ: quẽ amare terras conſtat & habere cantuũ curam. Et me phœbus amat. Aut ſimile eſt quia vnicuiq; deus quẽ colit ſummus videt̃: vt ſumme deũ ſancti cuſtos ſoractis Apollo: & ita Apollinem Ioui equat aut dicit Iuppiter amat me & .i. etiã phœbꝰ amat me. Sua: ſibi grata. nã Daphnen Ladonis fingũt filiã ab Apolline adamatam & in laurum conuerſam: & hyacinthũ ab eodẽ & a borea adamatũ: & cũ illũ in phœbũ magis pronũ videret Boreas dũ puer diſco ludit: diſcũ iactũ in eũ retorſit quo vulnere extinctus in floꝛem ſui nominis conuerſus eſt. Daphne.

PRO. ¶Et me phœbus amat: Apollo in terra ſol: ſine quo fruges neq; oriuntur: neq; matureſcunt. Laurum ei gratam accipere debemus: ꝙ Daphnen (vt vult Parthenius in volumine. quod de amantibus compoſitum) Amydeſi filiã dilexit quam ne per vim ſtupraret: Iuppiter in arborem lauram conuertit. Laurus.

MAN. ¶Ab ioue. Ordo eſt. muſe. ideſt modo cantui principium ſit ab Ioue. hoc autem loco illa que Macro. li.ij. de ſom. ſcribit inſeram. inquit enim deum vero qui nõ modo immortale animal ac diuinum ſit plenum inclyte ex illa puriſſima mente rationis. ſed ꝙ virtutes omnes que illam prime omnipotentiã ſummitatis ſequũtur aut ipſe faciat: aut ipſe contineat. Ipſum deniq; Iouem veteres vocauerunt: & apud theologos Iuppiter eſt mundi anima: hinc Iuppiter.

ASCEN. ¶Ab ioue principium muſe. ingrediens itaq; vt iuſſus erat Dametas muſicũ certamen: exorditur ab Ioue: ꝙ is ſummus deorum habitꝰ ſit: crediderintq; etiam ethnici ſine deo adiutore & preſide nullum rite fundari exoꝛdium: dicit autem ſumendum eſſe exordium ab Ioue propter triplex beneficiũ: vniuerſale videlicet: q̃a Iouis omnia plena nam vt dicetur Geor.iiij. & enei.vi. creditus eſt ſũmus deus eſſe anima ſeu animus mundi (vnde in noto opuſculo dicit̃. Si deus eſt animus) ſine quo quidem animo nihil aut viuere aut cõſeruari poſſet. & ideo quia ſine Ioue nihil poſſumꝰ: bene dicit ab Ioue principium muſe. Itẽ ſpeciale quia ille colit terras. nam Iuppiter planeta oppoſitus ſeuitie ſaturni benignus eſt & terrigenis fautor: deus autem Iuppiter quem ſummum putauerũt omnia cõſeruat: nec conſeruaret niſi coleret: hoc eſt amaret: vnde Seruius recte exponit: colit ideſt amat & ſingulare: quia illi mea carmina cure: Solemus enim omnes is beneficia noſtra impendere quibus grata accepta & iucunda eſſe ſperamus. Argute ergo exorſus eſt Dametas vſq; adeo vt difficillimum ſit iuxta legem amebei carminis ei reſpõdere nã ſummo deo neq; equiualens datur quod non ſit idipſum quod ipſe eſt: neq; contrarium quod tam plane ſummum malum ſit vt ipſe ſummum bonum ideſt infinitum: inuenit tamen menalcas quod illi reſpõderet dicens: Et me phœbus amat &c. In quo vt ſciamus quomodo lex ſeruetur ideſt aut cõſimile ſed maius aut contrarium dicatur equipollens affert Seruius duas vias in quarum altera: phœbus diceretur ſummus deus quia ſuus cuiq; deus ſũmus eſt ſicut & phœbus ſeu Apollo in enei. ſummus appellatus cũ dicitur. Summe deum ſancti cuſtos ſoractis Apollo: & ita ſi permittatur phœbus eſſe eiuſdem ponderis cum Ioue ſaltem apud poetam qui in tutela phebi eſt in ſimili plus diceret menalcas quia plus eſſet a phebo amari & eius muneribus ornari q̃ Ioui dumtaxat cure eſſe. cum nemo ametur qui non ſit cure: & curare poſſumus etiam que aut timemus aut odio proſequimur Verumtamen quia omnium conſenſu Iupppiter ſummus habitus eſt: vſq; adeo vt ne oracula quidem phœbo addicantur quia ea ab ioue diſceret perhibetur Enei.iiij. Que phœbo pater omnipotens mihi phœbus & Apollo predixit &c. Ideo ponit Seruius ſecundam viam ſaluande legis: vt videlicet dictio & accipiatur pro etiam & ſit ſenſus: non ſolũ Ioui mea carmina cure ſunt: ſed etiã phœbus amat me. Ad quod ſi quis obijciat: ꝙ poteſtas phebi. ideſt inferioris numinis cum poteſtate Iouis non maior eſt q̃ ſolius Iouis: quia ſi ſummus deus eſt eius poteſtas infinita eſt ad quã nihil accedere poteſt: debeamq; concedere id ethnicis quoq; exploratum fuiſſe (quod pauciſſimis philoſophis concedam: paſtoribus tamẽ & agricolis negẽ) adhuc eſt larga euadendi via quia ſi non plus eſſet cure eſſe Ioui & Apollini q̃ Ioui ſoli. tamen plus eſſet ab Ioue & Apolline amari q̃ Ioui cure eſſe: cum plus ſit amari q̃ cure eſſe: & ſe amari q̃ carmina ſua cure eſſe: Simile ergo dicit Menalcas: ſed in tribus videtur excedere: primo quia ſe non ſolum Ioui ſed etiam phœbo cure eſſe innuit dicens. Et ideſt etiam phœbus amat me. Deinde quia plus eſt cuiq; ſe amari q̃ carmina ſua: quia ſepe opera amamus propter artificium quorum artifices odio proſequimur: non ſolum ergo (inquit menalcas) diligit carmina mea iuppiter ſed etiam phœbus amat me. Tertio: quia non vulgariter amat Menalcam & opera eius phœbus: ſed ſic amat vt munera ſua ſic apud eum repoſuerit vt illic ea ſemper parata habeat. Sed hec hactenus: poterunt alij etiam argutiora adducere verum vt ordinem conſeruemus: addamus vnum vocabulum videlicet muſe a quibuſdam de quorum numero eſt Mancinellus cenſeri datiui caſus & ſingularis numeri vt ſit principium. eſt muſe ab Ioue. ideſt muſa habet principium ab Ioue ſecundum alios genitiui caſus vt ſit principium. muſe eſt ab Ioue: ſed meo iudicio cui poſterior expoſitio Seruiana conſonat erit vocatiui caſus & numeri pluralis vt ordo ſit. O muſe ſumamus principium ab Ioue. vel principium noſtrũ ſit ab Ioue. Sic enim quaſi facta inuocatione cum maiore reuerentia de Ioue loquitur.

¶Ordo igit̃ eſt. O muſe. ſ. Iouis & Mnamoſynes ideſt memorie filie. ſumamus ſup. principiũ. aut principiũ noſtrũ ſit ab Ioue. ideſt ſummo deo patre veſtro. nam omnia ſunt plena Iouis. ideſt ſummi dei (interpretatur autem Iuppiter iuuans pater. vnde quia omnia preſentia numinis ſui iuuat & conſeruat. bene dicitur ꝙ Iouis omnia plena (vnde a noſtris dicitur deus vbiq; eſſe) Ille ſcilicet Iuppiter. colit ideſt diligit & fauorabiliter Ordo

 protegit:

protegit: terras. ideſt res terrenas: & carmia mea ſunt illi cure. ideſt ad curam. Reſpondet menalcas. Et. ideſt etiam phebus: non ſolum Iuppiter amat: non ſolum cure habet: me nō ſolum carmina mea: & phebo ſunt ſua. ideſt propria munera apud me: queſcilicet in me cōtulit aut quibus me donauit: aut ꝙ ab eo accepiſſe merui: videlicet ꝙ pro & (Nam legendū volunt lauriq̧ ꝓpter vocalem ſequentē dic ergo) & lauri & hyacinth⁹ flos ille rubens. i. purpurei coloris. ſuaue. i. ſuauiter. hoc eſt cū ſuauitate odoris colit: diligit. hinc illud eſt ab Ioue principium muſe Iouis omnia plena: quod de Arato poete alij mutuati ſunt qui de ſyderibus locuturus a cœlo in quo ſydera exordium ſumēdum eſſe decernens ab Ioue incipiendum eſſe memorauit. Hec ille. Colit: diligit.

Regula ¶ Regula puerorū eſt. Nomen comparabile neutri generis poteſt in tribus gradibus ꝓ aduerbio vſurpari ꝙuis legitime a tertia declinatione fiat aduerbium poſitiuum in ter. & a ſecunda in e. vt ſuaue ſuaui⁹ ſuauiſſimū. vnde hic ſuaue dicit̄ pro ſuauiter ſicut cōtra duriter ampliter largiter. & ſimilia ſepe leguntur. Dic ego ſuaue. i. ſuauiter. ne duo ſint ephiteta ſine coniunctione media dure coherentia. cum hyacinthus ſuaue dici nequeat.

Malo me galatea petit laſciua puella: DA.
Et fugit ad ſalices: & ſe cupit ante videri.
ME.
At mihi ſeſe offert vltro meus ignis amyntas.
Notior vt iam ſit canibus non delia noſtris.

ASCEN. ¶ Malo me &c. Auſpicatur Dametas carmen de amica. Et licet ad placitum loquatur: tamen videtur habuiſſe rationē ordinis. nā vt primū. ideſt honeſtiſſimū atq̧ ſaluberrimum eſt a deo amari qḋ iā docuit. ita ꝓximū atq̧ ſuauiſſimū eſt ab amico atq̧ amica diligi: qḋ nūc proponit dicens ſe a galatea amica appeti & inuitari pomo iniecto: qḋ ipa inijcit fugitura ad ſalices poſtq̄ viſa fuerit vt ſcilicet ſequatur. Cui rn̄det Menalcas in ſimili plus dicens & ita legem ſeruans. ſe videlicet ſic amari ab Amynta puero vt ille vltro. i. non inuitatus ſe tā frequenter obuiā ferat. vt Delia que ſumma venatrix eſt non ſit notior canibus ꝙ ipe amyntas qui videlicet non rarius ab eis viſus ſit. Eſt preterea contētio & contrarietas pro parte. quia fugere & vltro obuiam venire contraria ſunt. Eſt ergo ſimilitudo in re quia vtriuſq̧ carmē eſt de amore. ſed cōtrarietas in modo. quia alter a fugiente inuitatur. alter a ſe vltro offerente.

SER. ¶ Ante: ꝙ lateat. Offert vltro. plus dicit ex lege amebei carminis. Delia vel amicam priorem intellige vel Dianā que dea venationis canibus eſt nota.

MAN. ¶ Malo me galatea petit. Theocritus in. v. Malo me Cleariſta petit formoſa puella. & cantu noſtras permulcet molliter aures. At mihi. Theocritus in quīta. Inſanire facit Cratides mihi quum obuius extat. Quumq̧ mouet flauos per candida colla capillos. Delia. vel vetus amica vel Diana ipſa venationis dea.

Ordo ¶ Ordo eſt. Galathea puella laſciua. ideſt petulans & appetens viri petit. i. prouocat me & inuitat ad coitum malo. i. pomo iniecto: & ipſa poſtq̄ me petijt pomo. i. iniecit in me pomū fugit ad ſalices & petit ſe videri ſup. a me. ante ſcilicet ꝙ fugit vt ſequar. Rn̄det Menalcas. At. i. ſed (eſt autem aduerſatiua vt diximus. particula cōtentioni. i. locutionū contrarietati apta) amyntas puer ille. meus ignis. i. qui me amore ſui incēdit. offert vltro. i. nō rogat⁹. mihi ſe ita. ſcilicet frequēter vt Delia. i. Diana dea venatōis aut notiſſima amica mea quam quotidianam habeo. non ſit iam notior noſtris canibus ꝙ amytas.

Parta mee veneri ſunt mūera. nāq̧ notaui D.
Ipſe locum: aeriæ quo congeſſere palūbes.
Qḋ potui puero ſylueſtri ex arbore lecta ME.
Aurea mala decem miſi: cras altera mittam.

ASCEN. ¶ Parta mee Veneri. &c. Docuit Dametas ſe amari ab amica: nunc redamare eam & ita gaudet inueniſſe palumbinos pullos quos illi dono daturus eſt. Ad quod menalcas qui ſe quoq̧ amari docuit. in ſimili plus dicit. quia videlicet non ſolū daturus ſit puero amato munuſcula: ſed qḋ dederit & daturus ſit. quod nimirum plus eſt & ita legē ſeruat.

Ordo. ¶ Ordo eſt. mūera ſūt parta. i. labore inuenta & acquiſita Veneri. i. amice mee. que. ſ. illi dono daturus ſum. namq̧ pro quia ipſe. i. ego notaui locū. quo. i. ad quē palumbes aerie. i. columbi aeri expoſiti. hoc eſt ſilueſtres aut ſublimes aut, ſi quis color aeri permixto eſt aeri coloris (nam talis eſt eis fere color qualis aeri cōdenſato qui ſub noctē ad mōtes videtur) cōgeſſere. i. ſimul geſſerunt ſcilicet nidum ſuū. Reſpondet Menalcas Ego qḋ potui. q. d. non ſolū quod fortaſſis potero. ſed qḋ iam potui. miſi puero. ſcilicet dilecto videlicet Amynte decem mala que vulgo poma dicunt̄ aurea. i. aurei coloris que grecis chryſomela dicuntur lecta. ideſt collecta leniter ne ledantur. ex arbore ſilueſtri. ideſt in ſyluis naſcenti (vt. ſ. ex difficultate & raritate precium pendatur) quia rarum eſt in ſiluis aurea mala inuenire. ꝑterea vt correſponderet illi ꝙ palumbes aerias notaſſe dixerat ſe Dametas. & ego mittam cras altera. ſ. decem poma.

SER. ¶ Veneri. amice. Aerie. aerij coloris. Cōgeſſere. nidificauere. Miſi. plus eſt ꝙ dicere ſe miſſurum. Aurea. aurei coloris. Fruſtra autem volunt eſſe allegoriam de. x. eglogis ad Auguſtum miſſis. Nam non eſt neceſſaria hic allegoria.

MAN. ¶ Veneri. i. amori. Ipe locum. Theocritus in quinta. Aeriam viridi capiam ſub fronde palūbem. Qua donabo meā non immemor ipe puellam.

Palūbes. Palūbes. i. columbi. omni tempore pariunt. Turtur & palumbes vere. nec plus q̄ bis. Vita palumbium vel ad. xl. ānos durare exiſtimat philoſophus li. vi. de aīalibus. Aerie. ſublimes. Aurea mala. Chryſomela intelligit. Chryſon em̄ aurū dicit̄. melō pomū. Theocritus ait in tertia. Roſida mala decem duco. cras altera ducā.

Regula. ¶ Regula eſt. Alterum vter. vterq̧ & comparatiua partitiue tenta que de duobus enūciari volunt. nō refugiunt plura dummodo bipertita ſint. Vnde hic cras altera mittam quia dena poma. i. bis decem poma ſignificat. quorum decem iam miſerat. decem miſſurus eſt. Conſimiliter de omnibus hominibus dicere poſſum. quia maior ps meliorē deprauat.

O quoties & que nobis galatea locuta eſt. DA
Partem aliquam venti diuū referatis ad aures.
Quid ꝓdeſt ꝙ me ipſe aīo nō ſpnis amynta. M

ASCEN. ¶ O quoties &c. Proponit Dametas dicens ſibi tam dulcia tamq̧ aurea verba dicta ab amica ſua Galatea. vt digna ſint diuorum auribus ideoq̧ quaſi dij talia non haberent. precatur vētos vt partem aliquam ad eorum aures ferant. Cui reſpondet Menalcas per amaram irriſionem

Si dum

Si dum tu ſectaris apros:ego retia ſeruo:

SERVI. ¶Ad aures diuū:quia adeo dulcia ſunt vt ſint digna deorum auditu. Non ſpernis:liptote.ideſt multum amas. Referunt multi ꝙ allegorice queratur:ꝙ cum Auguſtus contra Antonium expeditionem ſumeret:ipſum non duxerit Retia ſeruo:in quo in venatiõe min' eſt voluptatis:amynta:greca nomina in as vocatum faciunt in a ſiue creſcant vt Pallas palantis:ſiue non creſcant vt Aenas.

Mancinellus hic tacet

nem contrarium innuens nihil prodeſſe ea verba inaniumq; eſſe talibus letari : quaſi dicat illud Ouidianū:Pollicitis diues quilibet eſſe põt Vnde de dilecto ſuo loquens dicit. Quid ꝓdeſt amynta ꝙ me non ſpernis animo(immo vnice amas quod plus eſt ꝗ dulcia ac blanda verba loquiſ) ſi dū tu ſectaris apros ego rethia ſeruo.ideſt ſi ſemꝑ diſiungimur:quaſi dicat nihil.innuens per hoc nihil prodeſſe Damete ꝙ aurea verba locuta ſit Galatea: quia eius potiūde facultatē nõ habet cum confeſſus ſit eam ad ſalices fugere. Atq; ita & plus & contrariū dicit:ſed de ſuo amore loquens Dametam taxat. ¶Ordo eſt.O admirantis interiectio:quoties . quaſi dicat frequentiſſime:et Ordo.
que.ideſt qualia.quaſi dicat plane aurea atq; diuina verba:locuta eſt galatea nobis:o venti referatis.ideſt recēſeatis aut repreſentetis aliquam partem ad aures diuum.ideſt diuorum: Ad hoc menalcas ait.O amynta puer indulgentiſſime:quid prodeſt ſup.mihi ꝙ ipſe.ideſt tu non ſpernis me animo.ideſt ꝙ amas me:ſi ego ſeruo retia dum tu ſectaris apros.ideſt ſi corpore ſemꝑ diſtinguimur: quaſi dicat nihil:ſicut nec Damete prodeſt ꝙ galatea illi bona loquitur:quādoquidem ea locuta fugit.

Phyllida mitte mihi:meus eſt natalis iola.D.
Quū faciam vitula pro frugibus:ipſe venito.
ME.
Phyllida amo āte alias:nā me diſcedere fleuit.
Et longum formoſe vale:vale inquit iola.

SER. ¶Phyllida:amicam cõmunem. Nam in ſolis natalis dici ſacris licebat voluptati operam dare.In ceteris caſtitas obſeruabatur. Cum faciam vitula:figurate ſic Hora.ſiue poſcat agna ſiue malit hædo.
Ambaruaiis. Dicitur hoc ſacrificium Ambaruale ꝙ arua ambiat victima : ſic amburbium ſacrificium
Amburbium. in quo victima ambit vrbem: antiqui autem natalem ſolum dicebāt:Horatius:Natalis grate numeras.Iuniores natalem diem dixerūt:Iuuenalis.Natali coruine die mihi gratior hec lux.Iola:vel duo habebat nomina vt vocaret̃ Iola & Menalcas:vel vt laudaret denominauit eum Iolam ab Iola optimo paſtore:vt virum fortem Achillem. Adulterum Parin nominamus. Longum : longe nomen pro aduerbio:vt toruum clamat. Vale inquit:le corripit ſequens vocalis:vt Te Corydon o Alexi.

MAN. ¶Phyllida.eius amicam intelligit Natalis:erat enim celebre natale priſcis.Hic natalis & hoc natale dicitur. Quum faciam vi.p.f.i.quū faciam rem diuinam: non oue:non capra.ſed vitula tanꝗ dicat:quū vitulam pro frugibus ſacrificauero quod eſt: quum vitula rem diuinam fecero.
Vitula. Vitula autem dicta ꝙ potens ſit vite tolerande : & ideo hac pro frugibus fieri ſacra dicuntur : quia frugibus vita humana toleratur:legito Macro.lib.iij.ſat.ca.ij.Quum faciam vitula: Theocritus in quinta: Quum facies agno nymphas venerat' agreſtes: Tum properato mihi magnam promittere partem.vale inquit:nulla hic ſit ſynalœpha.

ASCEN. ¶Phyllida mitte &c. Alterius amice amores recenſet Dametas : videturq; dicere non omnes amicas fugere ſolitas:quia Phyllidis cõſuetudinē ſe habere docet his verbis phyllida mitte &c. ea em̄ erat Damete & Menalce qui alio nomine Iolas dicebatur cõmunis amica.qua viciſſim abutebantur cum ergo natalis Damete adeſſet i quo voluptati ac genio reiq; venerie maxime indulgebāt petit eā ad ſe dimitti. Ad qđ Menalcas plus in ſimili afferens dicit ſe non ſolum potiturum Phyllide ſed iam potitū eſſe: cum:ſummo eius conſenſu immo oblectatione vſq; adeo vt in diſceſſu fleret diceretq; longum formoſe vale: vale Iola:que verba plena amoris ſunt & inenarrabili artificio contexta . Primo ſiquidem eſt is modulus pedum quē in delicatis ſententijs Vergilius obſeruat Sicut illic Formoſam reſonare doces amaryllida ſyluas. Et illic o crudelis Alexi &c. & illic Malo me galatea &c. Nā qđ pentamemeri fieri ſolet heptamemeri facit:ita videlicet decidens . vt prima quarti pedis ſit vltima dictionis:vt in tertio pede fieri ſolet deinde quia dixi longum: qđ aduerbium ad tempus pertinet:ſicut longe ad lo-
Lognm. cum ſignificat ergo tempus lõgum ſibi viſum
Longe. iri quo aberit etiam ſi breue ſit:Tum quia dicit formoſe: tum quia vale dicit: tum quia bis ponit vale vt maiorem affectionem ſignificet: quia ſylabam longam corripit non abijcit : & quaſi per iteruallum prõūciatum ponit ꝑ hoc enim ſignificantur ſingultus & fletus vale dicentis puelle vſq; adeo vt qui hoc carmen bono iudicio legerit videat eam cum fletu ea verba proferre . Et nouiſſimo quia nomen amati viri nouiſſimo loco poſitum vix enunciare poteſt ad quam moram ſignificandam interiecta eſt particula inquit que diligentia cui diſplicebit ſe amuſum fateatur oportet:ſed nos ordinem ponamus qui talis eſt.
Ordo O Iola mitte mihi.ideſt ad me phyllida.ideſt amicam noſtram communem:dignam eius Phyllidis nomine que ſe ſuſpendit ob impatientiam amoris.meus natalis ſcilicet dies eſt.hoc eſt quo natus ſum:& ita voluptati indulgere debeo. Vnde Iuuenalis quaſi per hyperbolem dicit Natali coruine die mihi dulcior hec lux &c.Et perſius.hūc macrine diem numera meliore lapillo.Qui tibi labentes apponit candidus annos.Fūde merum genio &c.Gentiles ergo quo naſcebātur die voluptati operam dabant plurimi quidem:nam ſunt qui flendū putabāt. Xpiani aūt diem felicis obitus & ad eternā vitā emigrationis celebrant:natalicia vocantes:ꝙ ſint quedā naſcendi in melius forme.Cum ideſt quando ego faciā.ſup.ſacrificium: vitula.i.mactādo vitulam.pro frugibus.ideſt de frugum videlicet Cereri que nuptias exoſa caſtitatem amat:ipſe.ideſt tu venito:quia tunc amice operam dare non potero(plurimis enim diebus feſtis a concubitu etiam legitimo abſtinebant:vnde Iuuena.ſati.vi.ille petit veniam quoties non abſtinet vxor Concubitu ſacris obſeruandiſq; diebus.Nouem autem diebus abſtinebant que Iſidi ſacrificare volebant:in ambarualibus quoq; caſtos eſſe decuit)Reſpondet Menalcas quem Iolam vocaui .Ego amo Phyllida ante alias.ideſt pluſꝗ alias:nam ipſa fleuit me diſcedere.ideſt ꝙ ego diſcederem.quaſi dicat id ſignum erat vehementis amoris in me & ita redamo eam:& ipſa inquit o formoſe Iola vale longum.ideſt per longum tempus:hoc eſt quod longum videbitur mihi etiam ſi cito redieris:deinde per affectionem ſingularemq; amorem repetit dicēs iterum vale Iola.Et ita

plus eſt amicam habuiſſe: ꝙ ſperare te aliquando habiturũ: & ita amari ab ea vt fleat dum ab ea diſcedas vt vix per ſingultus vale dicere poſſit. ¶ Regula prima. Adiectiua per ſe poſita eius ſunt generis cuius ſubſtantiuum quod aperte intelligitur. quod ſi nullum eſt ad neutrum genus tranſire debent. vt hic natalis ſubaudi dies. Hic molaris ſubaudi dens aut lapis. hic edilis ſubaudi magiſtratus. Hic ſeptember: october: nouenber: december: aprilis: quintilis: & ſextilis ſubaudi menſis. Hic tyberis: araris. ſequana: ſubaudi fluuius: & hic confluens ſubaudi geminus aut multiplex fluuius &c. hec conſonãs ſubaudi litera hec. pregnans: ſubaudi femella: hec continens ſubaudi terra: hec pirus ſubaudi arbor: hec babylon ſubaudi ciuitas: hec delos ſubaudi inſula. Quando autem natale dicitur poteſt ſubaudiri tempus ſed potius abſolute & quaſi fixe vt dicunt poni cenſebitur ſicut triſte & dulce in ſequentibus. Secunda eſt. Quicunq̄ graphice atq̄ diſerte loqui volet rem depingere conabitur: animum q̄ loquentis verbis eius exprimere: ſicut puelle a qua deſcendit amatus vt declarabimus: que res non niſi ab optimis quibuſq̄ perpenditur: cum tamen maximi momenti ſit quo circa quicunq̄ quamuis perſonam rite exprimere volet: ſeipſum illã eſſe fingat. Format enim natura prius nos intus ad omnem fortunarum habitum iuuat aut impellit ad iram. Aut ad humum merore graui deducit & angit. Poſt effert animi motus interprete lingua: vt dicit Flaccus in arte.

Regula. Prima. — *Secunda.*

ASCEN. ¶ Triſte lupus ſtabulis &c. Quia Dametas vidit Menalcam paratum in amore narrando ſe qui tranſfert ſe ad contrarium amoris: videlicet ad offenſionem & iram. dicens ꝙ lupus res triſtis eſt ſtabulis ideſt armentis & capris: & imber frugibus maturis: & venti arboribus & precipue florẽtibus: vnde in Alexi dictum eſt. floribus hauſtrum perditus: & liquidis immiſi fontibus apros & ire amarylidis nobis: vnde videtur idem eſſe amator amaryllidis & in prima & in ſecunda & in tertia ſcilicet Vergi. in prima per Tityrum: in ſecunda per Corydona: & i hac tertia per Dameta ſignificatus. atq̄ ita quo magis immunem ab amore puerorũ Vergilium cenſeas ſe amore puelle: videlicet Galathee Phyllidis aut Amaryllidis captum dicit: non puerorum ſicut Menalcas quem in principio eius turpitudinis incuſauit quaſi eam paſſus ſit. Reſpondet igitur Menalcas per contrarium dicens: dulce ſatis humor &c. vbi non debet legi humor eſt: quia humor primã pducit: plus etiam videt dicere quia pſtantius eſt dulce eſſe ꝙ triſte: eo ꝙ bonum & appetibile preſtat malo & fugibili. Auget etiam ꝙ dicit ſolus amyntas: vnde dulcor qui naſcitur ex fruitione amynte maior eſt ꝙ triſtitia nata ex iris amaryllidis: eo ꝙ non dicit ꝙ ſolius amaryllidis. ire ſibi triſtes ſint: plus autem ponderis habere videtur: triſte & dulce ꝙ triſtis & dulcis: quia neutrum genus etiam ſubiectum ſaltem vniuerſale connotat. eſt enim quaſi res triſtis & dulcis ſicut bonum eſt mihi lex oris tui: plus videtur ꝙ ſi dicat bona. Stabula autem proprie ſunt armentorum & eorum que fere ſtant potiſſimum veſcendo vt ſunt equi: boues cerui. Cubilia autem eorum que cubant: ſed caprilia ſunt cuſtodie aut domicilia ſeu ſepta caprarum: bouilia boum: ouilia ouium: equilia equorum. ¶ Ordo eſt. Lupus ſup. eſt triſte ideſt res triſtis & incõmoda ſtabulis: ideſt eorum que ſunt in ſtabulis: & imber ſup. eſt triſte: ideſt res triſtis frugibus maturis: & venti ſupple ſunt triſtes ideſt res triſtis: arboribus: nam rami deijciuntur: & flores ac fructus pereunt & ire amaryllidis (de quibus dictum eſt in Alexide triſtis amarylidis iras). Reſpõdet Menalcas. humor: ideſt pluuia recens aut irrigatio eſt ſupple dulce ideſt res dulcis: ſatis: ideſt ſegetibus paulo ante ſatis: aut ſaltem nondum maturis: arbutus ideſt virgultum arboris vitifere eſt ſup. dulce: ideſt res dulcis: hedis ideſt fetibus caprarum depulſis ſcilicet a lacte materno: & iam ablactatis: & ſalix lenta. i. flexibilis & ita adhuc tenera eſt ſup. dulce ideſt res dulcis pecori feto. ideſt aut pregnanti aut iam enixe. & ſolus amyntas: eſt ſup. dulce ideſt res dulcis nobis. ¶ Regula eſt. Adiectiua in neutro genere ſubſtãtiuata que & plenius & dulcius quid ſignificare videntur tripliciter reſolui ſolent: aut in ſubſtantiuum generale cuiuſmodi ſunt res & ens vt dulce ideſt res aut ens dulce: aut per abſtractum: vt ſeruantiſſimus equi. ideſt equitatis: aut per id quod eſt pars ſi capiatur partitiue: vt aliquid vini: ideſt aliqua pars vini.

Stabula. Cubilia. Ordo. — *Regula. adiectiua.*

Triſte lupus ſtabulis: maturis frugib⁹ imbres: **DA.**
Arboribus venti: nobis amaryllidis iræ.

MENAL.

Dulce ſatis humor: depulſis arbutus hœdis.
Lenta ſalix fœto pecori: mihi ſolus amyntas.

SER. ¶ Satis: Segetibus. Depulſis: a lacte prohibitis.

MAN. ¶ Triſte: pro triſtis vel triſtis res per aleothetam. de qua ſuperius. Depulſis: a lacte remotis: quod fit vbi hœdi trimeſtres ſunt facti: vt ſcribit Varro. Arbutus: de hac lege Plynium libro. xv. & . xviij.

ASCEN. ¶ Pollio amat. Ab Ioue & amica qui nobis dilectiſſimi eſſe ſolẽt (nã Iuppiter. i. ſummus de⁹ eſt ſupra nos & toto corde amandus: amica autem eſt quaſi id quod nos: tã propter cõmixtionem ꝙ propter amiciciã) tranſit ad morẽ amicorum: & id quomodo prius de amore dei locutus eſt: nam ſicut primum docuit amorem actiuum quo Iuppiter colit. i. amat terras: ita hic primũ loquitur de amore Aſinij Pollionis actiuo dicens: Pollio amat noſtrã &c. & in ſequẽti de eiuſdẽ amore paſſiuo: quo. ſ. amandus eſt dicturus. Qui te pollio amat &c. Sententie note ſunt. ¶ Ordo eſt. Pollio. ſ. Aſinius vir cõſulari dignitate & multa virtute ac literatura pditus & quo interceſſore Vergilius agrum ſuũ receperat: amat noſtrã muſam. i. cantilenã aut phraſim ac venã in carmine: ꝙuis ſit ruſtica. i. de rebus ruſticanis tractans. Et ideo o Pierides. ideſt muſæ in pierio monte ab ioue ex Mnemoſyne genite

Ordo.

Pollio amat noſtrã: ꝙuis ſit ruſtica: muſam. **D.**
Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.
Pollio & ipſe facit noua carmĩa paſcite taurũ. **M**
Iã cornu petat: & pedibus qui ſpargat arenam.

SER. ¶ Pollio. Blanditur Pollioni patrono: quem Hora. hiſtoriarum & tragediarum ſcriptorem ponit. Nam in ſecundo carmine de hiſtoria dicit periculoſe plenum opus alee tractas. Item paulo poſt Paulum ſeuere muſa tragedie deſit theatris. Pierides vitulam. paſcite eius armenta. quia legit noſtra carmina vel nutrite ei vitulam pro premio. Pollio. Alij per duplex l ſcribunt vt prima producatur. Alij autem per ſimplex. vt Polio. Noua: miranda. Tantum: auget.

¶ Pollio

MAN. ¶Pollio. De hoc late in alexi. Pierides: dictæ ſunt muſæ
Pierides. a Pierio monte: vt ſcribit Feſtus. Eſt autem pierus mons
Pierus. Theſſalie: qui ad macedoniam protendit autore. Plynio libro.iiij. in Heſiodi autem theogonia legitur ex ioue & Mnemoſyne muſas in pieria natas. Ergo non dicte ſunt a Pieri natabus: vt quidam aiunt. De muſis autem plura legito apud Dyodorum libro.i.& libro.v. Noua: miranda cum nunc talia facta fuerint. Fuit autem tragœdie ſcriptor: vt meminit Horatius ode prima ſecundi libri. Pedibus qui ſpargat harenam: id tauri pugnaturi faciunt. Vnde Maro lib.iij. Geor. ait: Ventoſq; laceſſit ictibus: & ſparſa ad pugnam proludit arena.

ne genite: paſcite veſtro lectori: ideſt Pollioni qui carmina mihi a vobis inſpirata libenter legit vitulam. ideſt iuuencam intactam. Reſpondet Menalcas plus afferens quia licet nemo totus amuſus. ideſt expers muſarum & gratie libenter carmina legat aut eis oblectetur: tamen plus eſt carmina facere ꝙ legere. & ideo oſtendit ei plus premij debitum: videlicet non vitulam paſcendam: ſed taurum pinguem. In quo triplex eſt exceſſus in ſexu quia ille femellam hic marem. In ætate: quia ille vitulam hic taurum: & in habitudine quia ille vitulã omnino paſcendam hic deſtinat illi taurum non vetulum quidem quia dicit paſcite: ſed iã pinguem & iuſte etatis vt qui iam cornupetat & pedibus qui ſpargat arenam.

¶Ordo eſt. Pollio & ideſt etiam ipſe facit noua carmina ideſt inſolito artificio: & ideo o pierides paſcite illi Ordo.
taurum non quidem puſillum aut macrum: ſed qui iam petat id eſt aggrediatur aut inſiliat quelibet cornu: ſcilicet vtroq;: & qui ſpargat harenam pedibus dum ſcilicet animoſus ingreditur. Proprie autem dicit ꝙ carmina facit: nam facere proprie dicuntur poete dum rem nouam effingunt: vnde Terentius in prologo andrie populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Quinetiam poete nomen ſumptum eſt a verbo greco: quod eſt ποιέω ſeu ποιῶ hoc eſt pieo ſeu pio qđ ſignificat idẽ quod facio ac creo: vnde in ſymbolo nos deũ factorẽ celi & terre vocamus: greci poetam. Facio. Poeta.

Dameras.

Qui te pollio amat veniat quo te quoq; gaudet

Mella fluãt illi: ferat & rubus aſper amomum.

Menal.

Qui bauium non odit amet tua carmina meui.

Atq; idem iungat vulpes: & mulgeat hircos.

SER. ¶Gaudet ſcilicet veniſſe: peruenerat autem ad conſulatum poſt dalmaticum triumphum deuictis Salonis vrbe Dalmatiæ: vt ſcribit Horatius. Cui laurus æternos honores dalmatico peperit triumpho. Amomum: flos eſt aſſyrie. Luca. Vicinæ meſſis amomum. Bauium: pro pœna ſic vt qui non odit Bauium malum poetam amet Mæuium peiorem illo: hi Vergi. Horatio ꝙ inimici fuerũt. Hinc Hora. Male ſoluta nauis exit alite ferens olentem mæuiũ. Mulgeat hircos: Faciat quæ contra naturam ſunt.

MAN. ¶Quo te ſcilicet veniſſe: peruenerat autem ad conſulatum: vt habetur etiam ſequenti æglogа. triũpharat quoq;
Amomũ. de Dalmatis amomum: amomi vua in vſu eſt frutice venenoſo palmi altitudine: carpiturq; cum radice: naſcitur in Armenia in Media & in ponto. plura Plynius lib.xij. Diaſcor. ait ꝙ amomum genus eſt odoratiſſimæ herbæ: cuius frutex ſimilis eſt botro coloris ruffi: circum circa folia iuncta & copioſa ſunt. ex thyrſo botroſum ſemen redditur: florem habet album. Qui bauium non odit. Aſteiſmos eſt. ideſt vrbanitas aſterizo iocor: putatur autem id quicquid ruſtica ſimplicitate caret & faceta ſatis vrbanitate exponitur. vt qui bauium nõ odit amet tua carmina mœui. ideſt pro pœna ei contingat vt diligat mæuium peiorem poetam. Nam Mæuius & Bauius peſſimi fuere poetæ. inimici tam Horatio ꝙ Vergilio. Vnde Hora. in epod. mala ſoluta nauis exit alite ferens olentem mæuium: Euſeb. autem ſcribit. ꝙ Marcus Bauius poeta: quem Vergilius in Bucolicis notat. in Capadocia mortuus eſt: ſed de vrbanitate latius Fabius libro ſexto.

¶Qui te pollio &c. Incepit vt dixi ab amore ASCEñ.
actiuo ſummi amici Pollionis: nunc proſequitur eiuſdem amorem paſſiuum quo ſcilicet a ſuis amatur exoptans omnibus eum amantibus aut amaturis: aut pollionis preſentia frui aut dignitate fungi: duplex enim eſt horum verſuum expoſitio. prior eſt Seruij ſecundum quem ſenſus eſt. o Pollio qui te amat veniat ad eam dignitatem ad quam tu perueniſti: & mella fluant &c. Secunda expoſitio eſt vt pro ſummo beneficio dari optet vt qui pollionem amat: eius quoq; preſentia gaudeat & fruatur: & veniat eo ideſt ad eum locum quo gaudeat eo ideſt eius preſentia optat præterea vt illi ſcilicet loco hoc eſt illic fluant mella &c. Que ſententia cur potius placeat multiplex eſt ratio. Et quia indecorum videtur vt tantam dignitatem amatori exoptes quantam ſumma virtute obtinuerit Amicus. Et quia poſterior verſus priori non quadret ſi de conſulatu intelligatur Et quia maxime quadrat ſi de fruitione preſentiæ Pollionis intelligamus per hoc enim ſignificatur tam dulcis ſuauis ac comis eſſe amicus pollio vt abunde beatus ſit quicunq; eius preſentia gaudeat. Et quia lex minus ſeruata videretur ſi prior velit amatores pollionis ad cõſulatum euehi: & poſterior bauij amatores ſolummodo ad meuianorum carminum amationem compelli: nõ enim tam amara poteſt eſſe eorum amatio ꝙ ſuauis eſſet conſulatus aditio. Ea autem ſeruetur ſi de preſentia pollionis intelligatur. nam per contrarium tãtundem aut plus reſpondeat menalcas. Tam amara enim poſſit eſſe meuij aut carminum eius amatio: ꝙ dulcis pollionis preſentia: & tam triſtis conditio eius qui ob amorem bauij ac mœuij cogatur vulpes iungere & hircos mulgere: ꝙ leta eius qui quia pollionem amat in preſentia eius mella fluentia & amomum ex rubo legat. Plus preterea eſt quod dicit. Qui Bauium non odit ꝙ ſi diceret: qui bauium amat. Multi enim non amaſſe poterant: qui tamen nõ oderint: vnde quicunq; amat bauiũ non odit eum. ſed nõ e cõuerſo. quia qui eũ nõ cognoſcit. aut ab eo offenſus non eſt odit eũ: & tamen non amat. lex ergo plene ſeruatur. ſi poſteriori modo legatur. ſed vnum obeſt quia ſic poti9 diceret gaudeat ꝙ gaudet: niſi vt veniat eo quo gaudet te: dũ. ſ. pſens eſt: cõſtruam9 ergo vtroq; modo poſteriori ſic. O pollio is ſup. q amat te. veniat ſup. eo. i. ad eũ locũ: quo. i. in quo gaudet quoq;. i. ẽt te. i. in preſentiã tui in qua de te gaudet: & mella fluant illi ſupple loco: aut illi pro illic: & rubus aſper ideſt frutex ille ſpinoſus & hirſutus ferat amomũ. i. aut arbuſculã illã aut herbam aut florẽ eius (vt frutex p flore ponatᷣ) Secundũ Seruiũ aũt conſtrueretur ſic. O pollio is qui te amat veniat quo ꝙ. i. etiam ſupple. eo. ideſt ad eũ ſtatũ: quo. i. ad quẽ gaudet te ſup. veniſſe id ad cõſularẽ: & mella fluãt illi: & rubus aſp ferat illi amomũ. Rñdet menalcas. Is qui non odit bauiũ. ſ. marcũ peſſimũ hominẽ: inuidũq; poetã: amet o meui tua carmina. i. luat eam pœnam vt cogatur tua carmina amare: que tam mala ſunt vt duriſſimus ſit cruciatus: ei q id cogatᷣ facere.

cere. Atq; idem qui .ſ. bauiũ non odit & carmina meuij amat. iungat ideſt ad iugũ coniũgere cogatᷣ vt vulpes ideſt animalia illa aſtuta & veloci pede currentia: vt difficillimum ſit ea coniungere: & mulgeat hircos ideſt maſculos caprarum qui nihil lactis. ſed plurimum fetoris habent: ſicut & meuiana carmina nihil boni ſucci: ſed atre loliginis ideſt inuidentiæ plurimum habent: vnde & eum olentem dicit Flaccus: qui & in primo ſermonum eum inuidum detractorem docet his verbis. Meuius abſentem nouium dũ carperet: heu: tu (Quidã ait) ignoras te. an tu ignotum dare nobis. Verba putasᷣ Egomet mi ignoſco. meuius inquit. Beroaldus Seruium notat in eo quod dicit amomum flos eſt aſſyrius vt Lucanus vicine meſſis amomum. vnde dicit. Miror Seruium autoritate Lucani fulcire ſententiam: tanꝗ a Lucano dicatur amomum florem eſſe aſſyrium: qui more poetico amomum quidem nominat in .x. ſed quid ſit haud quaꝗ aperte demonſtrat. Debuiſſet itaq; Seruius Plynium conſulere qui eum edocuiſſet amomum non eſſe florem: ſed arbuſculam. qui in .xij. ſcribens de peregrinis arboribus amomum arborem eſſe commemorat: & eius vuam in vſu eſſe: forma eſt vite labruſca: frutice veneno ſo: palmi altitudine laudatur ꝙ maxime. parit amomum punici mali folijs ſimile colore ruffo. Secũda bonitas pallida eſt: herba cetum peius: peſſimum candidum: quod & vetuſtate euenit. Hec Beroaldus. Verum non omnes amomum arbuſculam dicunt: nam diaſcorides herbe genus eſſe docet: que florem habet album: quid ergo prohibet herbam pro flore capi: preſertim cum dicat ꝙ rubus feratᷣ Verum vt Landinus recitat diaſcorides dicit: quia in circuitu cuiuſlibet arboris naſcitur ramulos habens ſiccos & duros virgulis aſſimiles: vnde hic dici poſſet ferat & rubus aſper amomum. ❡Regula prima eſt. Odi verbum defectiuum inuoce vtriuſq; temporis ſignificationem gerit. & preteriti & preſentis temporis: nec reperitur apud idoneos per fectum: niſi ſemel apud Ciceronem odias. Non ergo dices: odio te ſed odi te. Secunda eſt. Licet arborum nomina que in um exeunt non legitime feminina ſint: fruticum tamen & in um exeuntia vocis genus ſeruant. Exemplũ de femininis: vt hec buxus hebenus: balſamus. pomus. Exemplũ de fruticibus: vt hic dumus. rubus hij ſentes vepres. hoc ſiler. tus &c. Exemplũ de um. vt hoc buxum. hebenum. balſamũ. pomum etiam pro arbore. hoc viburnũ. ſalictũ &c.

Regula. Odi.

Qui legitis flores & humi naſcẽtia fragra. D.
Frigid⁹ o pueri fugite hinc: latet anguis ĩ herba
Parcite oues nimiũ ꝓcedere: nõ bñ ripæ M.
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.

SER. ❡Fragra. mora que in herbis naſcuntur. Latet anguis. allegorice propter mantuanos: qui verſabantur inter armatos milites qui vt anguis mortem inferre poſſunt. Non bene ripe: & hoc allegorice. Nam poſt receptos agros pene ab Arrio centurione cæſus eſt maro: niſi ſe precipitaſſet in fluuiũ. Parcite: prohibete ſeruate ne procedant.

MAM. ❡Ipſe aries: placet magis vt ſimpliciter accipiatur. ꝙ allegoricos: quod indicat etiam illud. Ipſe vbi tempus erit oĩs in fonte lauabo. Eſt enim theocriti in quinta vbi ait. Fœlicem ſperate diem: vitamq; capellæ. Cras ego vos oẽs ſybaritis fonte lauabo.

ASCEñ. ❡Qui legitis flores. Aliud genus carminis tẽtat Damœtas quo aduerſarium vincat. in quo licet aperta eſt ſententia. non nihil tamen allegorice eſt. Nam angues latere in herbis naturale eſt. idq; docet que de eurydice orphei coniuge legitur fabula. eam enim cum ariſteus inſequeretur ſerpens in herbis deliteſcens morſu necauit. dicit ergo damœtas. O pueri qui legitis flores & fragra fugite hinc ideſt ab amenis & iucundis rebus: quia latet anguis in herba: hoc eſt extremum gaudij luctus occupat: quo verbo poſſit intelligi menalcam taxare: qui ſe amoribus potitum iactauit vnde menalcas reijcit in damœtam grauius malũ dicens: o pueri arcete gregem a ripis: quia ipſe aries iam vellera ſiccat. hoc eſt damœtas ſeu tityrus qui agrũ ſuum recepiſſe gloriatus eſt: ab Arrio expulſus niſi pernicius aufugiſſet: ĩterijſſet. Sicut autem grauius & certius eſt malum iam acceptum: ꝙ quod quis minatur futurum: ita plus dicit Menalcas. ſiue ſimpliciter ſiue per allegoriam intelligatur ꝙ damœtas. Nam prior malum niſi fugeris imminere docet poſterior etiam eueniſſe.

Ordo. ❡Ordo eſt. O pueri qui legitis flores: & fragra ideſt mora in herbis naſcentia: humi ideſt in humili loco: ad terram fugite hinc. ideſt ab hoc loco quia anguis ideſt ſerpens: frigidus ideſt mortifer aut venenoſus. nam venenum frigidum eſt: latet in herba. Menalcas ad hoc. O pueri parcite. ideſt prohibete: oues procedere. ideſt ne procedant nimium: quia non creditur bene ideſt tute ripe. i. margini fluuiorum. Nam ipſe aries ideſt dux gregis (videlicet dametas Vergilium ſignificans: qui ſe tityrum appellauit: quaſi arietem preuium ad intercedẽdum ad Auguſtum pro reliquorum mãtuanorum agris recipiendis) ſiccat etiam. ideſt nedum minores oues: nunc vellera: que res probat ipſum in flumen incidiſſe. Licet ergo Mancinellus malit ſimpliciter dictum cenſeri: eo quod ex Theocrito vbi ſimpliciter dicitur ſumptum eſt. plus tamen nerui haberet ſi allegoricos intelligeretur. Sepe etenim que ab vno ſimpliciter. ab alio allegoricos dicuntur. Sicut ab Iuuenale. Actoris arunci ſpolium &c.

Tityre paſcentes a flumine reijce capellas. Da.
Ipſe vbi tempus erit omnes in fonte lauabo.
Cogite oues pueri: ſi lac præceperit eſtus Me.
Vt nuper: fruſtra preſſabimus vbera palmis.

SER. ❡Tityre. noli o Mantua nunc quicꝗ agere de repetendis agris. Nam ego cum tempus aderit lauabo oẽs. i. purgabo apud Cæſarem cum ex actiaco bello redierit. In fonte: nã cum ſuos agros per amicos veluti per riuulos impetraſſet: vult reliquos ab ipſo Octauiano veluti a fonte petere. Reijce capellas: proceleumaticus pro dactylo: vt genua labãt. Cogite ſcilicet ad ouilia. Præceperit: pręocupauerit. Nam frigore augetur lac. calore minuitur.

MAN. ❡Pręceperit: preoccupauerit. attraxerit.

ASCEñ. ❡Tityre paſcentes. Hoc quoq; carmen ſimpliciter legendum ſecundum Mancinellum eſt. ſed multo maior ſit eius vis ſi ſub allegoria legatur. vt videlicet Damœtas intelligens in ſe dictum eſſe. Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat: reſpondeat: tam & ſi ſemel precipitem ſe in mincium dederit: nõ tamen deſperare. cum ſperet adhuc recuperare non ſolum ſuos ſed & omnium Mantuanorum agros cum eos in fonte purgauerit ideſt innocentiã eorum auguſto oſtenderit: vnde dicit tityre paſcentes &c. vt per capellas mãtuanos intelligamus. Ad quod menalcas. id amare ridens quia videlicet ſolam ſpẽ habeãt dicit. pueri cogite oues. i. nolite eas in ſpe dilatatas diuagari: qa ſi eſt⁹ ꝑripuerit lac ideſt ſi furor militũ irruerit vt nuꝑ fruſtra preſ

ſabimus

ſabim⁹ hubera palmis.i.fruſtra rem ꝑditam recuꝑare conabimur.plus ergo mali paſſum dicit gregē menalcas.ꝙ boni habituꝝ damœtas.vñ & cõtrariū &plus dicēs legē ſeruat. ¶ Ordo eſt.O tityre reijce.i.amoue: arce capellas paſcentes a flumīe.i.noli cõmittere ꝑ deſpationē: vt mantuani immergantur aduerſitatibus. ipſe ideſt ego lauabo.i.purgabo:omnes in fonte.i.coram principe auguſto: vbi.i.qñ tempus.i. oportunitas erit. Rñdet menalcas.O pueri:cogite.i.compellite in vnū locū.ſ.ſub vmbras:quia ſi eſtus.i.feruens calor ſolis: preceperit.i:preripuerit ac cõſumpſerit lac vt nuper ſup.fecit:nos preſſabimus.i.frequenter cõprimemus palmis ſcilicet manuū noſtraꝝ fruſtra.i.invanū.hubera.ſ.ouiū. Regulę ſunt. ¶ Prima Iacio quia in compoſitione a in i mutat gemino ij ſcribi debet:quorum prius eſt conſonum.metri tamen cauſa nõnulli alterum abiecerūt Secunda. que ergo in conſonantem deſinentia cum iacio componuntur: licet breuia fuerint producuntur: vt adijcio. conijcio ſubijcio.niſi ſubicit dicatur per vnum i. Tertia.i.conſonum in principio dictiouis poſitū licet per compoſitionē in medio duarum vocalium ponatur.manet tamen ſimplex.vnde bigus primā corripit.Quarta que in vocalem deſinentia cum iacio componuntur.ſuam quantitatem ſeruant: vt proijcio prima longa.& reijcio prima breui.vnde recte ſecundū artem hic proceleumaticū Seruius cenſet:licet alij aliter doceant.Nam vergilius alibi fere primam producit.

Ordo. Regulæ. Prima. Secūda Tertia. Quarta. Reijcio

Alij aruo. Eheu q̃ pingui macer eſt mihi taurus ī eruo D.
Idem amor exitium pecori pecoriſq; magiſtro:
His certe neq; amor cā ē vix oſſib⁹ herēt.M.
SERVI⁹. Neſcio qs teneros oculus mihi faſcinat agnos.

¶ Vix oſſ.h. vix oſſa eorum cohęrent.Faſcinat dicit cauſam maciei:& per tranſitum oſtendit ſuum pecus eſſe pulchrum. quod meretur faſcinari.

MAN. Eruū. ¶ Taurus in eruo. In antiquiſſimis textibus eruo & aruo legi in illo ſummi pontificis aruo eſt per a . plures autem eruo habent per e.Eſt autem eruum leguminis ſpecies ſimile piſo. quod amplius ꝙ vitia runcatur . Sufficiunt ſingulis boum iugis modij quini ſati . Martio menſe ſatum noxium eſſe bobus aiunt.Item autumno grauedinoſum . Innoxium autem fieri primo vere ſatum . autor Plyn. libro xviij.meminit idem Columella lib.ij. vbi ait etiam ꝙ eruum letatur loco macro nec humido.quia luxuria plerūq; corrūpitur.Per hæc autem verba optime exponimus pingui eruo.ideſt læto.Vix oſſibus hærent. Theocritus quoq; in quarta.Nempe volunt prati teneris iam paſcier herbis.Illa adeo macra eſt vitula.& vix oſſibus hæret . Faſcinat laudando decipit.vel deprauat.Faſcinum & fas a fando nominatur.vt Feſtus ait.Plyn.autem libr. vij.capi. iij. ſcribit in aphrica eſſe familias quaſdam effaſcinantium. quarum laudatione intereant probata . areſcant arbores. emoriantur infantes.eſſe eiuſdem generis in tribalijs. & illyrijs.qui viſu quoq; effaſcinent interimantq; quos diutius intueantur.iratis precipue oculis.quod eorum malum facilius ſentire puberes.notabilibus eſſe ꝙ pupillas binas ī oculis ſingulis habeāt.fœminas quidem omnes vbiq; viſu nocere.quæ duplices pupillas habeāt.Cicero quoq; autor eſt. Hæc & plura plynius.

Faſcinum Faſcinantes.

Dic qb⁹ in terris:& eris mihi magn⁹ Apollo D.
Tris pateat cœli ſpacium nõ amplius vlnas.
Dic quibus in terris inſcripti nomina regū.M.
Naſcantur flores: & phyllida ſolus habeto.

SER. ¶ Eris mihi magnus.relicto certamine ꝓponūt enigmata Apollo quia in rebus incertis eſt opus diuinatione. Vlnas. Vlna ſpacium eſt inquantum vtraq; extendatur manos αποτωυολευωη.i.brachijs.hinc.λευκωλευοιστηρη dicitur licet Suetonius.vnum ſolum cubitum eſſe velit. Cœli. alij dicunt ſepulchrum intelligi cælij luxurioſi hominis qui ab ligurito patrimonio tantum ſolummodo agri ſibi reſeruauit:quod ad ſepulchrum ſufficeret. Voluit autem facere errorem ex cœli cælijq; ſimilitudine. Alij dicunt voluiſſe puteū ſignificare.qui eſt in Syene egypti parte.quē phiIoſophi altū effoderunt.vt ꝓbarent locū illū eſſe ſolū. quē ſol recto intuitu irradiaret.Nam.viij. Kalendas Iulias die quando in centro ſuo eſt ſol tam imam ꝙ ſummam putei partem irradiat.Sed neutrū cõuenit ruſtico . Ergo de quolibet puteo

MAN ¶ Frigida vix cœlo. Peracta inuocatione ad narrationē deſcendit: exponit enim Damonis querelas decepti amore Niſe. Diem almum: ſicut enim luna nocturno temperamēto: ita ſol in diurno calore omnia moderatur & nutrit. Lucifer: infima eſt quinq; errantium: terreq; proxima ſtella Veneris que phoſphoros grece: lucifer latine dicitur: quū ātegreditur ſolem quum obſequitur autem heſperos Tullius in libro de natura deo. edocuit. coniugis indigno: inferioribus clauſulis id iungitur non precedentibus. Coniugis: quam coniugem optabam. Indigno amo. cum enim illa me ſperneret indigna erat amari mihi. Mænalios: arcadicos. Mænalus enim arcadie mons eſt teſte Plynio & Strabone cuius tanta eſt altitudo: vt eius cacumen aſtris videatur inſertum: hinc Statius libro nono th. ait. Et in medijs frondentem menalon aſtris. Incipe mæ. figura eſt Epimonæ: que dici poteſt perſeuerantia vel aſſiduitas: ſepe enim eadem ſentētia repetitur appellantur ij verſus intercalares. ideſt interpoſiti. Argutum: ſonorum. Lucifer. Menalus.

ASCEN. ¶ Incipe menalios. Eundē verſum ante ſingulos verſus quibus vniformis ſententia complectitur repetit: vnde quia materias diſcernit aut potius quia in muſico inſtrumēto intercapedinem facit intercalaris dicit dicit ergo: Mopſo Niſa datur. quid nō ſperemus amātes: cuius ꝓpter verbi ſperemus equiuocationē duplex poteſt eſſe ſententia. Altera que minus placet mihi quidē eſt hec ſi mopſo turpiſſimo viro dat ſcilicet nuptū Niſa: pulcherrima puella: quid nō ſperemus amātes. q. d. nihil & ita omnes bene ſperare

Spero.

Incipe mænalios mecum mea tibia verſus.
Mopſo Niſa datur. quid nō ſperemus amātes:
Iungētur iam gryphes equis: æuoq; ſequenti:
Cum canibus timidi venient ad pocula dāmæ.
Mopſe nouas incide faces: tibi ducitur vxor:
Sparge marite nuces: tibi deſerit heſper⁹ œtā

Incipe

Incipe menalios mecum mea tibia verſus.
O digno coniuncta viro: dum deſpicis omnes.
Dumq; tibi eſt odio mea fiſtula: dūq; capellæ:
Hirſutumq; ſupercilium: prolixaq; barba:
Nec curare deum credis mortalia quemq̃.

SER. Mopſo Niſa datur: honeſta turpi. pulchra deformi. Gryphes: in hyperboreis naſcunt̄ mōtibus ima ex parte leones: alijs & facie aquile ſimiles equis infeſti: Apollini cōſecrati Cum cani. ti. non ſolū pulchre deformibus nubent: ſed etiā contrarie nature animalia iungentur. Cū cani. ti. ve. ad po. Mopſum canibus: Niſam dāmis ad perſonā alludens com parat. Dāmas maſculini generis facit ſic alibi. Timidi Dāme ceruiq; fugaces. Hora. in fæminino poſuit. Et ſuperie cto pauide natarunt equore Damme. Faces que ſolent prei re nubentes puellas. Varro ideo dicit faces preire nuptas: q; antea non niſi noctu ducebantur a ſponſis quas ideo di cit limen non tangere: ne ſacrilegio inchoarent ſi depoſitu re virginitatem calcent rem veſte numini caſtiſſimo con ſecratā. Tibi. ideſt ſub tuo nomine alij ducitur vt oſtendat eā corruptoribus ſeruiturā. Sparge nuces. Varo ſpargenda rū nucum cauſam dicit. vt Iouis omīe matrimoniū celebre tur: vt nupta matrona ſit ſicut Iuno. Nam nuces in tutela ſunt Iouis & iuglandes quaſi Iouis glandes vocant̄. Nam id vulgare eſt: ideo ſpargi nuces: vt a rapiētibus pueris fiat ſtrepitus ne puelle virginitatem amittentis vox audiatur. Modo tamen ideo ait ſparge marite nuces: vt eum culpa ret infamie. Nam pueri catamiti meritorij: quibus licēter vtebatur antiquitas recedentes a turpi ſeruitio nuces ſpar gebant. ideſt ludum puericie: vt ſignificarent omnia pue rilia iam ſpernere. Vnde illud dixit: tibi ducitur vxor. ideſt ſub tuo nomine. alijs ducitur. ſcilicet tuis corruptoribus: & non tibi. Oetam Theſalie mons eſt ab occidēte: in quo ſtel le videntur occidere. O digno coniuncta vi. puelle inſultat Hirſutumq; ſupercilium: per incultum corpus oſtendit for titudinem ſuam. Prolixa: demiſſa. Nec curare deum ſuper bia tua damnata es turpi marito.

Faces.

Nucum ſparſio. Iuglādes.

Oetam.

PRO. ¶ Gryphes. fere que habent capita aquile. cetera membra leonis cum alis ingentis magnitudinis: in tutela apolli nis. Mænalios: paſtorales a mœnalo monte arcadie que re gio plurima paſcua habet.

MAN. Gryphes. ¶ Gryphes: gryphoſis curuatio dicitur. gryphos habens naſum aduncū. inde grypes dicuntur latinorum aliqui ad dito h gryphes dixerunt. ſunt aūt in ſcythia alites ferociſ ſime teſte ſolino. ca. xvi. & vltra omnē rabiē ſeuientes. me minit etiā de his Mela. li. ſecūdo. Dāmæ damma genus eſt capræ ſylueſtris: cui fel deeſſe notatū eſt: ſicuti ceruo: equo: mulo: aſino: & vitulo marino: vt ſcribit. Philoſophus lib. ij. de animalibus: & Ply. li. viij. inquit q; dammæ manſue ſcunt raro: cum fere dici iure non poſſint. Nouas faces: pa trimi & matrimi pueri tres adhibebantur in nuptijs: vnus qui facē preferret ex ſpina alba: quia noctu nubebant: duo qui nubentem tenerent autor eſt Feſtus. Plutarchus in pro blematibus ſcri. q; quinq; faces in nuptijs accedebāt: quas Cereos appellabant Incide: vt in nuptijs adhibeas. Nuces: honor nucibus nature peculiaris gemino protecti ſoperi mēto: puluiati primum calicis mox lignei putaminis: que cauſa eas nuptijs fecit religioſas: tot modis fœtu munito. quod eſt veriſſimilius. q; quia cadendo tripudium ſonū ve faciant. Ply. lib. xv. ſcri. Tibi deſerit h ſperus œtam. ideſt in tuam gratiam occidit heſperus: olim namq; & nunc quo q; maritus primo ſponſe non in luce: ſed in tenebris iungi tur: de quo Plutar. problema extat hec omnia tamen Ironi nicos dicta accipiantur. Poſſes item hoc pacto accipere Ti bi deſerit heſperus œtam. ideſt te propter e cęlo fugit heſpe rus tanq; id egreferens: melior tamen ſenſus prior. Nam no ctu nubebant: vt diximus. Oetam: œta mons eſt in Theſ ſalia qui ab oriente Thermopylis in occidentem vſq; in ſi num ambracium extenditur: aſperitatis & celſitudinis nō mediocris.

Damme.

Nuces.

Oeta.

ne ſperare debemus: cū tantū boni forte preter ſpem Mopſo contigerit. Altera eſt cum Mopſo qđ minime verearis (eſt em̄ turpiſſimus) Niſa det quid nō ſperemus. i. timeamus amātes. q. d omnia nobis timēda ſunt vnde recte dicit Oui dius. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Nec caret exemplo q; ſperare pro timere accipiat̄. nā primo enei. dicit̄. At ſperate deos memores fandi atq; nefandi. Eſt ergo manifeſtus ſenſus omnia amātibus timēda eſſe cū etiā Mopſo Ni ſa nupſerit: qđ priuſq; fieret tā (ſi ita dicā) im poſſibile videbatur: q̄ ſi gryphes iungant̄ eqs & cū canibus timidi veniant ad pocula dāmæ. Quod aūt dicit Mopſe nouas &c. in irriſionē eius dic. t: cū nō virū ſed effeminatū innuat. vn de poſtea animū ſuū aperiens dicit ad Niſam. O digno cōiuncta viro. q. d. ei qui non virilia agere: ſed muliebria pati ſoleat: vnde nuces eū ſpargere monet. aut vt Iouis omīe nuptie ſecū dent & id per ironiā aut vt fides nuptialis firma & munita ſit vt nucleus in ioglāde: aut vt puel le dum deuirginetur ploratus non percipiatur: & id quoq; irriſorie: aut qa catamit⁹ eſt Mopſ⁹ & iam puerilē turpitudinē vna cū nucibus reli cturus eſt. iuxta illud Perſianū. Cum ſapimus patruos & nucib⁹ facimus quecūq; relictis. aut ſimul propter hec omnia. Nā mopſum puerū turpē eſſe nec plane virū oſtēdit ex cōtrario. do cet em̄ ſe diſplicere q; virilis eſſet: hoc eſt quia hirſutus & barbatus innuens ineptū imberbē & leuē ob id placere. quo errore dignā cenſet Ni ſam que per ſuperbiā deos nedum ſe cōtēpſerit

Ordo ¶ Ordo eſt. O mea tibia incipe mecum dicere aut canere verſus menalios. ideſt arcadicos. Ni ſa. formoſiſſima videlicet mulier datur ſup. nu ptum: Mopſo: ineptiſſimo & turpiſſimo ho mini quid nos amantes: non ſperemus ideſt ti meamus: q. d. nihil non timere debemus ſed omnia: cum etiam turpiſſimus mihi preferatur gryphes aues ille aduncis naribus: & leonib⁹ in poſteriori parte perq; ſimiles & equis infeſtiſſi mi iungent̄ iā. i. poſtq; Niſa Mopſo iūcta eſt: equis & dāme timidi. ſ. naturaliter veniēt euo ſequenti. i. proxime venturo ad pocula cum ca nib⁹. O Mopſe incide nouas faces. i. tedas vxor ducit̄ tibi. ideſt a te aut tibi. i. ſub tuo nomine. ſed ad alium. O marite. ſ. turpiſſime & turpiſſi ma paſſe: ſparge nuces. oſtēde te velle relinque re pueritiam & turpitudinem puerilem nuces ſpargendo: aut ad bonū omē nuptiarū ſparge nuces: quia heſperus ideſt ſtella veſpertina de ſerit tibi aut in perniciē tuam quia inſtat tem pus vt noue nupte debitū perſoluas qđ nō po teris: aut ironice ad cōmodū tuū: quia habitu rus es pulcherrimā coniugē œtam montē illū. Theſſalie quē ab occidente habebat qui hec di cit. Incipe mea tibia mecū verſus menalios. O ſup: Niſa: cōiuncta viro digno ſcilicet te. i. qua lem digna es habere: cum turpis & effeminat⁹ ſit: dum. i. quandoquidem tu deſpicis. i. aſper naris & vilipendis omnes: & dum mea fiſtula ideſt cantilena mea (que tamen plurimū vale re ſolet ad cōciliandos amores) vnde Corydō Canto que ſolitus ſi quando armenta vocabat amphiō dirce⁹ &c. & dū capelle ſup. mee ſunt ſup. tibi odio. ideſt moleſtie & diſplicentie. per capellas aūt vult ſignificare diuitias ſuas ſicut Corydon per oues dicēs: deſpectus tibi ſum nec qui ſim queris Alexi. Quam diues niuei peco ris q; lactis abundans: & dum odio eſt tibi hir ſutū ſuperciliū. ſ. meum & barba prolixa ideſt forma mea virilis que tibi cordi eſſe debebat:

vnde & Corydon. Nec ſum adeo informis &c. A tribus ergo ſeυt ille cōmēdat a muſica ſeu cātu: a diuitijs & a forma: que tamen illa deſpexit at ne id merito feciſſe putetur docet & per petulantiam fecerit. cum etiam ea que nemo paruifacere debeat: videlicet fidem & religionem cōtempſerit: vnde ſubdit: nec credis quecq̃ deum idest deorū curare mortalia. idest credis ꝙ deus mediocris. hęc & plura Strabo lib. ix. O digno con. vi. ironicos loquitur vt iam diximus. Nec curare deū. Ex epicurei ſententia id erat. Is enim vt Cice. ſcri. in libro de natura deo. Ex animis hominum extraxit radicitus religionē: quū dijs imortalibus & opē & gratiā ſuſtulit. ita fit vt non mō hoīes a deis: ſed ipi dei inter ſe ab alijs alij negligant. Stoici vo optime dicebāt eoꝝ ꝓuidētia mūdū admiſtrari & regi non aſpiciat facta mortalium & ita non puniat periuria: vnde & ab alio dictū eſt: quia Iuppiter periuria ridet amantū. Per hec aūt innuit ſibi datā ab ea fidē: quam non ſeruauerit: in cuius punitionem dij eā Mopſo coniunxerint. Eſt aūt Epicureorū ſentētia deos nō curare mortalia: quā ſecutus Flaccus dicit in primo ſermonū. Namq; deos didici ſecurū agere euū. didicit aūt ab Epicuro cuius ſectator erat. vnde primo epiſtolarum Me pinguē & nitidū bene curata cute viſes. Cū ridere voles epicuri de grege porcū. Epicurus vero iactabat ſeleuaſſe mortalium genus duobus maximis malis: religione ſcilicet in preſenti vita cum dij nō curent mortalia & timore futuri cum docuerit animos cū corporibus interire: quorum vtrunq; maxime erroneum eſt. vnde & hic propter eam falſam fidem dicit Damon Niſam in eam miſeriam incidiſſe vt Mopſo nuberet.

Incipe mænalios mecum mea tibia verſus.
Sepibus in noſtris paruam te roſida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cū matre legentem:
Alter ab vndecimo tū me iam cæperat annus:
Iam fragiles poteram a terra cōtingere ramos:
Vt vidi: vt perij: vt me malus abſtulit error.
Incipe mœnalios mecum mea tibia verſus:
Nunc ſcio quid ſit amor. duris in cotibus illum
Iſmarus aut rhodope aut extremi garamātes:
Nec noſtri generis puerum nec ſanguinis edūt.
Incipe menalios mecum mea tibia verſus.
Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrē
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater
Crudelis mater magis an puer improbus ille:
Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.

ASCEN. ¶ Incipe &c. Sepibus. docet quomō eius amore primū captus ſit: primus aūt amor feruentiſſimus eſt ad qd ſignificandū dicit amaſius poeta Delia me primum cupidis decepit ocellis Contactum nullis ante cupidinibus.

Ordo. ¶ Ordo igit vt ſimul ſentētias explicem hic eſt. Incipe mea tibia mecū verſus menalios. Ego vidi (erā em dux. i. cōductor veſter. ſ. matris & filie: qd potius dixero q̄ vt capellas alloquat) te paruā idest cū adhuc puula eſſes legentē cū matre. mala roſida. i. rore perfuſa: in noſtris ſepibus. i. intra pomeria noſtra ſepibus munita. ānus alter. idest ſecūdus: ab vndecimo. i. decimuſtertius acceperat. i. accepat me ingredientē ſe: iā tū. i. tūc primū: & ego poterā iā cōtingere ramos fragiles. i. inferiores que ſole deſtituti ꝓpter interpoſitionē fragiles ſiūt: vt. i. poſtq̃ vidi te: vt. i. qualiter perij. q. d. miſerrime & vt. idest qualiter mal' error abſtulit me. Aut ſic: vt. i. q̄tū cito vidi: vt. i. tantū cito malus error. i. inſanus amor abſtulit me. Incipe &c. Declarat quis ſit malus error quia amor dicēs. ego ſcio nūc qd ſit amor q. d. deus impiētiſſim'. qa Iſmarus & Rhodope montes illi Thracie aut garamātes extremi. i. remotiſſimi a nobis vt qui vltra getulos ſunt: edunt illū. ſ. amorē exiſtentē puerū nō noſtri. i. humani generis: nec noſtri ſāguinis. i. nihil habentē hūanitatis. Incipe &c. vt autē oſtendat ſeuitiā amoris adducit exēplū Medee que per ipatientiā amoris filios abſumpſit aut gladio aut igne vt Mancinellus recitat. Seuus igitur amor docuit matrē. ſ. medeā cōmaculare man' ſanguine natorū. i. ex ea genitorum: o mater. ſ. Medea. tu quoq;. i. etiā tu crudelis ſup. es. q. d. niſi & natura crudelis & ipia fuiſſes: nō potuiſſet te amor ad tm̄ facinus induxiſſe: vt filios occideres. eſt ergo mater etiam crudelis: ſed an mater. ſ. Medea que facinus pegit eſt magis crudelis. an puer. i. amor. ſ. cupido cui eſt perpetua iuuenta aut pueritia nā ſepe amorē ſeu cupidinē puerū legim' vocatū: vnde de venere & ipo dicit. iiij. enei. Tuq; puerq; tuus) eſt ſup. magis improbus. q. d. id quidē neſcio: ſed ſcio ꝙ ille puer. ſ. cupido: qui perſuaſit: aut te o Medea ad hoc induxit extat impius. ſed tu o mater. ſ. Medea tu quoq;. i. etiā tu ſup. es crudelis.

Regula Prima. ¶ Prima regula eſt verba ad loquelam ſpectantia quando obſcuritatem nullā pariunt: venuſte omittunt. vt hec damon ſup. dixit aut cecinit aut ꝓpoſuit.

Secunda. Secūda. A ſubāſtiuis ſapiētib' naturam adiectiuorū formari pn̄t forme diminutiue adiectiue tente. vt a mas maſculus. la. lum. vt hic Maſcula thura. Nam mas quodammodo adiectiue ponitur apud hor. Thyrtheuſq; mares animos: idest viriles. Et apud perſium marem ſtrepitum. idest virilem. hinc maſcula ſappho dicit

SER. ¶ Sepibus in noſtris paruā te roſida mala. Roſida rore perfuſa. Dux ego veſter erā: qa preibā: aut capellas alloquit. Alter ab vn. i. ſecūdus. quia alter de duobus dicit: ego tertiuſdecim': nā pubertati ſe vicinū oñdit qd de duodecimo intelligi nō pōt. vix fra. cū annis recte iungit habitū corporis. Nā pubertas de iure ex vtroq; colligit. Vt vi. vt pe. ſententia eſt. Mox vidi: queadmodū perij. Vnū ergo tēporis. aliud qualitatis: Malus error. diffinitio amoris. Nunc: vel qa iā iuuenis. vel quaſi ſpret' grauior em̄ amor fit ex deſperatione: Hinc Terē. Quāto minus ſpei eſt tāto magis amo Iſmarus aut rhodope: montes Tracie aſperrimi. Recte aūt vituperat amorem ab origine. Itē a geſtis rebus. vt Seuus amor docuit Garamātes: garamātes populi aphrice extremi: quaſi ſeui: quia a conſortio hūano ſint remoti. Nec ſanguinis: nec gn̄is. i. nihil habentē humanitatis. Nā non negat mortalem. Natorū: ſanguine matrem quaſi nouam artem inſinuauit & infudit: & quoniā fabula omnibus nota eſt per trāſitū tāgit: ꝙ Medea ab Iaſone cōtēpta filios ſuos interemerit. Moderatione aūt optima vtit: vt nec totum amori imputet: ne defendat parricidam nec totum matri ne amorem culpa eximat: ſed & illā que paruit & illum qui coegit accuſat. Improbus ille puer. nō eſt ſupflua iteratio. nā fit ſyllogiſm' ex ꝓpoſitiōe aſſumptiōe & cōcluſiōe.

Garamantes.

Medea.

MAM ¶ Roſida: rore infuſa. Alter ab vndecimo idest ſecundus Alter em̄ de duobus dicit: ergo. xiij. nā pubertati ſe vicinū oſtendit: qd recte Seruius enodauit. Vt vidi: vt perij. i. qn̄ vidi quando perij qn̄ me malus abſtulit error: pōt enim vt ꝓ tēporali aduerbio etiā accipi vt hoc loco: de quo & Priſ. meminit lib. xv. Perij vt nulla ſit Synalœpha. Vt me ma. abſtu. er. Simeta ait de delphide. ij. Theo. me morb' flam. miſer

miſeruiſſit. Me penitus totā & ſenſum malus abſtulit ignis Nūc ſcio quid ſit amor. Theo. ait in. iij. Noui qd ſit amor tādē: deus improbꝰ acer Difficilis dire. quē lactauere leene Montibus hircanis nutriuit & improba mater. Obſidet inſidiis qui me moleſq; medullas Vrit: & igni feris figit mea pectora telis. Extremi garamātes: he em̄ ſunt vltra Getulos teſte Diony. Edunt. generant. Seuus amor: oſtendit amoris crimina & ſeuitiam. Medea em̄ Iaſonis amore capta illum a colchis in Theſſaliam ſecuta eſt. Cūq; decenniū Corinthi cū eo fuiſſet: filioſq; etiam peperiſſet ſpreta ob nouā nuptā Creuſam ſ. vel Glaucā Creontis filiā furore ducta domum incendit radice quadā a Circe inuenta. ea virtute vt incenſus ignis nequiret extingui. Iaſon tamen euaſit: Glauca & pater igni abſumpti ſunt. Quidam tamē ſcriptores volūt Medee filios dona quedā ſpōſe attuliſſe venenis illita: quibus tactis ſponſa & pater conſumpti ſunt. Irata aūt Medea ꝙ Iaſon euaſerat eamq; ſpreuerat in eius calamitate omnes iugulauit natos excepto vno qui fugit. Theſſalus ſcilicet. de quibus omnibus plura Diodo. libro quinto.

dicitur: & maſculus animus dico forme diminutiue nō tamen ſunt ſic vera diminutiua. qa ſignificatio deeſt. At quū hic dico hic puſillus non mas: ſed maſculus eſt cenſendus: iam verꝰ eſt diminutiuū. Sicut & maſculus animus aut ſonus ſi non plane virilem ſed aliquo modo intellexeris. Tertia ſecundum diuerſam originē eſt ſepe diuerſa ſcriptura: nam Tus ſi a tundendo vt Var. vult. dicatur ſine h. ſcribatur ſin a thyoo θυόω qd' eſt odorē facio aut θύω thyo qd' eſt ſacrifico: per h ſcribeē thus. Quarta. Vel tā apud poſteros ꝙ apud Ciceronē ponit̄ ꝓ etiā: potiſſimum vbi emphaticos loquimur. vt carmina vel cœlo poſſunt deducere lunā. Nā vtrūq; mirum: & qđ de cœlo quicq; deduci poteſt: & ꝙ luna que ſuum habet cœlum. i. orbem ac ſpheram. Quinta. De prepoſitio in his que ad locum deorſum ſpectant venuſte deorſum ferri connotat: vt deducere lunā cęlo: eſt ipſam deorſum ducere: ſed deducere lunam eſt ipſam extenuare & in ſubtiliores partes carptim diſtrahere. Sexta. Vt priꝰ patuit gerundium in do quando abſolute ponitur venuſte paſſiue ſignificat: vt cantando dum incantatur.

Tertia. Quarta Quinta Sexta

Incipe menalios mecum mea tibia verſus.
Nunc & oues vltro fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: narciſſo floreat alnus.
Pinguia corticibus ſudent electra myrice.
Certent & cygnis vlulæ: ſit Tityrus orpheus.
Orpheus in ſyluis: inter delphinas arion.
Incipe mænalios mecum mea tibia verſus:
Omnia vel medium fiant mare. viuite ſylue:
Preceps aerij ſpecula de montis in vndas
Deferat: extremū hoc munꝰ moriētis habeto.
Deſine mænalios iam deſine tibia verſus.

SER. Arion. ¶ Vlule: aues ἀπὸ ὀλολύζειν. i. a fletu denominate. Tityrus Vilis fuit ruſticus. Arion Leſbius citharedus optimus qui cum corynthum tarento cum multis opibus peteret & videret ſibi in mari a nautis tendi inſidias petijt vt cythara paululū caneret: ad cuius ſonū cū delphini perueniſſent excuſſit ſe ſupra vnum: & imminens vitauit periculum. Orpheus delphinas. As breuis quia grecum. ſic archadas accenſos monitu. Greca enim habentia nominatiuum in es vt archades: habent as correptum in accuſatiuo. Viuite: Valete vt ſit non optantis ſed renuntiantis. Extremū hoc m. moriar in inuidiā tuam. Amare enim dixit munus. Sic Mezentius: Hec tibi porto dona prius.

PRO. ¶ Arion methymneus cytharedus quū in pyratas incurriſſet īpetrauit: vt ſub eodē habitu quo in ſcenā ꝓdire adſueſſet: canere ei liceret: ꝗ quū cātu delphinas elicuiſſet & in mare ſe precipitauiſſet: exceptꝰ ab ipis: perlatꝰ dr̄ in terrā eſſe.

MAN. Electrū. ¶ Nunc & oues: cōtraria fore optat cum pulcherrima turpiſſimo iuncta fuerit. Electra: ferunt heliades ſorores phethontis fratris interitum tandiu deploraſſe vt mortue omnes in alnos tandem arbores lachrymantes adhuc conuerterentur: earumq; lachrymas a Celtis ipſis qui ea circū habitant loca ſæpenumero emungi: cum in aureum vertantur electrū & tanq; lapidem dureſcant. id Dionyſius ſcri. Dicitur pręterea proprie electrū teſte Plyn. lib. xxxiij. vbicunq; quinta argenti portio ineſt auro mixta. De electro etiam libro. iij. Georgi. latius dicetur. Electrum ſine h ſcribitur: cum pſilen ante e grece habeat. Myrice: de his late ægl. iiij. Cygnis. Eſt cygnus auis vndiq; plumis albis cōferta & dulce canens latine olor dicitur. Scribit autē Ci. li. i. tuſcu. ꝙ cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt: ſed ꝙ ab eo diuinationē habere videantur: quia prouidētes quid in morte

ASCEn. ¶ Nunc &c. Optat omnia cōtra naturā immutari per īpatientiā amoris ſibi exitiū deſtinās: vt ex ordine aperieē qui talis eſt Lupus fugiat nunc vltro. i. nō fugatus a canibus aut paſtoribus ſed ſua ſponte oues imbelles. fugiat dico nūc. i. poſthac ex quo me Niſa decepit & mori cupio. & quercus dure feriant aurea. i. aurei coloris mala. i. poma que in tenerrima arbore naſcuntur. Alnus arbor amaro vt dictū ē cortice & frōde deferēte: floreat narciſſo ſup. flore: myrice. i. arida & hūilia virgulta aut hūilimi frutices ſudent. i. ſudādo emittāt & diſtillent corticibus ſup. ſuis: electra pinguia. i. ſuccina. Et vlule aues ab vlulatu dicte certent. ſ. in cantu: cygnis. i. cum oloribus quibus moribundus precipue eſt ſuauiſſimus cantus. Tityrus. i. bucolicus & paſtoralis & ob id rudis cantor ſit. i. reputetur orpheus. i. optimus muſicus. ſit inquā orpheus in ſyluis quas. ſ. ad ſe traxiſſe fingitur quia vt dicit hora. in arte. Silueſtres homies ſacer interpreſq; deorū Cedibus & victu fedo deterruit orpheus: Dictus ob id lenire tigres rabidoſq; leones &c. ſit arion. i. qualis Arion leſbiꝰ ille cytharedus periſſimus: inter delphinas piſces illos marinos (declinaē hic delphin huius delphinos: vnde fit nominatiuus hic delphinus delphini. In accuſatiuo habet hunc delphina. vnde pluralis hos delphinas) inter delphinas aūt modulatus dicitur tam dulciter Arion vt eum ſaluum in dorſo ſuo ad littus perueherent. Incipe &c. Omnia fiant vel: ideſt etiā medium mare: hoc eſt tam altis aquis obruantur vt que ſunt in medio mari: vos ſylue viuite. i. valete & diſcedite quaſi dicat nolo amplius inter vos conuerſari. & id quidem ſecundū mentem Seruianam quam Landinus approbat. Sequitur ergo Ego deferar preceps. ideſt p̄cipitabor de ſpecula. ideſt alta rupe vnde ſpeculari liceat: montis aerij. ideſt in aera multū exaltati: in vndas. ideſt ſubmergar: habeto. ſcilicet Niſa hoc extremū munus. ideſt donum inuidioſum morientis: ſcilicet qa in inuidiā eius mori cōſtituit. Deſine iam mea tibia menalios verſus. per hūc finem ſignificatur carmē hoc amatorium eſſe compoſitum non ab amatore vero: ſed nomine eius. vnde non intelligemus Damona ſe precipitare deſtinaſſe: ſed ceciniſſe carmē nomine eius qui id deſtinauerit: vnde & Alpheſibeꝰ non ſuas ſed cōiugis alicuius partes agit in carmine. Sunt tamē qui ad Damonis perſona applicent

plicent ꝓpterea ꝙ dictū eſt eū diliculo cecinisſe quod non oportuiſſet ſi alterius rem ageret. Sūt etiā qui intelligāt illud viui te ſylue in gratiam ſyluarū dictū quaſi cum omnia obruēda optet ſolas ſyluas recipiat: ſed tutius eſt ab autoritate non diſcedere: niſi ratio vrgeat.

in morte boni ſit cum cantu & voluptate moriantur. Meminit & Ply. li. x. vlule aue s ſunt nocturne ab vlulatu dicte de quibus etiam ply. Certent & cygnis vlule Comatas ait in Theochriti. v. Lucinie dulci raucos contendere turdos. Nec fas eſt. epopas cygnis obſtare canoris Orpheus: de hoc iam dictum eſt. Arion: is fuit citharedusq; optimus de quo late Oui. lib. ij. Ait autē Q uod mare non nouit: que neſcit ariona tellus? Carmine currentes ille tenebat aquas Protinus in medias ornatus deſilit vndas Spargitur impulſa cerula pupis aqua. Inde fide maius: tergo delphina recuruo. ſe memorat oneri ſuppoſuiſſe nouo Ille ſedens citharamq; tenens preciumq; vehendi Cantat: & æquoreas carmine mulcet aquas: hec & plura Oui. ſed latiſſime Hero. circa principium primi libri quod repetit: etiam Gel. lib. xv. capitulo vltimo. Extremum hoc: ordo eſt: hoc habeto extremum munus morientis.

Hæc Damō: vos quæ reſpōderit Alpheſibœus
Dicite pierides: non omnia poſſumus omnes.
Effer aquā: & molli cinge hæc altaria vitta Al.
Verbenaſq; adole pingues & maſcula tura:
Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus: nihil hic niſi carmina deſunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite daphnin.
Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam:
Carminibus cyrce ſocios mutauit Vlyſſis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum mea carmina. ducite daphnin

ASCEN. ¶ Hec Damon. Vos que reſponderit Alpheſibeus dicite pierides &c. Arguta vt dixi phantaſia qua carmen quod ad magicam artem ſpectet non potuiſſe aut noluiſſe memorie ſue cōmendare ſignificat muſas vt ipſe id recitēt cohortans. Nam ſic & paſtoralis perſone decorū ſeruat cui difficile nimis fuiſſet tot carmina ex vna recitatione edidiciſſe: & ſe quibus Romanis interdictum erat magicis artibus non impli cuiſſe ſignificat. Sūt preterea carmīa que alpheſibeus cantaſſe dicit̄ nō ſuo nomine (nō em̄ illi Daphnis cōiunxerat cū vterq; mas eēt) ſed eius que cum ruſtica eſſet habebat maritum in vrbe morantē. docet ergo eam primo precepiſſe vt omnia rite ad magicam ſeu incantatonem diſponerentur. deinde magica carmina poſtulat ſperans eis maritū poſſe ab vrbe reuocari quibus etiā luna de cœlo deduceret̄ & ſerpentes necarētur vn̄ argumentat̄ a fortiori. quia ſi carmine difficilius pn̄t: poterunt etiā Ad qđ facilius eſt.

Ordo ¶ Ordo eſt Damō ſup. cecinit aut recitauit a paſtoribus archadicis audita hec. ſ. iam dicta carmina vos o Pierides dicite ſup. ea q̄ alpheſibeus reſponderit. i. contra recitauerit: dicite inquam. i. recenſete & narrate nobis quia nō oīs poſſumus omnia. i. nō omnib⁹ datū eſt omnia poſſe: & tam preſtantē memo. iā habere vt omnia audita memorēt. Incipit aūt carmen quaſi a muſis recitātibus verba vxoris ad ancillā fidelem amaryllida: videlicet quā vnicā ad eā rem adhibet dicens. O ſup. amaryllí: effer. ſ. e loco vbi hactenus occulta fuit: aquā. ſ. ad magica ſacra aptam: & cinge hec altaria molli vitta. i. fertis ex herbis aut floribus: & adole. i. incende & vr e: verbenas. i. herbas ſacras: pingues. i. oleo vt incendi poſſent perfuſas: & tura maſcula. i. teſtes maſculorum habentiū: vt ego experiar. i experiendo coner: auertere. ſ. ab vſu rationis: ſanos. i. non amātes ſenſus coniugis. i. mariti mei Daphnidis. auertere inquam ſacris magicis. i. incantatorijs. Et quia videt omnia diſpoſita dicit. Nihil ſup. deeſt hic niſi ꝙ carmina deſunt (Retulit autē verbum per zeugma ad vicinius ſuppoſitū). Et ideo quia carmina deſunt: quaſi vocās ea dicit O mea carmina ducite daphnin maritum ſcilicet meum: domū ab vrbe. q. d. id facillimū erit vobis: cū nihil ſit facilius q̄ ruſtico perſuadere aut eum inducere: vt ab vrbe domum redeat: ꝙ autem id poſſent carmina probat a fortiori dicens: Carmina poſſunt deducere. i. deorſum ducere & ducere de celo: vel. i. etiā

Magica vis in lunam. lunam (Id aūt credebat antiqua ſupeſtitio vnde in Theſſalia vbi plurima veneficia & incantamenta fieri ſolebant: quoties lunā laborantē & ad eclipſim tendentē videbant erea tintinabula ac pelues pulſabant: vt videlicet crepitu vis verborum impediretur ne lunam pertingeret: ad qđ alludens dicit Iuuenalis ſaty. vi. Tot pariter pelues & tintinabula dicas pulſari. iam nemo

SER. ¶ Dicite pierides. Captat attenationē cum niſi a numinibus hoc dicit poſſe negat cum ſuperiora dixerit: Intelligimus autem hos paſtores referre que aliquando audierunt in Archadia vnde dixit. Incipe menalios. N n omnia poſſumus omnes. Sic Cicero. Vnum ſuſtinere vix pauci poſſunt vtrunq; nemo. Adole: incende. κατατο ευφημηνσ μοy. nam adole eſt auge. Sanos: non amantes. vt inſanos amantes dicimus. Auertere: a ſanitate mutare vel auertere pro cōuertere: vt ſit mutata prepoſitio: vel addit. ideſt etiam arguit autem a maiori. Nam ſi hoc faciunt carmina: facilius minora facient. Facile enim eſt vt ex vrbe rus redeat ruſticus. Cantando: dum incantātur. Gerundius enim modus ab omni verbo ſimiliter creatur. Ergo hic paſſiue protulit. Cum autem dixit Cantādo tu illum actiue. Salu. Cum ipſe ad imperandum vocaretur. ideſt vt ei iperaretur. Frigidus nocens: vt Frigida ſaturni quo ſeſe ſtella receptet.

MAN. ¶ Dicite pierides: hic verſus totus eſt Furij ex decimo libro. Lucretius item libro quinto ait: Maior erat natu non omnia poſſumus omnes. Macro. autor libro ſexto. Verbenas: verbena Iouis ab ara verrebatur: domus purgabatur luſtrabaturq;: ferebatur autem domeſtica flore albo in ortis. ſacerdotes eū purificationibus adhibere conſueuerunt ſicq; medicus viſitando infirmum ipſam portauerit ægroto neſciente & dicet egroto ipſi qualiter eſſ: ſi dixerit bene eger ſanabitur. ſi male morietur. Hec alij. Plyn. autem ſcribit lib. xxij. cap. iij. Verbenam dici gramen ex ara cum ſua terra euulſum &c. Propterea igitur pingues verbenas dici putarim: nam & are pingues dicuntur eſſe. Adole. ideſt vre teſte Nonio. Alibi adolere ſignificat augere honorare propitiare: vt. lib. i. eneid. Et flammis adolere penates. Maſcula thura: maſcula thura aliqui putant a ſpecie teſtium dicta. ſunt enim rotundiora & religioni tributa ne ſexus alter vſurparetur: autor Plyn. lib. xij. Sanos. ideſt non amantes qui enim amant non ſani ſunt. Hinc illud Marōis. lib. iiij. Q uum ſic vnanimem alloquitur male ſana ſororem. Magicis ſacris: maxime queſtioni & ſemper icerte eſt inquit. Plyn. xxviij. capitu. ij. valeant ne aliquid verba & incantamenta carminum. Veſtales noſtras hodie credimus non dum egreſſas vrbe mancipia fugitiua retinere vi ſola precationis.

Verbena. Tura Maſcula.

cationis. Non pauci etiam ſerpentes ipſos recantari credūt
Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari: Marcus
Varro podagris. Ceſarem dictatorem poſt vnum ancipi-
tem vehiculi caſum ferunt ſemper vt primum conſediſſet
idquod pleroſq; nunc facere ſcimus carmine ter repetito ſe
curitatem itinerum aucupari ſolitum: hinc & faſcinationi
bus adoratione peculiari occurrimus & impares numeros
ad omnia vehementiores credimus. Idq; in febribus dierū
obſeruatione intelligitur. Scribit item Theocri. apud gre-
cos. Catu. apud nos & Ver. amatoria incantamenta imita
Magia ti ſunt. Magia preterea incantatio dicitur: Mageno magi-
Circe. cam exerceo. Circe. ſolem ferunt duos procreaſſe pueros:
Aetam: ac Perſen. Aeta in cholcho regnauit in Taurica per
ſes. Crudeles ābo efferiq;. e Perſe Hecate orta eſt que poſtea
Aete nupſit: genuitq; liberos tres: Circē: Medeam: & Agia
lum. Circe ad omnis generis venenorum curam verſa mul
tarum herbarum radicumq; varias vires mirabileſq; reppe
rit. Venit demum ad Italiam: inq; eo promontorio quod
nunc quoq; ab illa Circeum vocatur reſedit: hec ex Dio-
ni. libro. v. Quomodo autem Vlyſſis ſocios carminibus
verterit in feras legito Ouid. libro. xiiij. meta. Cic. autem
in lib. de natu. de. ſcribit Cyrcen ſolis fuiſſe filiam ex Perſi-
de Oceani filia.

Terna tibi hæc primū triplici diuerſa colore
Licia circundo terq; hæc altaria circum:
Effigiem duco: numero deus impare gaudet:
ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite daphnī
Necte tribus nodis ternos amarylli colores.
Necte amarylli mō & veneris dic vīcula necto
Ducite ab vrbe domum mea carmina &c.
Limus vt hic dureſcit. & hæc vt cæra liqueſcit
Vno eodemq; igni. ſic noſtro daphnis amore.
Sparge molā & fragiles īcēde bitumīe lauros.
Daphnis me malꝰ vrit: ego hāc ī daphnide laurū
Ducite ab vrbe domum mea carmina &c.

SER. ¶ Licia: Nam vt licia ſtamen implicant: ita adoleſcentis
mentem implicare contendit. Effigiem ſcilicet amatoris:
vt Dido effigiē toto locat. Impare: pro impari ſcilicet qui-
cunq; ſuperorum: vel hecate cuius eſt triplex poteſtas. Vn
de tria virginis ora Diane. Hec autem amaryllis eſt quam
greci συμμιοτιμ dicūt. Veneris dic vincula ne. Anapæſtus
eſt trimeter hypercataleticus: quod metrum Veneri eſt di-
catum. Molas far & ſalē. Bitumine. l. i. lauros diuino igne
Bitumen. conſume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari: Vn
de iuxta Babyloniam quia frequētia cadunt flumina: hac
re lacus abundat adeo vt ex bitumine fabricaſſe muros ſe-
miramis dicatur. in Daphnide: Arcaiſmos pro in daphni-
dem: vel intelligamus ſupra daphnidis effigiem eam lau-
rum incendere propter nominis ſimilitudinem.
MAN. ¶ Licia: ꝙ ea vim in carminibus haberent. innuit etiam.
Licia. Plyn. libro. xxviij. quum ait inguinibus medentur aliqui
licium tele detractum alligantes nouenis ſeptenisue nodis
ad ſingulos nominātes viduam aliquam atq; ita inguina
Numerus ad alligantes licio. Cantando dum cātatur. Numero deus
impar. impare gaudet impares numeros ad omnia vehementio-
res credimus inquit Plynius libro. xviij. capi. iij. & Ma-
cro. lib. ij. ſat. ſcribit ꝙ impar nūerus mas & par fœmina vo
catur. Itē arithmetici imparē patris & parē matris appella-
tione venerant. Ply. itē li. xij. inquit ꝙ maſculū genus reli
gioni tributū eſt. Cera liqueſcit. Simeta in theocriti ſecūda
ait: Vtq; meis pallēs digitis bn̄ cera liqueſcit: Mindiꝰ extē-
plo ſic noſtro delphis amore. Molā: erat mola ex ſale & far-
re molito: vt ſcribit Varo. Bitumē eſt terre gleba que a ca
lore liquefacta afflat atq; diffundit: rurſumq; in glaciē for
tiſſimam

nemo tubas nemo era fatiget: vna laboranti
poterit ſucurrere lune. Vnde Tibulus. Cantꝰ &
e curru lunam deducere tentat. Et faceret ſi nō
era repulſa ſonēt Leges autē vetantes ne quis
meſſem pelliciat aut magicis artibus traducat:
aut grandine concutiat: docent non nihil eis
aliquando factum) Circe venefica illa ſolis fi-
lia que verbis & potētibus herbis dicitur ſocios
Vlyſſis in varias feras mutaſſe vt ad principiū
ſeptimi enei. latius dicetur. vnde dicit hic: Cir-
ce mutauit carminibus. ideſt incantamentis ſo
cios Vlyſſis: non autem Vlyſſem: quia abſti-
nuit a poculis eius que amatoria ſeu Philtra cō
tinebant: ideſt potionem magica arte confectā
& ad amoris inſaniam impellentem. Anguis
frigidus. ideſt nocens ac veneni qđ frig. dum
eſt plenus: aut frigore. ideſt morte afficiens. rū-
pitur in pratis cantando. ideſt per incantamen
ta qđ ſentiens aures oculit: alteram cauda alte-
ram terra ad quam eam applicat: ducite &c.
¶ Regula eſt Gerundia in do ſepe ponūtur ab Regula
ſolute in ſignificatione paſſiua: vt hic cantan-
do. ideſt dum incantatur: & in Georgicis: vrit-
q; videndo femina: ideſt dum videtur. ASCEN.
¶ Terna &c. Tangit modum quo ſacra magi
ca peregerat adhibens illis ternarium numerū
quem ad ſacra aptum eſſe etiam Philoſophus
in de cœlo & mundo docet & vt Mancinellus
recitauit: Plynius impares numeros ad omnia
vehementiores credit. Imparium autem nume
rorum primus eſt ternarius. Nam vnitas non
eſt numerus: ſed principium numeri Ternarius
autem nobis in ſancta trinitate venerabilis eſt
¶ Ordo eſt. Ego circūdo primum tibi o Daph Ordo.
ni ſupple. ideſt ad irretiēdum te: hec terna licia.
ſcilicet ad que implicantur ſtamina: diuerſa. i.
diſtincta triplici colore & ego duco effigiem.
ideſt imaginem ad viuum effictam circum hec
altaria: duco inquam ter: quia deus precipue ſu
perus gaudet nūmero impare. Ducite ab vrbe
&c. O amarylli necte ternos colores que ſunt in
licijs tribus nodis: necte inquam modo & dic
ego necto vincula Veneris. ideſt conciliande
veneris atq; amoris. Ducite &c. Vt ideſt quē-
admodum: hic limus. ideſt terra pinguis & lu-
toſa: dureſcit. ideſt fit dura. & vt hec cera lique
ſcit pro liquefit. ideſt fit liquida vno & eodem
igni (Notanda eſt ſyllabe correptio: nam eo- Eodem.
dem deberet ſecundam producere quam tamē
corripit ſicut et ille. Non eodem curſu reſpon-
dent vltima primis. Verum vt illic ſubitam re
rum mutationem ſyllabe correptione depi-
ctam volunt: ita hic dicere liceret ſubitā ignis
operationem ſignificatam ſic ſupple dureſcat
aut liqueſcat aut potius vtrunq; faciat: Daph
nis noſtro amore. ideſt igne noſtri amoris quo.
ſcilicet ipſum amo (vnde dixit noſtro non no
ſtri. Sane ad diuerſa referuntur hec in Daphni-
de. Nam vult eum dureſcere. ideſt ſtabilem fie
ri in amore ſui: & liqueſcere in amore vrbis aut
mulieris vrbane: Vtrunq; autē fit ab igne amo
ris. Qui enim quemuis ardenter amat nec faci
le alium amat: vnde dureſcit vehementia amo
ris & amore languet. vnde liqueſcit ac diffluit
virtus eius.) O amarylli ſparge molā. ideſt cō
fectionem ex farre & ſale molito ſine qua nul-
lum rite fiebat ſacrificium: & incende bitumi-
ne. ideſt illitas bitumine: lauros fragiles. ideſt
deſiccatas qa daphnis malus. ideſt perniocioſus
aut iniuſtus cū ſit ſine redamatiōe: aut dic amor
daphnis malus. (Indifferenter ergo dicit huius
daphnis & huius daphnidis) Ego ſup. cōburo

hanc laurū in daphnide.i.ſuper effigiem daphnidis de qua dictū eſt. Terq; hec altaria circum Effigiem duco: & ita non erit arcaiſmos.nec antiptoſis: aut ſi ſenſus eſt: ego cōburo in perniciē daphnidis aut cōtra Daphnin erit caſus pro caſu in daphnide pro in Daphniden aut daphnin. Ducite &c.

tiſſimā ab aqua frigida immutatur qualis eſt lacuū aquæ: vnde & ſectione & inciſione opus eſt. Id poſtea in ſummo fluitat. Strabo autor lib. xvi. Plyn. aūt lib. xxxv. ca. xiiij. ſcri. ꝙ bitumē alibi limus alibi terra. Limus ab iudeæ lacu emergens. Terra in Syria. Eſt vero liquidū bitumē ſicut & acyntiū gignitur & pingue liquoriſq; oleacei in Sicilia vtūtur ꝗ eo ad lucernarū lumina. Item ad ſcabiē iumētorum Vis bituminis que ſulphuris. ſiſtit attrahit diſcutit glutinat: ad lepras prurituſq; corporū efficax: hec ex Ply. Lauros lauro in ſuffimētis & purgationibus vtebantur. Non tamen fas erat in profanis vſibus pollui laurum. vt Plyn. lib. xv. meminit. Daphnis me malus vrit. Si meta in ſecunda Theocriti ait Comburit me delphis ego hanc in delphide laurum. Bitumen Laurus.

Talis amor Daphnin qualis quū feſſa iuuencū
Per nemora atq; altos querēdo buccula lucos:
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
Perdita: nec ſere meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit
Pignora chara ſui quæ nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mando: debēt hec pignora daphnin
Ducite ab vrbe domum mea carmina &c.
Has hærbas atq; hæc ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima ponto.
His ego ſæpe lupum fieri & ſe condere ſyluis:
Mœrim: ſepe animas imis exire ſepulchris
Atq; ſatas alio vidi traducere meſſes.
Ducite ab vrbe domum mea carmina &c.

ASCEN. ¶ Talis amor Daphnin. Talis inquit amor teneat Daphnin qualis ſolet bucculā tenere nec ſit mihi cura mederi. i. nolim remediū amoris: tūc qa mutuus gratiſſimus fuerit: q.d. nunc qa ſola amo nec redamor alterum expeto aut eius amore diſſolui aut potiri qd Dido de enea ſic dicit. Qui mihi reddat eū vel eo me ſoluat amātem. In Seruianis verbis cū dicit Aut nolim magicis artibus ſubuenire aut nolim ſecū cōcubere: ſenſus eſt nolim amori Daphnidis ſubuenire per magicā artem: nec meo per concubitū quia ſatietas concubitus amorē ledat: eſt autē mala reciprocatio vbi dicit ſecū cōcūbere pro cū eo. Deinde ingredit̄ iterū aliud argumentū dicēs. has olim &c. qd ſic cōnecti poſſit ſuperioribus vt ſit nolim quidē tūc remediū querere amori: qd nunc quererēdum eſt: ad id aūt conducent exuuie eius que mihi Daphnin debēt. i. que tali arte tractabo vt Daphnin venire cōpellāt Ante vero indicat dicēs eas ſe in terra cōditurā: & herbas quas a Meri ꝓbatas dicit & ad magiam multū valere periculoſo facto cognouit ſuper iecturā. Ordo. ¶ Ordo eſt. Talis amor teneat Daphnī qualis ſup. tenet bucculā. i. iuuencā: cum. i. qñ buccula feſſa. i. defatigata querēdo iuuencū. i. taurū iuniorē per nemora atq; altos lucos: procumbit. ſ. amplius ſtare aut currere nequiens & amore lāguens ꝓſternit̄ in viridi vlua. i. herba paluſtri ꝓpter. i. iuxta riuū aque vñ tamē refrigerium ſi nō amaret caperet: nec ipſa perdita. ſ. amoris impatiētia meminit decedere nocti ſere. i. ꝗuis ſero & tarde aduētāti vt ſignificet̄ lōgitudo dierū in qua vacce caleſcunt: aut ſere. i. aliquatulū ꝓgreſſe: hoc eſt ꝗuis plurimū nigreſceret & nox tota irrueret. Talis in quā amor teneat Daphnin nec cura ſit mihi mederi. i. & noli tūc non amare ꝗa rñderet amori meo (& ita malim intelligere vt loquat̄ de amore ſuo ꝙ daphnidis) Ducite &c. Ille perfidus per inuidiā non nominat eū de Daphnide tñ loquit̄ reliquit mihi olim. i. tpe longe ante acto & id ex affectiōe amātis. has exuuias. i. īdumēta ſua ꝗ exuit (Sic etiam Dido de veſtibus ab enea relictis: dulces exuuie dū fata deuſq; ſinebāt) appoſitorie pignora. i. monumēta cara ſui. i. vt me ſui admoneant. que ſupp. pignora o terra ego mando. i. credo & cōmitto tibi nunc in ipſo limine. ideſt ingreſſu domus quia hec pignora debent mihi daphnī ſup. reſtituere. i. ita tractabo vt mihi eū reſtituāt. Ducite &c. Ipſe Meris emphaſim habet ipſe. q.d. peritiſſim⁹ in veneficijs & arte magica & in componēdis Philtris dedit mihi has herbas atq; hec venena. i. vēenoſas herbas: lecta. ideſt collectas: ponto. i. in in ſula pontica. pluri ma ſup. venena naſcunt̄ pōto. Ego vidi Merim ſcilicet veneficū fieri ſepe his herbis. i. per has herbas lupū. i. mutare effigiē lupi & cōdere ſe. i. abſcōdere ſe ab incurſu hominū & canū ſyluis. i. in ſyluis: & vidi ipm meri exire. i. euocare ſepe his herbis animas. i. manes imis. i. profundis ſepulchris: & traducere meſſes ſatas alio. i. in aliū agrū. Ducite &c. De mutatione in lupū preter ea que Mancinellus dixit addamus & hec Landini ſic dicentis: Auguſtinus in lib. de ciui. dei refert Marcū Varronē ſcribere de arcadibus ꝙ illuſorie ducti tranſnatāt quoddā ſtagnū vt ibi in lupos conuertantur:

SERVI⁹. ¶ Buccula. bouis eſt diminutio. Bos anomalū eſt: nā bos in bobus ꝓducit primā ſyllabā in reliquis caſibus corripit primā. Propter iuxta. perdita amore coſumpta. Nec ſit mihi cura me. aut nolim magicis artib⁹ ſubuenire: aut nolim ſecū cōcūbere. Perfidus. Nūc. ſ. perfidus. Limine ipſo loco Veſte ſacro. Alio traducere meſſes. ſ. magicis ſacris. Vnde eſt in. xij. tabu. Neue alienam ſegetē pellexeris. Buccula. Bos.

MAN. ¶ Propter. ideſt prope. Perdita nec ſere: verſus integer eſt Varrij de morte: vt edocet Macro. libro. ſat. vi. Ponto: menſura ponti a Boſphoro ad meotidos lacum protenditur: vt ſcribit Plyn. libro. vi. Soli. autē ſcribit in ponticis oris Aconem portum eſſe: qui prouentu malorū graminū vſq; adeo celebris eſt: vt noxias herbas aconita illinc nominemus Lupum fieri Plyn. libro. viij. ſcribit: ꝙ in italia quoq; creditur luporum viſus eſſe noxius: vocemq; homini quē priores cōtemplent̄ adimere ad pſens: homines aūt i lupos verti rurſuſq; reſtitui ſibi falſum eſſe cōfidenter exiſtimare debemus: aut credere omnia que fabuloſa tot ſeculis comperimus. Euanthes inter autores grece non ſpretus. tradit Archadas ſcribere ex gente antei cuiuſdā ſorte familia electū ad ſtagnū quoddā regionis eius duci: veſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare atq; abire in deſerta transfigurariq; in lupum & cum ceteris eiuſdem generis cōgregari per ānos. ix. in quo tpe ſi hoīe ſe abſtinuerit: reuerti ad idē ſtagnū & cū tranauerit effigiē recipere ad priſtinū habitū addito. ix. annorū ſenio. addit quoq; Fabius eandē recipere veſtē inter auguria Homines in lupum verti.

auguria ad dexteram commeantium preciſo itinere ſi plezno id ore fecerit nullum omnium preſtantius. hæc ex illo. Alio traducere meſſes: quinetiam inquit Plyn.lib.xxviij. ca.ij.& legum ipſarum in.xij.tabu. verba ſunt qui fruges excantaſſet: & alibi. Qui malum carmen incantaſſet.

uertantur: & cum ſimilibus feris viuant. Si vero carne humana non veſcantᷣ rurſus poſt nouē annos remeato eodem ſtagno reformantur in homines: deniq; quendam Lemenetum parrhaſium guſtaſſe de ſacrificio quod archades immolato puero faciunt de ſuo lyceo in lupum cōuerſum & .x. anno in humanā effigiem reuerſum in olympia pugilē victoria meruiſſe nec propter aliā cām & lyceū Iouē & lyceū pana in arcadia vocari exiſtimat Varro niſi ꝙ ea nō alia vi q̃ diuina fieri poſſe exiſtimat. Addit idem Auguſtinus mulieres fuiſſe in Italia que dantes aliquid in caſeo homines in iumenta mutabāt que neceſſaria queq; portabant deinde perfuncti opera ad ſe redibant: nec tamen ſenſus rationabiles in eis mutabantur. Hec ille. Quod autem dicit animas imis exire ſepulchris: non diſſimile eſt illi quod legitᷣ.i. Regum.xxviij. de Phytoniſſa que animam Samuelis exciuit.

Fer cineres amarylli foras: riuoq; fluenti
Transq; caput iace: ne reſpexeris: his ego daphnin
Aggrediar: nihil ille deos: nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite daphnin.
Aſpice corripuit tremulis altaria flammis
Spōte ſua dum ferre moror cinis ipſe: bonū ſit
Neſcio: quid certe eſt & hylax in limine latrat.
Credimus: an q amant ipſi ſibi ſomnia fingūt:
Parcite ab vrbe venit iā ꝑcite carmina daphnis.

SER. ¶ Ne reſpexe. Nolunt enim ſe videri numina niſi ex nimia neceſſitate. Vnde pro miraculo dicitur. Alma parens confeſſa deam. ſed fecit in periculo filij. Nihil ille.d.n.c.c. Satis eſt ꝙ putat carmina magica nihil valere: ſed de his in iiij. eneid. plura. Corripuit tremulis: hoc vxori Ciceronis dicunt eueniſſe cum poſt peractum ſacrificium libare vellet. In cinere viſa eſt flamma: quod ſignificauit eius maritum eo anno futurum conſulem vt ipſe in ſuo teſtatur poemate. Bonum ſit: dubitat & optat quia ignis etiam malum ſignum eſſe poteſt quia nocet. In limine: in loco vbi amati veſtes obruerat: ipſi ſibi ſomnia fingunt: omnia de magicis dicta deſtruit dicens. hęc tantum deſiderantibus vera videri quod per prouerbium eſt locutus.

Terentia ciceronis.

MAN. ¶ Nil carmina cu. oſtendit per hoc Maro carminibus non eſſe pondus. Aſpice: verba ſunt amaryllidis. Bonum ſit neſcio dubitat an bonum an malum cinis accenſus portendat. deinde certior ait. Quid certe eſt ideſt aliquid eſt: nā & hylax in limine latrat in limine autem vbi Daphnidis exuuiæ erant latrabatq; illius aduentu Hylax: melius per x q̃ ꝑ s ſcribitᷣ in fine hyalo aūt vel hylacteo latro vel reſono ſignificant: hic & hylactor nomen canis apud Ouidium. Credimus ſcilicet aliquid eſſe. An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. ideſt vana componunt: ventura putātes quęcunq; deſiderant. Qui amant: nulla hic Synalœpha eſt. Parcite: hoc ait credens illum venturum eſſe. Parcite autem deſiſtite.

ASCEN. ¶ Fer cineres amarylli foras &c. Significat per acta magica ſacra atq; deportandos non ſine magica ſuperſtitione cineres: quod muneris amaryllidi indit: que ſecundum mancinellum dum cineres auferre conatur videt eos iterum inflammari: vnde dicit aſpice corripuit &c. vt tamen vniformis ſit contextus malint nonnulli omnia vxoris verba cenſere vt ipſa dicat ad amaryllida: aſpice amarylli dum moror ideſt differo ferre. ideſt auferre cineres vt humeris tuis imponam ipſe cinis ſponte ſua corripuit hec altaria tremulis flammis quod cum nouum ſit addubitat quid portendat dicens neſcio an bonum ſit: eſt certe aliquid quod per hoc portenditur: & videtur ꝙ aduentum mariti ſignificet: ad hoc accedit ꝙ hylax canis latrat in limine. & ita dicit: credimus ſupple id bonum: ſcilicet aduentum mariti portendi: ſed dubitamus an ridiculum dicendum ſit eo ꝙ qui amāt ipſi ſibi ſomnia fingunt: vtcunq; tamen eſt parcite mea carmina. ideſt. nolite officere marito meo quia vt ſpero ipē venit ab vrbe. Qui vero dixerit ea verba Aſpice &c. eſſe amaryllidis vt etiam Landinus conſentit erit alius ordo. Eſt ergo duplex: alter vt dixi dādo hec omnia vxori ſic. O amarylli fer foras. ideſt effer cineres & iace ideſt proijce eos riuo fluenti. ideſt in profluentum trans caput. ideſt vltra verticem capitis tui: & caue ſupple ne reſpexeris. Ego aggrediar. ideſt tanq̃ terribilem & durum hominem inuadam his ſcilicet ſacris amatorijs & magicis: quia ille nihil curat deos & nil curat carmina quaſi dicat videtur omnia contemnere & ideo aggrediar animoſius eum. Latenter autem innuit poeta magicis carminibus nullam eſſe virtutem cum ne ruſticum quidē mouere poſſint. Ducite &c. Dum hec precepiſſet domina volebat colligere cineres vt eos ancille imponeret efferendos ſed nouum videt portentum: vnde dicit. Aſpice o amarylli dū ego moror. ideſt percunctor & differo ferre. ideſt extollere cineres vt tibi imponam: ipſe cinis corripuit. ideſt celeriter rapuit ſua ſpōte per ſe & nullo inflammante altaria tremulis ideſt titubantibus & ſcintilantibus ac micantibus flammis neſcio an ſupple ſit bonum aut precor vt ſit bonum. ſed neſcio quid ſit certe eſt quid ideſt aliquid & ideſt inſuper preter hoc portentum: hylax ideſt canis noſter latrat in limine vbi ſcilicet infoderat exuuias Daphnidis: & per quod venire debeat. Credimus ſupple ipſum venire: hoc eſt vtrum credam ipſum venire: an ipſi qui amant fingunt ſibi ſomnia ideſt que cupiunt in ſomnis vident oſtendit tamen ſe credere. vnde concludit. Parcite o mea carmina parcite ideſt abſtinete & cauete ſcilicet violenter & hoſtiliter adducere Daphnin (quia dixerit his ego Daphnin aggrediar) nam Daphnis venit ideſt redit (in preſenti ſcilicet tempore quia priorem corripit) ab vrbe. Secundo modo ordo erit: vt cum domina precepiſſet efferri cineres & ancilla paululum cūctata & poſtea cineres inflāmantes conſpicata redierit ad dominam dicens. Aſpice o domina ignis corripuit ſua ſponte ipſa altaria tremulis flammis: dum ego moror ideſt differo ferre ideſt efferre ipſum vt iuſſiſti neſcio an ſit bonum certe ideſt quid ideſt aliquid quod ſupple portenditur: & inſuper hylax latrat in limine. Ad quod domina. Credimus ſcilicet bonum portendi & Daphnin venire deinde quaſi ſe leuitatis argueret dicit. An ipſi qui amant fingunt ſibi ſomnia. ideſt an potius credam hec quaſi ſomnia mihi contingere: Et innuit ꝙ non: vnde ſubdit Parcite: ab vrbe venit &c.

Ordo.

Argumentum Aſcenſianum in Mœrim quæ eſt Aegloga nona.

Nona refert obiter Mœrim Lycidāq; canētes.
Deſlenteſq; ſui deperdita rura Menalcæ.

ASCEn: ¶QVE nemora aut qui vos ſaltus habuere puelle.Incipit igitur cantare alloquens primum muſas rogansq; vbi fuerint cum Gallꝰ ſic deperiret:quaſi vero muſarum preſentia amores cohibuiſſet.Nam vt in.ij.enei.diuinus poeta docet numina caſta cū venere non habent cōmercium.vnde non potuit ea videre eneas donec venus abierat:ſed hic amātem conueniunt numina amatoria.vt ex ordine patebit qui talis eſt. **Ordo.** O naiades ideſt fontium dee:hoc eſt muſe que & fontibus preeſtis:nam ſecundum varonem eedem ſunt muſe & nymphe.puelle ideſt caſte & ꝑpetua virginitate florentes(vnde vt Catullus inquit Caſtum eſſe decet Poetam ipſum)que nemora & qui ſaltus habuere id eſt tenerunt vos tanq̄ rem charam(vnde potius habuere q̄ tenuere dixit q̄uis dictum ſit.Tenui eum nec dimittam)cum ideſt quando:Gallus periret amore indigno:ſcilicet tali viro quaſi.d.certum eſt ꝙ tunc non reſpexiſtis ad Gallū poetam:nam neq; iuga parnaſſi montis muſis ſacri in boetia:neq; iuga pindi montis theſſalie etiam muſis ſacri:fecere vobis vllam moram ideſt non detinuerūt vos quo minus ad Gallum vobis chariſſimum veniretis: neq; Aganippe ſup.fons aonie.illius regionis in boetia:ſup.fecit vobis moram(Attende puer Seruius dicit nominatiuos ſingulares:quaſi aonie aonies dicatur:Mancinellus vult genitiuos eſſe:tunc autem diceretur aganippes niſi latine dicatur in recto hec aganippa nos vero conſtruximus vt alterum ſit caſus genitiui ſubſtantiue tenti alterū nominatiui:hoc eſt neq; aganippe fōs ille aonie ſcilicet regionis in boetia:ſup.fecit tibi moram.Non aūt fit ſinalephe:ſicut nec ibi in acteo aracitho) Etiam lauri.q.d.non ſolum nymphe & homines:ſed etiam lauri:Et etiam myrice ideſt ſi ad allegoriam reſpexeris:& ſummi quiq; & infimi:fleuere ideſt fleuerunt illum .ſ.Gallū & menalus mons ille arcadie pinifer id eſt in cuius vertice plurime pinus naſcuntur & ſaxa Lycei montis etiā ī arcadia:gelidi ideſt vento horrentis:fleuerunt etiam illum ſcilicet Gallum iacētem ſub ſola ideſt deſerta rupe:quod deſperantis amatoris eſt vnde de corydone.Ibi hec incondita ſolus Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani.Et oues ſtant circum ideſt in circuitu vbi gallꝰ amore lāgues decubabat:nec penitet ideſt pudet illas ſcilicet oues:noſtri ideſt tui & mei amantium vt qđ Gallo ſit ſibi fieri cenſeat:niſi dicere malis:nec penitet illas nr̄i pecoris ſed malo ſic: nec penitet oues noſtri ſcilicet paſtorū amātium:nec te peniteat o diuine poeta pecoris. ſcilicet ouium quas noſtri non penitet: ideſt non pudeat nos bucolica & paſtoralia tractare:q̄uis tu ſis diuinus poeta.q̄a Et ideſt etiā Adonis puer ille veneri dilectiſſimꝰ quia formoſus:pauit oues ad ideſt iuxta:flumia:Credo poetam feciſſe carmen illud etiam ſic.Illum etiam lauri:illum etiam fleuere myrice quomodo maior eſt gratia q̄ vt mutatum eſt nec non &c.Sed nos a veteri nihil mutare cōſtituimus.

Quæ nemora aut qvos saltꝰ habuere puellæ
Naiades:indigno quū Gallus amore periret:
Nam neq; Parnaſſi vobis iuga:nā neq; Pindi
Vlla moram fecere:neq; Aoniæ Aganippe.
Illum etiam lauri illum etiā fleuere myricæ.
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Mœnalus:& gelidi fleuerunt ſaxa Lycæi.
Stant & oues circum:noſtri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

¶Quę nemora aut q vos saltꝰ habuere puellę.Ex æagloga Theocriti ſunt in qua daphnis ſuum deflet amorem. **SER.** Naiades:nymphas ſimpliciter accipe.Nam ꝓprie oreades dixiſſet.Naiades enim fontium: oreades montium ſunt:ſed quia eaſdem diximus nymphas & muſas videt dicere:ſi muſæ affuiſſent.ideſt ſi dediſſēt operam poeticæ:nō incidiſſet ī has difficultates amoris.Indigno.Vel meretricio vel magno.Nam Ennius indignas turres magnas dixit.Parnaſſus & Pindus montes ſunt theſſaliæ. **Naiades. Oreades. Parnaſſꝰ. Pindus** Apollini & muſis ſacri.Aonie aganippe:nominatiui ſūt ſingulares.aganippe fons eſt boetiæ:quę aonia dicitur. Sola:deſerta.Circum ideſt circa gallum eius amore ſtupentes:ſenſus eſt vt non pœnitet oues ſtare circa te:ita te non pœniteat illarum.Nam & adonis ouium fuit paſtor & ꝙ ait noſtri miſcuit ſuam perſonam:vt frequenter cōſueuit.Nec te pœniteat pecoris.allegorice.ideſt nec erubeſcas bucolica ſcribere.

PRO. Adonis: ¶Adonis:vt Heſiodꝰ ait phœnicis:& Alſſoceſibeę Agenoris Thoantis.qui Syriam:arabiamq; tenuit imperio: vt Antimachus ait:Regnauit cypro:vt & Philoſtephanus libro quo queſtionis poeticæ reddidit cauſas ex Ioue ſine vllius fœmine accubitu ꝓcreatum:hunc venandi ſtudioſum fuiſſe:& ab apro interijſſe:atq; ita plurimis cognitum:Paſtorem non innenim fuiſſe:ſed amatoriam Veneris induxit hiſtoriam.

MAN. ¶Quę nemora:interrogatio eſt.Saltus campi.Naiades per has muſas intelligit vt ſequentia indicant.Indigno. turpi.Pindi:pindus theſſaliæ mōs eſt.vt ſcribit Soli.ex cuius vertice teſte Strabo.libro.vi.fluit inalchus amnis Aonię.ideſt boetiæ eſt enim genitiuus caſus:non autem nominatiuꝰ:de Aonia latius æglogа.vi.Aganippe: fōs eſt boetię vti Solinꝰ edocet:ſic etiam Hippocrene:quos fontes cadmus litterarum primus repertor dum rimatur & quęnam adijſſet loca:quoniam equeſtri exploratione deprehendiſſet :Incenſa eſt licentia poetarum vt pariter vtrunq; vulgarent.ſcilicet ꝙ eorum alter alitis equi vnguicula ſollicitatꝰ foret.alter potatus facundia animas irrigaret.Aganippe demum dicitur ab agan quod eſt valde & hippos equus:hippocrene vero ab hippos & crene ideſt fons.Lycæi arcadiæ montis de quo plura.Pœnitet: **Aganippe.** pudet:pœniteat pudeat . Pecoris ideſt bucolici carminis Adonis:Theocritus quoq; ait ī prima ſcilicet.Vade age carpe vias : puer eſt formoſus adonis. Et timidos figit lepores:nec parcere nouit:Ille feris trucibꝰ.paſcit dū mōtibus agnas. **Adonis** Fuit autem Cinyre cypriorum regis filius ex myrrha filia quem ardentiſſime venus adamauit:tandem ab apro vulneratus interijt:de quo latius lib.x.met. fuerat autem rex hortorumq; nobilium poſſeſſor.Vnde Piniꝰ.lib.xix.inquit & quoniam antiquitas nihil prius mirata eſt.q̄ & heſperidum hortos ac regum Adonis. & Alcinoi . de Adoni & venere multa Macro.libro primo ſat.

Venis

Venit & Vpilio tardi venere ſubulci.
Vuidus Hiberna venit de glande Mænalcas.
Oēs vnde amor iſte rogant: tibi venit apollo
Galle quid inſanis inquit. tua cura Lycoris
Perq; niues aliū perq; horrida caſtra ſecuta eſt.
Venit & agreſti capitis Syluanus honore
Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans:
Pan deus arcadiæ venit quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem:
Et quis erit modus īquit: amor nō talia curat.
Nec lachrymis crudelis amor: nec gramīa riuis
Nec cytiſo ſaturātur apes: nec frōde capellæ.

¶ Vpilio propter metrū dixit græce vt ουνομα ꝑ ονομα
SER. ſic Vpilio pro opilio: Tardi ſtulti ſic Teren. Tardus eſt:
Vpilio. Nam porci cito ambulant. Vuidus. pinguis. eſt autē vui
Vuidus. dum id quod intrinſecum habet humorem. Vnde vua.
Vua. Humidum quod extrīſecus: ſed confunduntur plærunq;
Hūidus. Iſte tam turpis tam impatiens. Tua cura: Irriſorie quaſi
d. ea pro qua ita ſollicitus es te reliquit: & alium eſt ſe-
cuta. Recte autem cum alij interrogant ipſe Apollo qui
vaticinij eſt deus diuinat. Vidimus ipſi: nam ſolēt numi
na plærunq; ruſticis ſe offerre. Dicit autem ea numina q̄
frequenter amauerunt ad amatorē veniſſe. Nam apollo
daphnen. Pan Syringa: Syluan⁹ cupreſſum amauit. San-
guineis: Facie enim rubenti pingitur Pan propter æthe-
ris ſimilitudinem. Aether autem eſt Iuppiter: Vnde etiā
& triūphantes qui omnia habent Iouis inſignia ſceptrū
& palmatam togam qua vtebantur illi qui palmam me
rebantur. Vnde ait Iuue. in tunica Iouis. faciem quoq; de
rubrica illinunt inſtar coloris ætherei. Amor nō talia cu
rat: Quaſi expertus loquitur

¶ Vpilio: non opilio per omicron in principio: ſed Vpi
MAN. lio per v legendum eſt auctoritate etiā priſciani qui di-
cit o breuem in hoc nomine eſſe cōuerſam in v longam
ex literarum affinitate. Seruius vero exiſtimauit Maro-
nem feciſſe diphthongon græcam propter metrū vt ou-
noma pro onoma ſic oupilio pro opilio. eſt autē ouium
cuſtos. Vuidus: pinguis. Alium. Antoniū ſignificat vti
iam diximus. Agreſti honore cum agreſti corona quod
ipſe declarat dicens. Florentes ferulas &c. Syluanus ama
uit Cypariſſum: Pan ſyringa. Apollo Daphnen. iccirco
hos ad Gallum veniſſe poeta ait. Ferulas. de ferula legito
Plynium lib. xiij. & lib. xx. Pan deus: latius ſupra dixi-
mus: Videto etiā Macro. lib. i. ſat. vbi leges Pana ſolem
Ebulum. eſſe. Ebuli: Ebulum herba eſt alto caule in ſummitate ſe-
men babens vti ſambucus. Ebuli fumo fugantur ſerpen
tes. vt Plyni. lib. xx. Minio inuenitur in argentarijs me-
tallis minium quondam apud Romanos maxime aucto
ritatis ſacræ religionis vnde Iouis ſimulachri facies diebus feſtis minio illini ſolebat: triumphantumq;
corpora: & ſic camillum triumphaſſe. Ply. lib. ix. ca. xxxiij. auctor eſt.

¶ Venit & Vpilio. Docet ergo (vt dixi) qui ASCEn.
ad gallum ſic pre amore decumbentem per-
uenerit: & primo loco ponit Vpilionem id-
eſt ouium paſtorem: deinde ſubulcos tū Me-
nalcam: tum numina paſtoralia & agreſtia q̄
amaſſe leguntur: Apollinē videlicet q Daph
nem puellam adamauit: is autem quia diui-
nus & ſummus rerum occultarum index: ſi-
gnificat gallo lycorim ſecutam eſſe Marcū
antoniū. Itē ſyluanū q cypariſſum adamaſſe
legitur. & pana ſyringe amatorē quem ſe vi Ordo.
diſſe dicit: innuens ſe in perſona paſtorali lo-
qui. ¶ Ordo eſt. Vpilio. i. ouiū paſtor venit
&. i. etiā cum pecore. ſ. nam dictum eſt. Stant
& oues circū ſubulci. i. ſuū hoc eſt porcorum
cuſtodes: tardi. ſtulti & ſtolidi ſecūdum Ser-
uium qvult porcos cito ābulare. aut quia dū
paſcūtur tardi⁹ eunt: ſunt etiā īceſſu tardi. &
Menalcas paſtor ille: venit vuid⁹. i. pīguis &
intrinſec⁹ pingui ꝑfuſus: de glāde hiberna. i.
iam matura (niſi forte menalcā velit eſſe por
corum cuſtodē qui glādem collegerit hiber-
no tēpore atq; inter legēdū hūefact⁹ ſit: vt ſit
vuidus pro humido) Omnes. ſ. iſti vt ruſtici
& rerum ignari nec diuini rogāt ideſt interro
gant: vn̄ iſte. ſcilicet. tam vilis tam indignus
amor ſup. ſit tibi: venit ſup. ēt apollo. & ſup.
inquit o Galle: qd. i. ad qd: īſanis. i. furis amo
re: q. d. id fruſtra facis quod ſciuit quia diui-
nus lycoris tua cura. i. que cor tuum vrit: ſecu
ta eſt alium. ſ. antonium in galliam: per ni-
ues ſcilicet alpium: & per horrida caſtra. Ve-
nit & ideſt etiam ſyluanus ſup. cum agreſti
honore ideſt ornatu capitis quaſſans. ſcilicet
ferulas. i. ramalia ferulaꝝ: q̄ ſūt leuiſſimi fru
tices: florētes. i. iā flores emittētes: & lilia grā
dia: ꝑ modulo. ſ. capitis. & pan de⁹ archadie
venit: ſup. ad gallū: quē īpi. i. nos paſtores (q.
d. gallus nō vidit cecus amore numina: vnde
nō eis: ſed paſtorib⁹ reſpōdet) vidim⁹ ruben
tē: baccis. i. acinis: ebuli: illi⁹ herbe ſāguineis
i. ſāguinei coloris: qui color pani totā rerum
naturā ꝑſentāti cōgruit: ꝓpter etheris colorē
& rubentē minio. i. illo metalli gn̄e: qd' terra
rubravr̄: & ſacris rebus aptū eſt. Et. ſ. pan. qa
d eus paſtorū & ita curā habens de ſalute Gal
li inter paſtores iacentis inquit: quis modus
ideſt quis finis aut q̄ moderatio amoris erit:
amor non curat talia ideſt non mitigatur af-
flictionibus aut lachrymis miſere amantiū.
Vnde dicit Nec crudelis amor ſaturatur la-
chrymis. nec gramina ſaturāt̄ riuis: nec apes
ſaturant̄ cytiſo. ideſt flore cytiſi fruticis dul-
ciſſimi & ſucci pleni: nec capelle ſaturantur
fronde: precipue cytiſi:

Triſtis at ille tamen cantabitis arcades inquit
Montibus hæc ueſtris: ſoli cantare periti
Arcades: o mihi tum q̄ molliter oſſa quieſcent:
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.
Atq; vtinā ex uobis unus ueſtriq; fuiſſem:
Aut cuſtos gregis: aut maturæ uinitor uuæ.
Certe ſiue mihi Phyllis: ſiue eſſet Amyntas:
Seu quicūq;

¶ Triſtis at ille tamen. hic ponitur reſpōſio ASCEn.
miſeri galli reputantis pro magno beneficio
a paſtoribus ſe & amorem ſuum diffamari.
optatq; illorum ſimilis eſſe quod ab hiſtoria
dependet: nam ſi ſecudum Euſebiū ſibi mor
tem conſciuit poſtq̄ auguſto ſuſpectus erat:
potuit tunc merito optaſſe paſtoralem exer-
cuiſſe vitam: nam per carmina argutiora ad
eam dignitatem peruenit vnde auguſto ſu-
ſpectus eſt. Si vero paſtoralem vitam egiſſet
facile amores inueniſſet comparabiles modi
ca re: quibus ſaturat⁹ reſipuiſſet: habuiſſetq;
vt ſentit lycorim amicā ſuam in ſumma trā-
quillitate: quam nūc animo quidem non pe-

dibus ſequitur inter tela hoſtium.inter q̃ illa diuerſari & ſummo frigore affici conquerit

Ordo. ¶Ordo eſt.Ille.ſ.gallus triſtis ideſt amore lāguens.inquit ideſt reſpondit nō vt dixi deis quos execatus amore non vidit:ſed paſtoribus & ſubulcis rogantibus vnde amor iſte q̃ circa neceſſe eſt gallum putaſſe verba apollinis & panos fuiſſe paſtorū quib' inquit:attamen i deſt q̄uis indignus ſit amor meus.nec lachrymis ſaturat̄:tamē vos arcades cātabitis hec:veſtris montibus.i.erunt vobis argumenta carminū vos inquā arcades ſoli periti cantare.ōꝗ.i. q̄tū molliter quieſcēt.tū.i.tūc mea oſſa(de molli ſepultura in daphnide diximus)ſi veſtra fiſtula dicat olim meos amores(Hic patet cecitas ei' qui diffamari cupit amores fedos & miſeros.qa vix cuiq; ſua vitia ſordēt:qd' ſi eſſet iā reſipiſceret) Atq; vtinam ego fuiſſem vn' ex vobis.i.paſtor agreſtiſq; muſic'(nō caret hec optatio futuri mali p̄ſagio:nam ſicut Iuuenalis de Cicerone dicit ꝙ facile vitaſſet gladios marci antonij ſi nō diſertius locut' fuiſſet q̄ cū dicebat o fortunatam natā me cōſule Romā.nō em̄ ad cōſularem dignitatē euectus fuiſſet:ita & Gall' facile Auguſti indignationē qua ad mortem compulſus eſt euitaſſet ſi per elegātiam ſermonis & morū ad magiſtratū non fuiſſet promotus.Gallus autem optat id vt amoribus eximatur)& vtinam fuiſſem aut cuſtos veſtri gregis aut vinitor.ideſt vidẽmiator mature vue.Certe ſiue tunc phyllis puella illa amaſia:ſiue amyntas ſeu quicunq; ſup.alius eſſet furor.ideſt amor vehemens (cum autē hoc dixit:qa amyntas deformis & niger erat quaſi aut conſciētia aut aſtantium quiuis dixiſſet:atqui galle:poſſes tam deformē amaſſe ad hoc reſpondet extenuās deformitatem amynte ſicut Horatius docet in primo ſermonum morem eſſe amantium:& dicit:quid tum ideſt tunc:hoc eſt quid tum poſtea vt dicunt vulgares :ſi amyntas ſup.eſt nō dicit niger aut deformis:ſed fuſcus.quia & viole ſūt nigre & vacinia ſunt nigra:& tamen legunt̄ vt in corydone dictum eſt)ſi ergo quicunq; alius furor eſſet ipſe iaceret mecum inter ſalices ſub lenta vite .quia in Italia etiam ſalices vitibus mari tantur:precipue iuxta Mantuam & ferrarię & phyllis legeret mihi ſerta.i. flores & herbas ad conficienda ſerta:amyntas cantaret(erat enim muſice ſtudioſus:vnde dictum eſt:nec te peniteat calamo triuiſſe labellum hec eadem vt ſciret quid non faciebat amyntas)O lycori hic ſup.ſunt fontes gelidi.ideſt refrigeratiui:& prata mollia.ideſt herboſa.hic nemus.ſ.vmbroſum ſup.eſt:ego conſumerer.i.ego cōfici cōſumi& mori velim hic tecum.Aut ego conſumerer hic tecum ſi adeſſes:ipſo euo.i.toto tēpore vite mee per quod innuit ſe nunq; eam deſerturum ſicut ille Terentianus:hanc niſi mors mihi adimat nemo.aut innuit ſe tam ardenter amaturum vt conſumeretur:quia fortis vt mors dilectio.Nunc amor inſanus.ideſt inſanum faciens aut vehemẽs:ſicut inſani feriant ſine littora fluctus.detinet me per imaginationem.ſcilicet quia vbi eſt theſaurus tuus.ideſt res dilecta illic eſt & cor tuum.vbi autem cor:ibi & tu quodammodo es.detinet ergo me nunc in armis martis:que longe abhorrent a mollibus pratis:& inter media tela:hoc eſt medium inter tela:que longe diſcrepant a gelidis fontibus:atq; inter hoſtes aduerſos.ideſt e regione vt nos inuadant poſitos:aut aduerſos ideſt multum inimicos:qui ſane diſcrepant a nemore ameno.Tu vides ſola(quomodo ſola ſi iter martia tela:ideo ſola:quia)ſine me:exiſtens procul a patria:vides inquam ah exiſtens dura:quia q̃ vix robuſtiſſimi & malo aſſueti milites perferre poſſunt perfers:niues ſcilicet alpinas ideſt que ſunt in alpibus montibus Italiam a gallijs& germania dirimentibus & frigora Rheni:illius fluuij galliam a germania dirimentis:ad que loca tunc Marcus Antonius agebat.vides inquam ſola nec ſit mihi credere tantū ideſt tantam duritiā de te hoc eſt vtinam non credam.vel nec ideſt non.tantum ideſt tantummodo ſit mihi nō credere.hoc eſt vtcūq; agere cōſtituiſti id tantum velim vt nō credam:quia quibus fidem non adhibemus non cruciant animum noſtrum.diſcruciabatur autem gallus quia credebat verum eſſe quod audierat Lycorim videlicet Marcum Antonium per alpinas niues & Rheni frigora ſecutam.vnde exclamat ah caue ſupple ne frigora ſedant te:ah caue ſupple ne glacies aſpera ſeccet ideſt diffindat & dilaceret aut diſrumpat tibi plantas teneras.Id autem nimis amatorie vt miſerum galli animum agnoſcas. vnde bene dictum eſt:que legat ipſa lycoris.Sunt enim quaſi in deteſtationem perfidie lycoridis:ſed nō parum taxant gallum nec minus Marcum Antonium qui preter morem Romanum vt ſeruius ſupra dixit puellas in exercitu habuit.

Seu quicunq; furor(quid tum ſi fuſcus amyntas
Et nigræ viole ſunt:& vaccinia nigra)
Mecum inter ſalices lenta ſub vite iaceret:
Serta mihi Phillis legeret:cantaret amyntas:
Hic gelidi fontes:& mollia prata Lycori.
Hic nemus:hic ipſo tecum conſumeret æuo.
Nunc inſanus amor duri me martis in armis
Tela inter media:atq; aduerſos detinet hoſtes.
Tu procul a patria(nec ſit mihi credere tātum)
Alpinas ah dura niues & frigora Rheni
Me ſine ſola vides:ah te ne fligora lædant:
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plātas.

SER. ¶Triſtis at ille:alij tamē ſuperioribus iungunt.Sed melius eſt vt ſic legam'.Tamē cātabitis.vt ſit ſenſus.licet ego duro amore cōſumar:tñ erit ſolātiū.quia me' amor erit veſtra cātilena q̄nq;.Oſſa quieſcēt.nam ſe dicit eſſe moriturū.olim futuri tēporis eſt modo.Aut cuſtos gregis.acſi diceret.Quid mihi cū vrbibus.vbi ſunt meretrices tam pulchræ q̃ perfidę.Quicūq; furor.omis amor plenus furoris eſt.Hic gelidi fontes.ac ſi diceret.Quid te iuuat in frigore gallicano demorari.Nūc inſan' amor. Hinc vſq; ad finē amatoris oſtēditur icōſtantia.cui electa diſplicent ſtati. Tela iter media atq;.a.d.h.ex affectu amātis.Ibi.n.ſe putat eē vbi amica ē.Nec ſit mihi credere . Per parentheſim ꝙ hi v̄ſus de galli volumīe trāſlati ſunt.Dura.Quę amorem ſpernis & gallicana potes frigora ferre.Sola.vt illud.Sola domo mœrēs vacua.

MAN. ¶O mihi tū:Ordo eſt.O ſi olim veſtra fiſtula dicat meos amores: q̃ molliter mihi tum oſſa quieſcent.Vinitor vinæ cuſtos dicitur.Furor:amor.Tu procul a patria.Ordo eſt:tu ꝓcul a patria ſola ſine me ah dura vides niues alpinas & frigora Rheni.] Nec ſit mihi credere tātū.Nec poſſim credere talia:optat em̄ non fore vera.Rheni.Rhenus fluuius eſt.qui germaniam a gallis & Pannonijs ſeparat:vt ſcribit Tacitus.Strabo autem lib.iiij.ſcribit ꝙ Rhenus magnas in paludes lacumq; magnum effundit: quem Alpinorum pleriq; contingunt:& tranſalpinorū nonnulli.

Rhenus

Ibo:& chalcidico quæ ſũt mihi cõdita verſu:
Carmina paſtoris ſiculi modulabor auena.
Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum
Malle pati:teneriſq; meos incidere amores
Arboribus:creſcent illæ:creſcetis amores:
Interea mixts luſtrabo mænala nymphis:
Aut acres venabor apros:nõ me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus.
Iam mihi per rupes videor lucoſq; ſonantes
Ire:libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.tanq̃ hæc ſit noſtri medicina furoris.
Aut deus ille malis hominũ miteſcere diſcat.
Iã neq; Hamadryades rurſus nec carmĩa nobis
Ipſa placent.ipſæ rurſus concedite ſyluæ.
Non illum noſtri poſſunt mutare labores
Nec ſi frigoribus medijs Hebrũq; bibamus
Sytoniaſq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ:
Nec ſi quum moriens alta liber aret in vlmo
Aethiopum verſemus oues ſub ſydere Cancri.
Omnia vincit amor:& nos cedamus amori.

¶Ibo & chalcidico.In eubœa inſula Calchis eſt vrbs de
SER. qua fuit Euphoriõ:quẽ trãſtulit Gall⁹.ergo ibo & Theo
Chalcis. critio ſtilo canã carmĩa Euphoriõis.Spelęa.gręce ꝓ ſpelũ
Euphori cis.Creſcent illæ.iterũ diſplicet ne cũ arboribus eius cre
on. ſcant amores.Parthenios:Parthen⁹ mõs eſt in archadia
a virginib⁹ dictus:q̃ illic venari cõſueuerũt. Hamadrya
des nymphę q̃ cũ arborib⁹ oriunt̃ & occidũt qualis fuit
illa quã Eriſithõ occidit:Qui cũ arborẽ incideret vox ĩ=
de & ſanguis erupit:vt Oui.docet Nec carmĩa:qa dixe=
rat carmĩa paſtoris ſiculi.Cõcedite ſyluę ꝓpter illud:iã
mihi ꝑ rupes videor lucoſq; ſonantes . Nec ſi frigorib⁹:
ſnĩa eſt maximis in frigorib⁹:nec maximis in caloribus
poſit⁹ poſſũ carere amore Et phyſice loqtur:ꝙ cõtraria
cõtrarijs curantur aut ſimilibus.Sic Theocritus ευρουπαρ
ποταμον ιεραμμενοσ εγγοθεν ρητον ευΔεθερει πυματοισι πα=
ραιθισ πεσσομεγοσ.Sithonias:Sithon mõs Thraciæ.Ver
ſemus paſcamus:Liber corticis pars interior.
PRO. ¶Chalcidico verſu ευφοριων elegiarũ ſcriptor chalcidẽ
ſis fuit:quouis in ſcribẽdo ſequut⁹ colorẽ videt Corneli
us Gallus.Hamadryades:nymphe q̃ pariter cum arbori
bus & creſcere:& decreſcere traduntur.
Sithon. ¶Chalcidico verſu:de Euphorione itelligit:de q̃ Fabi⁹
MAN. li.x.ſic.Quid euphorionẽ trãſibim⁹:quẽ niſi probaſſet
Verg.idẽ nũq; certe cõditoꝝ Chalcidico verſu carminũ
feciſſet in bucolicis mẽtionẽ:Serui⁹ addit gallũ trãſtuliſ
Calchis. ſe Euphoriõis opus.Calchis aũt vt ſcribit Strabo lib.x.
Eubœæ metropolis erat in q̃ etiã Ariſtoteles verſat⁹ eſt
q̃ad vita' funct⁹.Modulabor:canã.Paſtoris ſiculi.Theo
criti.Parthenios ſalt⁹.Parthen⁹ Mons eſt Archadię teſte
Parthen⁹ Ply.li.iiij.Parthenos aũt virgo dicit̃.Parthenia virgini
tas.Partho cornu:arcu parthico.Cydonia:ſpicula.Cydo
nia ciuitas vna eſt e trib⁹ Cretę eximijs:vt Stra.li.x.ſcri=
cydonia. bit.In ea ãt calami ſpiculis aptiſſimi.Hamadryades:cæ
dicunt̃ eẽ nymphæ q̃ cũ arborib⁹ naſcũt̃:hama em̃ aduer
Hama= biũ vna vel ſimul ſignificat.Drys vero querc⁹ ẽ.Hebrũ
dryades. fluui⁹ ẽ hebr⁹ ſub Rhodope Thraciæ mõte niuoſo Ply.
libro.iiij.Sithonias niues:Sithon dicta eſt olim Thracia
vt docet Gel.li.xiiij.c.vi.Sub ſydere cãcri.xiiij.cal.Iulias.

¶Ibo &c.Miſer amator varia ſed nihil ꝓfu
tura ſuis errorib⁹ q̃rit remedia:dicit ſe modu ASCEn:
laturũ cãtilenã ex Euphorione chalcideñ.tra
ductam more paſtorali ad auenã.& ſi dicas q̃
modo generoſum animum ad paſtoralẽ vitã
ſubmittere poſſet atq; inter paſtores verſari
reſpondet quia certum eſt.ideſt omnino con
ſtitutum potius pati in ſyluis & inter ſpelun
cas ferarum q̃ tali amore diſcrutiari.Verſan
do autem in ſyluis vt miſer amator non obli
tus amorum dicit ſe inciſurum eos in teneris
corticibus quod ad ſummã dementiam per=
tinet:nam quanto accuratius amores vitant̃
tanto magis vrgẽt:vñ ſũmũ remediũ eſt nul
lum conari adhibere remedium atq; quo ad
fieri poteſt obliuiſci.vnde etiã ipſi diſplicet
conſilium ceptum quia cũ arboribus ſic cre=
ſcerent amores:quocirca quaſi ſenior effect⁹
oſtendit ſe velle atq; ãniti vt eorũ obliuiſcat̃
ob qđ dicit ſe venationi operã nauaturum:
ſed concludit ne eam quidẽ adhibiturã reme
dium furori ſuo:vnde infert neq; ſyluas neq;
ſyluarũ numina:neq; venationẽ neq; vena=
tõis arma ſibi vt nihil ꝓfutura placere.Nihil
autẽ ꝓfutura docet.qa neq; ſũmo calore ne=
q; ſũmo frigore extĩgui poſſit amoris incẽdi
um cũ tñ alios ignes & ignis & frig⁹ expellat:
vñ exuſti ſolẽt ſe applicare igni aut rei ſũme
frigide.Sũmũ ãt frig⁹ ẽ in niuib⁹ thracie:& ſũ
mus calor ĩ ardore ethiopie ſub ſydere cãcri
in ſolſtitio.ſ.eſtiuali:& qa neutrũ mederi põt
amori ĩfert oĩa vĩcit amor & nos cedam⁹ amo
ri.& ita miſer amator victũ ſe fatet̃ atq; her=
bam dat amori.Sũt q vt quãtitatẽ ſeruẽt le=
gũt oĩa vicit amor nos &:ſed verior lectio ẽ
& nos. Nã Vergili⁹ q̊q; licet raro primã ter=
tij pedis ſi ſit vltĩa dictiõis q̈uis breuẽ ꝓ lon
ga ponit ſicut ibi.deſine plura puer & qđ nũc
iſtat agam⁹.¶Ordo ẽ.Ego(ĩquit Gall⁹) ibo Ordo.
& modulabor auena paſtoris ſiculi.i.Theo=
criti.i.modulis carmĩs bucolici:carmĩa q̃ ſũt
cõdita.i.cõpoſita mihi.i.a me:aut q̃ ſũt mihi
i.q̃ habeo cõdita.i.cõpoſita verſu chalcidico
i.euphoriõis chalcideſis:nã certũ ẽ.i. decretũ
eſt mihi:malle.i.magis velle & p̃eligere pati
in ſyluis inter ſpelea.i.ſpelũcas & luſtra ac la
tibula ſeu latebras ferarũ q̃ ſup.in tali amore
ꝑſiſtere(hoc eſt nõ ſolũ paterer nobile carmẽ
ita degenerare vt paſtorali auena decãtet̃:ve
rum & ip̃e ego poti⁹ in ſyluis ĩter feras ober
rem q̃ hũc amoris ignẽ ꝑpetiar.Innuit ãt gal
lum eẽ alti animi) & certũ ẽ me malle ĩcidere
amores meos teneris arborib⁹.i.in corticib⁹
tenerarũ arborũ(Valla docet recte dici ĩcide
re in arborib⁹ ſed nõ in ere cũ ſolũ dicat̃ inci
do in es:Verũ q diligẽtius auctores legerũt:
etiã incidi in ere dictũ inuenerũt)Ille.i.arbo=
res tenere creſcẽt & vos amores creſcetis.qđ
aut vt demens amãs optat aut iam ſenior ef=
fectus veret̃ : vñ cõſilium diſplicet:qa nihil
eſt incõſtantius & ſui diſſimilius amãte.Ego
luſtrabo ĩterea.ſ.dũ amores creſcẽt menala.i.
montẽ illũ arcadie:mixtiſ nymphis.i.ꝑ nym
phas aut inter nymphas mixt⁹.aut ego mixt⁹
nymphis luſtrabo.i.circũibo menala:aut ve
nabor acres.i.feroces & acrit̃ inuadẽtes apros
& vlla frigora nõ vetabunt me:circũdare.i.
obſidere canibus:ſaltus parthenios q ſunt in
partheno monte arcadie ego videor mihi iã
ire per rupes & lucos ſonantes.ideſt in arca=
dia : in montibus dictis & libet. i. voluptas
& libido eſt mihi.torq̃re cornu.i.arcu ꝑtho.

idest pthico ĩ cui⁹ extremis ãgulis cornu eſt. ſũt aũt pthi optimi ſagitarijſpicula cydonia. i.ſagittas creticas p modũ ſpicarũ factas.tan q̃ꝫ hec.ſ.dicta:hoc eſt venatio & ferarũ ſectã⸗ darũ defatigatio:ſit medicina nr̃i furoris.i. ĩſani amoris aut tanq̃ꝫ ille de⁹.i.amor aut cu

ſol exit e geminis & ingredit̃:cancrũ:vt ſcribit Oui.lib. vi.faſt.Aethiopũ oues.Strabo lib.xvij.ſcribit q̃ꝫ Aethio pes magna ex parte paſtoralẽ ac inopẽ vitã degunt:tum ꝓpter ſolis tenuitatẽ & aeris intẽperiẽ tũ ꝓpterea q̃ꝫ lon ge a nobis ſepoſiti ſũt. Verſem⁹:paſcendo circũagam⁹.

pido diſcat miteſcere.i.mitis fieri:malis.i.icõmodis & cruciatib⁹ hominũ.Rurſus nec amadryades.i.dee ſyluarũ & p cõſequẽs immo a fortiori nec ſylue nec ipſa carmĩa placẽt iam nobis:ipſe ſylue q̃.ſ.placuiſtis: cõcedite.i.ſimul cũ nymphis & feris veſtris cedite:q̃a noſtri.i.hũani(aut de ſuis ſoli⁹ loquit̃ laborib⁹)la bores.i.aut mala aut conat⁹ nõ pñt mutare:illũ.ſ.deũ hoc ẽ cupidinẽ.nec.i.nõ ẽt ſi bibam⁹:hebrũ fluuiũ illum thracie cõtinuis niuib⁹ inundãtẽ; medijs frigoribus & ſi ſubeamus niues ſythonias ideſt thracias: hyemis ideſt tempeſtatis aquoſe ideſt que cadunt cum aquis aut que generant aquam:nec ſi verſemus. ideſt paſcendo circum agamus oues ethiopum ſub ſydere cancri ideſt in ſolſticio eſtiuali:tunc quum.i. quando liber ideſt cortex moriens aret ideſt deſiccatur in alta vlmo ſcilicet pre calore & eſtu.quia amor vincit omnia:cedamus ergo & ideſt etiã nos amori:& ita ſe victum fatetur gallus.

Hæc ſat erit diuæ veſtrum cecinisse poetam.
Dum ſedet & gracili fiſcellam texit hibiſco
Pierides.vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo.cuius amor tm̃ mihi creſcit in horas:
Quãtum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus.
Surgæmus:ſolet eſſe grauis cãtãtibus vmbra:
Iuniperi grauis vmbra:nocẽt & frugib⁹ vmbræ.
Ite domũ ſaturæ venit heſperus.ite capellæ.

SACEn. ¶ Hęc ſat erit diue &c.Finitur⁹ cãtũ alloq̃t muſas & dicit ſe q̃dẽ ꝓ modulis ĩgenij ſui ſa tis cecinisse p̃cans:vt muſe cetera defleãt:de ĩde q̃ſi ipſe dũ paſtoralia canit paſtor eẽt mo⸗ net capellas vt iã ſature redeãt domũ p qđ i⸗ nuit ſe nõ plures eglogas q̃ a capris dicte ſũt decãtaturꝶ. ¶ Ordo eſt.O diue pierides.i.mu **Ordo.** ſe ĩ pierio antro genite & cõuerſari ſolite ſat. i.ſatis erit veſtrũ poetã.ſ.me:loq̃tur em̃ de ſe poeta:hec.ſ.dicta carmĩa:dũ ſedet & texit fi⸗ ſcellã.i.vas vimineũ.gracili.i.tenui hibiſco i.virgulto. hoc ẽ dũ de tenui argumẽto gra⸗ cile carmẽ cõficit vos aũt facietis Gallo hec maxĩa.ſ.q̃ nos poſſum⁹:facietis inq̃ hec Gal lo cui⁹ amor creſcit mihi in horas.i.p ſingu las horas tm̃.i.intm̃.quãtũ aln⁹ viridis ſubij⸗ cit.i.ſurſũ iacit & ſurigit ſe nouo vere.i.in prĩcipio veris flãte fauonio ſeu zephyro.Sur gamus:aut ſuos alloq̃t aut muſas:vmbra ſo let eẽ grauis cantãtibus:vmbra iuniperi.i.ẽt minimi v̾gulti aut p̃cipue iuniperi ẽ grauis. i.moleſta aut graues efficiẽs & vmbre nocẽt frugib⁹.& ita nũc ĩpoſitur⁹ finẽ muſe ſilue⸗ ſtri deteſtat̃ vmbras o capelle ſature ite domũ ite inq̃ q̃a heſper⁹ venit.i.aduesperaſcit: q̃ſi dicat iã opus ad extremũ pduxim⁹:ſatiſq̃ꝫ ca pellis vnde iam ſature ſunt cecinimus.

¶ Gracili.ſ.allegorice oſtẽdit ſe cõpoſuiſſe hũc librũ te nui ſtilo.Quãtum ve:amo Gallũ:ſed latent̃ ſicut arbores creſcunt:& hoc ꝓpter Cęſarẽ.Frugib⁹:quãto magis hoĩ bus.Capellę:verecunde ſe capellarũ.i.viliũ aĩaliũ dicit paſtorẽ.Nã bucolica ſcribẽs:boum ſe paſtorẽ debuit di⸗ cere:ſed vitans arrogãtiã vltimum ſe & nõ prĩcipem in ſcribendis bucolicis facit: **SER.**

¶ Poetã:Maronẽ ipſm.Hibiſco.de hoc & heſpo ſatis ſu pra p fiſcellã vero & hibiſcũ tenue carmẽ bucolicũ ĩtel⸗ ligit. Maxima: cum ſint minima. Capellę:ſe Aepolum potius q̃ opilionẽ aut bubulcũ vitãdæ arrogãtię cauſa oſtẽdit:vt p id ſe ĩ ſcribẽdis bucolicis mĩmũ fateatur. **MAN:**

¶ Anto.Mãcinelli cõmentari⁹ in Georgica Maronis.

QVum duæ vitæ traditę ſint hominũ ruſtica & vrbana:antiq̃or eſt multo ruſtica.Prius enim ru⸗ ra coluerũt homines q̃ vrbẽ haberẽt:neq̃ꝫ ſolũ antiq̃or cultura agri:ſed etiã melior:vnde q eã co lerẽt:piã & vtilem vitã agere credebant.oĩm rerũ ex q̃bus aliq̃d exquirit̃:nihil eſt agricultura melius:nihil vberi⁹:nihil dulcius:nihil hoĩe libero digni⁹:Dirigit̃ ea ad duas metas:& ad vtili **Agriculturæ laudes.** tatem & ad voluptatẽ:vtilitas q̃rit fructũ voluptas delectationem.Hinc Homerus Laertẽ lenientẽ de⸗ ſideriũ qđ capiebat e filio colẽtẽ agrũ & eũ ſtercorantẽ facit.Agro em̃ bñ culto nihil põt eſſe:nec vſu vbe rius:nec ſpecie quidẽ ornati⁹. Nec vero ſine cauſa olim preponebãt ruſticos Romanos vrbanis:quoniã qui in oppido ſederẽt q̃ qui rura colerent:deſidioſiores putabant.Romulus item q̃ temperãter oẽs viue⸗ rent:& iuſta potius q̃ lucroſa eligerẽt:tũ ad tolerãtiam laborũ meditãdam.nullãq̃ꝫ pecuniã precioſiorem virtute æſtimãdam.deſides quidẽ & ſordidas.cupiditatũq̃ꝫ turpiũ allectrices artes:tanq̃ corrũpentes de⸗ lenteſq̃ꝫ corpus & animũ exercẽtiũ:ſeruis & aduenis tractãdas exhibuit.Durauitq̃ꝫ diutiſſime ꝓbro ha⸗ bita eſſe apud Romanos hęc opa neq̃ꝫ ea cuiq̃ꝫ Roma oriũdo exercita.Duo vero tm̃ ſtudia reliquit libe⸗ ris.Agriculturã:& belli artes.Videbat em̃ q̃ꝫ hac vita hoĩes tẽperatiores fierẽt:atq̃ꝫ veneris illecebris mi nus caperẽtur:Impfectãq̃ꝫ putans vtrãq̃ꝫ vitã alterã ab altera ſeparatã eoſdẽ militarẽ ſimul & ruſticam vitam viuere inſtituit:vt pace & bello exercitio nõ carerẽt.Hunc aũt viuẽdi morẽ apud etiã Sueuos le⸗ gi germanorꝶ oĩm bellicoſiſſimos:q centũ pagos habere dicũtur.Ex quib⁹ quotãnis ſingula milia arma torum bellãdi cã ex finib⁹ educũt.Reliqui vero q domi mãſerint:ſe atq̃ꝫ illos alunt.Hi rurſus ĩuicẽ anno poſt in armis ſunt illi domi remanẽt:ſic neq̃ꝫ agricultura:neq̃ꝫ ratio atq̃ꝫ vſus belli ĩtermittit̃.Sed priuati atq̃ꝫ ſepati agri nihil eſt.Numæ quoq̃ꝫ Pompilio nõ minori curæ q̃ Romulo fuiſſe agriculturã legimus. Conſiderãs em̃ vir idem ciuitatẽ neceſſaria affluẽtia abũdare oportere:agrum oẽm diuiſit in eos q Pagi vocantur. Prefecitq̃ꝫ pagis ſingulis ſingulos magiſtratus: inſpectores & cuſtodes ſuæ quoſq̃ꝫ partis. ij enim circũeuntes aſſidue:bonoſq̃ꝫ & malos deſcribẽtes agricultores regi deferebãt.Iſq̃ꝫ laudibus proſe⸗ quens diligentes agricolas & comitate cõplectens:ſegnes aũt & ignauos opprobrijs inſectãs:ad colẽdos agros melius quẽq̃ ĩuitabat.Itaq̃ꝫ ita liberati bellis & vrbanis negocijs multũ ocij nacti:coloni oẽs fiebãt hinc ait ille Paſcebatq̃ꝫ ſuas ipſe ſenator oues.Vñ & Quit⁹ Cincinat⁹ obſeſſi cõſulis & exercit⁹ liberator ab aratro vocatus:ad dictaturam venit:ac rurſus faſcibus depoſitis ad eoſdem iuuencos redijt.Itẽ C. Fa bricius & Curius dentatus:alter Pyrrho finibus Italiæ pulſo:domitis alter Sabinis:accepta que viritim diuidebãtur captiui agri ſeptem iugera:non minori induſtria coluit q̃ fortiter armis queſierat.C.aũt Li cinius Tri.plæb.primus populum ad accipiendas leges & ſeptem iugera forenſia e comitijs eduxerat.Si

quis p̃terea

quis preterea agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere:eūq; indigenter curabat ac neq; arauerat neq; pugnauerat:ſiue quis arborem ſuam vineāq; habuerat derelictui:non is ſine pœna fuit:ſed erat opus cenſoriū. cenſoreſq; ærarium faciebāt.Erat etiam cenſoria caſtigatio:min⁹arare q̄ vrere.Demū ſine agricultorib⁹ nec conſiſtere mortales:nec ali poſſe manifeſtum eſt.

¶ De agriculturæ ſcriptoribus Idem Mancinellus.

Agriculturę ſcriptores. SVnt qui de Agricultura ſcripſere permulti.Varro quinquagita nominat:ſic etiam Columella volumine primo.Ply.autem li.xviij.&Columella li.i.ſcribunt q̄ Heſiodus princeps omniū de Agricultura precepit.Apud Romanos autem de Agricultura prim⁹ Cato inſtituit.deinde duo ſaſernæ pater & filius eam diligentius erudierunt. poſt hos ſcrofa Tremelius: deinde M. Terentius Varro expoliuit:mox Verg.laude carminum extulit.Nec minus ſtudium habuerunt Iulius Iginius Cornelius:Iulius Atticus &Iunius Moderatus Columella:Exinde Plyni⁹maior q̄ plurima ſcripſit.

¶ Quæ ſint Agricolis neceſſaria:Deq; Maronis Georgicis.

Quicunq; ſe in Agriculturæ ſcientia perfectum volet profiteri auctore Columella ſit oportet rerum natura ſagaciſſimus.declinationum mundi non ignarus:vt exploratorum habeat quid cuiq; plagę conueniat.quid repugnet ſyderum ortus & occaſus:ſeu mauis emerſum & occultationes memoria repetat: ne imbribus ventiſq; imminentibus opera inchoet laboremq; fruſtretur.celi &anni preſentis mores intueatur.que quidem prenoſcere ſine lumine anni & ſine exquiſitiſſimis diſciplinis quenq; non poſſe crediderūt.Hinc Maro in Gæor.ſuis non ſolum poetica agriculturęq; precepta q̄ plurima:verum etiam amplam aſtronomiæ:atq; philoſophiæ copiam & parce & ſobrie nuſq; reprehendendus aſperſit.opus itaq; ipſum elegantiſſimū eſt &floridum teſtimonio quoq; Fauorini phi.qui vt Gel.ſcri.li.xvi.c.x. dicebat. q̄ q̄ Vir.reliq̄t p̄fecta expolitaq;:q̄buſq; impoſuit ſenſus:atq; delectus ſui ſupremā manū omni poeticæ venuſtatis laude floret.Sed que procraſtinata ſunt ab eo:vt poſt receſſerent:& abſolui:quoniā mors preuenerat nequiuerunt:nequaq; poetæ elegantiſſimi nomine atq; iudicio digna ſunt.De æneī.quidē Fauorinus intellexit:vel potius de illius portione ſed Ouid.aliter ſenſit.ait.em̄ li.i.de remedio:Tm̄ ſe nobis eligi debere fatentur.Quantum Vergilio nobile debet opus.De triſtibus etiā lib.ij. ait.Et tamē ille tuæ fœlix æneidos auctor&c.Statius quoq; diuinam æneida appellauit.Et Symmach⁹ apud Macrobiū ſaturnaliorum lib.i.inquit.Hec eſt quidē Euāgele Maronis gloria:vt nullius laudibus creſcat nulli⁹ vituperatione minuatur:Omneſq; apud eum in li.v.Vergiliū non minus oratorē q̄ poetā habendū pronūciant:in quo & tāta ornādi diſciplina & tam diligēs obſeruatio rhetoricæ artis oſtēderet.Notādum q̄q; vt idem Macro.li.ſat.vi.inquit:Maronē poſt Agriculturæ precepta.vt legētis aīm vel auditū nouaret: & ſingulos georgicon libros ſumma cū elegantia argumēti interpoſitiōe cōcluſiſſe. Primū de ſignis tēpeſtatum.De laudatiōe ruſticæ vitę ſecūdum.Tertius vero deſinit in peſtilētia pecorū.Quarti finis eſt de Orpheo & ariſteo ocioſa narratio:Scribit aūt opus ad mecœnatē.Georgica vero iterp̄tant terræ op⁹ ſeu officium.Gea.n.terra eſt:ergō opus ſeu officiū:georgia græce latine agricultura dicit.georgos agricola georgeo agrū colo.Voluminis autē cuiuſlibet Argumētum carmibus.vij.patebit.

Georgica.

¶ De Mecœnate.

¶ Mecœnas Auguſti tempore floruit:vir q̄dē & doctus & inclitus:cui & chariſſimus & fidiſſimus erat. Sueto.em̄ de Auguſto ſcribit.Aeger autē in domo mecœnatis cubabat:& paulo inferius.Exagitabat in primis nōnunq; Mecœnatem ſuum.huic quantū Auguſtus conſideret:quantūq; tribueret:Appian⁹ etiā lib.v.bellorum ciuilium oſtendit.ſcribit em̄ q̄ gerente bellum Auguſto in freto Siculo contra Sextum Pompeium Mecœnatem Romā ire monuit:vt eos qui ob magni Pompeij beniuolētiam elati fuerāt diligentia comprimeret.Dicitur autem duxiſſe originem ab hetruſcis Regibus:vnde Horatius ait Mecœnas atauis edite regibus.& Propertius lib.iij.ad mecœnatem Mecœnas eques hetruſco de ſanguine regum.Intra fortunam q cupis eſſe tuā:Hinc Acro docet eum cōtempſiſſe ſenatoriā dignitatē:manſiſſeq; ſemper in equeſtri ordine.ſcripſit autē inter alia librum:q Prometeus inſcribebāt:vt Sene.epiſtola.xix. meminit.de quo etiā epiſtola.cxxv. plura dixit:inter que illa quoq; cōmemorat.Magni ingenij vir fuerat:ſi illud egiſſet via rectiore:ſi non vitaſſet intelligi ſi non etiam in oratione deflueret.Maxima laus illi tribuitur māſuetudinis.pepcit gladio:ſanguine abſtinuit:nec vlla alia re q̄ poſſet:q̄ licentia offendit. Erat p̄terea ſtilo remiſſo:molli:& diſſoluto:vt etiā Macro.ſat.li.ij.docet.Eius demū familiaritate Vergilius vſus eſt:& Hora.multaq; bona ab ipſo recepere.hinc ait li.ij.Gæor.Tuq; ades inceptumq; vna decurre laborem.O deus o famæ merito pars maxima noſtræ Mecœnas.Mar.itē.Sint mecœnates non deerunt Flacce Marones Quantū vero Hora. etiam illi debuerit in Odarum cōmentario preſenti anno elaborato oſtēdimus.Vbi ait.Mecœ.atauis edite regibus.addatur:&.li.iij.car.thyrrena regum progenies.


Mecęnas

Argumētū libri primi Geor.p̄ Mācinellū.

Scribit arādus ager quo ſydere:q̄duc ſerendū
Alternis annis.Quid læta & pinguia reddat
Arua ſimul ſegetes.Quo tēpore rite ſerendū.
Diuidit & cæli zonas:& tempora lunæ:
Sydera ſæua docet.Diuūq; indicit honorem:
Hinc tēpeſtatum prognoſtica plura notantur.
Cæſaris hinc diram portenta notantia cædem.

¶ Scribit arandus &c.Vt etiā hec Mācinelli carmina quib⁹ primi libri materiā graphice per ordinē exequit̄ pueri ītelligāt volui eorū ordinem cū explanationibus e regione annectere.Eſt igit̄ ordo.Scribit.ſ.maro i.i.li.georgi.aut prim⁹liber:quo ſydere.i.ſub cuius ſyderis ortu atq; occaſu:ager ſup.ſit arādus. & quid ſit ſerendū alternis annis:&quid reddat arua pīguia:&ſimul quid reddat ſegetes ſup.letas & pīgues & quo tp̄e ſerēdū eſt rite.i.iuxta p̄cepta agriculture:aut vt docet:& diuidit ideſt diſtiguit zonas celi.i.quiq; regiones mūdi & ſigna ēt zodiaci:& diuidit tp̄a lune & docet tēpora ſeua.i.noxia & inimica ac dira:& indicit honorē diuū.i.diuorū ruſticorū hoc eſt ambarualia & alia ruſticorū ſolēnia. ASCEn.

& plura.ideſt ſatis multa p̄gnoſtica.ideſt prenotamēta tempeſtatum notātur.hinc.ideſt poſt hec dicta. & portenta ideſt ſigna notantia diram cędem ideſt occiſionē ceſaris ſcilicet Iulij notantur hinc ideſt poſt hec omnia in fine primi libri.



Iodoci Badij Aſcenſij in Georgica Vergiliana famili ares cõmentarij cũ ceterorũ elucidatione.

ASCEn: QVid faciat letas ſegetes &c. Quãdoquidẽ titul' operis p Mancinellum quem integrũ appoſituri ſumus notus eſt. nec de numero librorũ ambigitur: auctoriſq; vita ex bucolicorũ pambulis notiſſima eſt multaq; p Ser. graphice & diſerte elucidant: ne nihil dicam pauca in faſciculum collegero. Notũ eſt ex Horatio de arte q aut prodeſſe volunt aut delectare poete aut ſimul & iucunda & idonea dicere vite: q̃ oĩa vbiq; maro noſter perq̃ anxie obſeruauit nam vbiq; & prodeſt & delectat plurimum: ſic tamẽ vt in quibuſdam plus ad delectationem: in qbuſdam plus ad vtilitatẽ: in qbuſdam quaſi equis oculis ad vtramq; reſpexiſſe videatur. In bucolicis enim tametſi proſit & priuate rei: nam agros ſuos recepit: & publice Mantuanorũ: quibus commiſerationẽ implorauit potius tñ (vt carmen ĩſtitutũ eſt) delectat

Carmina Ouidij Naſonis.
In primũ Georgi. Vergilij

Quid faciat lætas ſegetes: quæ ſydera ſeruet
Agricola: vt facilem terrã proſcindat aratris:
Semina quo iacienda modo: cultuſq; locorum
Edocuit meſſes magno cum fœnore reddi.

Publij Vergilij Maronis Georgicorum
Liber primus ad Mecœnatem.

QVid faciat lætas ſegetes: quo ſydere terram
Vertere Mecœnas: vlmiſq; adiungere vites
Conueniat: quæ cura boũ: quis cultus habendo

Sit pecori: atq; apibus quãta experiẽtia parcis
Hinc canere incipiã. Vos o clariſſima mundi

SER. VErgili⁹ in ęneide ſecut⁹ eſt Homerum: licet lon-
go interuallo. in bucolicis Theocritũ a quo non
longe abeſt. In Geor. Heſiodũ. quẽ longe reliqt.
Heſiodus ex Aſcrea ciuitate natus ſcripſit ad p
ſen fratrẽ librũ quẽ appellauit εργα και ημερας. i. opera &
dies. Hic liber cõtinet quomodo & quo tpe agri ſint co-
lendi. Nõ tñ tranſtulit titulũ vt bucolicorũ tranſtulit. Si
cut etiã ęneidẽ appellauit ad imitationẽ Odyſſeę. & tñ il
lum p periphraſim exprimit prio verſu dicẽs: quo opere
& quib⁹ tẽporibus ager colẽdus ſit indicabo. Ingenti er-
go arte ſui ingenij vim idicauit lata coarctãdo & angu-
ſtiora dilatãdo. Nã Homeri & Theocriti ꝓlixitatẽ coar
ctauit. Breuitatẽ aũt vni⁹ libri Heſiodi in quatuor diſti-
xit libros. Nec id temere: nã teſte Varrõe: aut aru⁹ ẽ ager
i. ſationalis: aut arborib⁹ cõſered⁹ aut paſcu⁹ pecoribus
aut florib⁹ in quo ſunt horti apibus cõgruentes. nã & ſi
Georgicũ ſit εργου γης. i. terræ op⁹ q̃ res primis duobus
continet: tñ ad vtilitatẽ agricolæ ptinent pecus & apes.
Libri ſunt didaſcali. Et qa pceptum & doctoris & diſci-
puli idiget: ſcribit ad Mecœnatẽ: vt Heſiod⁹ ad perſen:
& Lucre. ad memiũ. Lætas: pigues vt eſt cinis: Intermiſſio
arandi. Inceſio ſtipularũ: & ſtercoratio. ergo lætas qa fi-
mus q p agros ſpargit: lætamẽ vulgo dicit Segetes: ter-
ras: vt horreſcit ſtrictis ſeges enſib⁹. Sydere: tempore. Ex
ſideribus em̃ colliguntur tempora. Quattuor primis ver
ſibus quattuor libros oſtẽdit ſequẽtes. Vlmiſq; adiunge
re vites Quę res ptinet ad ſecũdũ librũ Quę cura boũ.
q. c. a. Sit. p. Aut in ſequẽti epexegeſis eſt: vt hoc ſit quis
cultus habẽdo ſit pecori qd eſt q̃ cura boũ aut p excellen
tiã ait boues: & poſtea itulit cætera pecora: vt mai⁹ ani-
mal ſepet a miorib⁹. Sicut de hoib⁹: Relliqas danaũ atq;
immitis achilli. Habendo: vt habeatur: Experiẽtia: vſu:
natura: doctrina. Parcis: ſeruatricibus: frugi: que ſua mel
la cuſtodiunt.

PRO. ¶ Prædiuiſione: quã græci ꝓdiæreſin vocãt: qd quoq;
libro pcipiat ſignificat. Hic. n. rõnẽ aruorũ cultib⁹ agre-
ſtibus neceſſariã ex ſyderũ obſeruatiõe relaturũ ſe ꝓmit-
tit. Scd'o demõſtraturũ quẽadmodũ vitibus vlmi mari-
tent & q̃ cũ his olearũ cura agi debeat. Tertio armento-
rũ: pecorũq; rõnẽ. Quarto apũ idicaturũ. Dicturus qdẽ
de aruis ait. Quid faciat lætas ſegetes: quo ſidere terram
Vertere mecœnas. De arborib⁹: vlmiſq; adiũgere vites
Cõueniat. De pecorib⁹ & armẽtis. Quæ cura boũ qs cul
tus habẽdo. Sit pecori. De apib⁹. Quãta apib⁹ experien
Ceres. tia parcis: Vos o clariſſima mũdi Lũina labẽtẽ cœlo q̃ du
Liber. citis ãnũ Liber & Alma Ceres. Hoc loco vult itelligi Lu
nã: Cererẽ: a creãdo dictã: quia maturet fruges. Solẽ Libe
rũ: qa libere ꝓuagetur per aera neq; ei fulgor alioꝝ ſyderꝝ:
Lumina perſtringat. vel qa maturet vineas.

MAN. QVid faciat lætas ſegetes. Quod principiũ lati-
ne vel exordiũ dicit: græci vidẽt procemium
nominaſſe. vt Fabius quarto volumine ſcribit.
Cauſa aũt principij nulla alia eſt: q̃ vt auditorẽ
quo ſit nobis in cæteris partibus accõmodatior præpare
mus. Id vero fieri tribus maxime reb⁹ cõſtat: ſi beniuolũ
attentũ: & docilẽ fecerimus. Nõ quin iſta p totã actionẽ
ſint cuſtodienda: ſed qa initijs præcipue neceſſaria. Ver
gilius itaq; beniuolum Mecœnatẽ reddit a perſona eiuſ
dem cum ei potius q̃ alij opus dedicet: eumq; tantum ap
pellet. Attentum vero & docilem: quia breuiter & dilu-
cide ſummam rei: de qua cognoſcere debeat indicat So-
lent enim latini poetæ rem tractandam proponere: in-
uocare poſtea: exin. vero narrare. Proponit Maro dicẽs.
Quid faciat lætas ſegetes &c. inuocat ibi. Vos o clariſſi
ma mundi Lumina &c. Narrat autẽ illic. Vere nouo ge-
lidus &c. ſed cur poeta ab agrorũ cultura icipiat & poſt-
ea vitium ratione non caret. Quoniam apud Roma-
nos: primo vt neceſſe erat arua tãtũ coluere: multoq; ſe-
rior vitiũ

delectat hic cõtra: nã tametſi delectet maxĩe
cũ oĩa iucũdiſſime deſcribat & fabulamẽta
iucũdiſſima vt de ariſteo iſerat: pl⁹ tñ ꝓdeſt
Quia agriculturã cui ſecũdã & ꝓximã diui
ne cõtẽplatiõi cõtribuit gloriã: edocet: vt po
te. q̃ nihil vtili⁹ nihil ſalubri⁹. nihilq; lauda-
bilius ad philoſophiã aſpirare nõ valẽtib⁹ cõ
tingere poſſet: Eſt iquã vtiliſſima. nẽpe q; ab
ea tota vite nr̃e alimẽta depẽdeãt. nihilq; nec
in ciuitatibus nec in agris ſine ea ſubſiſtere
poſſet. Eſt preterea ſaluberrima: vt q̃ p hone-
ſtam exercitationẽ corp⁹ & animũ vegetet:
& icolumitate beet: quocirca Aeſculapius il-
le medicinarũ de⁹ in agro ſibi ſedẽ delegiſſe
putat⁹ eſt. Eſt ad hoc apprime laudabilis: nã
& egregie laudatũ priſci romani putabant
quẽ bonum agricolã cẽſeret primoreſq; ſibi
a leguminib⁹ q̃ optime ſeuerãt titulũ cõpara
bant: vñ Cicerones fabij lentuli atq; alij mul
ti. Quiadeo ſaluator noſter niſi agricolã lau
dandũ cẽſuiſſet nõ dixiſſet. pater me⁹ eſt agri
cola. Ego vitis vera. Ego paſtor bonus. Nec
Noe abrahã Loth moyſes. dauid. ceteriq; lau
datorum ꝓceres aut paſture aut agriculture
icubuiſſẽt ſiqd dedecoris vt alijs multis adie
ctum vidiſſent. Sed ne in re nota laborẽ: per- Propoſi
ſpicuum eſt Maronem in hoc opere profuiſſe tũ aucto-
plurimum. In eneide vero vt illic dicemus ris.
ex equo & profuiſſe & delectaſſe. videtur er-
go conſtituiſſe vt alibi potius delectaret. ali-
bi prodeſſet: alibi vtrũq; faceret. Item vt (ſi-
cut i bucolicis dictum eſt) totã ruſticoꝝ vitã
deſcriberet: paſtoralẽ videlicet arualẽ & mili
tarẽ. Preterea vt grecoꝝ gl'iam i latiũ traduce
ret: eoſq; imitaret. ſicut hic heſiodũ: quẽ lõge Qualitas
oĩm cõſenſu ſupat. Qualitas carmis ẽ doctri carminus
nalis i mediocri ſtilo ꝯſtata: vñ & triplicẽ ſtilũ Argumẽ
obſeruare cõſtituit vt alibi q̃q; dixim⁹. Argu tum.
mẽtũ opis ẽ agricultura: Atq; vt q̃druplex ẽ
ager: ſatiõalis. ſ. quẽ qa arat aruũ vocamus: ar
borib⁹ cõſit⁹: quẽ arbuſtũ vocam⁹: paſcu⁹: &
floridus ita q̃ttuor libros cõſcripſit q̃s pliba-
uit i principio dicẽs. Quid faciat lętas ſege-
tes: q̃ ſydere terrã Vertere. ſ. conueniat vbi &
aruũ deſcribit & primi lib. argumẽtũ tangit.
Vlmiſq; adiũgere vites cõueniat: vbi arbu-
ſtũ exprimit nã arbuſtũ dr̃ vitib⁹ arboribuſ-
q; cõſit⁹ ager: vñ ſignãter dicit vlmiſq; adiũ-
gere vites. Que cura &c. vbi paſcua tãgũt &
tertij libri materie Atq; apib⁹ &c. q̃. ſ. in flori
do agro ꝯſant vñ eſt q̃rti lib. farrago. Propo
nit ergo more latinoꝝ poetaꝝ: & deinde iuo
cat: ibi Vos o clariſſima mũdi lumina: captat
beniuolẽtiã mecœnatis ſtatim i principio cõ
pellãs eũ: vt cui op⁹ nũcupet. Sed & auguſtũ
ceſarẽ iuocat ibi. Tuq; adeo &c. Deinde exe-
quit ꝓpoſitũ ibi. Vere nouo. Eſt ergo duplex
pars: ꝓemialis & executiua. Veꝝ qa oĩa ſatis
declarant binis cõmẽtarijs ſatis erit ordinem
poſuiſſe cũ explanatiõe familiari. Ordo igr̃ ar Ordo
gumẽti ouidiani eſt. Vergilius ſup. aut pri-
mus liber Geor. edocuit. i. expreſſe & dilucide
docuit: qd. i. q̃ res faciat ſegetes. i. ſecũdũ Ser-
uiũ terras ſatas: aut ſegetes. i. herbas ſeminũ
ſatorũ: lętas. i. pigues ac vbertate leticiã iſpi-
cientib⁹ afferẽtes. & q̃ ſydera agricola ſeruet.
i. ſeruare debeat: vt ꝓſcindat. i. ante ſationẽ
ſcindat & ſulcet terram facilẽ. i. paratam: cõ-
uenientẽ & cito quod poſtulas facientẽ: ara
tris. i. vomere & reliquis inſtrumẽtis arandi.
& q̃modo ſemina ſup. ſint iaciẽda: ideſt dei-
cienda in terra hoc eſt quomodo ſeminandũ
ſit: &

ſit:& edocuit cultus.i.culturas:& vt iperitio-
res dicũt cultiuationes:locoꝝ.i.tractuũ & re-
gionũ:hoc eſt qs cult⁹ cuiq; loco cõueniat.&
docuit meſſes reddi.ſ. ſatorib⁹ cũ magno fe-
Ordo. nore.i.excremẽto & vſura.Ordo textus aucto
ris eſt.O mecenas ego icipiã canere hinc.i.ab
hoc loco deinceps.i.i hoc toto ope:qd faciat
ſegetes.i.aut terras aut herbas ſeminũ ſatoꝝ.
letas.i.pingues & hubertate animũ inſpicien
tiũ letificantes:& quo ſidere.i.qua conſtella-
tiõe aut i cui⁹ ſideris ortu:cõueniat.i. conue-
niẽs ac decẽs ſit(Aliqñ cõuenire eſt congredi
& citare cõuentũ & id cũ actõ.aliqñ in cõſen-
ſu eſſe:vt hoc cõuenit iter nos.i.in hoc nõ diſ
ſentim⁹)Vtere.ſ.arãdo terrã:& id qdẽ in pri
mo lib.& quo ſidere cõuenit adiũgere vites:
vlmis.i.arborib⁹ illis raris frondibns qb⁹ cõ
ueniẽter adiuguñt vites.& hoc i ſcd'o li.& ꝗ
cura ſup.ſit boũ:& qui cultus.i.ꝗ cura & que
diligẽtia ſit pecori habendo.i.vt habeat :qd'
ad tertiũ librũ ꝑtinet:& quãta experientia.i.
quãtũ experimẽtũ ex iduſtria naturali:ſit api
bus parcis:que.ſ.inuentis abſtinẽt & i mediũ
reponũt.quæ res ad quartũ librũ reſpicit cete
ra in ſequentibus explicabuntur.

rior vitiũ cultura eſſe cœpit:qd' ẽt Plynius li.xviij.com
memorat:Culturas aũt vitiũ & arborũ Emolphus athe-
nienſis primus iuenit.auctore Plynio libro.vij.

¶De propoſitione totius operis.

¶Quid faciat lætas ſegetes:quo ſydere terram Vertere
Mecœnas.id argumẽtũ eſt primi qdẽ volumĩs Vlmiſq;
adiũgere vites Cõueniat.Argumẽtũ ſecũdi . Quæ cura
boũ:qs cultus habẽdo ſit pecori : Tertij argumẽtũ.Atq;
apib⁹ quãta expientia pcis . Quarti & vltimi volumis
Argumentũ.Quid faciat.Ordo eſt hinc canere icipiam.
Quid faciat lætas ſegetes &c.Caue dicas vt ille hinc.i.
poſt bucolica:qd.n.ſtulti⁹.Lætas ſegetes.i.pingues fera- Seges.
ces fertiles terras:vel læta ſata.Eſt.n.ſeges frumenti fru-
ct⁹:vti Marcel.etiã docet . Dicit̃ itẽ teſte Varrone ſeges
qd' aratũ:ſed nec dũ ſatũ eſt. qñq; abſolute ꝑ omni ter-
ra poniť.Maro.li.iij.Geor.Nec pecori opportuna ſeges.
Dicit̃ ãt ſeges a ſatu:vt Varrõi placet. Quo ſydere quo Cura.
aſtro:quo tpe:ex ſyderibus.n.tpa colliguñt:Vñ Macro.
li.ij.ait nihil aliud tpa niſi curſum ſolis efficere.& Agri-
colis ſyderũ cura neceſſaria vt oñdimus.De ſydere autẽ
aſtro & ſtella qũo differũt.vide Macro.li.i.de ſom.Ver-
tere effodere:arare. Vlmis adiungũt vites vlmis:qm vl
morũ leuis ẽ vmbra:ẽt nutriens q̃cũq; opacat:vt ſcribit
Ply.li.xvi.Cura boũ:Cato ca.liiij.de re ruſtica inqt.Ni-
hil eſt qd' magis expediat ꝗ boues bñ curare Vtq; Varro
li.ij.ſcri.a boue antiq man⁹ ita abſtinere voluerũt. vt ca
pite ſanxerint ſi qs occidiſſet.Cura ſollicitudo dicta:vt ait Varro.ꝙ cor vrat. Qui cultus:ꝗ diligentia:ꝗ
cura vel cuſtodia:Habẽdo:vt habeat:Iuſtin⁹ li.ij.Spaciũ cõſumãdo opi q̃rebat.i.vt conſumaret. Pecori Experientia.
ouiũ multitudini:vt ibi.Cuiũ pecus:an melibœi: Experiẽtia.cognitio:ſeu ars & doctrina nullo docẽte
ꝑ vſum reperta.Manilius:li.i.Per varios vſus artẽ experiẽtia fecit.Exẽplo monſtrante viã. Experientia
eſt cognitio ſingulariũ.ars vero vniuerſaliũ.vt docet philoſophus li.i.met.qui etiã lib.vij.phi.iquit: ab
experiẽtia particulariũ accipimus vniuerſalem ſcientiã.Parcis cõſeruatricibus.& tenacib⁹.

ASCEn. ¶Vos o clariſſima &c.Poſt ꝑlibationem ac
ꝓpoſitionẽ rerũ deſcribẽdarũ iuocat author
diuerſa numina Cererẽ ꝓpter primi libri ar-
do humida ſolſtitia recipiēda cenſeas. poſſet ex
poni ſic agricole optate ſolſtitia humida. ideſt
que fere humida ſunt ſup. ſerena & optate hye
mes. ideſt tempeſtates pluuiales ſerenas: tam di
cit prodeſſe vt nullus cultus ei cōparandus ſit:
nullaq; res plus ad copiam que in Myſia eſt fa-
ciat. Cōmentarij fere Myſia legendum putant
textus tamen paſſim meſia hn̄t Priuſq̄ ordinē
Beroal. Ne poſuero recitabo verba Beroaldi in Seruium cō
tra id qđ dicit de ne particula q̄ ſunt. Quāuis
hoc exigere videatur regula grāmatices: quod
a Seruio precipitur: tamen veteres ſcriptores ſe
piſſime ita locuti ſunt: vt hanc particulam ne
cum verbo caueo copularent. horat. Vade va-
le caue ne titubes mandataq; frangas. Plynius
Terram carioſam caue ne plauſtro ne ve pe-
core impellas. Ouidius. Ne fallare caue proxi-
mus ater erit: itaq; vtroq; modo & recte & la-
tine

Raſtris: Et hos raſtros & hec raſtra legimus. Dicta aūt q SER.
terram radūt. Flaua. Propter ariſtarū maturitatē. Ceres no-
men eſt qđ in poliſyllabis in nominatiuo ſingulari ꝓducit
es cū in obliqs corripiat. Nec quicq̄ nō ſine cā. Due em̄ ne-
gationes affirmāt. Male ergo quidā legunt in Teren. Pater Veteres
adeſt: caue ne te triſtem ſentiat. Si em̄ hoc eſt dicit vide ne ſcriptores
triſtē eſſe ſentiat qđ nō pōt procedere. Sed intellige caue te cōtra Ser.
triſtē eſſe ſentiat: nā & ne & caue ꝓhibētis eſt. Que ſuſci- ne ꝑticula
tat. i. terrā quā arauerat: Rurſus. ſ. autūnali tꝑe quo iā cū ſe vſi ſunt.
minibus arat̃: nā nemo bis vno tꝑe arat. Imperat. vt tantū
ferat quātū ipſe velit: idcirco ſupra dixi illa ſeges demū. u.
r. a. a. Solſtitia duo ſunt. Alterū eſtiuū qđ eſt. xviij. Kal. Iu-
lij. cū ſol remanere ad inferiores circulos incipit. Alterum
hyemale. viij. Kal. Ianuarij. Vnde contrariū videtur cū di-
cit hyemes ſerenas quoniā ſolſtitiū etiā hyemale eſt. Sed
ſciendum annum olim in duas partes diuiſum: modo vero
in quatuor partes. Letus: hyberno ſereno. Myſia prouincia Myſia.
eſt Mœſia vero ciuitas Phrygie haud ꝓcul a Troia de qua Mœſia
hic videtur loqui propter gargara mōtes phrygie. Senten-
tia eſt

tia eſt ꝙ Mœſia ꝗuis diligentiſſima ſit circa cultum: non
tamen plus ei prodeſt cultus ꝗ hyberna ſerenitas. Mirãtur
gar. Dat ſenſum rei inſenſatę.
PRO. ¶ Gargara: appellatur caput idę phrygie.
MAN. ¶ Adeo profecto certe. Raſtris. ſunt raſtri vt Varro ait: q̃-
Raſtri. bus dentalibus penitus eradunt terrã atq; eruunt. Raſtelli
Raſtelli. vero quib' in pratis fœni ſecta abradũt. quo abraſu raſtel-
li dicuntur. dicimus pręterea hos raſtros & hæc raſtra. Iner
Crates. tes: inutiles deſides. Crates dicuntur crates a crateo quod
eſt teneo quia ſe inuicem teneant: De cratibus autem Ply.
lib. xviij. c. xxxi. ſic ait. Latitudo vomeris ceſpites verſat:
ſemen protinus inijciunt: crateſq; dentatas ſupertrahunt:
nec ſarrienda ſunt hoc modo ſata. Flaua ceres. Flaua dicit̃
a colore quem habent matura frumenta. Neq; nequicq̃.
nõ fruſtra. Olympo. i. cœlo Aequo terga. ſulcorum culmi
na. Rurſus in obliquum Ply. lib. xviij. c. xxxij. inqt. Omne
aruũ rectis ſulcis mox & obliqs ſubigi debet. Atq; imperat
aruis: tũc aruis imperat̃ quũ bene coluntur. Humida ſolſti
tia atq; hyemes optate ſerenas. Sẽſus eſt. ꝙ agricolę optẽt
contraria. i. hyemem ſerenam. & ęſtatem humidam. poſuit
eñ ſolſtitia eſtiua ꝓ ipſa ęſtate. Debent itaq; agricolę opta
re orareq; o Dij date nobis ſerenã hyęmẽ: ęſtatẽ verũ humi
dam. acſi diceret pluuia quę in hyeme ventura eſſet reſerue
tur in ęſtatem. Plyn. aũt. lib. xvij. c. ij. ait hyemẽ aquiloniã
eſſe omnibus ſatis vtiliſſimã ſed arboribus inutiliſſimam.
ergo qui dixit hyemes ſerenas optãdas non pro arboribus
vota fecit: quoniam cibus earum imber. nec per ſolſtitia
imbres vitibus conducunt: Solſtitia præterea duo ſunt
brumale & ęſtiuum de quibus legito ęgloga. vij. Hyberno
puluere: hiberna ſerenitate qua quidem puluis hab[et]. Ma-
cro. li. v. ſat. ait: Et vt liqueat Vergilium noſtrũ vndiq; ve-
terum ſibi ornamenta traxiſſe: vnde hoc dixerit: hyberno
lętiſſima puluere farra: In libro enim vetuſtiſſimorum car-
minũ qui ante oĩa quę latinis ſcripta ſunt cõpoſitus fereba
tur: inuenitur hoc ruſticum vetus canticum: hyberno pu-
uere: verno luto grandia farra Camille metes. Lętiſſima. ſ.
ſunt. i. fertiliſſima. Lętus ager. i. ferax & hyberno puluere.
Nullo ſe tantum myſia cultu Iactat: & ipſe ſuas mirantur
gargara meſſes. Senſus eſt horũ verſuũ talis: vt etiã Macro.
li. v. ſat. ſcribit. Cum ea ſit anni temperies vt hyems ſerena
ſit: ſolſtitium vero imbricũ fructus optime proueniũt: hęc
aũt adeo agris neceſſaria ſunt. vt ſine his nec illi fęcundiſſi-
mi Myſiæ agri reſponſuri ſint opinioni fertilitatis: que de
eis habetur. Additq; myſię nominatim gargara ꝙ ea vrbs
poſita in imis radicib' idę mõtis defluẽtib' inde humori-
bus irriget̃: poſſitq; videri ſolſtitiales ĩbres non magnope
deſyderare: hęc Macro. in ſat. Ego tñ alr̃ accipio: vt ſit ſen-
ſus & Myſię agri nullo cultu tm̃ ſe iactent ꝗtũ. ſ. hyberno
puluere. nec de ſolſtitio imbrico ĩtelligat̃: nã vt ſupra oñdi
mus ibi humida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas ẽ ſen
ſus talis optat vt pluuia quę in hyeme ventura eſſet: reſer-
uet̃ in ęſtatẽ. nõ ꝙ optet reuera illud. vt ęſtate pluat. eſt eñ
loquẽdi modus vt quũ dicit̃ alicui obſequere in hoc mihi.
in alijs vero eſto aduerſus. Poeta etiã repetit illud tm̃ de ſe-
rena hyeme. hyberno lętiſſima puluere farra nec amplius
Gargara de imbrico ſolſtitio dixit Gargara Macro. Dicto lib. ait ꝙ
gargara hęc ſunt in myſia que eſt helleſpõti prouincia ſed
ſignificatio nominis & loci duplex eſt. nam & cacumen
montis idę & oppidũ ſub eodem monte hoc nomine vo-
cant̃. & ciues gargares. Cũ igit̃ conſtet. inquit idem. garga
ra nunc ꝓ montis acumine nunc ꝓ oppido ſub eodẽ mon-
te poſito accipienda. Ver. non de ſummo monte. ſed oppi-
do loquitur: & Homerus humidum deſignat ſubiacentem
monti agrũ. Vnde hęc gargara tanta frugum copia erant:
vt vbi magnum cuiuſq; rei numerum vellet exprimere
pro multitudine immenſa gargara narraret: hæc ille. Sed
vbi ait quod Homerus humidum deſignat ſubiacentem
monti agrum oſtendit ꝙ hyems ſerena vbi neceſſaria: nec
ad Solſtitium imbricum referenda agri illius fertilitas:
ſed vt dixi ad hybernum puluerem: ad ſerenam hye-
mem.

tine dicitur: cum autoritas veterum pro regu-
la ſit: & honeſtiſſimus ſit error magnos duces
ſequentibus. Item Vergilianus verſus vtpote
eruditione refertiſſimus eruditiorem expoſce
bat enarrationem. conciſus eſt interdum Ser-
uius in rebus magnis: copioſus ĩ paruis. Quis
enim eliciet veram archanamq; Vergiliani car Gargara.
minis ſententiam ex tali interpretatione. Gar-
gara ſunt montes phrygij. Nemo eruditus
ignorat Gargara eſſe montes vel potius cacu-
men montis idę: ſed curioſo cõmentatori inq-
rendum fuerat curioſius: & penſitandum dili-
gentius: an poeta poſuerit Gargara pro mon-
te. que fertilitatis eſſe dicit exemplar: ego apd'
Macrobium animaduerti Maronianum car-
men explicari accuratiſſime: & longe ſecus ꝗ
tradatur a Seruio atq; copioſius. Ait enim Gar
gara nomen eſſe cacuminis montis Idę & op-
pidum et virgilium non de ſummo monte:
ſed de oppido loqui in Georgicis. nam apud
Gargara ciuitatem tanta erat frugum copia:
vt qui magnum cuiuſq; rei numerum vellet
exprimere pro multitudine immenſa Garga-
ra nominaret. Ita Alceus Ariſtophanes & Var
ro Gargara pro multitudine poſuerunt: & de
his intellexit Ouidius illo verſu. Gargara quot
ſegetes: quot habet methymna racemos. Non
ergo Gargara pro monte apud Vergilium ac-
cipere debemus: prout accipit Seruius: ſed pro
oppido: vt ſentiunt eruditi quod poſitum eſt
in imis radicibus Idee montis & defluentibus
inde humoribus Gargara irrigantur: fiuntq;
feraciſſima. Confirmat Macrobij ſententiam
Plyn. ſcribens in quinto. Gargara eſſe: mõtem
& oppidum. Et Strabo in. xiij. inquit: Garga-
rus in ſuperioribus idę partibus locus oſten-
ditur a quo Gargara dicuntur eolica ciuitas: fa
ceſſat itaq; mutilata expoſitio quam Seruius
& Probus tradiderunt: qui ambo nihil dixe-
runt niſi gargara eſſe montem. ¶ Ordo eſt Is Ordo.
ſupple qui frangit raſtris. ideſt dentalibus gle-
bas inertes. i. inutiles & quaſi ſine arte aliquid
lucrandi aut ꝓducendi: & trahit. ſ. ſuper glebas
ideſt terram concretam: crates vimineas. i. ex
viminibus & ſudibus factas: iuuat. i. adiuuat
adeo ideſt valde multum arua: neq; nequicq̃
ideſt & non fruſtra ceres flaua. ſcilicet vt ariſta
frumenti colorata: ſpectat ſupple de aut ex al-
to olimpo. i. cœlo illum. ſ. qui id facit & ſupple
illum q ꝓrumpit. i. ꝓſcindit rurſum. i. iterum
aratro verſo in obliquum. i. trãſuerſum: ea ſup.
terga. i. culmina ſulcorũ que ſuſcitat. i. ſurſum
prius leuat: equore. i. campo plano & equo ꝓci
ſo. i. prius ſciſſo & ſulcato. i. qui poſt ſulcum du
ctũ recte ducit alterum ex trãſuerſo & ſup. eũ
hoc eſt neq; fruſtra ſpectat: q exercet frequens
tellurẽ: atq; impat agris. i. ſic domat eos vt ſibi
audiẽtes. i. quaſi ad imperiũ ꝗtũ vult referẽtes
faciat. O agricole optate ſolſtitia. ſ. eſtiualia ſe
cundũ Seruium aut ſolſtitia humida. i. hyema
lia & ꝓ. i. hyemes ſerenas. i. vt ſerenitas ſit tpe
hyberno: q a farra ſup. ſunt letiſſima puluere. ſ.
per ſiccitatem producto hyberno: & ager eſt lę
tus hyberno puluere: & Mœſia oppidũ aut Mi
ſia regio nullo ideſt non vllo non iactat ſe tan-
tum. ideſt in tantum vllo cultu ꝗtũ ſup. ſereni
tate hyberna: & gargara ideſt loca decliuia in
myſia non mirantur tm̃ ſuas meſſes vllo cultu
quantum ſerenitate hyberni temporis: hoc eſt
nullo cultu tantum prouentum habet quantũ
ſerenitate hyberna: & tamen eſt illic maximus
prouentus.

Quid dicam iacto qui ſemine comminus arua
Inſequtur: cumuloſqꝫ ruit male pinguis harenæ:
Deinde ſatis fluuiũ inducit: riuoſqꝫ ſequentes:
Et cũ exuſtus ager morientibus æſtuat herbis:
Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam.
Elicit: illa cadens raucum per læuia murmur
Saxa ciet: ſcatebriſqꝫ arentia temperat arua:
Quid: qui ne grauidis ꝓcumbat culmus ariſtis
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba:
Cum primũ ſulcos æquant ſata: quiqꝫ paludis
Collectum humorem bibula deducit harena.
Præſertim incertis ſi mẽſibus amnis abundans
Exit: & obducto late tenet omnia limo:
Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.

ASCEñ. ¶Quid dicã iacto &c. Proſequit̃ intentũ videlicet qd faciat lętas ſegetes dicẽs cum admiratione: qd dicam ſup. de illo. hoc eſt q̃tũ ille ꝓſit aruis: q iacto ſemie. i. poſtq̃ iecit ſemẽ inſeqtur arua cõmin⁹. i. de ꝓpe & ſtatim q̃ſi cõſertis manib⁹: & ruit. i. diſſipat cumulos. i. globos harenę male. i. non aut ſine cõmodo pinguis. q. d plurimũ nimiꝶ ꝓdeſt: & q deĩde ĩducit ſatis. i. ſegetib⁹ aut ſemiatis fluuiũqꝫ. p. i. (Eſt em̃ epexegeſis. i. expoſitio prioris ꝑ poſteri⁹) riuos ſequẽtes. i. defluẽtes ĩ agrũ & cũ ager exuſt⁹. ſ. nimio calore eſtuat. i. feruet & hoc herbis morięti bus ꝑ nimia. ſ. ſiccitate. Ecce. q. d. ꝑter opinionẽ & cũ minime ſpeṙ qꝫ. ſ. illic aq̃ ꝑterfluerę t vbi pauloañ tãta ſiccitas erat vt oĩa exareſceręt: ipe elicit. i. ꝑ aq̃duct⁹ aut canales educit ſupcilio. i. ex editiore loco: qa alr̃ negret deriuare: mõtis cliuoſi. i. mltos cliuos hñtis vndã. i. aquã exũdantẽ. Illa. ſ. aq̃: cadẽs. i. defluẽs ciet. i. excitat murmur raucũ. i. ĩfractum ꝑ ſaxa leuia. i. polita frequẽti ĩpetu: & tẽperat ſcatebris. i. ſcaturiginib⁹ & ebullitiõib⁹ ac venis aq̃s effundẽtib⁹: arua arẽtia. ſ. ſiccitate. Quid ſup. de illo dicã q̃tũ iuuet arua. q ne culm⁹. i. herba ſpicã ſuſtẽtãs ꝓcũbat grauidis ariſtis: ipe depaſcit. i. paſcẽdo pecora abſumit luxuriẽ. i. vegetẽ copiã & ſupabũdantiã ſegetũ. i. pinguiũ culmoꝶ ac ſtipulaꝶ: ĩ tenera hęrba. i. priuſq̃ ſeſe ĩ ſpice collegerit formã: cũ. i. qñ ſata equãt. i. cooperiũt per equalẽ altitudinẽ ſulcos. Et qd ſup. dicã de illo q deducit. i. aufert harena bibula. i. ꝑ ſuppoſitionẽ harenæ multũ aq̃ bibẽtis: humorẽ paludis: hoc ẽ paluſtrẽ q ꝑcipue nocet: deducit inqꝫ ꝓſertim. i. ꝑcipue: ſi amnis. i. fluui⁹ ex ĩbre ſubito genit⁹ (q a circũnatando dr̃ circũfluit enim agros) abũdãs. i. ſupexcreſcẽs exit. ſ. ripas & limites ſuos mẽſib⁹ ĩcertis. i. vernis aut̃ autũnalib⁹ qb⁹ tẽpeſtas incerta eſt nũc pluuioſa nũc ſuda: niſi ſit ſenſus in mẽſib⁹ certis. i. qbuſdã & nõ oĩbus: qa ſi frequẽs aut iugis eſſet ĩnũdatio fruſtra fieret deſiccatio. Si ergo amnis exit aut ĩcertis mẽſib⁹ aut in mẽſib⁹ certis ſed maior man⁹ legentiũ eſt ĩcertis vna dictiõe qꝫ duab⁹ & tenet oĩa limo obducto. i. ſupducto: late. i. ampliter aut in latũ: vñ. i. a quo limo: lacune. i. receptacula aquarũ. caue. i. excauata: aut capacia vt caua videant̃: ſudãt. i. diſtillãt humore tepido. i. pluuia cũ quodã teporc decidente.

SER. ¶Cõmin⁹: ſtatim. Male pin. nõ pinguis. i. ſterilis. Ruit. i. eruit: & ẽ agẽtis. Alr̃ aũt dicim⁹: Ruit alto a culmie Troia Deinde ſatis fluuiũ. Poſt gñales agriculturas trãſit ad ſpẽs & ad culturas veniẽtes ex tꝑe. Nã & irrigare & ſiccare non ꝓuenit niſi ex magna ſiccitate aut nimio humore. Sequentes: iuges aut epithetõ eſt riuorũ. Moriẽtib⁹. Scd'm pythagoricos. q volũt qcqd creſcit hr̃e aĩam: vñ eſt ĩterfice meſſes: Ecce. i. ex ĩprouiſo. Supcilio: Altitudine: ſummitate terrarum. Raucum per leuia murmur: vt non ſolum vtilitatẽ verũ etiam voluptatem afferat. Læuia: lubrica: detrita: nitida. Scatebris: Ebullitionibus quas iacit aqua incidens in rimas: vnde & vaſa ęſtuantia ſcaturire dicuntur. Ariſtis: ꝓ ſpicis poſuit. Dicimus autem hic ſpicus & hoc ſpicum. Cicero: in arato: Spicum illuſtre gerẽtes inſigni corpore virgo ſed. m. g habet vtrunqꝫ numerum: in neutro ſingulare tantum. Luxuriem. Recte dicit vt oſtendat rem ſuperfluam & nocituram niſi amputetur. Cum primum ſul. æ. ſa. Cum hęrbæ adhuc tenerę anteqꝫ cogantur in culmos. Et eſt hoc Ver. hemeſtichium vnum de inuictis. Deducit: detrahit: hoc eſt ſiccat: vt Riuos deducere. n. r. v. i. ſiccare. Incertis: inopportunis: ſunt autem hiveris & autũni: nam & in hyeme frigus & in ęſtate calores certi ſunt. Obducto: ſuperlito ſuperfuſo. Tepido. noxio: inutili. Lacunę ſunt foſſe in quibus aqua collecta manet.

Spicus. Spicum. Nota. Lacunæ.

MAñ. ¶Quid dicã iacto. Heſiod⁹ quoqꝫ ait Semĩa quũ terrę cõmittis pęne ſequat̃ Seruul⁹ atqꝫ auib⁹ raſtro ſata lęta recõdat. Cõmin⁹. vicine illico nã cõmin⁹ ꝓprie ſignificat quaſi cũ manib⁹. Emin⁹ vero lõge quaſi e manib⁹. Cumulos: glębas. Ruit diſſipat. Male pinguis nõ pinguis. Satis fluuiũ ĩducit. Segetes irrigãde ſunt vbi nimia ſiccitas euenit. nã rigua vt ply. ſcri. li. xvij. c. xxv. ęſtiuis: vaporibus vtilia hyeme inimica autumno varia. circa canis ortum rigua maxime ꝓſunt. Riuoſqꝫ ſequentes: qꝫ. p. i. ꝑ epexegeſim. Sequẽtes. i. defluẽtes vel decurrentes. Exuſtus calore nimio. Aeſtuat: feruet. Moriẽtibus hęrbis: licet arbores & hęrbę tã rõne qꝫ ſenſu careãt: tñ vt et Macro. li. i. de ſom. ait qa creſcẽdi tantũmodo vſus in his viget, hac ſola parte viuere dicunt̃: moriunt̃ itaqꝫ vbi creſcẽdi vis deeſt. Supcilio. faſtigio: ſummitate. Cliuoſi tra. inclinate decliuiſqꝫ vię Trames dr̃ trãſuerſa via vel anguſta a trãſmeãdo. Elicit: educit: euocat. Lęuia: attrita. Ciet excitat: cõmouet. Scatebris: ebullitionib⁹: q̃ fiũt quũ aqua in aliquas rimas defluit. Quid videlicet de illo dicendũ. Grauidis ariſtis: ſpicas intelligit. Luxuriẽ ſegetũ. i. hubertatẽ ſupfluitatẽ ve & intẽpeſtiuã abundantiã: vt ait Noni⁹. Ply. aũt li. xviij de vitijs frugũ ait: Inter vitia ſegetũ & luxuria eſt: quũ onerata fertilitate ꝓcumbũt: & paulo inferius ſeq. ca. ait: Luxuria ſegetũ caſtigat̃ dẽte pecoris: in hęrba dũtaxat: & depaſtę qdem vel ſępius nullã iniuriã in ſpica ſentiunt. Sulcos ęquãt: cũ adhuc hęrbę ſunt tenerę: anteqꝫ cogantur in culmos. Bibula deducit harena. i. diminuit: remouet ſiccat paludis humorẽ collectum: deducit aũt humor harena bibula ſuperiniecta aut gracili bibulaqꝫ ſuper humidã ac pręp inguem. Sed dementis opari eſt: qd em̃ põt ſperare qui talẽ colit: Bibula: quę humorem bibit. Incertis mẽſibus. i. vernis tꝑe ac autumni: hyemis enim certum eſt frigus: ęſtatis certus eſt calor. Veris vero & autumni temporibus nunc frigus nunc calor eſt. Hinc Naſo li. ij. de arte: dixit de autumno: Quum modo frigoribus premimur: modo ſoluitur æſtu. Aere nõ certo corpa languor habet: fiunt etiam pluuię maximę: ac fulmina. Vnde ply. li. ij. c. lij. ait. Vere aũt & autumno crebriora fulmina: & Ver. li. iiij. Geor. vere madent hudo terrę. Obducto. ꝓducto: contracto: circunfuſo. Tepido humore. ply. li. xviij. de vitijs frugum ait: Naſcunt̃ & vermiculi in radicę. quum ſementẽ imbribus ſecutis incluſerit repentinus calor humorem: gignuntur & in grano cum ſpicę in pluuijs calor inferueſcit. Lacunę: lacuna vt Feſtus ait: eſt aquę collectio & a lacu deriuatur.

Cominus Eminus. Trames.

Nec tamen

Nec tñ hæc cum ſint hominũq; bouũq; labores
Verſando terrã experti: nihil improbus anſer
Strymoniæq; grues: & amaris intyba fibris
Officiunt: aut vmbra nocet: pater ipſe colendi
Haud facilẽ eſſe viã voluit: primuſq; per artem
Nouit agros curis acuẽs mortalia corda:
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni:
Nec ſignare quidem aut partiri limite campũ
Fas erat: in medium querebant: ipſaq; tellus
Omnia liberius nullo poſcente ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris:
Prædariq; lupos iuſſit: pontumq; moueri:
Mellaq; decuſſit folijs: ignemq; remouit:
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit.
Vt varias vſus meditando excuderet artes:
Paulatim & ſulcis frumenti quæreret hærbam
Vt ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.

SER. ¶ Nec tamen.h.eſt ordo nec tamen nihil officiunt. Sentẽtia eſt ꝙ etiam poſt tot labores nocumenta inueniunt niſi prouideris. Improbus inſatiabilis: nulli probandus: Intyba: Intyba. male quidam accipiunt auem eſſe intybam amari iecoris. Sunt enim cicorea quorum radices multę ſegetes ambiunt & necant. Fibris autem abuſiue dixit ꝙ radices intyborum hac atq; illac decurrunt: vt fibre per iecur ideſt venæ quędã & nerui. Amaris nocẽtib⁹. Viã rõnẽ & artẽ colendi. Primuſq; p.a. excuſat q̃ vident̃ poſſe dãnari i Iouẽ ꝙ voluerit illis neceſſitatib⁹ excitare ĩgenia hoim q̃ ex abũdãtia & ocio torpeſcũt. veterno. Pigritia. nã veternũ eſt morb⁹ ĩtercus.i. hydropiſis q̃ hoĩes reddit pigros. In mediũ.i. in cõe. Liberi⁹: ſupra em̃ dixit. Atq; ĩpat aruis. Malũ: Nã & bonũ vir⁹ queãdmodũ bonũ venenũ dr̃ aut avi: neq; nũc repit̃ niſi ĩ ntõ a&tõ & v&tõ apd' priſcos ẽt ĩ gtõ Lucre. tetri primordia viri. Remouit occuluit & non penitus ſuſtulit. Excuderet: ſtudioſe repiret.

PRo. ¶ Strimõięq;: dicte ſunt a ſtrĩmõe thracie flumine vbi maxime ꝑ ęſtũ morant̃. Nec torpe graui paſſus.ſ.r.u. veternũ grauem ſomnũ volunt intelligi ſpectantem ad interitum quem medici Lethargum vocant.

MAN. ¶ Nec tñ. hic oñdit autor vltra p̃dicta curãdũ ẽt ne aues & alia obſint aruis. Improb⁹. nocẽs ſęu⁹. Strimõięq; gru. ſtrymõ amnis vt Soli. docet ĩter macedoniã & thraciã terminũ Strymon. facit q ab hęmi iugis irrigat: id quoq; aſſerit ply. li.iiij. ibi aũt grues maxĩe ꝑ ęſtũ morãt̃ vti & ꝓb⁹ ĩqt. Intyba: hui⁹ noĩs variationẽ late ĩ ſpica docuim⁹ ĩtybũ aũt & cichoreũ ꝓ eodẽ plyn. vr̃ accipe li.xx. Amaris fibris: ſũt em̃ ĩtybi radices amare guſtu: q̃s hẽt plurĩas ac ꝓfuſas. Fibris.i. radicib⁹ antiq em̃ vt Varro ait: fibrũ dicebãt extremũ Aut vm.no. ply. li.xvij.c.x. de vmbris arboꝝ nociuis & iucundis ait iuglãdiũ grauis & maxĩe ẽt capiti hũano: oĩbuſq; iuxta ſatis necat gramĩa & pin⁹: ficoꝝ leuis q̃uis ſpſa. iõq; ĩter vineas ſeri nõ vetant̃. Vlmoꝝ leuis ẽt nutriẽs q̃cũq; opacat iucũda & platani: iuglandi ſiq̃dẽ pinorũq; & piceaꝝ & abietis venenũ eſt. Primuſq; ꝑ artẽ mouit agros: de aureo ſęculo qd' ſub Saturno fuit. Ouid. li.i. meta. ait. Mox ẽt fruges tellus inarata ferebat. Nec reuocatus ager grauidis canebat ariſtis. de argenteo vero ſęculo qd' ſub Ioue fuit inquit Iuppiter antiqui contraxit tempora veris: Semina tum primum longis cerealia ſulcis Obruta ſunt: preſſiq; iugo gemuere iuuẽci: Acuẽs: accẽdẽs: excitãs. Torpere pigra eſſe & ſegnia

¶ Nec tamen hęc &c. Poſtq̃ edocuit diligentiam agricolis in colendo agro ſeruandam ſubiungit miſera eorum fata. vt quibus officiunt ac nocent plurima vt aues herbę & vmbre. Verum ne temere omnia contingere cenſeas dicit a ioue: id inſtitutũ vt nõ torpeſcerent homines ſimulq; cũ agro ſe colerent exercitationibus aſſiduis. Nam ſi vt ſub Saturno quondã oĩs ferat oĩa tellus: & id quidẽ ſponte nemo agrũ coleret: dicit ergo Iouẽ Saturni filiũ immutaſſe tꝑa patris ſui: qua occaſione preſtita tranſit ad varia diuerſorũ inuẽta agricolis preſertim vtilia ſed ne in re manifeſta ꝓlixior ſim. ACSEñ ¶ Ordo eſt. Ordo. Nec pro & non: & cũ hec.i. prius dicta ſint labores & hominum & boum experti.i. inuenti & in experientiam adducti (ponitur enim in ſignificatione paſſiua cum ſit verbum commune experior) verſando. ideſt arando & colendo terram tamen anſer improbus. ideſt improbandus & deteſtandus vt qui vbi nihil ſeuerit decerpat & vaſtet & grues ſtrymonie.i. circa ſtrymonem lacũ aut amnem in confinibus Thracie & Macedonie verſari plurimũ ſolite: & intyba.i. herbę amaris fibris.i. que habent amaras & nociuas fibras quibus fruges attrahũtur: officiũt ideſt nocent: & cõtrarium eius quod deberent faciũt) Officio. Nam cum officium in bonam partem accipiatur fere queras quomodo officere ſit nocere. Sed ſunt qui officium ab efficiendo deductum velint alijs dicentibus huius prepoſitiõis ob eſſe duplex ſignificatum: alterum em̃ quod eſt quaſi propter vt ob pietatem ideſt propter Ob. pietatem & ſic officium eſt propter quod q̃cq; inſtitutum & factũ eſt: alterũ vero quaſi cõtra vñ obſũ/obſto/obdo/oppono/officio/quaſi cõtra ſum ſto/do/& pono & facio cõtra id qd' debeam) aut vmbra nocet ſed ipſe pater.ſ. Iuppiter qui dicitur iuuans pater: haud. ideſt non: voluit: viam.i. modum & rationem colendi eſſe facilem: immo voluit eſſe difficilem & ipe Iuppiter mouit prim⁹ agros ideſt primus exercuit per labores: acuens corda mortalia curis: nec paſſus ſua regna.i. hoĩes ſui tꝑis torpere.i. pigreſcere graui ideſt nociuo & moleſto: veterno ideſt vitio ſomnolentie & obeſitatis ex torpore ꝓcreato. Nulli coloni ideſt agricole: ſubigebant.i. domabant vnde dictum eſt: atq; imperat aruis: ſubigit aũt aruum q ipſum ad iuſſum ſuũ quã vult ferre facit: ante Iouem. ideſt priuſq̃ ea Iuppiter ſubegiſſet. Nec fas erat ſignare quidem campũ aut partiri campũ limite.i. lapide ad dirimendos agros in confinio poſito: ſed ſup. homines: querebant.i. reponebant in medium. & ipſa tellus ferebat omnia liberius: ideſt omnino libere & non ſubacta hoc eſt nullo poſcẽte.i. exigẽte: ſpõte videlicet ſua: ille.ſ. Iuppiter: addidit ſerpentib⁹ atris.i. nociuis vir⁹.i. venenũ ſuũ: & iuſſit lupos p̃dari.i. p̃das auferre: & iuſſit põtũ.i. mare moueri.ſ. ꝑ nauigationẽ auaricie potiſſimũ cã inuentã. Et ipſe decuſſit.i. deorſum & ĩ terrã excuſſit mella: folijs.ſ. arboꝝ: hoc eſt frõdib⁹: in qb⁹ copioſe pri⁹ repiebat̃: & remouit.ſ. ab vſu mortaliũ: ignẽ & repſſit.i. coercuit vina currẽtia paſſim riuis.i. ꝑ riuos: vt.ſ. vſus.i. op⁹ & vtilitas extunderet.i. extorq̃ret: & violẽter pareret: varias artes: meditãdo.i. exercitãdo & vt vſus q̃reret paulatim ideſt paulo ten⁹: & ſucceſſiue poſtq̃.ſ. ceres docuerat herbã frumenti in ſulcis.i. ꝑ arationẽ & cultũ terre: & vt excuderet.i. cudẽdo & cõcutiẽdo eliceret ignẽ abſtruſum.i. delitentẽ in ſup. venis ſilicis.i. lapidis illius preduri.

ſegnia. Oui em̄ ait de primo ſęculo. Mollia ſecurę peragebāt ocia gentes. Veterno ideſt ſomno: nam vt Feſtus Veterno-
inquit veternoſus dicitur qui graui p̄mitur ſomno. Probus etiam inquit: ꝙ veternum graue ſomnū voluīt in- ſus.
telligi ſpectantē ad interitū medici letargū vocāt. Ply. etiā ait li. viij. de vrſis. Tā graui ſomno p̄munt: vt ne
vulnerib' q̄dem excitari queāt: tunc mirū in modū veterno pingueſcūt. Coloni agrorū cultores. Limite .i. tra
mite. ver. li. xij. Limes agro poſitus. Nec ſi .q. iure cōi priuati ac ſepati agri nihil erat: iure vero gentiū agris ter
mini poſiti qđ quidē notat large ex hoc iure gentiū digeſtis de iuſtitia & iure: & in paragrapho aūt gentiū.
Inſtitu. de iure natura. gen. & ciui. ſcribit em̄ ibi ex hoc iure gentiū introducta ſunt bella: diſcretęq; gētes: re-
gna cōdita. dn̄ia diſtincta: agris termini poſiti &c. In mediū: in cōe quęrebāt victum .ſ. Mellaq; decuſſit. Na-
ſo li. i. meta. de ętate aurea inq̄t. Flauaq; de viridi ſtillabāt ilice mella. Ignēq; remouit. Iratus Iuppiter ꝙ a Pro-
metheo deceptus eſſet in portione hoſtiarum: mortalibus eripuit ignem. ne carnis vſus vtilis hominibus vi-
deretur cum coqui non poſſet. Currentia vina: Oui. etiā ait flumina iā lactis iā flumina nectaris ibant. Vſus
opus vel vtilitas. Excuderet cudendo eliceret: eſt enim cudere a cudendo dictum: vt Feſtus ait.

Tunc alnos fluuij primum ſenſere cauatas:
Nauita tum ſtellis numeros & nomina fecit
Pleyadaſq; hyadas claraq; lycaonis arcton.
Tum laqueis captare feras. & fallere viſco
Inuētum: & magnos canibus circūdare ſaltus.
Atq; alius latum funda iam verberat amnem
Alta petēs: pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor: atq; argutæ lamina Serræ.
Nam primi cuneis ſcindebat fiſſile lignum.
Tum variæ venere artes. labor omnia vincit
Improbus: & duris vrgens in rebus egeſtas.

ASCEN. ¶ Tunc alnos &c. Docet igit̄ varia inuēta per
egeſtatē & primo nauigationē & ꝓpter eā ſy-
derū obſeruationē: deinde aucupiā & piſcatio-
nē tūc arma mechanicorū operū & tandē oīa p
egeſtatem inuenta concludit. Signanter autem
dicit alnos cauatas tunc primum excogitatas:
quia in paludibus prima nauigatio fuit: & ea
lynthribus ex alno videlicet cauata: ea enim ar
bor cum ſit fragiliſſima aeri expoſita in aq̄s ta
men p̄dura eſt vt ergo fecundo ingenio eſt poe
ta etiam ordinē rerum inuētarum tangit: poſt
ſcaphas autem & linthres inuente ſunt rates q-
bus ſe etiā mari credebant: vnde hora. i. car. Il-
li robur & es triplex circum pectus erat: q fra-
gilem truci cōmiſit pelago ratem primus tum
naues quarū que prima fuerit dictū eſt in Bu-
Ordo. colico ibi. Et altera q̄ vehat argo. ¶ Ordo au-
tē eſt. Fluuij (q̄a mari nondū ſe crediderāt mor
tales) ſenſere .i. ſi ſenſum habuiſſent ſentire po-
tuiſſent tunc primū .ſ. poſt̄q̄ Iuppiter rerum pe
nuriam induxerat: alnos cauatas .i. ſcaphas &
linthres ex alnis cauatis vnde poſtea naues ex
cogitate ſunt ſenſerunt autē q̄a naues immiſſe
aquis ſulcant eas. Tū .i. deinde nauita .i. is q na
uibus vſus eſt: per ſyncopam aūt loquitur qui
nautam dicit: fecit ſtellis numeros .i. conſtituit
quot ſtelle ſignum facerent & noīa .i. quarū re-
rū & potiſſimū animantiū noībus appellarent
vnde diſcedit a fictionibus poeticis in re ſeria:
nā poete fingunt varia animalia in ſydera trāſ
lata: poeta aūt hic innuit ea primum fuiſſe: ſed
aliq̄n noīa accepiſſe ꝓpter effigies animalium
quas rep̄ſentāt (vtit̄ aūt eleganti breuitate q̄a
per id qđ dicit: id qđ non dicit intelligit̄. Si em̄
nauita ſtellis numeros & nomīa fecit: id feciſſe
conſtat vt earum directione nauiget: vnde na-
uem inuentā eſſe ſignificat ſine qua nauita di-
ci neq̄ret) noīa inq̄ fecit videlicet pleyades .i.
vocauit quaſdā pleydas que .vij. ſtelle in cau-
da tauri ſunt & a noſtris vergilie vocantur: &
hyadas que circa cornua tauri etiā ſeptē ſunt &
ſyades primū deinde ſucule aliq̄n vocate a plu
uijs aūt dicte ſunt (Sunt autē accuſatiui gręci
tertie declinationis ac ſi ſit hec pleyas hui' ple-
yados & hec hyas huius hyados in plurali hę
pleyades & hyades) & arcton .i. vrſam maiorē
lycaonis .ſ. filiā clarā q̄a ſtellas habet .xxi. aut
illuſtrem & multis verſib' memoratā. Tum .i.
deinde inuentū eſt captare feras laqueis .ſ. pedi
cis: & fallere .ſ. aues p̄cipue viſco: & inuentū eſt
circūdare magnos ſaltus: quia tūc parū terre ha
bitabat̄: canibus .ſ. venaticis. Atq; alius verbe-
rat iā .i. interea dū venationi ſtudēt latū amnē
funda .i. iaculo & rete petens alta .i. ꝓfunda vbi
maiores ſint piſces: & ali' trahit pelago .i. e ma
ri: lina humida .i. rhetia linea humefacta per
immiſſionem in aquas ad captandos piſces.
Tum ideſt deinde poſt dicta rigor ferri ſupple
inuentus eſt: & id quidem argute dicit: nam fer
rum fuiſſe & eo vſos fuiſſe etiam in nauib' fa-
bricandis

¶ Numeros: currendi modos .i. ortus & occaſus qđ ſi eſt SER.
quaſi rē philoſophorum p̄termiſit. Nam tm̄ de nominib'
dicit vt pleiades hyades. Nā Hipparchus ſcribēs de ſignis
cōmemorauit quot in quoq; ſigno clarę quot ſecūde lucis
quot obſcurę ſtellę ſint. Pleiades ſignū eſt ante genua tauri Pleiades.
qđ ortu ſuo primum nauigationis tp̄s oſtentat: dictę ab eo
qđ eſt ϖλεειν. nauigare latine: Vergilię dicunt̄ a verni tp̄is
ſignificatione. Hyades vero ſunt in fronte tauri ꝙ ortu ſuo Hyades.
cōcitant pluuias latine ſuccule dicuntur αϖοτουυετου. Ar- Vergilię.
cton. Elicen dicit vrſā maiorē: nā minor dr̄ cynoſura. Lyca Arcti
on. rex archadię hūi t filiā Caliſto quā cū vitiaſſet Iuppiter: Lyacon.
Iuno in vrſam cōuertit. Poſtea Iuppit' miſerat' in ſignū cœ
leſte conuertit. Fallere viſco: nō ad feras: ſed ad aucupiū re-
feras. Et magnos ca. cir. ſa. iterum ad venationem. Male au
tem de aucupio reſpuentes totum referunt ad venationem
cum dicunt fallere viſco pro viſceratione: conſtat enim lu-
parios canibus tinctis veneno necare lupos: quod non ꝓce
dit quia aliud eſt hoc viſcum viſci: & aliud hoc viſcus ris.
Ergo ſi de carne loquebatur viſcere erat dicendum. Funda
genus rhetis quod βοχοσ dicitur. Humida li. Verriculum Bochos
intelligit. Rigor: Duricie: inde rigidus durus. Serrę. Perdix Perdix
ſororis Dędali filius cyrcinum: & ſerram inueniſſe dicitur
Improbus: vel magnus vel nulli probabilis. Duris vrgens
in rebus egeſtas. Perſi. magiſter artis ingenijq; largitor vē-
ter negatas artifex ſequi voces.
¶ Pleiadas hyadas. c. q̄. l. a. pleiades vergilie dicuntur (vt PRO.
quibuſdam liquet) quia ſint Athlantis & peleiones filiæ:
vel αϖοτουϖλεειν dicte. Idcirco qđ earum ortu prima cura
ſit nauigio: quarū mentionem facit Oui. in phaenomenis
dicens de perſeo. pleiades ante genus ſeptem radiata ferun
tur. Sed tantum apparēt ſup opaca ſeptima nube. Hyades
exiſtimantur eſſe in cornibus tauri: aut in ore: quas imperi
ti ſuculas appellant arbitrantes αϖοτουσυν hyadas dictas.
Sed errāt: dictę ſunt enim αϖοτουυειν: hoc eſt a ſpargendo.
Eſt enim pluuium ſydus: hoc non temere oritur: vt nō im-
bres ſequantur. Lycaonis arcton. dicit vrionem: & vulga-
rem ſequitur hiſtoriam. Iuppiter enim Caliſto Lycaonis
filiā creditur mutatus in dianā cōpreſſiſſe: que grauida mu
tata ī vrſam ira iunonis pepit puerū. Arcada quē Iuppiter
ne venans matrē feriret: mutatū in eandem formam cum Vrſe
ea inter

ea inter ſydera rettulit.ſunt aũt ibi duę vrſe maior & mĩor maior helicę:minor cynoſura vocat̃. Cũ iã gl. atq; arbuta

Arbuta ſ.d.ſ.e.u.d.n.arbuta ſunt arbuſculę:q̃ in ſiluis frequent̃ naſcunt:q̃ plerĩq; Vnedones vocãt:dodona locũ cõtinentem quercus.q̃ cõtinent̃:erat dicta.eſt aũt tẽplũ dodonei iouis inchaonia pte epiri:q̃ hoc noĩe appellat̃.

MAñ. Alnus. ❧ Alnos cauatas:piphraſis eſt nauiũ.Alnus cũ pin⁹ &picęę ad aquar̃ duct⁹ in tubos cauant̃: obrutę terra plurimis durãt annis.Ply.li.xvi.Stellis numeros.ply.li.ij.c.xlij.ſcr. eſſe.lxxij.ſigna q̃ ſunt rerũ aut aĩantiũ effigies ĩ quas digeſſere cęlũ periti:in his qdã mille ſexcẽtas annotauere ſtellas inſignes videlicet effectu viſuue:Igini⁹ aũt ſcribit ꝙ Mercurius prim⁹ mẽſes iſtituit& ꝓuidit ſyderũ curſus. Euhemer⁹ vero primã ait venerẽ aſtra cõſtituiſſe:& Mercurio demõſtraſſe.ſed Mani.li.i.ait.Tu princeps autorq; ſacri cyllenię tãti.Per te iã cęlũ in terris iã ſydera nota.Ioſephus aũt ſcri.

bricandis vel iſiſ̃e eſt:ſed poſtea inuent⁹ eſt rigor ferri.i. modus indurãdi ferrũ & tẽperandi more calybũ: & lamina ſerre argute.i.ſubtilr̃ excogitare aut ſonore dũ qd ea ſecat̃.Nã primi ſup.mortales ſcindebãt lignũ fiſſile.i.qd' faciliter findit̃.cuneis.i.eiuſmodi inſtr̃is que a lato in anguſtũ & acutũ deſinũt & ex ligno duriore ac ferro fiũt.Tũ.i.deinde paulatim varię artes venere.i.excogitate ſunt aut venere ĩ vſũ hoĩs labor improb⁹.i. inſatiabilis & modũ neſciẽs: vincit.i.ſupat:& domat oĩa. nihil eſt qd' lõgo labore nõ inueniat̃ aut fiat ab hoĩe.inueniendi aũt cã eſt egeſtas:vñ ſubdit:& egeſtas vrgens ĩ rebus duris.i.quas durum eſt pati aut quib⁹ durum eſt carere:vincit omnia.

ꝙ Adã duas colũnas reliqt Vnã ęneã alterã lateritiã in qb⁹ ſyderũ mot⁹ deſcripſerat Lactã.li.ij.ca.xiiij. docet egyptios oĩm primos curſus ſyderũ & defect⁹ notaſſe.Dio.li.iij.Athlantẽ de ſphera primũ inter hoĩes diſputaſſe.ply.etiã li.vij.Athlãtẽ libye filiũ aſtrologiã inueniſſe:ſcribit:,vt alij dicũt aſſyrij. Sphęra in ea mileſius

Pleiades. Anaximãder inuenit ſyder̃ obſeruationem in nauigãdo phęnices.Pleiades.ply.li.ij.c.xlij. ſcribit eſſe in cauda tauri ſtellas.vij.quas appellauere Vergilias inqt in frõte ſuculas.idẽ varro.Gelli.quoq; li.xij.c.ix.aſſerit dicens.Sicut cęterę partes & reliqua imago tauri cõfirmata:& quaſi depicta eſt locis regionibuſq; ear̃ ſtellarũ quas gręci plęiadas:nos vergilias vocamus.Iginius etiã docet inter tauri finitionẽ& arietis caudã ſtellas eſſe. quas Vergilias noſtri:gręci aũt pleiadas appellauerunt.Dictas autẽ ꝙ ex pleione occeani & Athlante ſint nate.Hę numero ſeptẽ dicunt̃:ſed nemo amplius q̃ ſex videre põt:eſtimanturq; choream ducere ſtellis:eas ſtellas Vergilias noſtri dixere:ꝙ poſt ver exoriunt̃.Ex predictis ergo patet pleiades non eſſe ſignum ante genua

Hyades tauri vt ille dixit.De his autẽ latius habet̃ li.iij.fa.Hyades ſcri.Iginius taurum habere in cornibus ſtellas:in vtriſq; oculis ſingulas:in fronte media vnam:ex qbus locis cornua naſcuntur ſingulas que.vij. ſtelle hyades nuncupãtur.Gel.lib.xij.c.xi.docet ꝙ hyades a nobis primo ſyades deinde ſucule appellate:hyadeſq; ab hyo ideſt pluo:nã & quũ oriuntur:& quum occidunt largos imbres cient:ſed de eiſdẽ lati⁹ Gelli.Clareq; lycaõis ar

Arcti. Cynoſũ cton:de arcto maiori loquitur.hanc autem Iginio teſte. Heſi. ait eſſe Caliſto noĩe Lycaonis filiam que a Ioue in vrſę ſpeciem conuerſa fuit:cum autem Archada puerum ex Ioue genuiſſet ipſam cum filio Iuppiter inter ſydera collocauit.eamq; Arcton filium Arctophylaca nominauit:minorem vero arcton Iginius idem Cynoſuram eſſe vnam de Iouis nutricibus ſcri.ſic etiam Elicem:hinc pro beneficio in cœlo colocatas& vtraſq; arctos dictas:quas noſtri ſeptentriones dixerunt.Omnes autem qui peloponneſum incolunt maiori vtuntur arcto.phœnices vero minori:quam ſtudioſius perſpiciendo diligentius nauigare exiſtimantur: hinc apud Oui.faſto.iij.legitur eſſe duas arctos quarum Cynoſura petatur Sydonijs: elicem graia carina notet.Claram arcton .claram ait qm̃ maior arctos ſtellas habet.xxi.minor vero ſtellas habet tantummodo.vij. Tum ferri rigor.ſ.inuentus eſt Ply.li.vij.ait ꝙ ferrum Heſi.in Creta eos inueniſſe ſcri.qui vocati ſunt dactyli idęi: fa-

Lamina Bractea bricam ferream inuenire Cyclopes.Lamina ea dicitur lata portio ferri:ęris plumbi ſtãni:auri:argẽti. bractea vero potius auri argenti ve ac orichali:eſt enim tenuis & ſua ſponte plicabilis:lamina autem craſſior. Serrę. ply.lib.vij.ſcri.Dędalum fabricam materiam inueniſſe & in eam ſerram aſciam perpendiculum:terebrã:glutinum.Normam autem & libellam & tornum & clauum theodorum ſaminum.Ouid. tamen li.viij. meta. oſtendit Perdicẽ Dędali ex ſorore nepotem:circinum & ſerrã inueniſſe.Dio.vero.li.v.ſcri.ꝙ talus adoleſcẽs filius ſororis Dędali q ab eo erudiebatur:ingenij acumine inuenit rotam qua figuli vtuntur. Deinde reperta ſerpentis maxilla paruulum cum ſecuiſſet lignum:imitatus poſtea dentium ſerpentis ſpiſſitudinẽ: ſerrã ferreã fabricauit.Reperit etiã & tornum Inuidia motus Dęda.hunc puerum dolo interfecit.Labor omnia vin. hinc ẽt Manilius li.i.ait Oĩa conãdo docilis ſolertia vicit Vrgens in rebus egeſtas.Manil.lib.i.Et labor ingenium miſeris dedit.& ſua queq; Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit:cum iam glandes atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ:& victum Dodona negaret.
Mox & frumẽtis labor addit⁹:vt mala culmos
Eſſet rubigo : ſegniſq; horreret in aruis
Carduus:intereunt ſegetes: ſubit aſpera ſylua:
Lappæq; tribuliq; : interq; nitentia culta
Infœlix Lolium & ſteriles dominantur auenæ.
Q͛d niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris
Et ſonitu terrebis aues:& ruris opaci
Falce p̃mes vmbras:votiſq; vocaueris imbrem
Heu magnũ alterius fruſtra ſpectabis aceruũ:
Concuſſaq; famem in ſyluis ſolabere quercu.

❧ Ceres prĩa.Oĩe gen⁹ agriculturę hoĩb⁹ idicauit:nã q̃uis vel Oſyrim vel Triptolemũ aratrũ ĩueniſſe dicãt illi tamẽ omnem

ASCEñ. ❧ Prima ceres ferro.Redit ad ĩſtitutũ ſuũ vt.ſ. agriculturę autorẽ ſignificet:dicens cererẽ eam inueniſſe tangẽs paucis eius difficultatẽ vt diligentẽ reddat agricolã : additurus mox arma

Ordo ſeu inſtr̃a qbus agricolis vtẽdum eſt. ❧ Ordo igit̃ eſt.Ceres inſtituit.i.ſtatuit& docuit prima ideſt priuſq; alius qſpiam:mortalis.ſ.homines cum ipa per inuentum ſuum immortalitatem meruerit & dea frugum habita ſit : vertere.i. vertendo colere terram. ferro ideſt.qbuſcunq; armis ac inſtr̃is ex ferro factis aut ferro minutis vt vomere bidente:marris foſſorijs &c.tunc ſup.cum glandes atq; arbuta.i. fructus arbutorum & qcunq; ſylueſtres : deficerent.i.deeſſent ſylue ſacre ideſt Ioui cõſecrate : cui minime defore putabant̃ : & dodona.ſ. ſylua illa ſacra in epyro negaret ſcilicet mortalibus victum quia tunc glãde veſci ſolebant.Labor ideſt difficultas & calamitas:eſt additus ſcilicet a Ioue qui noluit facilẽ eſſe viam colẽdi agros & ideſt etiã frumentis:ita ſup.vt mala ideſt nociua & pernicioſa rubigo:eſſet ideſt cõſumeret(ab edo es eſt)culmos ſcilicet frumenti:quod prius letius veniebat

veniebat:&vt carduus ideſt herba ſpinoſa flo
rem hirſutum ferens de genere tribulorum in
cuius folijs ſemper aqua inuenitur: vnde grece
dipſacos ideſt ſitiens dicitur : ſegnis ideſt infe-
cundus& nihil boni afferẽs: horreret ideſt hor
ridus ſtaret in aruis & ſupple poſtq̄ꝫ is horrere
cepit:ſegetes intereunt : & ſylua aſpera ſcilicet
veprium tribulorum.ſpinarum. lapparum &
ſimilium:ſubit ideſt per ſe ſubſecuta eſt. Sylua
dico appoſitorie lappe & tribuli. aut ſylua lap
pe & tribuli vt ſint genitiui ſingulares:& loliũ
infœlix ideſt zizania infœlicitatem pariens &
auene ſteriles ideſt ventoſe & ſterilitatem indu
centes:dominantur interculta.ſ.arua nitẽtia.i.
ſplẽdẽtia frequẽti opa agricole:ita vt nõ vitiũ
ſed calamitas ſit agricole. Dñant aũt vſq̄ꝫ adeo
ꝙ niſi tu inſectabere terrã aſſiduis raſtris.i. niſi
aſſidue raſeris & eradicaueris herbas nociuas
& niſi terrebis aues ſonitu.ſ.arcus aut vocis:&
niſi p̃mes.i.diminues &excindes falce.i.cultro
incuruo vmbras ruris opaci.i.arboribus circũ-
ſcepti:& niſi vocaueris imbrẽ : votis.ſ. dijs fa-
ctis : heu(dolẽtis interiectio)tu ſpectabis fru-
ſtra.i.ſine cõmodo tuo immo cũ dolore cũ ſo-
lus careas magnũ aceruũ.ſ.frumenti : alteri⁹.ſ.
vicini tui q eã diligẽtiã adhibuit:& ſolabere.i.
mitigabis ſed nõ penit⁹ ſedabis nec placabis fa
mẽ.ſ. tuã& tuoꝝ : quercu cõcuſſa.i. agitata ad
hñdam glandẽ in ſyluis : vbi videlicet naſcit.

oẽm agriculturã docuit:Nã ferꝝ dicẽdo oĩa agriculture fer
ramẽta exp̃liit.Sacrẹ:ẽt ſacre ẽphaſis eſt.Dodona: eſt vrbs Dodona.
epiri iuxta quã nem⁹ eſt Ioui ſacrũ abũdãs glãdib⁹.vñ p ex
cellentiã illi⁹ meminit.Addit⁹ vel dat⁹ ſi nihil mali añ ha-
buerint.Vel addit⁹ qa añ erat:ſed nõ hmõi. Eſſet:cõſume-
ret:vt eſt mollis flãma medullas:Rubigo gen⁹ eſt vitij quo
culmi pereũt:ſed improprie dicit:nã ꝓprie rubigo eſt vt ait Rubigo.
var. vitiũ obſcœnẹ libidinis qd vlcus vocat.Segnis infœ-
cũdus. Aſpa ſylua.notandũ etiã de herbis ſyluã dictã.Infe
lix lo.infœcundum contra.fœlicemq̄ꝫ trahit limum. Steri Sylua.
les aue.ad diſcretionẽ earum quẹ ſeruntur.Quod niſi & a.
t.Iã cõcludit & hoc dicit ne ſẹpe ſarſieris ꝓpter illd & ama
ris intyba fibris. Officiũt: niſi aues fugaueris ꝓpter illud.
Strymoniẹq̄ꝫ grues:niſi falce amputaueris ramos ꝓpt illd
Aut vmbra nocet:niſi votis inuocaueris pluuias ꝓpt illud
humida ſolſtitia atq̄ꝫ hyemes orate ſerenas : ſine cã ingẽtis
frumẽti alieni aceruos aſpicies. Per qd oñdit ruſticũ ſua in
ertia famẽ nõ anni vitio ſuſtinere. Premes vm. Coarctabis
& imminues. Famẽ ſola. ac ſi diceret ne glandibus quidem
ſatiaberis:quia dixerat. Et victum dodona negaret.
¶ Prima ceres. Ouid. quoq̄ꝫ li.v.met.ait prima ceres vnco MAN.
glebã dimouit aratro. Prima dedit fruges:alimentaq̄ꝫ mi-
tia terris. Prima dedit leges.cereris ſunt oĩa mun⁹.Diod.ãt
li.vi.in prin.ſcri. ꝙ ſiculi tradũt Siciliã Cereri & Proſerpi-
nẹ ſacrã eẽ:has ſimul deas primũ in Siciliã viſas inq̄ꝫ ea prio
frumentũ terrẹ bonitate ortũ in agro aũt Leõtino:multiſq̄ꝫ
p̃terea ſiciliẹ locis ẽt t pe ipſi⁹ Diodori: vt inqt oriebat agre
ſte triticũ. Quũ aũt raptã filiã ꝓſerpinã q̃reret hoies q eã
grate ſuſceperãt:frumẽti vſum edocuit: hẹc eadẽ leges de-
dit qbus iuſte pieq̄ꝫ hoĩes viuere aſſueſcerẽt:ex quo & legi-
ferã dixerũt:plura Diod.& nos lati⁹ ibi Liber & alma ce.Sacrẹ ſi ſacrẹ q̃to magis & aliẹ. Eſt ergo emphaſis.i.
demõſtratio de q Fab.li.viij. Victũ cibũ a viuẽdo dr.Dodona.ab excellẽtia nemoris dodonã poſuit. Dodo
na em̃ in Epiro Ioui ſacra erat:nã illic templũ & oraculũ fuerat ei cõſtitutũ:qd lati⁹ apuimus æglo.viij. vtq̄ꝫ
Ply. li.ij.c.cvij. docet in dodona fons erat gelidus:q imerſas faſces extiguebat.ſi tñ extícte admotẹ fuiſſent ac
cendebant. Mox deinde. Et frumẽtis la.ad.labor erat hoib⁹ arãdi:ſerẽdi:& ſimiliũ. Deinde addit⁹ eſt ẽt fru-
mẽtis labor videlicet rubiginis:carduoꝝ &c. Labor calamitas. Eſſet carpet abſumeret. Rubigo:id vitiũ eſt ro-
dẽs ferrũ: vel ſegetes quaſi rodigo. Vñ olim robigo dicebat. Ply. aũt li.xviij. de vitijs frugũ ait. Cẹleſte frugũ Rubigo.
vinearũq̄ꝫ malũ nullo min⁹ noxiũ eſt rubigo: frequẽtiſſima hẹc in roſido tractu:cõuallibuſq̄ꝫ:ac pflatũ nõ ha
bentib⁹:e diuerſo carẽt ea vẽtoſa & excelſa. Feſt⁹ aũt ait: ꝙ rubigalia dies Feſt⁹. vij. kal. Maias qñ putabant Rubigalia
rubiginẽ vertere colebant:& ply. li. xviij. inqt ꝙ rubigalia numa cõſtituit. q agebant. vij. Kal. Maias: qm tũc
fere ſegetes rubigo occupat. Segnis. Sterilis: & ſegnitiẽ p̃bẽs ſegeti. Carduus: vide in Buc. Subit: ſuccedit Lap
pẹq̄ꝫ. Ply. xviij. de vitijs frugũ ait: loliũ & tribulũ & carduũ lappãq̄ꝫ nõ minus q̃ rubũ inter frugum morbos:
qn inter ipſi⁹ terrẹ peſtes numerauerim. De tribulis aũt lati⁹ Ply. li. xxi. & li. xxij. Nitẽtia culta : ſplẽdentia &
arata arua. Loliũ de hoc late dixim⁹ ẹglo. v. Steriles auenẹ. de auenis etiã latius æglo. v. Quod niſi: prẹdicto-
rũ epilogũ facit. dixerat em̃ Multũ adeo raſtris &c. Eſt aũt ſenſus ꝙ q̃uis p̃dicta ab agricola fierẽt niſi ſequen
tia quoq̄ꝫ agerent fruſtra p̃dicta oĩa forẽt. Terrebis aues: ꝓpter illud nihil improbus anſer &c. Premes, vmb-
ras ꝓpter illud: Aut vmbra nocet. Opaci: vmbroſi. Premes cohibebis : excindes.



Dicendũ & quæ ſint duris agreſtibus arma:
Quis ſine nec potuere ſeri:nec ſurgere meſſes.
Vomis & inflexi primum graue robor aratri.
Tardaqꝫ eleuſinæ matris voluentia plauſtra.
Tribulaqꝫ:traheæqꝫ & iniquo pondere raſtri:
Virgea præterea celei viliſqꝫ ſupellex
Arbuteæ crates:& myſtica vannus iacchi.
Omnia quæ multo ante memor ꝓuiſa repones
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur
In burim & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo
Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo:
Cæditur & tilia ante iugo leuis:altaqꝫ fagus
Stiuaqꝫ:quæ currus a tergo torqueat imos.
Et ſuſpēſa focis exploret robora fumus.

¶ Dicendũ & que ſint &c. Cõueniēter poſtqꝫ ASCEñ.
docuit qũo & qua diligētia terra colēda ſit:do
det qbus armis ſeu inſtrumētis. Nã arma dicũt
oĩm artificũ inſtr̃a vulgo tñ ꝓ munimētis pci
pue armorũ accipi ſolēt. Que aũt arma deſcri
bat ex ordine patebit q talis eſt. Dicendũ ſup.
eſt.i.dicere oportet:&.i. etiã que arma.i. inſtru
menta ſint agreſtibus.i.in agro degentibꝰ agri
colis.ſ.duris.i.labore ĩduratis et malo aſſuetis Ordo.
Quis ſine.i.ſine qbus:meſſes.i.fruges metēde
et ſecande nec potuere ſeri.i.ſeminari:nec ſur
gere.i.creſcere in altũ. Primũ ſup.eſt vomis id
eſt q terrã vomit et graue.i.ponderoſũ & forte
robor.i.lignũ aratri inflexi.i.icurui:et plauſtra
ideſt vehicula:matris eleuſinę.i. cereris q̃ apud
eleuſinã ciuitatē vbi colit̃ vehicula ad auehen
das meſſes inſtituit voluētia ſup.ſe:aut voluen
tia.i.volubilia:tarda ꝓ tarde ſup. ſunt ruſticis
neceſſaria aut qd ſile:& tribula.i.inſtr̃a triturã
di & traheę ꝓ trahe:q̃ ſunt inſtr̃a que trahũtur
ſine rotis & raſtri.i.dētalia pōdere iniquo.i.aut
grandi aut inequali qa ſecundũ terre qualitatē
dentes & pondus hñt(Seruiꝰ paſſim innuit ſe Ablatiui.
ptimos caſus quos ablatiuos ex vi demonſtra
tionis appellant loco genitiuorũ poni vt eſt ra
ſtri iniquo pondere ꝓ iniqui ponderis. & lato
venabula ferro ꝓ lati ferri enei.iiij. verũtamen
honeſtior eſt ꝑ ablatiuũ qꝫ ꝑ genitiuũ locutio)
p̃terea.i.pter hoc eſt ſup.et ruſticis habēda:ſu
pellex ṽgea & vilis.i. vtēſile ex ṽgis factũ: &
iõ vile:qa virge nõ magno veneũt ruſticis. Ce
lei.i.q̃ celeꝰ rex eleuſinus tpe triptolemi regnãs
poſtea vſus eſt:ſupellex in quã virgea videlicet
crates arbutee.i.ex arbuteis virgis cõſerte & cõ
texte:& vannꝰ.i.cribrũ ad vētilãda & purgãda
frumēta:myſtica.i.qua ēt vtebant̃ in myſticis
ſacris iacchi.i.bacchi. Que oĩa.ſ. dicta inſtr̃a
tu memor.ſ.ĩdigētie p̃terite repones.i. locabis
i repoſitorio ſuo:ꝓuiſa multo añ.ſ.qꝫ vtaris:ſi
glĩa digna.i.p̃ſtans diuini ruris.i. qđ dĳ aliqñ
coluere aut fertilis:manet.i.expectat aut dele
ctat & ĩmorat̃ te. Sed ſolemꝰ dicere id manere:
qđ certo futurũ iudicamꝰ ēt malũ: vt in Achil
leide ſtati. Quid maneat ppſos vbi tãta iniu
ria primos. Degraſſata duces? Continuo.i.ſta
tim dũ adhuc tenera eſt vlmꝰ.i.arbor illa flexa
ĩ ſyluis.i. adhuc creſcēs magna vi.i. violentia
domat̃.i.curuat̃ ĩ burim.i.formã buris hoc eſt
incuruamēti aratri:& accipit formã aratri cur
ui.temo.i.lignũ oblõgũ ad qđ rote cõnectunt̃:
ꝓtentꝰ.i.porro tētus hoc eſt extēſus in octo pe
des.i.ad lõgitudinē octo pedũ:& aures.id ferra
aut ligna latiora in morē auriũ vtrinqꝫ affixa
vt latiorē ſulcũ faciant bine.i. due aut ſingulis
inſtr̃is ſulcãdi due:& dētalia.i.ligna in qbꝰ vo
mer infigit̃.duplici dorſo.i.angulo cũ ſint qua
drangularia:aptant̃.i.applicant huic.ſ. aratro.
Et tilia leuis.i.lignũ tilie arboris parũ põdero
ſe:cedit̃ añ.i.priuſqꝫ opꝰ ſit ea vti:cedit̃.i.ampu
tat̃ iugo.i.ad iugũ.i.vt ex ea fiat iugũ. Eſt em̃
dandi caſus & fagus alta.i.ꝓcera cedit̃ iugo:&
ſtiua.i.manicula aratri a ſtãdo dicta cedit ſup.
que torqueat.i. torquēdo dirigat imos currꝰ a
tergo.i.a pte poſteriore: ſequit̃ em̃ aratrũ arãs.
Et fumꝰ exploret.i. ꝓbet & ſiccet ac vires exq
rat:robora.i.ligna fortia ſuſpenſa focis.i.iuxta
fumariũ in quo loco ignis fouetur.

SER. ¶ Arma:inſtrumēta: vt alibi Cerealiaqꝫ arma. Vomis:&
ab eo quod eſt vomis ris facit:ſed rationis eſt vomer. Nam
vomis vſurpatum eſt. Rarum enim eſt vt is exeuntia ri in
obliquis recipiant. vt cinis puluis. Talis eſt & in grēcis ra
tio. Nam actin & actis dicunt delphin & delphis eleuſin
& eleuſis ſed verꝰ in n deſinũt qđ in obliqs hñt vt actinos:
& eleuſinos:delphinos. Graue ro. ꝓpter ſulcos altꝰ ĩprimē
dos. Inflexi aũt ꝓ flexi. nam in abundat. Tardaqꝫ eleuſinæ
Eleuſin. matris:Eleuſin ciuitas eſt atticæ prouinciæ non longe ab
Athenis:in qua cũ regnaret Celeus:& Cererē filiã querentē
liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet:illa ꝓ munere oſtēdit ei
omne genus agriculturę filiũ etiã eius Triptolemũ recens
natũ ꝑ noctem igne fouit: ꝑ diem diuino lacte nutriuit &
eum alatis ſerpentibus ſuppoſitum ꝑ totum orbem miſit
ad vſum frumentorum hoĩbus indicandum. Ergo hoc di
cit:plauſtra volubilia matris eleuſinæ.i.qualia oſtēdit Ce
res apud eleuſin. Aut certe qualibus mater deũ colit̃. Nam
Tribula. ipſa eſt & ceres. Tribula:genus vehiculi. quo terunt̃ in area
Traha. fruges maturę. Traheęqꝫ epēntheſim fecit cã metri. ſicut na
uita. Traha aũt genus vęhiculi dictũ a trahēdo: nã non ha
bet rotas iniquo pōdere raſtri: ꝓ iniq ponderis.i. magni.ſ.
vt ſine labore ruſtici glebas poſſint infringere. Virgea p̃
terea celei viliſqꝫ ſupellex ideſt vaſa de vimine facta:qualia
Corbis. ceres aliqñ monſtrauit: vt qualos corbes &c. Sane hęc cor
Supellex. bis dicendum eſt fęminino genere ſecundũ Tulliũ qui ait
Meſſoria ſe corbę contexit. Sane ſupellex vſurpatũ. nã ar
tis eſt ſupellectilis. Gtĩs em̃ aut par debet eſſe nomĩatiuo:
aut maior:vt muſę doctoris. Si duabus maiorē inueneri
mus:contra artem id eſſe manifeſtũ eſt: vt anceps p̃ceps:&
pauca alia. Et myſtica vannus iacchi.i.cribrũ cereale. Legi
mus autem & vallus ſcđm Varronem quod nihilominus
ſignificat. Myſtica aũt iacchi ideo ait: ꝙ liberi patris ſacra
ad purgationem anime pertinebant & ſic homines eius
myſterĳs purgabantur. ſicut vannis frumenta purgantur.
Hinc eſt qđ dicitur Oſyridis mēbra a Typhone dilaniata.
Iſis cribro ſuperpoſuiſſe. Nã idem eſt Liber pater. in cuius
myſterĳs vannus eſt. quia vt diximus animas Purgat. Vn
de & liber ab eo ꝙ liberet dictus eſt: quem Orpheus a gy
gantibus dicit eſſe diſcerptũ. In burim. in curuaturã. Nam
Buris. buris eſt curuamentũ aratri. Dictum quaſi βοοσ ουρα ꝙ ſit
Dentale. in ſimilitudinē caudæ bouis. Binæ. Duę quibus latior ſul
cus efficiatur. Duplici dentalia dorſo. dentale eſt lignum ad quod inducit̃ vomer. Duplici autem dorſo dicit̃
aut lato. Vt At duplex agit̃ ꝑ lumbos ſpina. Aut reuera duplici cuius vtrũqꝫ eminet latus & fere hmõi ſunt
oẽs vomeres in Italia. Iugo.i.ad iugum. Leuis. ideo leuis ne boues laborent. Stiua manica aratri: qua regitur
Cice. in ſcauriana. Ab ipſa ſtiua mecũ hoĩes loquebant̃ Currus imos: Currus dixit propter morem prouinciæ
ſuæ in qua

ſuæ in qua aratra hñt rotas qb⁹ iuuant. Suſpēſa focis exploret: ꝓbatq; em̄ ſoliditatis ſunt ligna ſi fumo rima minime effecerint. totus aũt hic loc⁹ de aratro Heſiodi eſt. τημοσ αρυλοτομειμεμνημμοσ ωριοςερκοςολμον μεη τριποδηνηταμηειμνπτεροη δετριπηχοςαξονα δεεπταποδηη.

PRO. ¶ Tardaq; Eleuſinæ matris voluentia plauſtra: Imperiti ea ploſtra appellāt. Sunt em̄ vehicula: quorum rote non ſunt radiatæ. Sed tympana coherentia axi: & iuncta cantho ferreo. Axis autem cum rota voluit. Nā rotæ circa eiuſdē cardinē adhibet̄. hoc vehiculū i ſacris Cereris arcanę. quę eleuſis appellat̄ ab oppido eleuſine attico: & id ducunt boues. Eſt pręterea oliuę viridis ſiliq̄ follicul⁹: in quo faba naſcitur.

cies.i.ſpecies ſcelerũ ſup.fiũt p orbẽ:& vllus honos.i.reuerẽtia aut cult⁹ nõ eſt.ſ.ãpli⁹ aratro.i.agriculture dign⁹.i.debit⁹:aut nõ vllus honos dign⁹ arator ẽ aratro.&vbi arua ſqualent.i.ſqualida fiũt ac ſitu vincũt.colonis.i. agricolis:abductis.ſ.ab aratro in bellũ ciuile & vbi falces.i.cultri meſſoꝝ:curue conflant i.flatu folliũ fabroꝝ cõuertunt in rigidũ.i.induratum & difficulter flexibilẽ:enſem.i.mucronem.& Euphrates.i.accola euphratis popul⁹ ſcilicet maioris armenie & parthie. mouet bellũ hic.i.ab vna pte & Germania.i. populus teutonũ rheni accola:mouet bellũ illinc.i.ab altera pte:&vrbes vicine.i.italice& ſociales quaſi in medio iperij poſite.ferũt.i. conferũt arma:hoc eſt bella gerũt:inter ſe.i. inteſtina &ſocialia:legib⁹.i.federibus quib⁹ iter ſe cõfederate erãt ruptis.i.violatis:mars impi⁹.i.ad impia bella vt ſũt ĩteſtina ĩſtigãs: ſeuit.i.ſcuitiã ſuã exercet:toto orbe & iõ vt per auguſtũ pacẽ optat poeta vt diuti⁹ apud ſe maneat.Vñ dictũ eſt in buco.Pacatũq; reget patrijs virtutib⁹ orbẽ.Vt.i.queãdmodũ: quũ quadrige.i.quaterni eq currũ trahere ſoliti:effudere.i.effuſi pripuere ſe:carcerib⁹.i. repagulis quib⁹ a curſu donec ſignũ daret arcebantur:addũt ſe in ſpatia.ſ.intra metas cõſtituta:& auriga.i.rector equoꝝ:tendẽs.i.cõtrahens & tẽſa tenẽs fruſtra ꝙ impar viribus eoꝝ:fertur.i.violẽter ptrahit eqs.ſ.ſuis neq; currus.i.equ⁹ currẽs:aut q̃drige:audit.ſ.obtẽperant:hoc eſt cõtẽnit habenas quib⁹ haberi & cõtineri debeat Sane ſicut eques pro equo aliquãdo reperit:ita & hic currus niſi metaphora ſit.Ideo aũt curulia certamia inſtituta ſunt vt ſint aurigandi complures periti:nam e curribus olim dimicabãt:ſicut in bello troiano factum docet Home.Et hec in primum librum Georgicõ ſuccinctius emiſſa ſunt.

Cęſa.iã diu a dijs deſideratũ aſſerit:Aratro dign⁹ ho.de agriculturæ honore videto i pricipio.Cõflantur: fabricant cõuertunt.Euphrates:hũc maior fundit armenia:vt ſcri.Soli.Longiſq; excurſibus Babyloniã diuidit tandem in ſinum perſicum defertur.Mouere aut Euphratẽ bellum ait propter Partos.Ii eñ clade Craſſiana altius animos erexerant:ciuileſq; diſcordias populi romani læti acceperant.itaq; vt primum effulſit occaſio non dubitauerunt erũpere Vltro quidem iuuitante Labieno qui miſſus a bruto Caſſioq; fuerat vt hoſtes in auxilium ſollicitaret.ventidius tamẽ Antonij legatus & labieni copias & omnẽ Parthicum equitatum inter Orontem & Euphratem occidit:de quibus plurima lucius Florus. Germania: hoc ideo dicit:quia poſt Cęſa.cędem germani ab Romanis deſcierant.Auguſt.tamen vt Suet.tradit eos vltra albin flumen ſubmouit.Legibus:fœderibus.Ruptis propter Cęſaris obitum.Carceribus: carceres vocantur vnde mittuntur equi dicti ꝙ coercẽtur equi ne inde exeant anteq; magiſtratus ſignũ miſit:auctor Varro.Quadrigæ:quattuor ſimul eq iuncti quadrigæ vocant vt ſcri.Gell.li.xviij.c.viij.Auriga: aurigæ proprie ſunt currum regentes.Dicitur autem auriga quia ſplendorem ſibi agat auris ideſt fauoribus populi.hoc eſt clamoribus.Priſcian⁹ de.xij.carminibus.Currus ipſe quadrgæ.per id autem innuit Martem nullo obſtante ſæuire:obiuerat.n.Cæſar populorum terror & rector.

Carceres. Auriga.

Finis primi libri Georgicon Vergilij cum dilucidiſſimis eiuſdem explanationibus

¶Iodoci Badij Aſcenſij Argumentorũ ſecundi libri Georgicon explanatio.

Hactenus aruorũ cultus &c.vt perpetuo tenore Publij Vergilij Maronis textũ explicare poſſim: conſtitui argumentorũ que ab Ouidio & Mancinello collecta ſunt ordinem atq; facilem explanationem premittere.Argumentum itaq; ouidianũ eſt tetraſtichon.i.quaternariũ:quaternis eñ verſibus complectit in ſingulis libris totam materiam:quod quoties ſingulis fit carminib⁹ monoſticha dicunt:quotiẽs binis.dyſticha:q̃tiens ternis triſticha.quotiẽs q̃ternis tetraſticha.quotiens qnis pentaſticha & ita deinceps:Nam monos dicitur vnũ ſeu ſolum.dyo duo.tris tres.tetras quattuor penta quinq;. ſtichos autem verſus.Ordo autem eſt.Ille ſcilicet poeta nobilis videlicet maro:hactenus ſup.cecinit cultus aruorum ideſt agriculturam:& ſydera cœli ideſt que ſunt in cœlo hoc ẽ ſyderũ obſeruationem & pronoſtica:& canit ſcilicet modo in hoc ſecũdo lib.comas pãpineas ideſt frondes vitiũ.& colles virentes ideſt habentes arbores virides & virentes &vites loci deſcriptas.ideſt loca vitiũ deſcriptarum in quibus.ſ.optimæ naſcant niſi legendũ ſit locis &ſenſus canit vites deſcriptas .i.per ſcripta aſſignatas locis.ſ.quaſq; ſuis.atq; canit dona lyei.i.bacchi hoc eſt vinum curas reſoluens & canit ex ordine:lętos.i. fœcũdos & vberes & fertiles ramos oleæ & pomoꝝ:alij legũt lectos:vt ſit canit ramos oleæ lectos.i.iter ciſos ex ordine pomorum.i.pomiferarũ:p inſitionem videlicet.alij læto.i.pulchro ordine.

Argumẽtũ ouidianum. Tetraſti.

Antonij Mancinelli in Secundũ Vergilij Georgicon Argumentum

PRoponit: Bacchũq; vocat Maro rite ſecundo
Arboribus diuerſa datur natura creã dis:
Panditur inſitio: vitis diuerſa notatur:
Italiæ laudes: ſpecies telluris habentur:
Quo vitis ponẽda modo: quo tẽpore: qd ver
Afferat. hinc viti qualis ſit cultus habændus.

P. Ouidij Naſonis poetæ clariſſimi Tetraſthi con. In ſecundum li. Georgicon. P. Vergilij.

Hactenus aruorum cultus & ſydera cœli.
Pampineas canit ille comas: colleſq; virentes.
Deſcriptaſq; locis vites: & dona lyæi:
Atq; oleæ ramos pomorum exordine læto.

PRoponit &c. Ordo ẽ. Maro. ſ. Vergiliꝰ ꝓponit ſ. narrãda: ſcd̃o. ſ. libro: & vocat. i. iuocat. rite. i. decẽt ſecũdũ Priſcã poetarũ cõſuetudinem: Bacchũ. ſ. vitiſatorem vbi de vitibꝰ p̃cipue locuturus eſt. & id quidẽ prio loco facit: ꝓponit inquã & inuocat. Natura datur arboribꝰ creãdis. i. diuerſa deſcribit̃ natura arborũ ꝓcreãdarꝫ: & id ſtatĩ prima parte executionis. inſitio. i. modꝰ inſerẽdi & iſitas faciendi. pandit̃. ſ. in ſecũda parte executiõis Vitis diuerſa ideſt diuerſe nature & bonitatis notat̃. ſ. in tertia parte executiõis. Laudes Italie habent̃. i. recitant̃. ſ. in quarta parte. Et ſpecies telluris habent̃. ſ. in quinta. & q̃uo vitis ſup. ſit ponẽda. i. cõſerẽda: habetur ſup. in ſexta. ſ. p̃te: & quo t̃pe: & id in ſeptĩa. & quid ver afferat: habet̃ ſup. & hoc in octaua p̃te. & ſ. Maro monſtrat. i. oſtẽdit. & docet videlicet in nona p̃te qualis cultꝰ ſit habẽdus. i. adhibendꝰ viti & mõſtrat. ſ. in decĩa p̃te cõmoda ſyluarꝫ. ſ. olearꝫ & aliarꝫ arborꝫ ſpõte naſcentiũ & nõ tãtopere coli exigẽtium vt vites. Et agreſtes. i. in agris verſantes: laudãtur. ſ. i vltima parte huius ſecundi libri. Et ita ſingule fere materie ĩ toto libro pertractãtur ſuo ordine ſcilicet quo iã explicite ſunt. Reſtat igit̃ authoris explanatio: ante cuius textum tetraſtichon ouidianum ſicut in omnibus fere codicibus reperit̃ ponemus.



P. Vergilij Maronis Georgicorum. Liber .II.

HActenus aruorum cultꝰ:
& ſydera cœli:
Nunc te Bacche canam:
necnon ſylueſtria tecum
Virgulta: & prolem tarde
creſcentis oliue.
Huc pater o Leneæ (tuis
hic omnia plena
Muneribus: tibi pampineo grauibus autunno
Floret ager: ſpumat plenis vindemia labris)
Huc pater o leneæ veni. nudataq; muſto
Tinge nouo mecū direptis crura cothurnis.

SER. HActenus aruorum cultus & ſydera cœli. Nūc te Bacchæ canā. Mire iterauit illū verſum: Quid faciat lætas ſegetes quo ſydere terram. In hoc āt exequitur culturam agri conſiti: qui omniū arborum continet genera. Et ſciendum eſt Vergi. vites ꝗq; arbores dicere: vt nec ſecius omnis in vnguem: Arboribus poſitis: & ſecto via limite quadret. Hactenꝰ: vt mul-

Hacten⁹. ti volunt vna pars orationis eſt: & eſt aduerbium ſignificans hucuſq;. Alij duas partes volunt pronomen. & aduerbium: vt ſit tenus hac. Sicut Et crurum tenus a mento palearia pendent. Sed melius eſt vnam partem accipere orationis hactenus. Sydera cœli. Pleonaſmos nec em̄ ſunt alibi ꝗ in cœlo ſydera. Bacche: inuentorem pro vitibus poſuit de quibus catexochen in hoc libro loquit̄. Nam vites præcipue ſunt licet & aliarum arborū faciat cōmemorationem. Necnon ſil. te. virgul. ideſt infœcundas arbores ꝗbus præcipue in Italia vites cohærent. Tarde creſcentis oliuæ: Res em̄ diu duratura tardius creſcit.

Pater. Huc pater o leneæ. Pater licet generale ſit omniū deoꝝ. tamen proprie Libero ſemper cohæret. Nam liber pater vocatur.

Lenæus Lenæꝰ autē αωοτονληγον: ideſt a lacu. Nā quod donatus dicit ab eo quod mētem leniat: nō procedit nec enim poteſt græcum nomen latinam ætymologiam recipere. Tibi floret ager: in honorem tuum exultat & lætus eſt: nam autunnali tempore reuera florere non poteſt ager. Pampineo autunno: pampinoſo vt nemus frondeū

Vīdemia pro frundoſum. Vindemia cum vindemiam numero ſin-

vīdemie. gulari dicimus: vnius anni ſignificamus. cū plurali multorum vt meſſem meſſes hyemē hyemes: hæc em̄ ſemel tantum annis ſingulis contingunt multi tamen volunt vindemiam eſſe totius orbis generaliter Vindemias ſingularum partium: vt plus ſignificet ſingularis ꝗ plural' numerus ſicut plus eſt cum dicimus: per terram pluit ꝗ per terras. Tunc enim omne elementū non terras aliquas

Muſtum. ſignificamus. Muſto numero tantum ſiugulari dicimus: ſicut & vinum licet Oui. abuſiue dixerit muſta. Sed hoc ille plus fecit ꝙ de muſtis dixit. Cum vt diximus de his nominibus tres caſus tantum vſurpari cōſueuerit.

PRO. ¶Nunc te bacche canā: bacchari eſt furere: inde & bacchæ dicuntur: que per furorem ſacra liberi patris celebra-

Bacchus. bant: & ipſe bacchus vocatur a furore: quem incutit coltoribus ſuis. Idem Lenæus dicitur torcularis a noīe græco: ꝙ λιγοη appellant torcular. Cothurni: ſunt calceamētorum genera venatori apta: quibus crura etiam muniūtur: quoius calceamenti effigies eſt in ſimulacris Liberi & Dianæ.

MAN. ¶Hactenus aruorū. Huius quoq;. ij. voluminis argumētum carmimibus patet. Sed cur poeta ab agrorū cultura incœperit

ASCEn. HActenus aruorū cultus &c. Poſtq; i primo libro oſtēſum eſt: quid faciat letas ſegetes: quo ſydere terrā vertere cōueniat: nunc docturꝰ vlmis adiungere vites: arbutūq; deſcripturus: facit cōtinuationem ſequētiū cū ꝓcedentibus dicens hactenus deſcripſi cultus aruorum & ſydera celi: nunc te bacche canā &c. Itaq; ꝓponit in principio: inuocat ibi: huc pater o leneę: & ꝓſequitur ibi. principio arboribꝰ. In primo āt libro agriculturā executus eſt: quia ea magis neceſſaria eſt mortalibus ꝙ vitiū plantatio: priorq; inuenta. Sane ſecūdū Mācinellū meſozeugma. eſt i primi verſus elocutione. De quo ꝗd ſentiā puerulis paucis explicauero.

zeugma. zeugma fit quoties duoꝝ aut plurium cōſtructibilium tertium expreſſum conformat viciniori aut viciniſſimo in debitis accidentibus & ad reliquum aut reliqua reduci poteſt facta accidentium cōformitate. Quoties aūt tertium in principio ponitur. dicitur protozeugma hoc eſt anteriꝰ zeugma quod Seruiꝰ vocat xeugma ſuperiori. vt ſi dicam. Fleuit mater & filij eius quoties ī medio meſozeugma: nam meſon mediū dicūt greci: vt mater fleuit: & filij eius. Quoties vero in fine dicit̄ hypozeugma ſeu ſubzeugma: hoc eſt zeugma ab inferiore. vt mater & filij eius fleuerūt hic ergo quia tertium hoc eſt verbum in fine ponitur videtur potius hypozeugma dicendum. Neq; id quidem in accidente congruitatem mutante: hoc eſt in genere aut numero aut perſona aut caſu: ſed in tempore dūtaxat nam in verbo canam intelligitur verbum cecini: eiuſdem numeri & ꝑſone: ſed diuerſi tēporis. Seruius quoq; atteſtatur pleonaſmon cum dicit ſydera celi: quia nō ſunt alibi ꝗ in celo ſydera vt inquit. abundat ergo particula celi. verūtamen non difficilis eſt eius rei purgatio. Sed nos ordinem proſequamur qui ta-

Ordo. lis eſt. Ego inquit Vergilius: hactenus. ideſt adhunc vſq; locum: ſubaudi cecini cultus aruorum & ſydera celi ideſt occaſus & ortus ſyderum in celo exiſtentiū: & qualem queq; tēpeſtatem citent. Nunc ideſt deinceps ideſt in hoc ſecundo libro: o Bacche ego canam te. i. tua dona: hoc eſt vitem: Poſſemus a vocandi caſu incipere ſic. o bacche ego cecini hactenꝰ cultus &c. nunc canam te necnon. i. & ēt canā tecū: virgulta ſylueſtria. ideſt arbores in ſyluis naſci ſolitas: & prolem oliue ſcilicet arboris que & olea dicitur: creſcentis tarde. O pater leneę ideſt torcularis aut torculari ꝑfecte: hoc eſt bacche veni huc ideſt ad me & in auxilium meum omnia ſcilicet ſunt: hic ideſt ī hoc opere: plena tuis muneribus. ideſt inuentis: & donis. hoc eſt plurima eoꝝ que hic deſcribentur vt vites & earum arbores ſunt tua munera: ager grauidus ideſt onuſtus autūno pampinis hoc eſt vitium frondibꝰ aut folijs decorato: floret tibi ideſt in honorem tuum. aut tibi. tanq; auctori aut inuentori ſuo. Vindemia ſpumat tibi labris ideſt vaſis labratis ꝗbus vinum muſtum trāſfunditur: plenis ſcilicet muſti recens preſſi. Veni īquā huc o pater lenee: & tinge mecum. i. vt ego crura nudata i. nuda facta: cothurnis. i. altis illis calceamentis que etiam ſuras ambiunt: & quibꝰ agricole fere vtunt̄ ſicut & venatores & omnes quibus inter ſpinas & vepres currendum eſt. ſignificat autem ſe poeta in hoc opere agricolam & vinitorē pro loci qualitate. co-

thurnis inquã direptis ideſt rapti depoſitis:
tinge dico muſto ideſt vino:nouo quia non=
dum in vas ſuum miſſo.hoc eſt aſpira mihi
rem vinariam tractanti.

incœperit poſtea vitium:de exordio ſcribẽs aperui vbi
& vitium arborũq; culturas Erropℏi m athenieſem pri=
mũ iueniſſe Ply.referẽte edocui Hactenus cecini.ſ.ẽ.n.
Meſozeugma Sydera cæ.pleonaſmos eſt in dictione cœ
li ideſt ſupabundantia:de qua late Fab.li.ix.Te Bacche.
ideſt tua munera vt vites de quo latius ibi Poculaq; in=
uentis acheloia miſcuit vuis.Dicitur autem bacchus a furore quem incutit cultoribus ſuis:vt Probus
aſſerit.Syluestria virgulta:ſylueſtres arbores inter quas & geniſtas & ſiler & ſalices accipe.De virgultis
autem diximus in Tityro:Tarde cre.oli.Ply.xvij.c.xij.ſcri.Natura tarde creſcere omnia a longo ęuo du
rantia:at que occidunt velocia eſſe vt ficus malus pirus.Idemq; li.xvij.c.lxi.ſcribit ad ſua tpa duraſſe in
Linterno Aphricani prioris manu ſatas oliuas . & myrtus eodem loco conſpicuæ magnitudinis.Lenæe **Lenæum**
Lenæus Bacchi nomen lenos em̃ torcular dicitur Lenæus torcularis:vt Probus ait.Grauidus autunno
non grauidis in abl'to ſed grauidus in nominatiuo legendum eſt:ſic em̃ antiqui textus hñt:eſt ergo dia=
ſtole figura.Floret:lętus ẽ.Labris ahenis.Cothurnis:videte ægl.vij.Muſto nouo:& hic pleonaſmos eſt **Muſtus**
vel epexegeſis:nam vt ſcri.Nonius Muſtũ non ſolum vinum verum nouellum quicquid eſt dicit.recte
Nęuius vtrum ſit melius virginem an viduam ducere:virginem ſi muſta eſt.

Principio arboribus varia eſt natura creãdis.
Namq; aliæ nullis hominũ cogentibus ipſæ
Sponte ſua veniũt:campoſq; & flumina late
Curua tenent:vt molle ſiler:lentæq; geniſtæ:
Populus:& glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autẽ poſito ſurgunt de ſemine:vt altæ
Caſtanæ:nemorũq; Ioui quæ maxima frondet
Aeſculus:atq; habitæ graijs oracula quercus.
Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſylua
Vt ceraſis vlmiſq;:etiam parnaſſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubijcit vmbra.

ASCEn. ¶ Principio arboribus.&c.Hec eſt pars exe
cutiua in qua ĩcipit tractare de arboribus fru
ctiferis vitiferis & ceteris.Nulla em̃ eſt arbor
que nihil agricolis conferat.Silueſtres em̃ &
ſteriles ſe prebent:hoc eſt materiam aut edi=
ficiorum aut ignis.Oſtendit aũt variã arborꝝ
naturam vt qua via eas ſibi agricola compa
Ordo. ret noſcat . ¶ Ordo eſt.Principio.ſ. canã aut
deſcribã:quia varia &c.Aut principio .i.in
primis notandis agricole:eſt varia natura cre
andis arboribus ideſt ad creandas & produ=
cendas arbores:aut arboribus creandis.ideſt
que creantur.Nã ꝓ quia:alie ideſt alique ve
niunt ideſt.oriunt ipſe ideſt per ſe nullis ho=
minũ ideſt nullis hominibus.(Elegãtius ta
men & ſignificantius dixit q̃ ſi dixiſſet nul=
lis hominibus:nam nullis hominũ:qui parti
tionem denotat idem eſt ac ſi dicat:ne vnus
quidem homo quicunq; is ſit)cogentibus.i.
compellentibus per artem aut laborem:& te
nent ideſt occupant late ideſt ampliter cam=
pos & flumina curua ideſt ripas fluminũ que
fere curue ſunt.vt ſiler ideſt illud genus fru=
cticis:molle ideſt tenerũ & flexibile:& geni=
ſte lente ideſt flexibiles & tenere & populus
arbor iuxta ripas ſponte naſcens & ſalicta ca
nentia ideſt albicãtia.ſ.in cortice:frõde glau
ca ideſt cerulei ac viridis coloris.Et he quidẽ
ſponte.Autem pro ſed.pars ſcilicet arborum
hoc eſt arbores partim ſurgunt ideſt pullulãt
& exoriuntur de ſemine:vt caſtanee alte ideſt
ſublimes & eſculus que frondet Ioui ideſt in
honorem aut tutelã Iouis maxima ideſt ma=
ximis floribus:aut vberrimis:nemorũ ideſt
inter nemora Ioui ſacra & quercus habite.i.
exiſtimate:graijs.ideſt grecis oracula ideſt ꝓ
N. oraculis & reſponſis deorum credunt enĩ gre
ci in Dodona ſylua quercus vocales oracula
edidiſſe.Denſiſſima ſylua ideſt maxima con
geries arborum nouellarum:pullulat alijs ab
radice vt ceraſis & vlmis:etiam laurus Par=
naſſia ideſt que plurima naſcitur in parnaſſo
in gratiam phebi parua ideſt quũ adhuc pua
eſt.ſubijcit ideſt ſurſum iacit & attollit ſe ſub
ingenti vmbra matris ideſt maioris laurus e
cuius radice pullulat.Sunt ergo triplices na=
ture arboribus creandis.Nam alie naſcuntur
ſine ſemine & radice: alie ex ſemine:alie ex
radice.addi poteſt quarta ſed mixta earum q̃
ex ſemine & ex radice naſcuntur.nam fere q̃
ex ſemine etiam ex radice naſcuntur.

¶ Principio arboribus:creandarum arborum naturalit̃ **SER.**
ſunt tria genera Aut em̃ ſua ſponte naſcuntur:aut ex ſe=
minibus fortuito iacentib⁹ ſurgunt:aut ex radicib⁹ pul
lulant.Nam cętera vſus inuenit fauente natura.Sponte
ſua:ſponte modo nomen eſt.q̃a iunctũ eſt ei genus: quo
caret ſemper aduerbium.Veniũt:creſcunt.Alibi illic ve
niunt fœlicius vuæ . Campoſq; & flumĩa late Curua te.
per tranſitum oſtendit in quib⁹ locis arbores ſponte na=
ſcuntur ſcilicet in humidis.Nam terra eſt mater omniũ
rerum ſeminum cũctorum creatrix.Vt molle ſiler: arbo **Siler.**
ris genus eſt.Et notandum genus neutrum de arbore qđ
eſt admodum rarum.Glauca canentia fronde ſalicta.Lo
cum ſalicum pro ipſis arborib⁹ poſuit.Bene autẽ ait:&
Glauca canentia Nam ſalix ab vna parte alba eſt: ab al=
tera viridis.Sane Cacephaton eſt glauca canentia . Pars
autem poſito ſurgunt de ſemine : quacunq; ratione ꝓie
cto.vel ab auibus vel ab hominibus ne incipiant eſſe i=
duſtrie.Atq; habitę graijs oracula quercus.Nam in Do=
donæo nemore arbores dantes reſponſa fuiſſe dicuntur.
Habitæ aũt graijs Vel quaſi non credẽs dixit:Vel quaſi
Italus qui loca illa neſciret vel reuera quondam habitę:
quia illo tempore iam ſilebant.Pullulat:ab radice:mira
in ſingulis eſt proprietas : Nam vt ſponte ſua veniunt:
Surgunt de ſemine:Pullulat ab radicibus Vt ſeraſis Vl=
miſq;:hæc ceraſus hiſ ceraſis facit.Sane.Ceraſus ciuitas **Ceraſus**
eſt ponti:quam cũ deleuiſſet Lucullus genus hoc pomi **Ceraſiũ**
inde aduexit.& a ciuitate ceraſium appellauit.Nã arbor
ceraſus pomum ceraſium dicitur.hoc autẽ etiã ante Lu=
cullum erat in italia.ſed durum & cornum appellabatur
quod poſtea mixto nomine Cornoſeraſium dictum eſt.
Parnaſſia laurus:a parnaſſo mõte Apollini cõſecrato.

¶ Atq; habitæ graijs oracula quercus:exiſtimat in do= **PRO.**
donæi Iouis oraculo quercum vocalem fuiſſe:ex qua lignum Minerua argonautis futura prediceret.Vt **Ceraſus**
Ceraſis vlmiſq; etiam parnaſſia laurus . Et vrbe ceraſunte : que eſt in ponto Lucullus qui oppugnauit **Cera.**
Mithridatem:tranſtulit arboris genus:quod fert ceraſia poma. Ipſe autem oppidi nomine ceraſon voca
uit pomum ceraſium.Parnaſſia laurus:dicit quia ſubiecta eſt Apollini tutelę:quoius oraculũ dephicum

parnaſſo

parnaſſo monti phocidos ſubeſt.
MAN. ¶Principio: canā videlicet ſiue a principio. Arboribus: varia eſt natura creandis. Maro in hac re Theo
phraſtum ſecutus eſt: Ille em̄ lib.ij. inquit Arborum ſummati plantarum generationes aut ſponte aut ſe
mine aut radice aut euulſione aut ramo aut ſurculo aut ipſo trunco factitantur. Videto autē paulo īferiꝰ
ibi videlicet. Hos natura modo &c. Molle ſiler. Pli.xxiiij.ca.xxxvi.inquit. Sileris folia illita fronti capi
Siler. tis dolores ſedant. ſerpentes & hunc fruticem refugiunt: baculumq; ruſtici ob id ex eo gerunt. Geniſtæ
Geniſtæ. Pli.li.xix.ca.ij.inquit. Aſia ex geniſta facit ligna ad retia precipue in piſcando durantia frutice madefa
cto decē diebus: & li.xxiiij.ca.xxiij.ait Geniſta quoq; viculi vſum preſtat flores apibus gratiſſimi. Geni
ſta item mixta cum axungia genua dolētia ſanat. Populus: legito ply.li.xvi.ca.xxvi. Glauca: glaucꝰ co
Glaucus lor viridis cęruleus dicit̄: vt in Gel. legit̄ li.ij.ca.xxvi. Salicta: Pli.li.xvi.ca.lij. ſcri. de ſalice ꝙ in Aſia tria
Color. genera obſeruant nigram vtiliorem vitibus candidam agricolarum vſibus. tertiam que breuiſſima eſt
Tria gña quam elicem vocant Caſtaneę: de ijs multa Colu.li.iiij.& Pli.xv. Aeſculus. arbor eſt glandifera ab edo:
Salicum. nam eius fructu olim homines veſcebantur. & Pli.li.xvi.ca.vi: inquit: glans optima in quercu atq; gran
Aeſculꝰ. diſſima: mox ęſculo. Oracula quercus: exiſtimant in Dodonęi Iouis oraculo quercum vocalem fuiſſe. ex
Quercꝰ. qua minerua argonautis. futura predixit. Probus auctor. Stra. vero li.viij.inquit. Dodoneum aūt ora
culum quēadmodum & cętera quodāmodo derelictum eſt: Videto latius ægl.ix. Ceraſis. ceraſi ante vi
ctoriam Mytridaticam .L.Luculli non fuere in Italia. At vrbis anno ſexcenteſimo octogeſimo is primū
Duo gña vexit ponto: ſeptētrione frigidiſq; gaudent Ply.li.xv.ca.xxv. Parnaſſia laurus: Ply.li.xv.ca.vlti.ſcri.ꝙ
lauri. duo genera eius tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Delphicam eſſe ęquali colore. viridiorē. Maximis
bacchis: atq; e viridi rubētibus. hac victores Delphis coronati: & triumphantes Romæ. Cypriam eſſe fo
lio breui nigro per margines imbricato criſpam. Se ſubijcit: attollit.

Hos natura modos primū dedit: his genꝰ oē
Syluarū fructicūq; viret: nemorūq; ſacrorum.
Hic plantas tenero abſcindes de corpe matrū
Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit aruo:
Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore vallos.
Syluarūq; aliæ preſſos propaginis arcus
Expectant: & viua ſua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: ſummūq; putator
Haud dubitat terræ referēs mādare cacumen:
Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Trudirur e ſicco radix oleagina ligno.
Et ſæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius: mutatāq; inſita mala
Ferre pirū: & prunis lapidoſa rubeſcere corna
Quare agite o proprios gñatim diſcite cultus
Agricolæ. fructuſq; feros mollite colendo.
Neu ſegnes iaceant terræ: iuuat Iſmara baccho
Conſerere: atq; olea magnū veſtire taburnum.

ASCEn. ¶Hos natura modos &c. Sunt itaq; inquit tres modi arborum naturaliter naſcentium: quibꝰ quartū adiecit ars qui triplex eſt. nam aut alteri arbori per inſitionem infigitur virgultum: aut abſciſſum terre cōmittit eiq; cōglutinatur: per tranſplantationē plantaria nouā naturam induunt. Quin etiam radix aut truncus interdum pro plantari terre committitur. ¶Ordo eſt. (Ordo.) Natura dedit primum ſcilicet priuſq; ars inuenta eſſet que naturā imitatur: hos ſcilicet dictos modos arborum videlicet creandarum. omne genus ſyluarum. ideſt magnarum arborum in quibus ſunt alta ſilentia: & fruticū ideſt humilium virgultorum que ad menſuram iuſtam arbori non aſſurgunt: hyeme tamen non interierunt & ſacrorum nemorum ideſt lucorum viret his. ſcilicet modis dictis. Alij ſcilicet modi: ſunt. ideſt extant & reperiuntur quos ipſe vſus.i. experientia repperit ſibi ideſt ad ſuum cōmodum via ideſt ratione & exercitatione hic.i. quiuis plantator abſcindens plantas ideſt ramos aut virgulta vt plantētur: de tenero corpore matrum depoſuit ideſt credidit & commiſit ſulcis ideſt ſcrobibꝰ. hic ideſt alius: obruit ideſt ſepeliuit & cooperuit aruo ideſt terra qualis eſt in aruo ſtirpes ideſt truncos craſſos cum radicibus & ſudes ideſt perticas: quadrifidas ideſt in quattuor partes fiſſas: & vallos ideſt palos & ſtipites robore ideſt trunco acuto quomodo ſalices in ſepibus naſcuntur Et alię ſiluarum ideſt alię ſylue: expectant.i. deſiderant vt procreent̄ arcus ideſt curuaturas ſeu ramos circūflexos. propaginiſ ideſt vitis vt pinus citree aliarūq; ex propagine naſcentium: & expectant plātaria ideſt plantas cum radicibus viua ideſt virentia ſua terra.i. per ſuam propriā & natiuam terram aut expectant plantaria viua cū ſua terra ideſt volunt vt radices transferant vna cū terra in qua primum natę ſunt. Alię ſcilicet arbores: nil ideſt non alicuius nō egent alicuius radicis: aut nil ideſt nō egent radicis & putator: ideſt amputator & deciſor referens: ſummū cacumen.i. virgultum ex vertice arboris: haud ideſt nō dubitat ideſt veretur aut formidat: mandare ideſt committere terre ſcilicet ipſum cacumē vt radices iaciat & pullulet. Quin ideſt quī etiam.q.d. & quod plus eſt radix oleagina.i. olee arboris: truditur ideſt pullulat vbertim e ligno ſicco: cui ſcilicet incluſa eſt: & hoc caudicibus ideſt codicibus hoc eſt trūcis ſectis.i.

¶Hos natura modos primum dedit bene primum: nam
SER. vt ſupra diximus fauor naturæ fuit etiam ad alios inue
niendos vſus. Contra naturam enim nil hominū inuen
tum valeret: Via: ratione vt Inueni germaniaviam. Hic
plantas tenero: Inter plantas & plantaria hoc intereſt ꝙ
Plantæ. plantæ raptæ ſunt de arboribus. Plantaria vero quæ ex
Plātaria. ſeminibus nata cū radicibꝰ & terra propria transferūt̄ vt
Et viua ſua plantaria terra. Sulcis: foſſis: vt Auſim vel
tenui vitem committere ſulco. Hic ſtirpes obruit aruo:
altius deponit validiores cum radicibus plantas. Qua
drifidaſq; ſudes: ita robuſtas vt poſſint in quattuor ptes
diuidi. Et acuto: pro acuti roboris accipimus: & Bis idē
dixit. Nam & valli & ſudes idem ſunt. Syluarumq; aliæ
propago propago præcipue vitibus congruit: Vnde apparet ſyl
uas eum etiam de vitibus dicere: Et viua ſua plātaria ter
Incōſide ra Et aliæ ſyluarū expectāt plantaria cū ſua terra viua.i.
rate Ser naturali Vt viuoq; ſedilia ſaxo. Inde eſt mutata ignorēt
uius. ſubito ne ſemina matrem. Quin & caudicibꝰ ſectis: cau
dicibus poſuit ꝓ codicibus ſicut caulem pro colem ſau
ri cem pro ſoricem dicimus. Fit autem quod nunc dicit

fiſſis & diuiſis mirabile ideſt que res eſt mi-
rabilis dictu ideſt dum dicitur aut vt dicatur
Codex. (Codicem pro trunco. accipi notũ eſt ex illo
Iuuenalis reſidens in codice pellex. pro volu
mine vero accipiĩ eo ꝙ ſicut in codice ideſt
trunco: ſunt multi libri ideſt interiores cor-
tices in quibus vt in membranis olim ſcripti
tabant: ita in codice ſunt multa folia ex libro
olim conſtantia Reprehenditur autẽ hoc lo-
BERO. co Seruius a Beroaldo his verbis. Dicuntur
a Seruio hoc in loco ea que nec vera ſunt nec
veriſimilia: nec ab vllo ſcriptorum memora
ta: neq; vergilianis verſib⁹ cõuenientia: nã-
q; poeta illis verſibus loquitur de inſitione
qua leuigatur falce truncus. & aut inter corti
cem lignumq; inſeriĩ calamus: aut fiſſo trun
co imprimitur medulle: cui⁹ rei tota diſcipli
na tradita eſt a Colu. in. iij. a Plyni. in. xvij. a
palladio pluribus in locis & tanta eſt vis in-
ſitionis: vt etiam ſatiue ſylueſtrium radicib⁹
inſerantur natura ſicciorib⁹: aptiſſima enim
eſt inſitis ſiccitas: vt auctor eſt Ply. Inde di-
ctum eſt a poeta Truditur e ſicco radix olea-
gina ligno ideſt olea inſeritur & radices agẽs
viuiſcit etiam in ſicco ligno: quod eſt mira-
bile dictu Cato precipit inſeri oleas luna ſic-
ca. Hec ille. Ex quibus patet ꝙ non lignũ ſe-
ctum pullulat: ſed in ligno ſicco ſecto inclu-
ſum virgultum: ſed ad ordinẽ redeo) Et nos
Impugne videmus ĩpugne ideſt paſſim ſicut quod im
pugne ſit: paſſim fieri ſolet: vertere ideſt trãſ
mutare ramos alterius ideſt vnius arboris in
ſcilicet ramos alterius ſcilicet arboris. & nos
videmus pirum mutatã ſcilicet in natura per
inſitionem ferre mala inſita ideſt ramorũ in-
ſitorum fructus a piris longe diuerſos. & nos
videmus ſepe corna lapidoſa ideſt lapidibus
ſeu oſſibus plena: rubeſcere prunis ideſt ferre
pruna rubicundula. Quare. ideſt quãobrem
ꝙ ſcilicet ſua eſt cuiq; natura & nature ſeqtur
ſemina queq; ſue. Agite adhortandi aduerbi
um: o agricole: diſcite generatim ideſt per ſin
gula genera: proprios cult⁹ ſcilicet arborum
ideſt quomodo coli volunt vt ferant mites
fructus vnde ſeqtur: & mollite ideſt molles &
mites facite fructus feros ideſt ſylueſtres: co-
lendo ideſt per cultum (Capitur autẽ hoc lo-
co colendo actiue aptud Quintilianũ paſſiue
cum dicit. Sed memoria excolendo ſicut cete
ra omnia augetur) neu ideſt neue terre iaceãt
ſegnes ideſt ignaue & inutiles nihil frugum
aut bonorum fructuũ ferentes (niſi forte ma
lis dicere: neu fructus iaceant ſegnes terre. i. ĩ
terra hoc ẽ humi) iuuat ideſt adiuuat rẽ agri
cole & delectat: cõſerere Iſmara montẽ Thra
cie baccho ideſt arbutis vt vites baccho di-
catas ferant & iuuat veſtire taburnum ideſt
montem illum appulie olea: cuius ferax eſt.
Iuuat autem ideſt delectat: qa iucundum eſt
videre letos fructus: aut iuuat: ideſt prodeſt:
quia vtile eſt feraces terras conſerere.

de oliua & myrto quarũ ſicci ſtipites ſecãtur vſq; ad me-
dullam & terra infoſſi ex ſe arbores gignunt quod ſine
dubio mirum eſt: Truditur vrgente natura procreatur.
E ſicco ligno: ex arido. Radix oleagia. Deriuatũ ab olea. Inſitus.
Impugne, videmus ſine damno ſui loquitur de inſitiõe. Inſertus.
Sane inſitas arbores dicimus: inſertas vero cauſas aut fa Gñatim.
bulas. Lapidoſa corna dura alibi Lapidoſaq; corna Dãt Gñaliter.
rami. Generatim: per ſingula genera. generaliter autẽ ſi- Iſmara.
mul oĩa γενικωσ και κατα γενοσ. Segnes terræ: pigræ in- taburn⁹.
fœcundę. Et docet poſſe induſtria etiam loca aſperrima
ad fertilitatem produci. Iſmara. montes Thracię. Tabur
nus: mons campaniæ: Veſtire vero implere ſignificat.
¶ Iuuat Iſmara baccho Conſerere atq; olea magnum ve PRO.
ſtire taburnum: Thracia vino fertilis. quoius nationem
quandam appellat Home. Aliter oppidum eſt iſmarus:
quod expugnauit Vlyſſes: quũ a Troia diſcederet: & vi-
ctor vinum accedit a Marone: quoi⁹ pater Cupithus tra-
ditur: quod Cyclopi dedit. Eius autem tanta vis exiſti-
matur: vt vnum metrum vini viginti etiam metra ſuſti
neat aquę. Ergo quia tam efficax eſt natura in Vino thra
ciæ: precepit eam conſerandam vitem. Taburnus mons
eſt apuliæ regionis que fertilis eſt olea.
¶ Hos natura modos. Pli. li. xvi. ca. xlvi. inquit Arbo- MAN.
res quas naturæ debeamus tribus modis naſcuntur: Spõ
te aut ſemine aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit. ſed
latius vide ibi principio arboribus &c. Syluarum: ſylua
ab hyle quod eſt materia dicitur: vel a xylon quod eſt li Sylue.
gnum: eſt autem ſylua generalius nomen. Fruticum· Fru Frutex.
tex eſt qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſur-
git & ſtatura ſimilis eſt multis herbis: ſed non demo-
ritur neq; areſcit vt hærba: Nemorum: de nemore vide-
to æglo. vi. Via: ratione. Hinc plantas: Pli. li. xvij. ca. vij.
inqt auulſiſq; arboribus ſtolones vixere. quo ĩ genere &
cum parui ſunt auelluntur: partemq; aliquã e matris q̃q;
corpore auferũt ſecũ: hoc mõ plantantur punicę coryli.
mali: ſorbi: fici ĩ primiſq; vites. Strpes. Craſſos truncos
cum radicibus. Quadrifidaſq;: ſudes: particas vel ſurcu-
los in quattuor partes fiſſas. ait enim Theophraſtus li. i.
Oleas quoq; & ficos multifidas demittere ſolent. Plini⁹
etiam libro. xvij. ca. vij. ait. ex eodem inuentu eſt ſurcu-
los abſciſſos ſerere: hoc primo ſepis cauſa factum ſambu
cis cotoneo & rubis depactis Mox & culturæ vt populis
alnis ſalici: quæ vel inuerſo ſurculo ſeritur Acuto robo-
re vallos ideſt palos acutos & ſurculos. Serũtur enim ſur
culi quadrifidi & acuti Propaginis arcus: Pinus baccha
& propagine ſeritur. Citrea item grano & propagine au
ctor Plyni. lib. xvij. cap. vij. Terræ mandare cacumẽ vti
de ſalice dictum eſt. Caudicibus caudex dicitur in arbo- Caudex.
re quod ſupra terram ſimplex aſſurgit: i hærbis vero cau Caulis.
lis appellatur: vt Theophraſti interpres oſtendit: Radix Radix.
oleagina: radix eſt quod ſubter telluri cohęret Olea autẽ Olea.
Theophraſto teſte libro. ij. pluribus modis venire vi-
detur: Nam ex trunco ramo conciſo radice ligno virga.
Impugne: ſine damno. Vertere: ſup. ſe in alterius ſcilicet
ramos. Iſmara: iſmarus Thraciæ mons inſignis oleo &
vino teſte Vibio Taburnum: taburnus mons eſt Apulię
regionis que fertilis eſt oleæ vt Probus inquit Poeta li.
æneidos. xij. meminit etiam dicens Ac veluti ingenti ſy
la ſummo ve taburno: Quum duo conuerſis inimica in
prelia tauri Frontibus incurrunt.



Tuq; ades: incœptūq; vna decurre laborem:
O decus: o famæ merito pars maxīa noſtræ
Mecœnas: pelagoq; volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto.
Non mihi ſi lingue centum ſint: oraq; centum:
Ferrea vox. ades: & prmi lege littoris oram:
In manibus terræ: non hic te carmine ficto
Atq; per ambages & longa exorſa tenebo.

SER. ℂTuq; ades: Mecœnas adeſto incœptum fauorem om-
nibus libris īpēdito. Nā vbiq; eū inuocat. O decus o fa-
mæ: m.p.m.no. Hora. O & preſidiū & dulce decus meū.
Pelagoq; volans da ve.pa. ſimplici generi carminis pre-
ſta fauorem. Accipiamus patens pelagus carminis facili
tatem. Hoc autem carmē facile eſſe ipſe ſignificat dicēs.
In manibus terræ: hoc eſt in facili & in promptu res poſi
ta eſt. Non ego cuncta meis am.ver.op.i. non ſum vni-
uerſa dicturus: nec enim poſſum quare & ſuam extenuat
poſſibilitatē: & Mecœnatis aurib⁹ ex ſui carminis breui
Mecœnatis ſcripta tate blanditur Alij aliter accipiunt. Conſtat mecœnatem
fuiſſe literarum peritum & plura compoſuiſſe carmina.
Nam etiam Augu.Cę. geſta deſcripſit: quod teſtatᷣ Hor.
dicens: Tuq; pedeſtrib² dices hiſtorijs prelia Cæſaris me
cœnas melius ductaq; per vias Regum colla minaciū vt
hoc nunc dicat. Incœptumq; vna decurre laborem ideſt
adeſto: & ſimul ſcribamus. Licet enim quę tu ſcribis eſſe
conſtet ingentia meum autem carmen & breue ſit & to-
tum id explicare non poſſim: debes tamen fauere mino-
ribus: vt pelagoq; volans da vela patēti: ſic ingenita ſcri
be. Et primi lege littoris oram. Faue minora ſcribenti.
Non ego cūcta meis. Lucretij v̄ſus: ſed ille ænea vox ait
non ferrea Primi lege littoris oram: lege nauticus ſermo
eſt qui nunc & ad nauigandum & ad lectionē pōt refer-
ri: Nam hoc dixit faueto principio vel humilitati carmi
nis mei.

ℂTuq; ades. Quem primo volumine dun- ASCEn.
taxat nuncupauit dicens: quo ſydere terras.
Vertere mecenas &c. hic inuocat mecenatem
non vt numen: ſed vt amicū numinis. Inuo-
cat autem quia ſupra vires videtur arborum
naturas exequi: quo circa dixerat prius gene
ratim diſcite cult⁹ agricole & ne temere rem
tantam conatus culparetᷣ: dicit non ego cun-
cta meis amplecti verſibus opto. Ne tamen
breuitati deſit vtilitas dicit ſe reciſurū ſup-
flua: hoc modo. Non hic te carmīe ficto Atq;
per ambages & longa exorſa tenebo. Tū in-
cipit docere de arboribus ſponte naſcentib⁹
vt in ſequenti particula videbimus. ℂOrdo Ordo.
autem in hac particula eſt. Tumq; ideſt & tu
hoc eſt etiam tu non ſolum auguſtus: o mece
nas decus ideſt ornamētum ſcilicet meum &
merito. ſ. tuo pars maxima noſtre fame ades.
ideſt adſis cū fauore tuo: & decurre mecū la-
borem inceptum. i. adiuua me inceptum op⁹
ad finem celerius ꝑducere & tu volans. ſ. me
cum ideſt celerem operam nauans da pelago
patenti. i. ꝑ metaphorā materie expoſite. ve-
la. i. ſecundum ꝓceſſum & auxilium ſicut na
ues velis celerius ꝓuehuntur q̄ remis dunta-
xat. Ego non opto amplecti. i. ꝓſequi meis
verſibus. i. carminib⁹ cuncta. ſ. ad arbores ꝑ-
tinentia. Non. ſ. optarem āplecti cuncta: aut
nō poſſem exeq cuncta ſi. i. tāetſi lingue ſint
mihi centum & vox ferrea. i. infrangibilis &
firmiſſima (Lucre. tamen dixit erea) ades in-
quam & lege orā. i. extremitatem: primi litto
ris. i. proximā primo littori regionē (perſtat
in metaphora ſumpta a nautis ab eo vbi di-
xit: pelagoq; volans da vela patenti. Nam q
egregie laborāt dicunᷣ nauare: quaſi nauib⁹
quibus commode & abunde multa ad por-
tum peruehūtur id agant: nō minorib⁹ vehi-

 culis. lege

culis.lege ergo orā primi littoris mecū.i.ſtatī a principio ingredere mecum hoc patens pelagus.i.tam vaſtam atq; amplā de arborib⁹ creādis materiā.quā non penitus percurrem⁹ ſed generatim capita dicem⁹.ita vt in primo littore ſemꝑ verſari videamur)Lege inquā oram in manib⁹.i.in ſinu & complexu terræ hoc eſt nō profundam naturaliū rerum ſcrutationem:ſed facilē & apertam trademus.vñ ego non tenebo ideſt immorabor:& ſuſpenſum faciam te:hic.i.in hac materia carmine ficto ideſt figmentis poeticis ornato:atq; nō tenebo te hic per ambages ideſt verborū circuitus & inuolucra:hoc eſt per dubias ſententias:& per longa exorſa ideſt exordia & per longas inſinuationes:quibus in cauſa honeſta vti non decet.

ASCEn. ¶Sponte ſua &c.Incipit ergo narrare &ꝑrio de ſpōte.i.ſine ſemīe ac radice naſcētib⁹ dicēs eas robora leta.i.pulchra & ꝓcera hr̄e: cuius rei cauſā iterrogat⁹ eſop⁹.At q̄ videlicet herbe & arbores natiue pulchriores ſit ſatiuis reſpōdit has a matre illas ab aliena educari.vñ maro hic dicit qppe ſolo natura ſubeſt. Ineſt em̄ inqt ſua cuiq; vis atq; naturalis potētia.: quā amittūt q̄ illinc trāſferunt alio.Veruntñ ſi trāſferant mitiores fiunt &fructus ſi q̄s ferunt mitiores edent quaſi domita luxuriātis nature ferocitate.Simile q̄q; iudiciū cēſet de ꝗs q̄ ex radicibus pullulāt vt ex ordine text⁹ patebit q talis eſt.Ea ſup.q̄ tollūt.i. erigunt ſe:ſua ſpōte.i.ſpontanea natura nullo cogēte nec ferente nec plantāte ſine ſemine & radice in auras luminis.i.in aera:hoc eſt in ſublime ſurgūt qdem īfecunda.i.ſterilia aut fecūditatem īpedientia aut īmites & inutiles fructus quantū ad eſum fere afferētia:ſed ſurgūt leta ideſt in bona habitudīe hoc eſt pulchra & nitida ſicut ſunt fere aīalia lete viuentia:& oīa ſui aſpectu letitiā nobis afferētia.& fortia.i. robuſta hoc eſt ſunt ſterilia qdē ſed fortia & pulchra & ita materiā vtilē preſtēt nō fructū: ideo aūt leta & fortia ſurgunt:quippe.i.quia certe natura .i.naturalis vis ꝓducendi ſubeſt ideſt occulte ineſt ſolo.i.terre natiue:tamē ſi quis inſerat.i.per īſitionē in alium truncum trāſferat:aut mādet.i.cōmittat ea ſcrobibus ideſt foſſis ſubactis.i.apertis: ipſa mutata.i. quando mutata fuerit& exuerit animū ſylueſtrem:aut ipſa exuerint animū.i.naturā ſylueſtrē:iam mutata. ſ. ad mitiorē naturā : & ipſa ſequentur haud tarda:ideſt nō cunctantia nec immorantia aut repugnantia: frequenti cultu:ideſt per frequentem cultum in quaſcū q; artes voces ideſt vocaueris ea Necnon id eſt etiam ſup.arbor ſterilis:ideſt infecunda q̄ exit ideſt pullulat ab imis ſtirpib⁹ ideſt radicibus faciet hoc ideſt exuet ſylueſtrē animū & ſequetur in quaſcunq;voces artes:frequenti cultu:&id qdem:ſi ſit digeſta ideſt domita & mitificata ꝑ agros vacuos:ideſt apricos & ſoli expoſitos vt a ſole coquatur Nam frondes alte & rami matris opacāt.ſ.vmbris.nūc ſcilicet in ſyluis ſtantē.& adimunt ideſt impediunt:ipi creſcēti fetus:ideſt fruct⁹:&vrūt ideſt opprimūt & macerant:ferentē ideſt ferre parentē & flores emittentem .Nam arbos que ſuſtulit:ideſt ſurſum tulit.i.erexit& extulit ſe ex ſeminib⁹ iactis vt querc⁹ venit:ideſt creſcit tarda.factura vmbrā nepotibus ſeris ideſt diu poſt eam venietibus:hoc eſt diu eſt anteq; largos fruct⁹ habeat & diutius anteq; alias

Ordo.

nis mei.In manibus terre.ideſt in facili &in promptu eſt terrarum deſcriptio quod πρόχειρον græci dicunt.Non hic te.ideſt ſimpliciter vniuerſa deſcribā:neq; vt in ęnei. aliqbus ſigmētis:aut vllis vtar ambagib⁹. Longa autē exorſa dicit ꝓœmia lōge repetita q̄ conſtat eſſe vitioſa.

MAN. ¶Tuq; ades:primo volumine Aug.Cæſa.iuocauit.hic vero mecœnatem cui &totum opus dedicat.Incœptūq; vna decurre laborē.i.auxiliare mihi tuo ingenio.Patēti pela.i.patenti & amplæ materiæ.Vela:ſtudium & auxilium.Volans:citus & feſtinus in antiquis textib⁹:&volans & volēs legit:vtrumq; conuenit.Non mihi ſi non optarē amplecti cuncta inqt ſi centū &c.Ferrea vox firma indeficiens Et primi le.lit.o.nauiga extremitatē primi littoris.i.principio huius voluminis tuo mihi ingenio ac ſtudio faue Per ābages:verbor; circuit⁹.Lōga exorſa longa exordia:vñ ſtati ad narrationē cōuertitur.

Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras
Infœcunda quidē:ſed læta:& fortia ſurgunt
Quippe ſolo natura ſubeſt.tñ hæc quoq; ſi qs
Inſerat:aut ſcrobibus mādet mutata ſubactis:
Exuerint ſylueſtrem animū:cultuq; frequenti
In quaſcunq; voces artes haud tarda ſequētur:
Necnon & ſterilis q̄ ſtirpibus exit ab imis
Hoc faciet:vacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altæ frondes & rami matris opacant:
Creſcentiq; adimūt fœtus:vrūtq; ferentem.
Nā quæ ex ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos
Tarda venit:ſeris factura nepotibus vmbram.
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores:
Et turpis auibus predā fert vua racemos.
Scilicet oibus eſt labor impēdēdus : & omnes
Cogendæ in ſulcū:ac multa mercede domādæ
Sed truncis oleæ:melius propagine vites
Rñdent:ſolido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis eduræ coryli naſcuntur:& ingens
Fraxinus: herculeæq; arbos vmbroſa coronæ:
Chaonijq; patris glandes:etiā ardua palma
Naſcitur:& caſus Abies viſura marinos:

SER. ¶Sponte ſua:ad illud qd' omiſerat redit& exeqr̄ qualitatem triū gener;:q̄ ſupra memorauit arbor;.ſ.ſpōte natarū ꝓcreatar; ex ſemīe & ear; q̄ de radicib⁹ pullulāt.In fœcūda fœtu carētia & ꝑ trāſitū rē phyſicā tāgit.Nā ſemen ſalicis eſū dicit infœcūditatē mulierib⁹ gignere.leta & fortia:quaſi in hoc ipſis arborib⁹gen⁹ ſit fœcūditatis. Quippe ſolo natura ſubeſt.qa vt ſupra dixim⁹ naturaliter rerū oīm mater eſt terra:vniuerſa intra ſe cōtinet ſemina.hic eſt.Quippe ſolo natura ſubeſt:natura em̄ dicta ab eo q᷑ naſci aliqd faciat:Mire āt ait ſubeſt .i. īeſt latēter:nā nō appet.Vñ epicurei dicūt nihil eē qd' nō hēat originē ſui.nā hoc ē gigni de nihilo de nihil i nihilū nil poſſe reuerti.Scrobib⁹ mandet mutata ſubactis.nos ſcrobes gñe dicim⁹ maſculino.licet Lucan⁹ dixerit cōtra artē.Exigua poſuit ſcrobe. Siluestrē aīum naturalē aſpitatē & īfœcūditatē.Voces artes:fœcūditates ex arte venientes.Hoc faciet.i.erit fœcūda ſi fuerit inde trāſlata Vrūtq; ferentē:q̄ ferre pōt ſi ei vmbra nō noceat.Pomaq; degenerant mo

Natura.

Scrobes.

nerāt mō degenerāt in pei⁹ vertūt̄ al's ī meli⁹. poma aūt arborꝝ ex ſemīe ꝓcreatarū dicit quas cōſtat niſi iſitæ aut trāſlatæ fuerint nō rñdere qualitati ſeminis ſui fert vua racemos. Vuā pro vite poſuit.i. fructū pro arbore. Sane racem⁹ botryonis ē pars & botrio græcū eſt & ſic vuā ꝓ vite poſuit.ſicut Hora. ꝓ vino:nā ait Cæcubū & p̄lo do mitā caleno tu bibes vuā. Cogēdę ī ſulcū:ī ordinē cōpo nēdę aut certe arāde. Multa mercede:Multo labore.a ſe quēte qđ p̄cedit itellige. Sed trūcis oleę:Q uia ſupra ait. Trudit e ſicco tradix. Etiā redit ad eos modos q̄s iuenit iduſtria. Dicēdo aūt melius.oñdit ēt alias arbores poſſe ex trūcis ꝓcreari. Sanę olea eſt arbor ipſa.vñ deriuatum

Olea Oliua. eſt oleū. Oliua vero fructus ipſe vñ eſt oliuū. Legim⁹ tñ & oliuā de arbore. Vt incūbēs tereti damō ſic cœpit oli uæ.ſolido paphiæ:ſicut & olea. Paphiæ autē venereæ a papho īſula ī qua ven⁹ colit̄.veneri aūt myrtus eſt cōſe crata. Vel ꝙ hæc arbor gaudet littoribus & ven⁹ de ma ri dr̄ ꝓcreata vel ꝙ vt medicorꝝ indicāt libri hæc arbor apta eſt mulierꝝ neceſſitatib⁹ plurimis. Plātis & durę co

Myrtus ryli naſcunt̄:Duras dixit nō ad lignū ſed ad fructū ipſarꝝ referēs. Alij edurę legūt q̄ſi nō duræ vt paulo poſt:Eno des trūci.i.ſine nodis: vt mō eminuētis nō augētis hēat

Coryli. Auellana ſignificationē. Sane coryli ꝓprie dicūt̄. Nā auellanæ ab auellano. Cāpaniæ opido vbi abūdāt noiatæ ſunt. Her culeę:ipſe alibi herculea bicolor cū ppl's vmbra. Chao nijq; pris:Iouis epyrotici. Ardua palma:aut alta aut ad quā difficile ꝑuenit̄. Caſus abies viſura marinos. Eſt.ñ. abietis ſpecies apta nauibus quā ſapinū vulgo vocant.

PRO. ℭ Solido paphiæ de robore myrtus:inſula eſt cypros to ta veneri ſacrata:ī qua eſt oppidū paphos a quo paphiā myrtū appellauit arbuſculā.quæ veneris tutelæ eſt ſub iecta. Herculeæ q̄ arbos.u.c.populus qa herculis tutelæ exiſtimet̄ ſubiecta:teſtat̄ in Aeneide Vergili⁹:dicēs:Di xerat herculea bicolor quum populus vmbra:Velauitq; comas folijſq; innexa pependit.

MAN. ℭ Infœcūda:ſterilia:Leta ampla. Solo natura ſubeſt de natura & terræ ſeminib⁹ videto æglo.vi.& li.i.Georgi. ibi ipoſuit natura locis.& ibi latius. Q uicq; nouas alitis nōnullo ſemīe fruges. Mutata Ply.li.xvij.c.viij.inqt añ oia igit̄ ī ſimilē trāſferri terrā aut meliorē oportet. Præ fodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet tāto donec pingui ceſ pite obducant. Magnū ante annū fieri iubet vt ſolē plu uiaſq; cōbibant. Arborē nec minorē bima nec maiorem trima trāſferri quidā p̄cipiūt. Alij cū annū ipleat:plærięq; id demū cauēt:vt plaga deputati cacuminis meridiē ſpe ctet. Subactis.i.verſatis excultis & effoſſis. Cultuq; fre quēti:Ply.lib.xvij.ca.xli.ait.atq; in totū ois cura fertilitatē adijcit fertilitas ſenectā. Ferentē.i.fœtus:Tar da venit:niſi.ſ.digeſta fuerit ꝑ vacuos agros & poma in peius vertentur:Vua vitis ipſa niſi e ſeminario fuerit trāſpoſita turpes racemos ꝓducit. Sationes.n.vitiū duo gña:vt ſcribit Colu.li.iij.ca.xiiij. malleo li:vel viuiradicis qđ vtrūq; ab agricolis vſurpatur:& in ꝓuincijs magis malleoli.neq; enim ſeminarijs ſtudent nec vſum habent faciende viuiradicis. Trūcis oleæ:de hoc lege Catonē titu.xlv. Propagine vi. De hoc videto Col.li.iij.ca.vij. Myrtus:Teophraſtus li.ij.inqt ꝙ myrtus & ligno & ramo ꝓuenit. Ply.li. xvij.capi xvi.ſcri.ꝙ ramo ſeruntur & punica pali laxato prius meatu.item myrtus. Capite vero.vij.atq; myrti genera oia in campania baccis ſerunt̄ Romæ propagine Tarentina Paphye myrtus.paphos cypri vrbs portum habebat & templa optime ſtructa. Stra.li.xv.auctor eſt. Ply.vero li.ij.ait ꝙ celebre phanū habet veneris paphos:in cuius quadā area nō pluit. Paphiæ ergo venereæ. Eduræ coryli:non dure fragi

Paphos les. De corylis plura in Tityro herculeæq; arbos vm.co.i.populus Herculis tutelæ ſubiecta q vt aiūt ad inferos accedēs populea frōde ſe coronauit. Chaonij patris.i.Iouis Dodonæi:vide latius lib.i.Georg.ibi Chaoniā pingui &c. Palma:de hac videto lib.i.Geor.palmas epiros equarꝝ. Abies:Ply.li.xvi.c.xvi.ſcri.

Abies. abietem expetitam nauigijs ſituq; habere in excelſo montiū ceu maria fugerit idē. Ply.lib.xvi.ca.xl.ait

Ingens. ꝙ abies admirationis precipuæ viſa in naui q̄ ex ægypto. Caij.principis iuſſu Obeliſcū in vaticano circo

Naui. ſtatutū quattuorq; trūcos lapidis eiuſdē ad ſuſtinēdū eū abduxit:Q ua naue nihil admirabilius viſum in

Obeliſci. mari certum eſt. Longitudo ſpacium obtinuit magna ex parte:oſtenſis portus latere leuo: quæ arboris

Obeliſc⁹. craſſitudo quattuor hominum vlnas complectentium implebat.

alias arbores aut ex feuctu aut ex radice ſua creet:qbus vmbram faciat:Et poma degene rāt.i.generoſitatē ſeu nobilitatem virtutēq; ſuā amittunt:oblita priores ſuccos.i.ꝑ inum bratione aut diuturnū in vno loco ſitu:& per longam propagationem fiunt poma mino ra & deteriora q̄ in prima plantatione aut in ſitione fuerāt. Et vua.ſ.neglecta & ſilueſtris fert auibus predam.videlicet turpis racemos quos hoīes colligere refugiunt. Scilicet ideſt ſtire licet:cur id fiat:quia labor eſt impendē dus omnibus.ſ.arboribus vnde fructum bo nū expetas.& omnes.ſ.arbores:cogende ſup. ſunt in ſulcū.i.lirā & ordinē interuallo ſigna to per vomerem:& domāde ſunt multa mer cede.i.fenore & lucro quod domanti eas ob uenerit. Sed oleę:ideſt arbores oliue reſpon dent melius ſcilicet votis noſtris trūcis.i.me lius naſcunt̄ e trūcis:& vites reſpondent me lius ſcilicet deſiderio noſtro:propagine.i.per ꝓpaginem ideſt palmitē propagantē (Sane propago pro progenie primam corripit quā pro vite produci) Myrthus paphie ideſt ve neri paphie.i.eſt cyprie dedicate aut q̄ iuxta paphum plurime naſcunt̄.naſcunt̄ de ſolido robore.i.non de ramali aut ſurculo:& coryli edure.i.non ſatis dure:aut & dure.ſ.in fructu: ſed plures edure legunt.i.extra duriciem po ſite hoc eſt fragiles naſcunt̄ plantis:& fraxi nus arbor illa ingens ideſt valde magna na ſcitur.ſ.plātis & arbos vmbroſa herculee co rone.i.populus e cuius frōdibus hercules ſi bi coronā conſeruit:& glandes patris Chao nij.i.epyrotici:videlicet Iouis hoc eſt iuglan des naſcuntur ēt plantis: & palma ardua na ſcitur etiam plātis:& abies.i. arbor.vnde fe re naues texuntur potiſſimū ex ea que ī mō tibus naſcitur (nam eſt paluſtris etiam mol lior) viſura caſus marinos.i.pericula & nau fragia in mari:naſcitur plantis:poſſet fortaſ ſis conſtrui vt ſit coryli dure in fructu vide licet:naſcunt̄ e plantis & ita de alijs repeteret̄ e ꝑpoſitio.ſed dura eēt poſtpoſitio plantis e vbi poſſet dicere e plantis:ſtante v̄ſu. Q uo circa conſultius Mancinellum ſequeris.

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida
Et ſteriles platani malos geſſere valentes.
Caſtaneæ fagos:ornuſq; incanuit albo,
Flore piri:glandemq; ſues fregere ſub vlmis
Nec modus iſerere atq; oculos īpōere ſimplex
Nam qua

ASCEn. ℭ Inſeritur vero ex fetu &c. Poſtq; elocutus eſt de naturali arborum procreatione nūc lo quitur de artificiali:quā tamen natura & in uenit & pficit videlicet de iſitiōe:q̄ trib⁹ mo dis fit ſemīe iſitu & ioculatiōe. Semine quo ties arbori puluerulente aut putri incidit aut infert̄ ſemen qđ germinat: germiniſq; radi ces principali trunco conglutinant̄ ita vt ab

eiſdem

ASCEN. ¶ Sed neq́ medorum &c. Apte ingreditur laudes Italie ne videlicet patrie ſue immemor culpet̄ vbi laudarit alias Laudat aūt eā plena laude: oſtendens videlicet & mala abeſſe que tamē alijs ſunt & bona fere aliarū adeſſe. Quā rē etiā Ply. approbat vt oſtēdēt verba Mācinelli ſuis locis ponenda. Sane ſi ad ſingula bona reſpexeris inuenies ea in multis regionibus vberiora aut meliora ſi ad omnia ſimul: nuſq́: cum non deſint quibus etiā peculiariter vincat. ¶ Ordo eſt. Sed neq́ ſylue. i. pomifere: medorū appoſitorie ditiſſima terra: qa vt Iuſtin' ſcribit flumina exhauriebant̄ medis nō diuitie ſub Xerxe rege. Nec Gāges fluuius Indie pulcher. i. ſpectabilis in magnitudine: aut varijs diuitijs ornat' atq́ hermus fluuius meonie: turbidus. i. turbulentus auro. i. aureis arenis immixtis: certent. i. merito cōtendāt laudibus & titulis Italie: non bactra vrbs ſcythie & regio vicina: nō ſup. certet: laudibus Italie neq́ Indi ſup. certēt: hoc eſt regiōes Indie: & tota pāchaia pinguis harenis turiferis ſup. nō certet. Quia tauri ſpirātes. i. efflātes naribus. i. per nares ignē: nō inuertere hec ſcilicet Italie loca ſicut in colchide ciuitate ſcythie. & hoc dentibus immanis. i. efferaciſſimi hydri. i. anguis aquatici: ſatis. i. ſeminatis: nec ſeges. i. ſatio: virum. i. virorum horruit. ideſt horrida creuit: denſis galeis & haſtis ſicut in Colchide etiam contigit: Sed fruges grauide ideſt fecunde & grandes fecunde quidē ad alias procreandas: grandes aūt ad vſum ſeruiunt. & humor bacchi. i. vini. maſſicus. i. cāpanus a mōte cāpanie Italice denominatus. īpleuere ſup. hec loca ſcilicet Italie: & ole ſup. lete: & armēta leta. i. pinguia & incolumia ac nitida tenēt hec loca. Equus bellator. i. belliger infert hinc. i. ex his locis Italie ſeſe. ideſt ſemetipſum. campo. i. in campum: exiſtens arduus. i. altus & erectus. Et o Clitūne (amnis in phaliſco apud meuaniam defluens) albi greges ſcilicet equorū aut iuuencorum: & pro. i. taurus ſcilicet albus appoſitorie maxima victima: hoc eſt que Ioui a triumphante offertur: perfuſi tuo flumine ſacro. i. ad ſacrificiū eos a poteſtate (qa poti eo fluēto albeſcūt) duxere ſepe hinc. i. ex his locis Italie triumphos. ideſt triumphantes Romanos: ad templum deum. ideſt deorū ſcilicet capitoliū. Inſidebāt eīn equis albis ſacrificaturi iuuencū intactū & albū (Sane ſi per albos greges iuuēcos intelligit dicēdo & maxima taurus victima: oſtēdit taurum eſſe egregiū. i. ſeorſum a grege nominandū ſicut Achilē dicēs Troas reliquias danaū atq́ immitis achilli: & ita expoſitiue ponit̄ particula &: ſi vero de equis loquit̄ duo dicit) hic. ſ. In italia eſt ver. i. tēperies verna quia nunq̄ eſt intenſiſſimū frigus aut cauma aſſiduū. i. ppetua atq́ eſtas. i. calor eſtiuus: mēſibus alienis. ſ. in quibus alibi hyems eſt: Pecudes ſunt bis grauide: hic. ſ. in Italia: vnde in Buco. Lac mihi nō eſtate nouū nō frigore deſit: & arbos. i. arbor eſt bis fertilis pomis. i. bis fert quotannis poma. i. bifera eſt ſicut plurime ſunt ficus.

(Margin: Ordo.)

¶ Sed neq; medorum: orditur iam Italie lau des: ditiſſima terra. De medorū diuitijs videto Stra. lib. xi. Pul- MAN.
cher Ganges: Stra. li. xv. ait: ꝙ a montibus ganges deſcendit: quūq; in planiciē peruenit ad orientē conuerſus in mare progreditur vnū oſtiū habens ꝙq; omniū indicorū flumen maximū ſit. Pulcher igitur Poeta ait ob eius magnitudinē Ply. aūt li. vi. c. xviij. plura de Gāge deſcribit. Hermus fluuius eſt in Meonia: qui ſmyrneos Hermus campos ſecat: & phrygiam ſcindit a graia. Hunc quoq; hermū fluctibus aureis eſtuaſſe antiquitas credit: autor eſt Solinus capite. xxvij. Laudibus Italie. Ply. li. iij. ca. vi. de Italia inquit. Terra omnium terrarum alūna. Italia. eadem & parens & numine deum electa: que cœlum ipſum clarius faceret: ſparſa congregaret imperia rituſq; molliret: & tot populorum diſcordes: feraſq; linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia: & hūanitatem homini daret: breuiterq; vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret: tanta nobilitas omnium locorum tanta rerū ſingularū populorumq; claritas. Vrbs Roma vel ſola in ea & digna etiā recta ceruice facies: Eſt & campanie ora felixq; illa ac beata amenitas. Iam vero tota ea vitalis ac perēnis ſalubritas celi temperies: tam ferti les campi: tam aprici colles. tam innoxij ſaltus: tam opaca nemora: tam munifica ſyluarū genera: tanta frugum & vitiū olearumq; fertilitas: tam nobilia pecorum vellera: tam optima tauris colla: tot lacus tot amniū fontiumq; vbertas totā eam perfundens: tot maria portus: remigiūq; terrarum commercio patens vndiq;. Neq; īgenia: rituſq;: ac viros & lingua manuq; ſupatas cōmemo: o gētes: hec & plura ille. Multa ēt Stra. lib. vi. cōmemorat. Bactra. Stra. lib. vi. ſcri. ꝙ in ſcythia ſit bactra vrbs: que etiam zariaſpa appellata eſt Ply. tamen lib. vi. ca. xvi. ait procedendo ad Bactriam oppidum: quod appellāt zariaſtes. Poſtea iquit bactri quo zariaſpa. rum oppidum zariaſtes quod poſtea bactrum a flumine appellatum eſt. Indi. ſcribit Diony. ꝙ in pleriſq; Indie locis aurum eruitur ꝙq; multi ex eis inde queſtum aucupātur alij telas lineas contexunt: alij tectos elephātum dentes abradunt: alij per fluminum decurſus incedentes: perquirunt. berillos: adamantes. iaſpides: amethiſthos. ſunt & ibi & arua pærpulchra & lęta: quę & vniuerſum ſemper per annum virent. Pāchaia: perſidis re- Pāchia gio: ab rege Pancheo: vt Probus inquit. Hec loca. Laudat Italiam: ꝙ exps eſt malorum bonorumq; ferax. Nō tauri: apud Colchos in ponto id eueniſſe Iaſoni: Ouidi. ſcribit lib. vij. metha. Quod item Medea Iaſoni ſcribens apud eundem poetam in heroidibus ſic ait. Martis erant tauri pluſq; per cornua ſeui. Quorum terribilis ſpiritus ignis erat: Aere pedes ſolidi: pretentaq; naribus ora. Nigra per afflatus hec quoq; facta ſuos. ſemina preterea populos genitura iuberis Spargere deuota lata per arua manu. Qui peterent natis ſecum tua corpora telis. Illa eſt agricole meſſis iniqua ſuo. Dio do. autem li. v. hec omnia latius. Diximus & nos aliqua eglo. iij: Maſſicus humor. Ply. de campania loquens lib. iij. ca. vi. Is iunguntur phalerni Caleni deinde conſurgūt Maſſici. Gaurani: Surrentiniq; montes: & lib. xiiij. ca. ix. de vinis generoſis Italie inquit. Certant maſſica æque & monte Gaurano puteolos baiaſq; proſpectantia: Clitūni: in phaliſco Clitūni amnis aqua pota candidos boues facit: In Boetia amnis Melas. oues nigras. Plyn. libro. ij. c. cvi. Hinc albi clitūne gre. Ordo eſt: o clitumne. hinc ex italia albi greges: & taurus maxima victima ſepe tuo ſacro flumine perfuſi duxere Romanos triumphos ad templa deum. Triumphantes enim albis equis curru inaurato capite coronato lauro per vrbem vecti capitoliū aſcendebāt ad tēplum Iouis optimi maximi: vbi mactato albo tauro domū poſtea repetebat: Templa deum: erat in capitolina arce celeberrimum iouis optimi maximi templum de quo Tac. lib. xix. meminit Erat & Iunonis monetæ Mineruæ delubrum. In capitolio demum deorum omnium ſimulachra colebantur: vt Seruius lib. ij. inquit: ibi videlicet: Ecce aūt panthus & c. Hic ver. aſ. aſq; alie. men. æ. hoc ait quoniam etiā Srabo lib. vi. ſcribit italia ſubiacet vniuerſi aeris temperiei. Solinus item inquit ineſſe Italie locorum ſalubritatem & cœli temperiem: quod & Plynius ſcribit.

Triūphātes.

At rapidæ tygres abſunt: & ſæua leonum
Semina: nec miſeros fallunt aconita legentes.
Nec rapit immēſos orbes per humū neq; tanto
Squāmeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes. operumq; laborem:
Tot congeſta manu preruptis oppida ſaxis:
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros:
An mare qđ ſupra memorē: qđq; alluit infra:
An ne lacus tantos: te Lari maxime: teq;
Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino:
An memorē portus: lucrinoq; addita clauſtra:
Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor:
Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo:
Tyrrhenuſq; fretis immittitur eſtus auernis:

ASCEN. ¶ At rapide tygres & c. Iterum in laudem Italie oſtendit illi mala & incōmoda aliarum regionum deeſſe & bona abundare dicēs illic nec tygres nec leones nec aconita venenata: neq; immanes ſerpentes eſſe ſed egregias vrbes. amena & vtilia flumina: lacus. & prata & duplex mare ſuperum & inferum. ideſt adrianum & tyrrhenum. ¶ Ordo eſt. At. i. ſed tygres rapide. i. Ordo. perniciſſime & immaniſſie vt ſunt in armenia abſunt ſcilicet ab Italia: & ſeua. i. ferocia ſemina leonū vt ſunt in aphrica abſunt. ſ. ab Italia: nec aconita ſcilicet venenata vt ſunt in pōto. fallunt. ſ. in italia legentes. ideſt colligentes miſeros. i. ignaros nec pretendentes malū & ita miſeratione dignos. Nec anguis ſquameus. i. ſquamoſus rapit per humū. i. terrā ſcilicet Italie immenſos. i. maximos orbes. i. ſinus & anulos in quos ſe colligit: neq; colligit ſe in ſpiram. i. collectionē volubilitatis: hoc eſt vt iterum dicat in anulos: tanto tractu: quanto alibi videlicet in aphrica aut ęgypto. adde. ſ. ad pecudū fęcunditatē aut ad vacationem incōmodorum tot egregias vrbes & laborem operum. i. laborioſa ac laborata opera: & tot oppida congeſta ideſt accumulata: ſaxis proruptis manu. & ad flumina ſubter labentia antiquos muros. An memorem: quaſi dicat non opus eſſe (cum nemo ſit qui ignoret). ideſt recitem mare ſcilicet adrianū qđ alluit ſcilicet italiam ſupra. ideſt ad partem ſuperiorem: hoc eſt orientem verſus ad venetias ſcilicet an mare quod alluit infra. id ē a parte inferiore: hoc eſt mare tyrrhenum qđ inferum vocant ad Caietam. occidentem verſus An ne ſcilicet memorem potius: tantos lacus. ideſt

SER. ¶ At rapide tygres abſunt: malū armenie. Et ſeua leonum Semina: malū libye. Semina genera: & eſt Lucretij ſermo. Nam ꝙ ait ſeua aut cruenta accipimus: vt reuera ſeua ſemina vt ēm ait Ply. Animalia que ſunt cum acutis vnguibus frequenter parere non poſſunt vitiantur enim intrinſecus ſe mouentibus pullis. Nec miſeros fal. a. l. mira arte vſus eſt vt excuſaret rem quam negare non poterat. Nam aconita naſcūtur in Italia ſed ea non obeſſe dicit quia ſunt omnibus nota. Aconita. aūt nata dicuntur eſſe de ſpumis. Aconita Cerberi quo tempore Hercules eū ab inferis traxit. Quod quia in

quia in ſaxis & cotib⁹ naſcitur aconitū dicitᾱ ἀϖοτηο ἀκογηο ideſt a cote & dicimus τοακογιτογ καιτα ακογιτα. Namq; tanto ſquammeus. Sūt quidem ſerpentes in Italia: ſed non tales quales in ægypto aut in Aphrica. In ſpiram autem dicit in collectionem volubilitatis quod eſt a ſinibus tactū. Adde tot egregias vrbes laudat Italiā a ciuitatibus: quas & plures habet & maximas: & opportuniſſime collocatas. Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros. Quod laudat etiam Cic. in rep. Mare quod ſupra. ideſt mare adriaticum. Quodq; alluit infra. ideſt tyrrhenum. Te lari maxime: Larius eſt lacus vicinus alpibus: qui iuxta Cato. in originib⁹ per. lx. tenditur milia & larius lari vocatiuus facit ſicut Iulius iuli Mercurius mercuri. Teq; fluctibus: & fremitu aſſurgens benace marino Benacus lacus eſt Italie: qui magnitudine ſui tempeſtates imitatur marinas. Aſſurgens autem vocatiuus eſt caſus: vt ſit memorem & te o Benace aſſurgens. ideſt tumeſcens fremitu marino aut certe antiptoſis eſt. i. caſus ꝓ caſu aſſurgēs pro aſſurgentē. An memorē portus lucrinoq; addita clauſtra: In baiano ſinu campanie contra puteolanam ciuitatem duo lacus ſunt: Auernus & Lucrinus qui olim propter copiā piſcium vectigalia magna

Larius. Benacus. Lucrinus.

ideſt ſtagna aquarū videlicet o lari maxime i. ampliſſime (eſt aūt in gallia ciſalpina ꝓpe comum) ſup. memorē te & te o benace lacus. ſ. italie aſſurgēs. i. eleuās fluctibus & fremitu marino. i. inſtar & in formā maris. An memorē portus: & clauſtra. i. obſtacula & obices: addita. ſ. ab Iulio Ceſare lucrino. ſ. lacui: & memorē equor. ideſt mare indignatū. ſ. iter ſibi precluſum eſſe: indignatū dico magnis ſtridoribus. qua. ſ. pte vnda Iulia. i. a Iulio Ceſare occluſa: ad portū Iulium: ſonat lōge: & hoc ponto. i. mari refuſo. i. iterū infuſo ruptis obſtaculis: vnde horatius in arte. Debemur mo. ti nos noſtraq; ſiue receptus. Terra Neptunus claſſes aquilōibus arcet Regis opus. ſteriliſq; diu pal⁹ aptaq; remis & c.) & qua. ſ. parte: tyrrhenus eſt⁹. i. feruor maris tyrrheni: immittit fretis auernis. i. in freta auerna: hoc eſt in feruorem & inundationē atq; acceſſum maris i auernum. ideſt lacum vicinū bāȷs iuxta quem dicitur deſcenſus ad inferos.

preſtabant. Sed cum maris impetus plerumq; irrumpens exinde piſces excluderet: & redemptores grauia damna paterentur ſupplicauerunt ſenatui. & profectus. C. Iulius Ceſar ductis brachȷs excuſit partē maris. que ante infeſta eſſe cōſueuerat. Reliqt breue ſpaciū per auernū qua & piſciū copia poſſet intrare: & fluctus nō eſſent moleſti: qđ op⁹ Iulȷ dictū eſt. Sed hic ābitioſe vndā Iuliā appellauit. Fremētē cōtra moles a Iulio appoſitas. Indignatū magnis ſtridoribus equor: indignatū a ſolita excluſum licētia & indignationē ſuā ſtridorib⁹ prodēs.

PRO. ¶ Nec miſeros fallunt aconita legentes: aconita ſunt venenorum genera: que fere in petris naſcuntur ſcythie iuxta meotida paludem. Exiſtimatur autem eſſe ex ſpuma cerberi: quam is fuderit pertractus ab Hercule in lucem. Aconita autem grece ſ cautis nomine dicūtur. illam em̄ ακογηγ appellant. An mare qđ ſupra memorem: qđq; alluit infra: Cingit Italiam ab ſeptentrione hadriaticus ſinus. a meridie thuſcum mare adriaticum ſuperū appellant: thuſcū inferū. Anne lacus tātos te lari. m. t. q;. fl. c. fr. aſſ. benace marino: vterq; lacus eſt in Italia Larius ambios tāgit: & peruenit vſq; comum. Benacus eſt ex quo mincius flumē orit: qđ preterfluit Mātuā

MAN. ¶ Tygres: de is videto egloga. v. Leonum. de his legito Plyn. lib. viȷ. cap. xv. Aconita: videto elgoga. viȷ. Prima autem hecate aconitum inuenit: de quo latius Diodo. lib. v. Plyn. autem lib. xxviȷ. cap. ȷ. de aconito plura ſcribit. Anguis ſcribunt in Idia ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere: vt ſolidos hauriant ceruos: tauroſq; Metrodorus circa Rhyndacum amnem in ponto: vt ſupra uolantes q̄uis alte perniciterq; alites hauſtu raptas abſorbeant: autor Plyn. libr. viȷ. ca. viȷ. In ſpiram reuolutionem. Sub antiquos muros: hoc eſt ſub antiqua oppida. Multa ſiquidem Italie oppida prope menia vel intra labentia flumina habent. An mare: Italia vt Plyn. ſcri. libro. iȷ. capi. vi. ſita eſt inter duo maria inferum & ſuperum: inferum a grecis Tuſcum & Tyrrhenum vocatur Superum vero adriaticum appellant ab adria inclyta vrbe vt Stra. ait Probus etiam inquit Cingit Italiā a ſeptentrione Adriaticus ſinus ab meridie Tuſcum mare Adriaticum ſuperum appellatur. Tuſcum inferum. Lacus tantos: Larius vti Srab. libro. vi. meminit in Gallia ciſalpina prope Comum vrbem lacus eſt: quem adua fluuius auget: inde amnem Padum ingrediens. Eſt autem vt idem ſcri. lib. iiȷ. larius longitudinis fere ſtadiorum. ccc. latitudinis. xxx. qui amnem eȷcit Ticinum ſane grandē. Benace. Benacus: vt Stra. in fine. lib. iiȷ. ait lacus ſtadiorum. ccccc. longitudinem habet: latitudinem vero. xxx. de quo Myntius amnis effluit. Eſt etiam lacus Verbanus longitudinis quidem ſtadiorum. cccc. latitudo vero anguſtior eſt quā Benaci: emittit fluuium aduam: omnes autem tres dicti lacus in padum influunt oriunturq; ex alpibus. Lucrinoq; addita clauſtra lucrinus ſinus vſq; Baias latitudinem pandit: qui ex exteriori pelago per aggerem longitudinis ſtadiorum octo. latitudinis autem vnius orbite arcet. Illum autem ab Hercule traducēdarq; a Gerione boum cauſa aggregatum fuiſſe perhibent: quem cum pedibus perambulari propter fluctus ingruētes per hyemes ſuperne vix poſſet: Agrippa exornatum melius conſtruxit: leuioribus enim lembis preſtat ingreſſum intra autem lucrinū ſinum Auernus eſt: qui comprehenſam Miſenum vſq; tellurem manualem efficit inſulā a maris ſpacio inter ipſum atq; cumas. Eſt autem auernus & fundo & oſtio ſinus commodus & magnitudine & natura portum cōtinens vſum tn̄ portus nequaq; prebens quoniam ante illum lucrinus portus iacet. Supercilia autem ardua: auernum vndiq; circuncludunt: preter oſtium ſuo quidē tempore amenis culta modis inquit Stra. olim autem agreſtibus referta nemoribus & proceris arboribus inuia: nam poſtea auerni lucum ſuccidit Agripa locis per pulchra adornatis edificia: hec ex Stra. Iulia vnda. Iulium portū itelligit: de quo Sueto. in Augu. ſic ait. Donec nauibus exinde egre fabricatis: ac viginti ſeruorum milibus manu miſſis: & ad remū datis portum Iulium apud Baias immiſſo in lucrinum & auernum mari: lacum efficit in quo cum hyeme tota copias exercuiſſet Pompeium inter Milas & Naulochum ſuperauit: Aeſtus: is eſt maris acceſſus. ideſt inquietudo. Vnde & eſtuaria per que mare viciſſim tam accedit: q̄ recedit: fretum autem appellatum: q̄ ibi ſemper mare ferueat: nam fretum eſt anguſtum & quaſi feruens mare ab vndarum feruore nominatum.

Angues. Italiæ Maria. Tirrhenū. Lacus. Laurius. Benacus. Verban⁹. Lucrinus. Auernus. Iulius portus. Aeſtus. Fretum.

Hec eadem argenti riuos æriſq; metalla
Oſtendit venis: atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virū marſos pubēq; ſabellam:
Aſſuetūq; malo ligurē volſcoſq; verutos
Extulit: hec decios: marios magnoſq; camillos
Scipiadas

ASCEN̄. ¶ Hec eadē & c. Cōtinue laudat Italiā. ſed nūc potiſſimum a venis & viris dicēs. hec eadem. ſ. Italia oſtendit & tamen non ſcrutatur: riuos argenti. i. argentiferos: aut riuos. ideſt venas argēti: & oſtēdit venis. i. in venis terre metalla eris & fluxit plurima auro: hec ſcilicet italia extulit i. ſublimauit & ad gloriam deduxit acre genus virū. i. virorū. ſ. marſos & pubē. i. iuuentutē ſabellam. i. ſannitū: & ligurē populum inferioris Italie: aſſuetū malo ideſt labori & dure vite: &

PRO.

 volſcos

volſcos illos populos Italie: ẏutos.i.qveruaſ & ſudes preuſtas in prelia ferre ſolebãt: hi ſunt populi de quibus gñaliter locutus eſt hec.ſ. italia extulit decios.ſ. patrẽ & filiũ qui ſe ambo pro rep. deuouerũt: & marios & camillos preſtãtiſſimos Romanorũ duces. & extulit ſcipiadas.i. ſcipiones: duros.i.fortes & inuincibiles bello.i. ad bellũ: & extulit te o maxime Ceſar.ſ. Auguſte: qui exiſtẽs nũc victor. in extremis oris. i. regionibus aſie: auertis indũ.ſ. populũ: imbellẽ. i. qui facis ipm imbellẽ auertẽdo arcib' Romanis: ita ꝙ in eas moliri nihil audeat: quaſi vero illic ſtatus ſit ita vt cũ horatio dicat. Nihil tale ortũ aut: oriturũ: & qđ in ſexto dicturus eſt Nimiũ Romana ꝓpago viſa potẽs ſuperis: & pre gaudio & admiratione exclamet ſalutans Italiam his verbis. O tellus ſcilicet italica ſaturnia que ſcilicet ab eo ꝙ illic Saturnus aliquãdo latuit: latiũ appellatur: magna parens frugum: & magna parens virum. ideſt virorũ videlicet preſtantiũ: ſalue.i.ſalua & incolumis ſis ego ingredior.i.exordior tibi.i.in tuã gloriã res antique laudis & artis.ſ.agrariã: hoc eſt agriculturam: auſus recludere.i.aperire: ſanctos.i.ĩuiolabiles fontes videlicet muſarũ: aut abſtruſos locos rei ſancte: & cano per oppida Romana: carmen aſcreũ.i.Geor. quale heſiodus Aſcreus primus ſcripſit. Dixi in regulis Bucolici carminis: re particulã quoties verbo ad velamen aut clauſuram pertinenti cõiungitur contrariũ Importare vt claudo & recludo velo & reuelo &c.

Scipiadas, duros bello: & te maxime cæſar:
Qui nunc extremis aſiæ iam Victor in oris
Imbellem, auertis romanis arcibus indum.
Salue magna parens frugum ſaturnia tellus
Magna virum: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior: ſanctos auſus recludere fontes.
Aſcræumq; cano romana per oppida carmen.

Auro plurima fluxit. ideſt copioſior fuit in rem precioſiorẽ. Aſſuetũq; malo ligu.i.labori. volſcoſq; verutos: Italie populi ſunt. Extulit hec decios. Creauit: Decij aũt duo fuerunt quorum vnus bello latino alter Gallico ſe pro rep. deuouerunt. Marios: marij multi fuerunt: quorũ vnus fuit ſepties conſul. Camillos: abuſiue pluralẽ numerũ pro ſingulari. Nã Camillus vnus fuit qui de Gallis ſublata ſigna reuocauit. Scipiadas duros bello: ſcipiadas pro Scipionib' dixit: ſicut Amazonidũ pro amazonũ alibi poſuit. Scipiones autem duo fuerunt: auus & nepos quorũ vnus leges victe Carthagini impoſuit: alter eandẽ diruit hec aũt omnia plenius in texto diximus. Imbellẽ auertis. Romanis arcibus indum. Auertẽdo reddis imbellẽ. Romanis autem arcibus: a Romanis vrbibus a Romano imperio. Magna virum virorũ fortiũ & iam cõcludit laudans eã a viris a fertilitate rerũ a Saturni imperio. Tibi res antique laudis & artis tibi in tuã vtilitatẽ ſcribo carmẽ Geor. Antique autẽ laudis vel magne vel ꝙ apud antiquos ingẽti honore fuit agricultura. Aſcreumq; carm: heſiodicum. nam heſiodus aſcreus de ciuitate Aſcra fuit. SER.

Camillus

Scipiones

Hec genus acre virum marſos pubemq; ſabellam Aſſuetumq; malo ligurem volſcoſq; verutos Sabelli gẽs eſt italie. Apuli ijdẽ appellantur & Dauni: volſci veruti ideo dicũtur: ꝙ dolonibus in prelio ſoliti ſint vti. Aſcreumq;.c.rp.o.c. Aſcra vicus eſt boetie: in quo exiſtimatur natus Heſiodus: qui ſcripſit εργα και ημερας: Quo li. Agri quoq; cultus rationem ſtringit: Et ideo dicit aſcreum carmen Vergi. per romana oppida canere. PRO.

Metallum: metallum a metallo dicitur: quod eſt ſcrutor vel inquiro. Nam in omni fere materia: vna inuenta vena: nõ ꝓcul inueniẽ alia qđ & Pli. notauit li. xxviij.c.viij. Auro aurũ auſtria plurimũ gignit neq; in alia parte terrarum tot ſeculis hec fertilitas Italieq; parcitũ eſt vetere interdicto patrum: alioquin nulla fecundior metalli quoq; errat tellus &c. Ply. xxxiij. cap.v. Marſos: marſi Italie populi velocitate pedum plurimum ad curſum preſtant: vt Diony. ſcribit. Solinus autem ait. Marſorum gentem ſerpentibus illeſam eſſe ſed nihil mirum a circes filio hi genus ducunt: & auita potentia deberi ſibi ſciunt ſeruitium venenorum ideoq; venena contemnunt Stra. vero li.v. ait: ꝙ alba marſis finitima eſt ĩ excelſo locata ſaxo prope. Fucinus eſt lacus longitudine par pelago: is aũt. Marſis & vicinis maximo omnibus vſui fit. Sabellam Samnitas intelligit: qui vt Feſtus ait dicti ſunt a colle ſamnio: vbi ex ſabinis aduentantes conſederunt. Pli. vero. li. iij. ca. xiij. ait ꝙ ſamnitij erant Italie populi: quos ſabellos & Samnita greci dixere. Ea gens: vt Florus li.i. ait opulenta erat fallax rapida ac furioſa: & in exitium vrbis agitata pertinax: ſexies enim rupto federe cladibuſq; ipis animoſior erat: hos tamen quinquaginta anni per Fabios & Papirios patres eorumq; liberos vrbs Roma ſubegit ac domuit. Sũt autem ſamnites inter campaniam & Apuliam vt oſtendit Stra. libro.v. regionem montanam poſſidentes & mari non admodum proximi. Hec autem natio exigua eſt quidem ceterum fortitudine conſpicua: oſtentata. Romanis eorum ſepiſſime virtute. tandem quum libertatem aſſequi vellent deſciuerũt: vnde Marſicum exarſit bellum. Marſicum autem ideo nominatum: quoniam a marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium Aſſuetumq; malo li. Liguria in ipſis apẽninis montibus inter Galliam atq; Hetruriam ſita eſt nihil deſcriptione dignum habens: niſi ꝙ vicatim vitam agunt, terram arantes aſperrimam: fatiganteſq; ligonibus: imo vero ſaxa incidentes vt poſſidonius inquit ita Stra. li.v. Dio. etiam. li. vi. ſcri. ligures patriã habitãtes aſperam ac omnino ſterilem plurimo labore continuoq; vitam puram agere. Venationibus continue vacare captiſq; feris fructuum inopiam ſuſtentare: in terra cubare vt plurimum: hocq; pacto priſco more abſq; apparatu aliquo viuere. Deniq; mulieres virorum viros ferarum robur & vires habere. feroces eſſe: & acuti ingenij non in bello ſolum: ſed in omni vita &c. Propter ſupradicta igitur mala & labores ait Maro. Aſſuetũq; male ligurem: nõ aũt malo. ideſt latrocinijs vt quidam volunt propter illud enei. Vane ligur &c. nam poeta hic eos laudat & Dio. vitam puram agere eos ſcribit. Volſcoſq; verutos Dio. alicar. inquit Vrbs volſcorum inſignis velitre magna ipſa & populoſa. hec ille. propter qđ eſt apud Syllium lib. viij: ſetia & in celebri miſerunt valle velitre. i. frequenti valle. Nam adhuc veſtigia appie vie in eius valle exiſtunt, diſtantis a menibus ſtadia. xij. vel circa. Celebratur etiam hodie continue vrbs ipſa a peregrinis illac tranſeuntibus: quũ ab vrbe Roma Neapolim petũt & econuerſo. Fuit inde Auguſtus Octauius oriundus. de quo late apud Tranquillũ: qui inter alia ſic ait: Velitris antiquitus tacta de celo parte muri reſponſum eſt eius oppidi ciuẽ quãdoq; rerum potiturũ: ſero tamẽ documentis apparuit oſtẽtum illud Auguſti potentiam portẽdiſſe. Diſtat aũt ab vrbe roma viginti milibus paſſuum: ab lauinio vero milibus paſſuum tribus. Verutos: Verutũ eſt telũ breue & anguſtũ: vt ſcribit Nouius. Probus vero inquit Volſci veruti ideo dicũtur: ꝙ dolonibus in prelio ſoliti ſint vti. Decios: de is & reliqs late. Pli. de viris illuſtribus. Scipiadas: vt. P. Scipionẽ & Cneũ fratres: qui in Hiſpania pro Romano imperio occubuerunt: & Corneliũ Scipionem Publij filium qui deuicta Carthagine aphricanus dictus eſt. Cuius frater. L. Scipio ob Aſiã deuictã Aſiaticus eſt appelatus: & Cnei Scipionis. P. Corneliũ Naſicã filiũ qui in tota vrbe

MAN

Marſius

Fucinus

Samnitij.

Marſicũ bellum

Ligures

Velitræ

Verutum

Scipiones

vir optimus iudicatus eſt. Adde & is Scipionẽ æmylianum carthaginis exitiũ de Scipionibus aũt hec & plu-
ra Plutar. Ceſar. Auguſtum intelligit.nam vt ſcri.Lucius Florus ſcythe miſerant legatos Auguſto & ſarmatę
amicitiam petentes: ſeres etiam habitanteſq; ſub ipſo ſole indictum gemmis & margaritis elephantoſq; in-
ter munera trahentes nihil magis q̃ longinquitatem vie imputabant: quam quadriennio impleuerant Parthi
quoq; quaſi in victoria permanerent: rapta clade craſſiana ſigna retulere: hec ille. meminit etiam Sue. Saturnia
Saturnus. tel. Saturnus enim in Italia regnauit quo tempore aureum ſeculum fuiſſe aiunt: conſtruxitq; vrbem in mon-
te Capitolino: quam ſaturniam appellauit: hinc Maro libro. viij. ait hanc Ianus pater. hanc Saturnus condidit
arcem. Ianiculumq; illi. huic fuerat Saturnia nomen & Varro ſcri. Tarpeium montem Saturnium a ſaturno
appellatum & ab eo ſaturniam terram. Magna virum: Ordo eſt: magna parens virum. repetit enim parẽs. An
tique laudis. quanta agricolis laus eſſet olim circa principium aperuimus. Preterea antiquorum multis in Ita
lia vinearum cultura laudata fuit de quo videto Plyn. lib. xiiij. c. vi. Laudabatur item Italia ob generoſa vina
de quibus idem li. xiij. ca. ix. Sanctos fontes muſarum. ſ. Aſcreum carmen: Heſiodi aſcrei intelligit. qui prin-
ceps omnium de agricultura precepit & carmine executus eſt quem poſtea Maro hic in geor. imitatus eſt. De
aſcra autem latius eglo. ſexta.



Nunc locus aruorũ ingeniis: que robora cuiq;:
Quis color & que ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ colleſq; maligni.
Tenuis vbi argilla & dumoſis calculus aruis
Palladia gaudent ſylua viuacis oliuæ.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus: & ſtrati baccis ſyueſtribus agri.
At que pinguis humus dulciq; huligine læta:
Quiq; freq̃ns hærbis & fertilis hubere cãpus
Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere: huc ſummis liquũtur rupib⁹ amnes:
Felicemq; trahunt limum: quiq; editus auſtro:
Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.
Hic tibi preualidas olim multoq; fluentes
Sufficiet baccho vites: hic fertilis vuæ:
Hic laticis: qualem pateris libamus & auro
Inflauit quũ pinguis ebur tyrhenus ad aras
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta

SER. ¶Nunc locus aruorũ. nũc inquit tẽpus eſt naturã agrorũ
deſcribere. Ingeniis naturis. Multi culpãt in hoc loco Ver.
ꝙ in vnũ coegit quatuor librorũ ꝓpõnes. Nã & de aruo &
de conſito & de paſcuo & de florido iſto loco cõmemorat

¶Nunc locus ar. inge. Facto honeſto ad inſti ASCEN.
tutã materiam regreſſu poeta incipit recludere
ſanctos fontes: hoc eſt ſubtiles ad rem agrariã
pertinẽtes indagines: quales ſunt de terrarũ in-
geniis atq; naturis: que non ſine ſubtiliore ſcru
tatione deprehẽdunt. Ordo igit̃ eſt nunc locus
ſcilicet eſt in geniis. i. ingenitis naturis & virib⁹
aruorũ. ſ. deſcribẽdis: hoc eſt deſcribẽda ſunt in
genia aruorũ: que videlicet robora. i. que vires
ſint cuiq;. ſ. aruo: & quis color. i. que qualitas q̃
ex colore deprehẽdit̃: & que natura ſit rebus fe
rẽdis. i. ꝓducẽdis: tã ergo de fertilibus videlicet
aruis q̃ de ferẽdis. ſ. vitibus & pomiferis arbori
bus que ferũt & ferunt̃ loqui pretẽdit. Primũ. ſ.
cano aut ſcire oportet ꝙ terre difficiles: & colles
maligni. ſ. ad frugũ ꝓductionẽ vbi. i. in q̃bus ẽ
argilla. i. terra cretacea tenuis. i. non pinguis: &
vbi eſt aruis dumoſis. i. veproſis calculus: lapil
lus freq̃ns qui calce offendit̃: gaudẽt ſylua oly
ue viuacis. i. diu durãtis anteq; emoriat̃: palla-
dia. i. a pallade ſeu minerua inuẽta: hoc eſt vbi
terra ad fruges inutilis videt̃ aptiſſima eſt ferẽ
dis oleis: vnde oleaſter. i. imitator olee: hoc eſt
olea ſilueſtris: ſurgẽs eodẽ tractu. i. in eadem re
gione celi plurimus. i. frequẽtiſſimus: eſt indi-
cio. i. ad indiciũ: hoc eſt indicat illic oleã quoq;
faciliter naſci poſſe & agri ſtrati. i. conſperſi &
oppleti baccis. ſ. oliuis ſilueſtribus que ſcilicet
ab oleaſtris deciderẽt ſup. ſunt indicio. At ideſt
ſed humus. i. terra (verbũ ponetur ibi. Sufficiet
baccho vites &c.) q̃ erit pinguis & leta huligine
ideſt naturali hũore & cãpus qui freq̃ns eſt her
bis. i. mltas herbas ſpõte ꝓducẽs: & fertilis hu-

bere.i.fecunditate ſua naturali.qualē nos ſolemus deſpicere.i.deſpiciētes.hoc eſt deorſum inſpiciētes videre ſepe in caua couualle mōtis(qa ſup.amnes liquunt.i defluūt dulciter.huc.ſ.ad hmōi cāpū ſup.de ſummis rupibus.i.mōtibus ſaxoſis &preruptis.&.ſ.amnes trahūt huc.i.ad hūc quē diximus cāpū limū felicē.i.fecūdum) qui cꝫ:due ſunt dictiones.i. & hic ſup.cāpus: q eſt editus.i.expoſit' in altiore loco auſtro.i.vēto meridionali & qui paſcit filicē.i.herbā illā iuiſam.i. moleſtā aratris. qa radices eius obſūt aratris hic dico cāpus & hec humus ſufficiet. i. abūde ſubminiſtrabit tibi olim vites preualidas.i.p̄ ceteris validas & fluētes multo baccho ideſt vino hic.ſ.campus eſt fertilis vue.i.bene fert vuā hic ſup.eſt fertilis laticis. i.liquoris in vua latentis : hoc eſt vini:qualē.ſ. liquorē aut laticē.nos libamus.i.offerimus:pateris & auro pro pateris aureis per endiadin:que fit quoties inter dictionē regētē & rectā ponit̄ cōiūctio facīēs ābo ſubſtātiua eiuſdē caſus : que deberent eſſe diuerſi caſus aut alterū in adiectiuum verti vt molē & mōtes pro molē mōtiū &c. Sūt aūt patere vaſa āpliter patētia:quū.i.qn̄ tyrrhenus i.lydius aut tuſcus ex tyrrhenis ſeu lydis oriūdus pinguis aut ex frequēti ſacrificio aut pinguis aparet dum inflat : quia maxille inflantibus tubas inflantur . cum ergo inflauit ebur.i. tybias eburnas & inflando viſus eſt pinguis: ad .i.iuxta aras & quum.i. quādo nos redimus ideſt offerimus lācibus pādis.i.incuruū pateribus exta.i.inteſtina extātia fumātia.ſ. ab igne quo cremabant̄:aut recēs exempta.

qd' ideo non eſt re prehēdendum:quia non ea late.exequit̄ ſed carptim & breuiter tranſit que latius explanat in ſingulis.Que robora cuiqꝫ:que ſit vniuſcuiſqꝫ poſſibilitas:quis color:que ſpecies:ſicut dicimus quo colore ille recitauit.i. ſpecie.licet breuiter etiā ſit dicturus de colore terrarū. Difficiles pene ſteriles & parū creantes colles maligni.i. infecūdi. Tenuis vbi argila ſine humore quia eſt pinguis.Dumoſis:ſpinoſis & veprib' plenis calcul' lapis breuis terre admixtus dictus calculus qꝫ ſine moleſtia ſui breuitate calcetur viuacis oliue diu viuētis.Hinc ſupra Tarde creſcentis oliue.Res eñ diu duratura tarde creſcat neceſſe eſt Tractu:plaga regione. Dulciqꝫ huligine læta terre vligo proprie eſt naturalis eius hūor ex ea nūq̄ recedēs.Bene aūt dulci addit ad diſcretionē amare. Vliginoſus ergo ager eſt ſemper humidus.Nam hūidus dicitur qui aliq̄n ſiccat̄. Felicē limū: Terrarꝫ.ſ.fertilē. Nā fluminū limus eſt noxius . Huc: illuc Felicē curuis inuiſam:felicis radices ſibi inuicē:nexi etiā cū auulſe fuerint renaſcunt̄.Olim quouis tempore. Pateris & auro.i.pateris aureis.Endiadin facit vt molemqꝫ & mōtes in Pinguis tyrrhenus. Victimarū.ſ.carnib'. Inflauit ebur: tibiarum dicit quibus in aurem ſacerdotis cani ſolebat.Lācibus:pandis aut patulis aut extorum pōdere curuatis. Fumantia reddimus exta:Sacerdotū vſus eſt verbo.Reddi eñ dicebātur exta cum probata & elixa are ſuperponebantur.

Calculus.

Huligo.

Reddi.

PRO. ℂ Hic laticis.q.parte.l.e.a.Infl.c.p.ebur.Tyrrhen' ad aras pinguis. Tyrrhenus thuſcus tibicē ſignificatur vel qꝫ non ſit ſubtilis muſice barbara vel qꝫ tumeant buccæ inflantes tibias que ſignificantur ebore dicto.

MAN. ℂ Ingenijs.ideſt naturis & qualitatibus. Ingenium namqꝫ dicitur ſua ſponte natura.qd' hic etiam Nonius intellexit. Primū cano.ſcilicet.Difficiles primū:ſenſus eſt qꝫ terre difficiles colles maligni:ſteriles terra vbi eſt tenuis argilla:& arua calculis plena oliuis gaudent.Tenuis argilla non pinguis creta.Plyn.lib.xvi.c.v. ſcribit argilloſam terram eſſe que opere difficillima. queqꝫ raſtros ac vomeres ingētibus glebis oneret.Calculus lapillus. Dulci huligine:dulci pinguitudine & naturali humore.non autē amara: Atqꝫ pinguis humus ſenſus eſt.qꝫ humus pinguis & fertilis dulci huligine & campus herboſus & fertilis hubere & abundantia qualis campus in montis conualle eſſe ſolet & ager qui expoſitus eſt auſtro & qui filicem habet vitibus conueniunt:& vina optima producunt. Montis conualle.Caro agrum iudicat ad radicem montium planicie in meridiē excurrente:que eſt totius Italie ſitus.Plyn libro.xvij.ca.v.Filicem inuiſam aratris:id ait:quia ex vna radice complures exeunt filices:& radices ipſe longe ſunt in obliquum quibus quidem ſues pingueſcunt.folia cimicē necant ſerpentem non recipiunt Ply. lib.xxiij.ca.xliij. Preua'idas:amplas.ſufficiet ſubminiſtrabit. Bacchovino. Fertilis ſcilicet eſt Laticis:vini pateris& auro.ideſt pateris aureis per Endiadin Libamus ad aras ſcilicet pinguis & tyrrhenus. Tuſcus:tibicen ſignificatur : vel qꝫ non ſit ſubtilis muſice vel qꝫ tumeant bucce inflantes tibias que ſignificatur ebore dicto. Probus ſcribit potius tamen pinguis victimarum carne.Ebur tibiam intelligit:qꝫ uis tubam non tibiam Tyrrheni inuenerint . Vnde Vergi. Tyrrhenuſqꝫ tube mugire per ethera clangor:&Plyn.libro.vij. ſcribit eneam tubam inueniſſe Piſeū. Tyrrhenum:obliquā tibiam Mydam in phrygia: geminas tibias Marſiam. In eadem gente lydios modulos Amphion.cum tibijs canere voce Trozenius Dardanus inſtituit. Adhibebatur autem tuba non ſolum in prelijs:ſed in omnibus feſtis diebus propter laudis: vel gaudij claritatem. Vnde in pſalterio dicitur Canite initio menſis tuba in die inſigni ſloennitatis veſtre: pręceptum enim fuerat iudeis vt initio noue lune tuba clangerent Tibias autem diu funeribus ferunt adhibitas mox & ſacris gentiliū.Tyrrhenus:tyrrhenos Romani Hetruſcos appellāt:atqꝫ Tuſcos:Greci vero eos hoc noīe noīauerunt a tyrrheno Atys filio:q ex lydia colonos hāc in regionē dimiſit. ceterū Tuſcie longitudinē maximā a Luna vſqꝫ Oſtiā per litus ſtadiorum milibus duobus & quingentis ſcribit Stra.libro.v.& Ply.lib o.iij. qꝫ Tyrreni a ſacrifico ritu lingua grecorum Tuſci ſunt nominati Pandis curuis.

Ingenium

Filices.

Tibia.

Tuba:

Tyrrhen'

Lydi muſici.

ASCEN: ℂ Sin armenta magis ſtudiū.Quia conſtituit deſcribere ingenia terrarum:& cuius rei quelibet fertilis ſit ſubinfert naturā etiā terre paſcue atqꝫ herbifere oſtēdēs quo'in loco preſtet:dicēs quia iuxta tarentū & Mantuā iterūqꝫ per tranſitū non inutilē plangit Mantuanorū iacturā q citra culpā tā felicia prata amiſerāt.Sane in quare Mancinellus diſputat difficultatēqꝫ facit alij facili pede elabuntur:legentes neqꝫ aut ouiū fetū neqꝫ aut ouiū fetus:ſed aut fetus ouiū Serui' ſummopere contēdit Ver.non vſum eſſe elipſi huius litere s:quam tamē veteres frequentiſſime vſurpāt.Vbi ergo alij eius litere aſſumptionem cenſent : vt in illo.Inter ſe coijſſe viros & decernere ferro quo modo multi legunt:Serui' iudicat legendum & cernere ferro . Et vbi quibuſdam legendum videtur.hic ſpecus horrendus:& ſæui ſpiracula ditis. Seruius legendum cenſet

Sin armenta magis ſtudium : vituloſqꝫ tueri:
Aut fœtus ouium:aut vrentis culta capellas.
Saltus & ſaturi petito longinqua Tarenti:
Et qualem infelix amiſit mātua campum
Paſcentem niueos hærboſo flumine cygnos:
Non liquidi gregibus fontes:nō gramīa deſūt.
Et quantum longis carpent armenta diebus :
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

SER. ℂ Aut vrentes culta capellas: Omne enim quod momorderint vrunt & exſiccant. Vnde eſt & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.Saturi: Aut fecundi: aut quod eſt iuxta oppidum Saturum.Tarentum enim & Saturum vicine ſunt ſibi

ſibi calabrie ciuitates. Hora. Meſa tureiano vectari rura caballo. Liquidi fon. puri ſine peſtilentia. Et quantum longis carpent armen. die. Exigua tantum gelidus ros nocte reponet: vt in enei. diximus. Hoc dicit Varro vbertatem fuiſſe in roſulano agro poſtq̨ velinus ſiccatus eſt lacus vt longam perticam magnitudo ſuperaret herbarum.

PRO. Saturnū ❡ Saltus & ſaturi petito. l. t. Et qualem. i. a. m. c. Tarentum oppidum Italia condiderunt parthenide: hoc eſt exules lacedemoniorum duce phalanto. In finibus autē tarentinorum eſt locus quem ſaturium vocant. Vnde etiā paludem ſaturam: quoius etiā in. vij. mentio eſt: quū ait Ver Q ua ſature iacet atra palus. g. q. p. i. q. i. u. a. m. m. c. vrētis Saturi Saturi ergo tarēti a ſaturio loco: vel a ſatura palude dixit. Q uidam dicūt, tum ob agri bonitatem: tum ab loco quodam ſaturo: qui eſt prope tarētum ſaturum cognominatū

Tarentū. Dicitur autem Tarentum Neptuni filium lacedemoniaci uitate ex ſaturia Minois cretentium regis filia procreaſſe filium. Hunc proiectum naufragio facto delphines in italiā euexiſſe dicitur. Q uoius hodieq̨ teſtimoniū manet. Nā in municipio tarentinorum hominis effigies in delphino ſedētis eſt a Saturia vxore eum locum ſaturia appellaſſe fertur Et poſtea ei loco ex ſuo nomine nomen tarentū impoſuiſſe. Ideo infelicem Mantuam dicit: quia mantuanis q̄ a romanis deſciuerant agri adempti ſunt.

MAN. ❡ Magis ſtudium ſup. eſt tibi. Aut ouiū foe. aut. &c. s cum ſua vocali precedēti tollit in ſcāſione: quidā vero textus antiqui fetū hn̄t. Vrētis culta capel. hoc ideo: qa vt Ply. ſcri. li. viij. c. xlvij. Capris anima eſt qua ouibus ardētior earū q̨ morſus arbori exitialis oliuā lābēdo quoq̨ ſterilē faciūt: eaq̨ ex cā Mineruę immolāt. Saturni tarēti ſatura palude ei vicina. vel ob agri bonitatē vt Prob⁹ ait Lōginqua. ta. eſt em̄ Tarentū calabriē ꝓxima vrbs extrema Italie de quo late Stra. li. v. Florus ſcri. Tarentū Calabrie quōdā & Apuliæ totiuſq̨ Lucaniæ caput poſitum in ipſis adriatici maris faucibus. Mantua cū m de amiſſis Mātue aruis late diximus in argumento Tityri. influ. Myntio videlicet qui mātuam preterfluit

cenſet. hic ſpecus horrendū cui lectioni etiam ſonoritas ſuffragatur: que & huic loco negar legendum aut ouium fetū: legamus ergo. Aut fetus ouiū. ❡ Ordo eſt ſin. i. ſed ſi ſtudiū ſup. eſt tibi. i. ſtudes & optas magis. ſ. q̄ vineā tueri. ſ. a fame & inedia armēta & vitulos. aut fetus ouiū idest agnos aut capellas vrētis. ſ. morſu ſuo: qa quicq̨d mordēt arefit culta ſcilicet aut vineas aut arbuſta aut ſegetem petito ſaltus & longinqua. i. longinquas regiones tarēti ſaturi: qd̓ eſt iuxta ſaturā plaudē vnde & ſaturum fieri pōt: & qd̓ ſaturas reddit pecudes & petito campū qualem Mantua infelix. i. diffortunata que citra culpā agros & prata amiſit: amiſit dico paſcentem flumine herboſo: cygnos. i. holores niueos. i. ſine candidos: & vbi ſup. fontes liquidi non deſunt gregibus. ſ. ad potū: & gramina nō deſunt immo abundant per liptorē ad eſcam & vbi ros gelidus. i. frigore matutinali concretus reponeret. i. reſtituet tantū. ſ. herbarum exigua ideſt modica & breui nocte. ſ. eſtiua: hoc eſt ſpatio etiā breuiſſime noctis: tantū dico: quantū armenta vt boues bubuli vacce: tauri: equi: & ſimilia animalia carpent. i. abrodent longis diebus. ſ. eſt iuis eſt ergo antitheton: longis diebus & exigua nocte. Reponere aūt eſt reſtituere ablatum tractū a nūmularijs quibus dū ſatiſfit reponitur qd̓ prius poſuerat: & ita eſt gratiā aut debitum referre. vnde iuthurna hec rapta pro virginitate reponis. Sane ſicut ponere eſt aliquando materiam quāuis primum deſcribere ita reponere eſt interdum qd̓ ſemel ſcriptum eſt iterū ſcribere: quo id emendatius fiat. vñ horatius in arte. Scriptor honoratū ſi forte reponis achillem & Iuue. nunq̨ ne reponam &c.

Exigua tantū Ceſar vopiſcus cū cauſam apud cenſores ageret cāpos: Roſię dixit italię ſumē eſſe in quibus ꝑticas pridie relictas gramen operiret: ſed non niſi ad pabulum probat Ply. li. xvij. ca. iiij.

Nigra fere & preſſo pinguis ſub vomere terra:
Et cui putre ſolū (nāq̨ hoc imitamur arādo)
Optima frumētis. non vllo ex æquore cernes:
Plura domū tardis decedere plauſtra iuuencis.
Aut vnde iratus ſyluam deuexit arator.
Et nemora euertit multos ignaua per annos.
Antiquaſq̨ domos auium: cū ſtirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulſo vomere campus:
Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris
Vix humiles apibus caſias roremq̨ miniſtrat
Et tophus ſcaber & nigris exeſa chelydris:
Creta: negant alios æque ſerpentibus agros.
Dulcem ferre cibum & curuas ꝑbere latebras:
Que tenuē exhalat nebulā fumoſq̨ volucres
Et bibit humorē: & quū vult ex ſe ipſa remittit
Quæq̨ ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit:
Nec ſcabie & ſalſa lædit rubigine ferrum.
Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos

Illa ferax

ASCEn. ❡ Nigra fere &c. Oſtendit que terra vitibus: & que paſcuis congruat nunc docet: que frumēto cōueniat dicens: q̄ nigra & pinguis ſic tamē vt ſit putris non nimis cōpacta. Item que prius arboribus cōſita erutis illis noualis facta ſit de inde iterum redit ad arbuſtorum. ideſt arborū vitibus maritandarū terrā. Item ad eam in qua

Ordo. oleæ vberius naſcantur: vt ex ordine patebit qui talis eſt. Terra nigra fere ideſt pulla & fuſca & pinguis ſub vomere preſſo. i. profundius immiſſo: & cui. ſcilicet terre: eſt ſup. ſolū. i. ſuſtentaculū glebe putre. i. reſolutū: & nō nimis cumpactū (nāq̨ pro quia: nos imitamur arādo efficere terram putrē ſicut nōnulla naturaliter eſt) hmōi inquā terra eſt ſup. optima. i. cōuenientiſſima frumētis. i. varijs frugibus vt tritico & hordeo ac farri: tu non cernes. i. nemo cernet plura plauſtra. i. frugum vehicula decedere ex vllo equore. i. ex cāpo equo & plano decedētes redire domū. i. in horreū tuū & hoc iuuencis. i. bobus iunioribus & ita fortioribus & agilioribus ex iuuēta: ſed tardis. i. tardatis pondere & onere frugum quas domū auehūt plura dico q̄ ex tali terra hoc ē illa terra maximā faciet tibi vſuram frumenti Aut ſup. vtilis eſt frumento ille cāpus: vñ arator iratus. ſ. ſterilitati arborū: deuexit ſyluā. i. cunctas arbores: & euertit. i. funditus eruit: nemora ignaua. i. inutilia & nullū fructum afferentia: per multos ānos: & eruit cū imis ſtirpibus. ideſt radicibus antiquas domos ideſt habitationes auium. ideſt arbores excelſas. & ille. ſ. aues petiere alterū ſcilcet aera relictis nidis. at. i. ſed cāpus rudis. i. ſterilis & ma

 cer aut

cer aut reuera adhuc incultus: enituit. ideſt inca nuit & albicauit ſcilicet paulo poſt vomere re impulſo. Nam glarea ieiuna. ideſt terra macra lapilis immixta: quidem ideſt certe ruris cliuo ſi. ideſt qualis eſt in rure cliuoſo: vix miniſtrat apibus caſias. ideſt herbas illas odoriferas quibus apes veſcuntur humiles. ideſt humi naſcentes parumq; propter ſterilitatem illic ſurgentes: & vix miniſtrat rorem. ſ. marinum. Et tophus. ideſt lapis ille ſcaber. i. aſper & cauernoſus. hoc eſt terra in qua frequens tophus eſt & creta. ideſt terra cretacea exeſa. ideſt cõſumpta chelidris. ideſt ſerpentibus illis nigris. ideſt nociuis. Eſt aũt conſtructio ſemiplena. non em̃ videtur referendum ad illud vix humiles apibus &c: vnde ſubaudiendum mihi videtur tales ſunt ꝙ qui de agricultura ſcribũt vt Nicander & Solinus: negẽt alios agros ferre cibum eque. ideſt equaliter dulcem ſerpentibus & prebere latebras curuas ſerpentibus. ſcilicet hoc eſt talis terra eſt aptiſſima latebris & eſcis ſerpentũ: non frugibus ferendis (Si in textu eſſet vt tophus vbi eſt & tophus facile reperiretur ordo ſic videlicet negant alios agros ferre eque dulcem cibum: vt tophus ſcaber ſup. fert qđ quia non exprimitur eſſet locutio minus grãmatica. Sit ergo in ſubauditione qđ diximus) Illa ſcilicet terra que exhalat. ideſt expirat & emittit tenuẽ ideſt modicam & exilem nebulam & fumos volucres. ideſt faciliter euaneſcentes: & que bibit ideſt attrahit humorem & que ipſa. ideſt per ſe nullo adiuuante remittit ex ſe ſcilicet humorẽ dum ipſa vult (non dices ex ſe ipſa vna dictione. quia ſi ipſa eſſet ablatiui caſus produceretur vbi nũc quia nominatiui caſus corripitur) ꝙ q; i. & que (ſunt em̃ due dictiones) veſtit ſe ſemp ſuo gramine viridi. i. terra herbifera ſponte ſua nec ledit ferrũ. ſ. aratri: ſcabie & rubigine ſalſa. i. ex ſalſedine naſcẽti: illa dico intexit vlmos vitibus letis. i. fecũdis & iocũdis aſpectu & illa. ſ. eadẽ eſt ferax olee. & tu experiere. i. inuenies colẽdo. i. dũ colis illã & . i. ſimul faciẽ. i. parabilẽ & benignã quia multũ herbiferã pecori & patientem (nomen eſt). i. toleratiuã: vomeris vnci. i. incurui: & ſic adiectiuum eſt aut vnci. i. dentis ipſius vomeris: vt ſubſtantiuũ ſit: Capua. i. tractus iuxta Capuã que ciuitas eſt Italice Cãpanie caput diues. ſ. fertilitate agrorũ arat talẽ. ſ. agrum & ora. i. regio vicina iugo veſeuo. ſ. mõti in Campania. & clanius. i. acola clanij qui eſt fluuius Campanie non equus. i. iniurius: acerris. i. ciuitati illi cãpanie: vacuis. ideſt euacuatis ex frequenti inũdatione clanij que ſi nulla eſſet nihil eſſet illarum agro fertilius: arat ergo talẽ ſcilicet terrã in omnibus aũt ponitur continẽs pro contentis: agri pro colonis quorũ eſt arare.

Illa ferax oleæ eſt: illam experiere colendo
Et facilem pecori & patientem vomeris vnci:
Talem diues arat capua & vicina veſeuo
Ora iugo: & vacuis clanius non æquus acerris.

¶ Aut vnde iratus. ſcilicet fecũditate diuturna. Antiquaſq; domos: aut reuera antiquas aut caras. Sal. tantum antiquitatis cureq; maioribus pro Italica gente fuit. Eſt autem Ecbaſis in iſta deſcriptiõe. ieiuna glarea. ſicca & ſterilis terra. Caſia & roſmarinus apibus apte ſunt herbe. Tophus ſcaber Lapis aſperrimus: vnde & ſcabies dicta ab aſperitate. Nigris chelydris. Nocentibus. Negant. ſcilicet Nicander & Solinus qui de his rebus ſcripſerunt. Dulcem ferre cibũ. Ordo eſt eque dulcem hoc eſt tam dulcem. Que tenuem exhalat nebulam. Nunc dicit agrum omnium rerum feracem. Quatuor quippe imitatur genera agrorum qui ſolus poteſt quod illi quatuor ſicut ſequentia indicant. Fumoſq; volu. quaſi fumos ſcilicet ex humore. Queq; ſuo ſemper naturali ſcilicet non coacto. Nec ſcabie & ſalſa rubigine ferrum proprie eſt: nam rubigo quaſi ſcabies ferri eſt. Talem arat capua: ideo diues quia talem arat. Et vicina veſeuo. Veſeuus mons eſt Ligurie ſub alpibus poſitus. Nam Campanie mons quidam Veſuuius dicitur pro quo multi Veſeuum poſitum volunt. Et vacuis clanius non equus acerris: Acerre ciuitas eſt Campanie haud longe a Neapoli: quam clanius preterfluit fluuius cuius frequens inundatio eam exhaurit: vnde ait vacuis. i. infrequentibs. SER. Antiquus Veſeuus:

¶ Talem diues arat capua & vicina veſeuo Ora iugo & vacuis Clanius non equus acerris: Veſuuius mons eſt in campania: vino fertilis: quem veſeuum iugum dicit. Eiuſdem campanie flumen Clanius iuxta acerre nomine: ſed gigantis nomine Clanius dictus eſt: ideo dicit: vt Metrodorus ait. Non equus aut idcirco acerris exiſtimatur: ꝙ eas ſepe inundet que vacue iccirco dicũtur. ꝙ pene deſerte ſunt. PRO.

¶ Nigra: pulla terra eſt optima & operi ſatiua que temperate vbertatis eſt molis faciliſq; culture nec madida nec ſitiens & poſt vomerem nigreſcens: & quam recẽtem exquirunt improbe alites vomerem comitantes: coruiq; aratoris veſtigia ipſa rodentes: Plyn. lib. xvij. ca. v. Namq; hoc imita. aran. ſenſus eſt ꝙ arando fit ſolum putre: neq; enim vt inquit Columella libro. ij. ca. ij. aliud eſt colere ꝙ ſoluere & fermentare terram ideoq; maximos queſtus ager prebet Plauſtra: de is. li. Georg. i. Syluam deuexit: noualem intelligit: ceſa vetere ſylua videto in Tityro de nouali. At rudis. ideſt ſterilis & macer. Enituit. incanuit non nigruit vti pingui agro euenit. Ieiuna glarea. ideſt ſicca macraq; terra minutiſſimis lapillis mixta: glareoſum oleis ſolum aptiſſimũ in Venafrano. Plin. ſcri. libro. xvij. ca. iiij. Caſias de caſia late eglo. ij. Plin. libro preterea. ij. xxi. cap. de cura & pabulo apium ait. harum ergo cauſa oportet ſerere thymũ roſam violas lilium fabam caſiam &c. Humiles candide enim caſie magis ſe humi ſpargunt funtq; dorate. Roremq;: rorem marinum intelligit Tophus ſcaber. Plyn. libro. xvij. c. iiij. ait ꝙ Tophus ſcaber natura fricabilis. expetitiui quoq; ab MAN. Glarea

autoribus pro vitibus ſcilicet. Sequenti vero capite inquit fruges alit tophaſea alba que ſi ſit inter fontes reperta eſt ad refinitum fertilis. Chelidris: Calabria chelydris frequentiſſima eſt. vt Solinus ſcri. titulo de Italia. Diues capua. Strabo libro. v. ſcri. Capuam Campanie caput eſſe: Campaniamq; campos omnnes felicitate ſuperare. Et Ply. libro. xviij. inquit ꝙ quantum vniuerſas terras campus ille campanus antecedit tantum ipſum pars eius que laborię vocatur: quem phlegreum greci apellant finiunturq; laborie via ab vtroq; latere conſulari: que a puteolis & que a Cumis Capuam ducit Veſeuo iugo: Veſeuus veſulus & veſuuius dicitur. eſt autem mons in Campania teſte Solino qui vt ſcri. Stra. libro. v. amenißimus habitabatur agris excepto cacumine. Dicunt alij Neapolim ad quartum lapidem proximum eſſe. De hoc Plyn. Iunior quomodo ſuo tẽpore arſerit late ſcri. lib. v. epiſtola vero. xvi. & . xx. Clanius: campanie flumen eſt clanius iuxta acerras a nomine gigantis ita dictus. Non equus autem Aceris ideo exiſtimatur ꝙ eas ſepe inũdet que vacue iccirco dicũtur ꝙ pene deſerte ſunt autor eſt Probus. Laboriæ: Veſeuus:

Nunc quo



Nunc quo quãq; modo poſſis cognoſcere dicã
Rara ſit an ſupra morem ſi denſa requiras:
(Altera frumẽtis quoniã fauet altera Baccho:
Denſa magis Cereri: rariſſima queq; Lyæo)
Ante locum capies oculis: alteq; iubebis.
In ſolido puteum demitti: omnemq; repones
Rurſus humũ: & pedib⁹ ſũmas æqualis harena
Si deerunt: rarum pecoriq; & vitibus almis
Aptius vber erit: ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca: & ſcrobibus ſuperabit terra repletis:
Spiſſus ager: glebas cunctantes craſſaq; terga
Expecta: & validis terram proſcinde iuuencis.
Salſa autem tellus & quæ perhibetur amara:
Frugibus infœlix: ea nec manſueſcit arando:
venti illi animoſi. i. impetuoſi. frangūt & fe⸗
runt. i. īpellunt aſſidue dant fetus alie alios. i.
diuerſe diuerſos: queq; ſuos nam dant lignū
vtile nauigijs. ſ. pinus & dant lignū vtile do⸗
mibus. ſ. cōſtruendis: vt cedrum & cupreſſos.
Agricole triuere. i. tornauere hinc. i. ex his ſyl
uis aut his hoc eſt aliqbus arboribus harū ſil
uarū rotis. i. ad rotas cōſtruendas: radios. i. li⸗
gna q̄ ſunt inter axem & circūferentiam aut
cāthos rotarū q radij dicti ꝙ vt radij a globo
ſolis: ita ab axe deducant̄: & triuere hinc. i. ex
alijs arboribus harū ſiluarū plauſtris. i. vehi⸗
culis tympana. i. ītegumēta: ita vehicula ob⸗
tegētia: vt ēt tympana corijs obtegunt̄: & po
ſuere ratib⁹ carinas. i. alnos aut trabes earū īfi
mas pandas. i. incuruas: & ſalices ſunt fecūde
viminibus. i. vimina dant pro fetu: ex vimi⸗
nib⁹ aūt varia ītexunt̄ vaſa agricolis neceſſa⸗
ria vanni & corbes. vlmi ſunt fecūde frondi⸗
bus qb⁹ & terra pinguior fit vnde & vitibus
deligunt̄. Et myrtus ſup. eſt fecūda validis ha
ſtilib⁹: & corn⁹ ē bona. i. vtilis bello. i. ad bel
lū qa ex ea haſtilia fiūt atq; alia tela: taxi tor⸗
q̄nt̄. i. curuant̄ ī arc⁹ itureos. i. ī formā arcuum
optimoꝝ q̄les hñt iturei ppl'i ſyrie necnō. i.
ēt tylie leues. i. plane & nō aſpere: & buxū ra⸗
ſile. i. qd' faciliter radi poteſt torno. i. verſati⸗
li inſtrumento accipiunt formā. ſ. vaſorū aut
inſtrumentoꝝ nobis vtilium: nā tilie iugis fa
ciendis cōgruūt & buxum pyxidib⁹ lagenis
alijſq; multis vnde addit & cauantur acuto
ferro. Necnō. i. etiam alnus arbor illa leuis. i.
fragilis pre ſiccitate ſi extra ſolum aut aquas
ſit aut ſic alnus miſſa pado ideſt a quouis flu
mine ī cuius ripis fere naſcitur annatat leuis
ideſt agilis & cita: vndam torrentem. i. preci
pitanter fluentē necnon. i. etiam apes cōdunt
i. abſcondunt & locant examina. i. fetus ſuos
qui dum educuntur examē dicuntur: in corti
cibus cauis & aluo ilicis. i. illius arboris glan
difere: vitioſe. i. putrefacte. Si ergo vitioſa
huic vſui eſt quāto magis ītegra ī aliū cedit?
Quid eq̄ memorandū. i. eque dignū qd' me⸗
moretur & laudet̄: tulerūt dona baccheia hoc
eſt a

Nec Tiliæ leues aut torno Raſile buxum
Non formam accipiūt: ferroq; cauantur acuto.
Necnon & torrentē vndā leuis annatat alnus.
Miſſa pado: necnon & apes examina cōdunt
Corticibuſq; cauis vitioſæq; ilicis aluo.
Quid memorandū æq̄ baccheia dona tulerūt:
Bacchus & ad culpā cauſas dedit: ille furētis
Centauros leto domuit Rhetūq; Pholūq;:
Et magno Hylæum lapithis cratere minantē

¶ Aut ille. ſ. ſalices & geniſtæ. Multi tñ & Tiliæ legunt
vt tria dixerit. ſ. ſalices. tilias & geniſtas. Vndantē buxo SER.
ſpectare cytoꝝ. Cytor⁹ mons eſt macedoniæ in quo abū
dat buxus q̄ mota vento æſtus imitat̄ vndarū: Naritięq; ¶ Parū
picis: a loco ī quo abūdant piceæ. Nō vlli obnoxia curę. curioſæ
Nō debitricia: nihil labori nr̄o debentia Ipſæ caucaſeo: Seruius
Caucaſus mōs eſt Scythiæ poſit⁹ hic ꝓ qbuſlibet aſperri Caucaſus
mis mōtibus. Steriles aūt dicit cōparatiōe pomiferarum
arborū Hinc: de ſyluis. ſ. Nā de cupreſſo aut de cedro nul
lus vnq̄ efficit rotas aut radios. Triuere tornauere; cōpo
ſuere torno. Tympana: tecta vehiculorū. Pandas. curuas
viminibus ſalices fœcūde legit̄ & fœcundæ frondib⁹ vl
mi. Et myrtus validis haſtilibus. alibi & paſtoralē ꝑfixa
cuſpide myrtū. & bona bello cornus apta eſt. n. ēt cornus
haſtilib⁹. Itureos taxi torq̄nt̄ ī arcus. hoc eſt in ſiſ'itudi⸗
nē arcuū itureorū. Itureos aūt dicit ꝑthicos. Nec tiliæ le
ues ordo eſt nec nō hoc eſt ēt. Miſſa pado ſpēs eſt ꝓ gñe.
Vitioſæq; ilicis aluo: Carioſæ: vult aūt ꝓbare ēt putres
arbores habere aliquā vtilitatē. Sane hic ꝓ alueo ꝑ ſyne
reſim aluo dicit̄: Quid memorandū æq̄. i. quid ſil'r lau⸗
dandū Tulerunt dona liberi: ſicut ſiluæ multa ſponte ꝓ⸗
creantes? Alij & q̄ legūt vt ſit ſenſus qd dicendū q̄ tule⸗
runt. i. attulerunt. ipſa ēt dona baccheia: vt hoc dicat pa⸗
rū eſt ꝙ vites tantū laborē requirūt ēt munera earū cau⸗
ſas ꝑſtant furoris. Ille furentis Centauros: Atq in æneide
ait: Mars perdere gentē imanē lapitū valuit. Sed hoc ſol⸗
uit Hora. dicens. Nec ſe melius cum marte cōfundet ꝑlia
thyoneus. Nam reuera licet irarū cauſas Mars habuerit:
lapithe tñ & centauri in furorem ſunt ebrietate compulſi.
Deinde hoc loco centauros ait in furorem actos a libero
non lapythas. Magno hyleū lapithis cratere minantē bo
nū ſchema: ita. n. pingunt̄ quaſi poculis bella tractātes.

PRO.

¶ Et iuuat. u. b. ſ. cytoꝝ: Cytorus ē oppidum ponticum
fertile buxo non ſolum: Sed præcipue Naritięq;. p. l. Na
ricia eſt oppidū locridos piceis frequens. Iturei: natio
eſt ſcytharum.

MAN.

¶ Maiora maioris cōmodi: de qbus iam dixit & ſic ait
iam minora quoq; hominibus in multis ꝓdeſſe. Illæ. ſa⸗
lices & geniſtæ Pabula melli: geniſta enim vt Ply. libro
xxiiij. ca. xxxiij. flores habet apibus gratiſſimos: & in Ti
tyro poeta dixit Hiblæis apibus florem depaſta ſalicti.
Et iuuat. oſtendit poeta oblectationē præbere ſylueſtria
loca quāto magis igitur culta? Narrat inde ſylueſtrium
arborum cōmoda qbus quidem fruunt̄ homines. Cyto⸗ Cytorus.
rū: is mons eſt ī Paphlagonia teſte Ply. li. vi. c. ij. Et Stra.
li. xij. ſcri. Cytorū vrbē fuiſſe ipſius Paphlagoniæ Aſiæ
ꝓuinciæ. a Cytoro Phryxi filio addens ꝙ in amaſtriano
agro plurima atq; optima Buxus naſcitur: preſertim cir
ca cytorū. Buxo: buxi materies honorata eſt. eſt enim le
nis & ſolida & quadā duritia ac pallore cōmendabilis.
Buxus pireneis ac cytoro montibus plurima ac berecyn
tho tractu Plynius. libro. xvi. capi. xxix. Naritiæq; na⸗
ritia ithacæ tellus optatiſſima & ipſa olim Vlyixs pa⸗
tria vt ſcribit Dionyſi. Itacha autē inſula eſt in mari Io⸗
nio: vt Mela ſcribit. Picis: picea montes amat atq; frigo Picis.
ra. feralis arbor & funebri iudicio ad fores poſita hæc
plurimā

plurimā reſinā fundit interueniente candida gēma tā ſi-
mili turi vt mixta viſui diſcerni nō queat & inde fraus
ſepiſſime Aſiæ Ply.li.xvi.c.xv.Caucaſio ꝟtice.De cau
caſo vide æglo.v.Eius aūt vertices hyeme ſunt inacceſſi
biles vt Stra.ait li.xij.Cedroſcꝫ:Mauris plurima arbor ce
dri & mēſarū iſania:ſunt aūt cupreſſo fœminæ etiamnū
ſyluestri ſimiles folio odore caudice vt ply.li.xiij.c.xvij.
ſcri.Theophraſtus vero li.iij.edocet ꝙ cedrus eſt iunipꝑo
nō abſimilis:ſed folio maxime diſtat ei⁹ materies putre-
dinē nullā ſentit frutex odorat⁹:Idē Ply.li.xvi.ca.lv.ait
ꝙ Cedrus in Creta Aphrica Syria laudatiſſima eſt:& ce-
dri oleo puncta materies nec tineā nec cariē ſentit. iuni-
pero eadē virtus q̄ cedro.Epheſiæcꝫ dianæ tēpli tectum
conuenit eſſe e cedrinis trabibus:Valuas e cupſſo. Eſt &
vticæ tēplū Apollinis cedrinas trabes habēs.Radios cor
ni:lignū nō alio pene q̄ ad radios rotarū vtile aut ſi qd
cuneandū ſit in ligno clauiſue figēdū ceu ferreis.Illex itē
& oleaſter ac olea q̄ cariē vetuſtatēcꝫ nō ſentiūt. Ply.li.

eſt a baccho inuēte vites:q.d.nihil.& .i .iſup
bacchus hoc eſt inuētū bacchi videlicet vinū
dedit cauſas.i.occaſionē ad culpam.ſ.cōmit-
tendā ꝑ ebrietatē.Ille.ſ.bacchus ꝑ vinum do
muit leto.i.morte: centauros.i.populos illos
Theſſal e furentis.ſ.ebrietate aut auidiate vi
ni habendi quod ole fecerant centauros dico
vt rhetū & pholū & hyleū minantē lapithis
i.populis illis vicinis quibuſcū centauris ſe-
pe certamē eeat:vnde cētauri poti(cum.ſ.for
tiores ſibi viſi ſunt) poculo illis minitabanᷓ
magno cratere.i.poculo capaci quod inter bi
bendū in manu habebat.Itacꝫ vinū difficul-
ter acquiritur:periculoſe naſcitur & cum pe-
riculo abſumitur. Cum olee alicꝫ multe ar-
bores ſponte fere naſcantur nullo labore con
ſeruentur:& vſum ſine ꝑiculo pſtent.

Tympanum. xvi.c.lvi.Tympana dr̄ a typanizo:qd' eſt extēdo & verbero ſunt.n.vaſa ſemiſphærica:q̄ ſemꝑ bina fe-
runt in qb⁹ ab vno latere pellis extendiᷓ:& virgula ꝑcutiunᷓ:ijs ī ſacris.Cibeles vtebanᷓ:hic aūt ꝓ opi-
mētis vehiculorū metaphoricos ponunᷓ.Plauſtris vehiculis:de qbus li.i.Georgi.hic aūt ꝓ pilentis po-
nunᷓ.erat.n.pilentū cōtextū rotis quattuor:quib⁹ matronæ olim vtebanᷓ Vergi.pilentis matres in mol
Pilentū libus.Et pandas ratibus poſuere carinas:larix in humore præcipua & alnus nigra non improbaᷓ in aqua
& fagus Ply.li.xvi.ca.lvi.Ratibus.Rates vt inqt Feſtus vocanᷓ ligna colligata:q̄ ꝑ aquā agunᷓ:quo vo
Rates. cabulo ēt interdū naues ſignificanᷓ.Pandas curuas.Carinas.nautæ carinā vocāt infimā trabē vbi nauis
Carina. fundatur:quod quidē Ouid.quocꝫ videtur aſſerere:ait.n.li.iiij.de ponto:Dū mea puppis erat valida fun
data carina.Qui mecū velles currere primus eras:Itureos arcus Id nomē ſine h ſcribēdū eſt.Probus autē
ait itureos nationē eſſe ſcytharū Stra.vero li.xvij.ſcri.Mōtanā regionē iturei & arabes hn̄t malefici oēs:
Ply.li.v.ca.xxiiij.in parte ſyriæ q̄ cœli diciᷓ ſcribit eſſe itureorū gentē.Ab illis igiᷓ populis itureos arc⁹
Raſile poetam dixiſſe intelligendū cenſeo.Tiliæ:de tilia videto lib.i.Georg.Raſile raſiles calati dr̄ quaſi raſi
nihil extantis aut redundantis plenitudinis.Verg.tn̄ hoc loco ait raſile buxum quaſi raſibile. Corticib⁹
ſuberis &c. Quid memorandum quid vltra dicendum de ſyluis & arboribus.Aeque:eodē modo ſicut
examina & alia cōmoda iā enumerata vel quid memorandum æque quid ſimiliter laudandū. Tulerunt
ipſæ in ſyluis:nācꝫ ſilueſtres vites & vuę in eis ſunt.Baccheia dona vites & vuas:Bacchus.& ad ſuperi⁹
vites qb⁹ nūq̄ ſatis oꝑe eſt dānaſſe quodāmō viſus eſt:nūc ꝟo eaꝝ fruct⁹ qb⁹ qdē hoib⁹ furor īgruit.Vel
potius nos hortaᷓ facta ecbaſi.i.excurſu enumerādo ſyluarū cōmoda:vt vites nō relinquam⁹:q̄q̄. multo
labore indigeant:cū pro eaꝝ fructu potiēdo cētauri ēt mori nō dubitarint:Ad culpā : ad ſcelus eius enim
odore ducti doliū pholo rapere voluerūt.Centauros:hiſtoria eſt vt Diodo.li.v.edocuit Pholus cētaur⁹
quū domi Herculē ſuſcepiſſet defoſſum antea vini doliū extulit:verū eius odor ingens ad ꝓpinquos Cē-
tauros delatus ebrios reddidit.vna igiᷓ Pholi domū magno ingreſſi tumultu ad rapinā verſi ſunt.Pho-
lus itacꝫ timēs quū ſe abſcōdiſſet ſolus Hercules illis obſtitit q ſuꝑior multis eoꝝ peremptis reliquos in
Pholus fugam vertit.Verū Pholus vt cognatos ſepeliret ſagitta a quodā euulſa ſeipſum vulnerauit quo vulne
Centaur⁹ re cum curari negret obijt:& ab Hercule magnifice ſepultus monti nomen dedit.Cētauros:Cētao ſtimu
lo nobis eſt:inde centauri vt puto.Nā vt ſcri.Stra.li.ix.de Theſſalia cētaurorū natio dura ſane agreſtiſcꝫ
erat quos Home.a pithoo fuiſſe expulſos a Pelio mōte ſcri.q filius Iſionis lapitharū regis erat. Lapithis
Laphitæ. lapithæ Theſſaliæ po.q in pindo & Othri montib⁹ habuere ſedes vt Ply.li.iiij.c.ix.edocet.Eſt aūt laphi-
tæ non laphitæ dicendum.Græci enim per th non per ph.ſcribere ſoliti.

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint
Agricolas:qbus ip̄a procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victū iuſtiſſima tellus:
Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam:
Nec varios inhiant pulchra teſtitudine poſtes
Illuſaſcꝫ auro veſtes ephyreiacꝫ æra:
Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno:
Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui:
At ſecura quies:& neſcia fallere vita:
Diues opum variarū: & latis ocia fundis
Speluncæ viuicꝫ lacus & frigida tempe:
Mugituſcꝫ boum molleſcꝫ ſub arbore ſomni
Non abſunt:illic ſaltus ac luſtra ferarum

Et patiens

ASCEn.

¶O fortunatos &c.Quia varios oſtēdit vi-
nitorum labores dubioſcꝫ nec eos ſemꝑ fau-
ſtos fructus ne eos infelices per hoc cenſuiſſe
putetur atcꝫ ita rem quā laudare debeat vitu
peraſſe culpetur cum exclamatione quadam
dicit agricolas eſſe felices qui tot bona ſpon-
te naſcentia haberent licet vitibus magnus
ſit impendendus labor & qui ab vrbanorum
curis longe grauioribus minuſcꝫ fere ſaluta-
ribus liberi ac īmunes ſunt vnde faſces & ve
ſtium ac ceterarū rerū luxus ſuperfluuſcꝫ ſplē
dor non vera ſunt bona ſed bona apparētia:
vnde ea deeſſe agricolis pro beneficio depu-
Ordo. tat. Ordo autem eſt: O agricolas fortunatos
nimiū ſi norint.i.cognouerint ſua bona.i.cō
moda q̄ ꝑcipiſcūt ex agricultura & ruſticana
vita(Notū eſt o tribus caſibus iungi:& exp̄ſ
ſum maiorē habere vim in ſignificādo.Si tn̄
ſcrupuloſus & anxius grāmaticus verbū deſi
derat habeat:cēſeo aut iudico.vt ſit o ꝙ for-
tunatos cēſeam agricolas ſi ſua bona norint:
ſed qui nil ſubaudierit minus inept⁹ erit:vt
em̄ vulgares ita & latine locutiones q̄dam in
affectu ſunt nec ꝑficiunᷓ effectu) qb⁹.ſ.agri-
colis ipſa tellus iuſtiſſima quia plus reddit
ꝙ accipit

q̄ accipit ſed nõ q̄ debet: fundit procul ideſt longe a diſcordib⁹ armis neq; in mari: ſed humo victum facilem .i. parabilem & ſine difficultate acquiſibilem. Si .i. tamet ſi: domus alta qualis eſt in vrbib⁹ cum ruſticorum ſit humiles habitare caſas: ſuperbis forib⁹ ideſt habens ſuperbas hoc eſt magnificas & ſuperbæ ornatas fores: in quibus ſcilicet ſpolia hoſtiũ & ferarum atq; ſculpture varie cõſpici solẽt: vomit totis edibus ingentem ideſt ſane magnam: vndam .i. multitudinem vndatim ꝓruentem ſalutãtum mane ſcilicet prima hora diei (vnde Martialis. Prima ſalutantes atq; altera continet hora &c. de qua conſuetudine apud iuuenalẽ Satyra prima vbi de ſportula loquitur plenius eſt videre) nec .i. & non & ſi ſupple non inhiant ideſt cum hiatu ferino ſe concupiſcere indicant poſtes varios. ideſt ornatos aut forte iaſpidios: pulchra teſtitudine: ideſt que ſunt in pulchra teſtudine: teſtudo autem eſt circunuolutio & curuata camere vt dicunt in morem teſtudinis deuexa (vulgus voltam appellat) Mira eſt in omnibus vrbanis pompis vituperatio & a ruſtica ſimplicitate laus. Nam Epithetis ſingulis res eleuat. atq; dãnat: vt poſtes: quia varij ſunt: varietas enim ad pompam & ꝓſpectum inanem nõ ad vtilitatem pertinet fores damnat ſuperbie: vndam ſalutantum moleſtie. quid enim miſerius q̄ tot ſalutantibus aures accõmodare ſub primam lucem? Veſtes autẽ non decenter ornatas: ſed illuſas auro dicit: es corinthium propter vrbis luxum & immodeſtam hominum appetitionem taxat. Nã eiuſmodi commixtionem eo q᷑ noua eſſet multi pluris q̄ ſolidum aurum ſiue argentum faciebant ſolebantq; ex eo conflare ſigna ꝑcioſiſſima. Sane es corinthiũ illud erat qđ poſt deflagrationem corinthi ex varijs metallis cõmixtum poſt incendium compertum eſt. Preterea q᷑ lana fucatur oliuum corrumpitur manifeſtam habet vituperationem: ſed ad ordinem redeo. Et ſi non inhiant veſtes illuſas .i. ad illuſionem intextas auro ideſt filis auratis & era ephyreia ideſt corinthia varia mixtione ex incendio vrbis nata miſere placentia. Nec vſus oliui liquidi ideſt puri liquoris corrumpitur .ſ. a ruſticis caſia ideſt admixtõe vnguẽti ex caſia facti vt fit ab vrbanis. At .i. ſed. quies ſecura ideſt ſeparata a curis: & vita neſcia fallere ideſt fallendi ignara: & ſpelunce ideſt antra amena: & lacus viui ideſt fluentes nec arte ſed natura comparati & tempe .i. loca amena & temperata qualia ſunt tempe ĩ theſſalia frigida ſcilicet frigore opaco de q̄ in buco. hic inter flumina nota. Et fontes ſacros frigus captabis opacum. & mugitus boũ gratus .ſ. paſtoribus: & molles ideſt ſine anxietate ſomni ſub arbore ideſt in vmbris arborũ: non abſunt ſcilicet a rure: immo adſunt abunde ſaltus ſup. ſunt: illic ſcilicet ruri: & luſtra .i. latibula & diuerſoria ferarum ſunt illic: & iuuentus .i. multitudo iuuenum: patiens operũ i. operationum: hoc eſt laborum nõ vt vrbana delicijs aſſueta: & aſſueta paruo .ſ. ſumptui & expenſis modicis: ſup. eſt illic & ſacra deũ ideſt deoꝝ ruſticorum precipue ſunt illic ſancta: & patres ſũt illic ſancti: & iuſtitia ſcilicet virgo aſtrea excedẽs terris ideſt derelinquẽs ob ſcelera hominum terras & in celum faceſſens: fecit extrema veſtigia per illos .ſ. ſanctos patres ruri degentes.

Vide ſeruium & Manci.

Et patiẽs operum paruoq; aſſueta iuuentus.
Sacra deum ſanctiq; patres: extrema per illos
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.

¶ O fortunatos nimiũ ſua ſi bona norint Agricolas: Nõ eſt abruptus tranſitus ad laudem vitæ ruſticanæ: ſed ad ſuperiora ꝑtinet. poſt vituperationẽ quippe vini iſta q̄ſi cõſolatio eſt ꝑ quã oñdit quãtas voluptates ruſticis natura ꝑſtiterit. Quod aũt ait fortunatos nimiũ nõ ad fortunã. ſed ad fortunæ ꝑtinet quãtitatẽ. Nã hoc dicit quãtũ in ſe eſt maximas eis natura ꝑſtitit voluptates quas ſi noſſent eſſent non fortunati ſicut nũc ſunt: Sed nimium fortunati. Procul diſcordibus armis .i. longe a ciuitatib⁹ plenis iurgio: & rapinis. Iuſtiſſima tellus ꝓprie nã ſi iuſt⁹ eſt q& qđ accipit reddit: terra vtiq; iuſtiſſima ẽ q̄ maiore fœnore accepta reſtituit. Si nõ ĩgentẽ foribus dom⁹ alta ſuꝑbis. Mane ſalutantũ totis vomit edib⁹ vndã. vt etiã in laudẽ fecit italiæ: nõ ſolum vitam laudat ruſticã: ſed etiam contrariam .i. vrbanam vituperat. Nam iſta quæ de vrbibus dicit opinabilia ſunt bona: nõ ẽt vera: vt ruſtica ſunt. Multũ enim intereſt inter verum & opinatum malũ ſeu bonũ. Vnde Iuuena. pauci dignoſcere poſſunt vera bona. Inhiant: habere deſiderant: & dicim⁹ inhio illam rẽ. Pulchra teſtitudine .i. indica vnde poſtes ornanť vel lectuli. Luca. Foribus teſtitudinis indæ: Terga ſedẽt fuluo maculas diſtincta ſmaragdo. Illuſaſq; auro veſtes i. quibus artifex ludens auro aliqua depingit. Male autẽ quidam Incluſas legũt Ephyreiaq; æra corinthia: q̄ laudat ẽt Cice. Nam ephyre eſt corinthus. Alba nec aſſyrio fucatur lana veneno. Aſſyrij populi ſunt adiacentes Syriæ apud quos primũ vſus inuentus eſt purpuræ. Veneno: colore. Nec caſia liquidi corrumpiť vſus oliui: Caſia hærba eſt qua fit vnguentũ. Mire aũt ait vſus oliui corrũpiť. Nam oleũ gñalẽ vſum habet qđ cum in vnguentũ fuerit corruptũ vni rei tantũ eſſe aptũ incipit. Neſcia fallere vita. Aut q̄a inocẽtes ſunt: aut q̄a ĩmobilis eſt ſtatus vitæ eorũ. Vrbanorũ enim fortuna: aut īſidijs. aut ꝓſcriptiõe variať. Latis ocia fundis: Fundus diciť ab eo q᷑ rerũ oĩm ſit fundamẽtũ. Spelũcæ viuiq; lacus .i. bona naturalia nõ ſicut in vrbibus quæſita. Vnde Iuue. Et ſpelũcas diſſimiles veris. Frigida tempe: Tempe ſunt proprie loca amœna Theſſaliæ abuſiue cuiuſuis loci amœnitas. Molleſq; ſub arbore ſõni: μολακοι Δυπο Δευδρεσιυ υπυοι. Illic ſaltus & luſtra ferarum .i. venationes quæ penitus in vrbibus nõ ſunt. Bene aũt luſtra ferarum q̄a ſunt in vrbibus luſtra meretricum. Paruoq; aſſueta .i. non vrbana quę eſt ſegnis & prodiga. Sacra deum ſanctiq; patres: duo dicit ſacra deorum ſancta apud illos ſunt ſancti etiam parentes. Extrema per illos iuſtitia excedẽs terris veſtigia fecit: Hoc & Aratus dicit iuſtitiam primo ĩ vrbibus poſt ea tantum in agris fuiſſe vbi eam inducit loquentem cur abſcedat e terris. SER. Inhio. Aſſyrij. Fundus

¶ Ephyreiaq; æra conrinthia. Ephyra enim prius dicta ẽ poſtea corinthus Frigida tempe. Tempe ſunt loca nemoroſa frigida fontana. PRO.

¶ O fortunatos agricolas. Tullius in Catone maiore Catonẽ ipm illa dicere introducit. Venio nunc ad voluptates agricolarũ quibus ego incredibiliter delector q̄ nec vlla ipediunť ſenectute: & mihi ad ſapientis vitã videnť accedere habent enim rationẽ cum terra quæ nunq̄ recuſat imperium: nec vnq̄ ſine vſura reddit qđ accepit: ſed alias minore plærũq; maiore cũ fœnore. & Seneca epiſtola prima lib. xiij. de Scipione maiore inq̄t. Abluebat corpus laboribus ruſticis feſſum exercebat enim ope ſe terrãq;. vt mos fuit priſcis ipe ſubigebat. Hora. quoq; ſcđa ode carmis Epodon ruſticæ vitæ laudes & cõmoda enumerat vti & Maro ampliſſime. O fortunatos: o nũc iteriectio eſt admiratis: de qua lati⁹ in Tityro. Sua ſi bona norint. Enũeratis ſyluarũ cõmodis q̄bus agricolæ frui poſſunt & alijs: nunc multo plura commemorat. Facilem victum: facilem cibum. habent enim ĩ agro parata omnia MAN.

ad victum

ad victum neceſſaria. Mane ſalutantum. prima ſecundaq; hora potentes amicos ſalutabant quod Martia lis lib.iiij. optime docet ibi videlicet. Prima ſalutantes atq; altera cõtinet hora. Exercet raucos tertia cau

Poſtes. ſidicos. Inhiant cõcupiſcunt: Varios ornatos vti ſolebat in ſuperbis domibus apparere. Poſtes: a poſt di

Teſtudines. ci videntur: ꝙ poſt fores ſtant Priſcia. auctor. Teſtitudine. i. teſtitudineis laminis quibus etiam lectos & repoſitoria veſtiebant: Lucanus foribus teſtitudinis indæ. Scribit aũt Ply. lib. ix. ca. x. ꝙ teſtudines tãtæ magnitudinis indicum mare emittit: vt ſingularum ſuperficię habitabiles caſas integat atq; inter ĩſulas rubri præcipue maris ijs nauigent cymbis: Teſtudinũq; putamina ſecare in laminas lectoſq; & repoſito

Ephyra. Corinth' ria ijs veſtire. C. Aruilius Pollio inſtituit. Illuſas: depictas. Ephyreiaq; æra. Ephyra ante poſtea Corinth' appellata eſt. Colonia colli applicata in iſthmo. ſ. videto Ply. li. iiij. ca. v. vbi de peloponneſo loquit' De Corintho etiam Stra. lib. viij. plurima ſcribit iter quæ ꝙ ciuitas ipſa corinthiorum an pliſſima vſq; fuit & opulentiſſima: ſeu viros innumerabiles ad ciuile regimen peritiſſimos: ſiue eximias opificũ artes ani mo vertis: erantq; in ea plurima opera ære elaborata. Ephyreia: ſunt qui dicant. i. cauſa metri interpoſi tum: ſed cum ephyreios a græcis dicatur ſoluit ei diphthongum: vt etiam ibi Priameia virgo. Aſſyrio: perſiæ iuncta eſt aſſyria: in qua Babylon eſt: vt Stra. li. xvi. ſcribit. Veneno colore: itelligit aut purpureũ

Aſſyria Phœnicia. liquorẽ in Tyro vrbe Phœnicæ optimũ: Phœnicia enim pars eſt Syriæ vt ſcribit Ptolemæus li. v. Ply. lib. v. cap. xiij. Fucatur tingitur coloratur: Phucos enim græce latine color dicitur. Caſia de hac videto in Alexi: Ocia: voluptates. Fundis: ager ꝙ videbatur pecudum ac pecuniæ eſſe fundamẽtum fundus eſt di

Fundus. ctus aut ꝙ fundat quotannis multa. Varro auctor. Tempe loca amœna a cœli temperamento dicta vt li bro primo theb. inquit Lactantius: Sunt autem proprie loca in Theſſalia quinq; milium paſſuum longi tudine & ferme ſex latitudine vltra viſum hominis attollentibus ſe dextra læuaq; leuiter cõnexis iugis intus ſua luce viridante: allabitur Peneus qui inter Oſſam & Olympum nemoroſa conualle defluit. Ply. li. iiij. ca. ix. Frigida propter aquas & vmbras ait. Molles: iucundi Saltus ſyluæ: quia dicit luſtra ferarum per quæ venationes intelligit. Sacra deum ſanctiq; patres: figura eſt ſyllepſis per genera dicendo enim ſa

Sacrum. cra & patres ſancti etiam ſacra ſancta intelligimus. Sacrum autem vocatur quicquid deſtinatum eſt dijs Macro. lib. i. ſatur. Iuſtitia: videto æglogha quarta.

Me vero primum dulces ante omnia muſæ
Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore
Accipiant: cœliq; vias & ſydera monſtrent.
Defectus Solis varios Lunæq; labores:
Vñ tremor terris: qua vi maria alta tumeſcant
Obijcibus ruptis: rurſuſq; in ſeipſa reſidant.
Quid tantũ oceano properent ſe tingere ſoles
Hiberni: vel quæ tardis more noctib' obſtet.
Sin has ne poſſim naturæ accedere partes:
Frigidus obſtiterit circũ præcordia ſanguis:
Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes
Flumina amem ſyluaſq; inglorius: o vbi campi
Sparchiuſq; & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta: o qui me gelidis in valibus Hæmi
Siſtat: & ingenti ramorum protegat vmbra:

SER. ¶ Me vero primum dulces ante omnia muſæ Accipiãt: Diu quæſitum eſt: vtrũ philoſophiæ: an ruſticitatis vi ta eſſet fœlicior. Vñ nunc dicit primã eſſe philoſophiã: poſt ipſam ruſticã vitã. Suã aũt pſonã ꝑ quacũq; ponit ſicut paulo poſt. Rura mihi placeant: mihi ꝑ cuilibet po ſuit. Sic in primo. Nõ illa quiſq̃ me nocte ꝑ altum ire: In iij. Ne mihi tũc molles ſub diuo carpe ſomnos & hoc eſt qd' dicit Hora. in arte poetica. Hoc amet hoc ſpernat ꝓ miſſi carminis auctor. Quarũ ſa. fe. poeta n. quaſi muſa rũ ſacerdos eſt. Cœliq; vias: aut artes vt alibi: inueni ger mana viã. Aut certe circulos qbus ſydera cõtinẽtur. De fectus ſo. va. Atq vno mõ tñ ſol nobis deficere videt'. ſ. cũ prima Luna e regione ei' obſtiterit radijs: & eos nobis fecerit nõ videri. Vnde varios accipimus defect' nõ qa varia ratione cõtingunt (Nam ratio vna eſt vt diximꝰ) ſed quia vel varijs temporibus fiũt vel varie. Nã inter dum duobus. interdum quattuor: interdum pluribꝰ de ficit digitis. Lunæq; labores: vel errores quia non recti incedit: vel defectus contingunt lunæ quoties terræ al titudo interueniens radijs ſolis eam illuminari non pa titur. A quibus dicitur lumen accipere. Vnde tremor terris.

ASCEn. ¶ Me vero &c. Quia tantopere ruſticã vitã laudauit: ne illa ẽt philoſophice & cõtẽplatiue ꝓtuliſſe videat dicit ſe qdem ꝓferre ruſti cane vite philoſophicã & muſarũ diuina in uenta: ſed ſi ad ea feliciter aſpirare nequiret: nullã eſſe in praxi vitã quã ruſticane ꝓtulerit: primas ergo partes diuinarum humanarũq; rerum cõtemplationi: hoc eſt philoſophie at tribuit: proximas agriculture dicens. Verum

Ordo. pro ſed: muſe. i. dee rerũ inuentrices: hoc eſt di uinarũ rerũ cõtemplationes: dulces ante oia. i. exercitia humana: quarũ ego perculſus. i. affe ctus ingẽti amore fero ſacra v t. ſ. ſacerdos ac cipiat me primum. i. primo & precipuo loco: quia nihil gratius aut iucundius cõtingat: & monſtrent mihi vias. i. curſus aut meatus celi & ſydera. i. ſyderũ virtutẽ & ſignificationẽ: & varios defectus. i. eclipſes ſolis: & labores i. eclipſes & luminis imminutiones lune: & monſtrent mihi vnde tremor. ſ. accidat terris: & qua vi tumeſcãt. i. inflentur & extollantur: maria alta. i. eleuata: & hoc obijcibus. i. obſta culis vt littoribus: ruptis id diſſipatis & deie ctis: & reſidant. i. deſcendãt vt locum capiãt: rurſus in ſeipſa. i. in ꝓpria receptacula / prio reſq; alueos at ambitus. Et mõſtrent qd. i. ad quid ſoles hyberni. i. qui illucẽt tempore hi berno: hoc eſt hyemali. ꝓperent. i. feſtinẽt tm̃ i. intantum: tingere ſe Oceano. i. magno ma ri terram ambienti: & id dicit ſecundum opi nionem vulgi credentis ſolem in Oceanum ſui lauandi cauſa decidere: vel que mora ob ſtet non noctibus hyemalibus: tardis. i. tarde decedentibus: ſed eſtiuis tardis. i. tarde venien tibus (eadem in fine primi enei. reperies) Sin i. ſed ſi: ſanguis frigidus circũ ꝓcordia. i. tardi tas ingenij ex ſanguine frigido circa cor pro ducta (vnde Iuuena. ꝙ leua in parte mamille. Nil ſalit archadico iuueni) obſtiterit. i. obſi ſtendo effecerit: ne ideſt vt non vel quo minꝰ poſſim accedere ſcilicet intelligendo has par tes nature ſcilicet rerum celeſtiũ hoc eſt cau ſas rerum. Rura. i. res ruſticane: & amnes rigui i. irrigatiui placeant mihi in vallibus. i. acce dam ad delicias ruſticanas: & amem flumina i. amenitatem fluminum: & ſyluas exiſtẽs in glorius. i. ſine gloria: q̃ cauſas rerũ inueniẽti bus debet.

bus debet. O optantis eſt interiectio ſcribunt quidam oh. O qui me ſiſtat. i. conſtituat & vt dicunt repreſentet ſup. illuc: vbi. ſ. ſunt campi. ſ. ameni & ſperchius. ſ. fluuius theſſalie ad quē orpheus canticorum ſacra peregit: & taygeta (declinat ſicut hyſmarꝰ hic taygetus: & pluraliter hec taygeta) mōs laconie i acha ia: bacchata. i. a bacchantibus frequētata: virginibus Lacenis. O qui ſiſtat me in gelidis. i. refrigeratiuis vallibꝰ hemi. illius mōtis thracie / & protegat me ingenti vmbra ramorum i. quis dabit vt naturali locorum dictorū ac conſimilium perfruar amenitate: quaſi dicat ſe beatum fore ſi id contigerit.

terris. variæ ſunt opiniones. nam alij dicunt ventum eſſe in concauis terræ qui motus etiā terram mouet: Salu. Venti p caua terræ citari Lucanus. Quærentem rumpere ventū credidit. Alij aquam dicunt genitalē ſub terris moueri & eas ſimul cōcutere: vt vaſa aquæ: vt dicit Lucretius. Alij σφογγοειδῆ terram volunt. cuius plerūq; latētes ruinæ ſuperpoſita vniuerſa concutiunt. Qua vi maria alta tume. Obijcibus ruptis. Alij ſic accipiūt ꝙ ruptis obijcibus. i. calpe & Athlante montibus Hiſpaniæ & mauritaniæ Oceanus eruperit. Et iſta fecerit maria qđ nō ꝓcedit. Si. n. hoc eſſet nō diceret tumeſcāt: ſed tumuerunt cū eruperūt. Oceani maria. Vñ æſtuaria oceani accipimus ꝗ p hiſpanias & gallias infinitū erūpit cōtempta lege riparū ad quas rurſus recurrit. Cuius rei opiniones Luca. in primo cōmemorat dicēs. Ventꝰ ab extremo pelagus ſic axe volutet deſtituatq; ferēs: an ſydere mota ſcđo Tethyos vnda vagæ lunaribus æſtuat oris: Flāmiger an titan vt alentes hauriat vndas. Erigat oceanū fluctuſq; ad ſydera tollat. Quid obquā cām Oceano ꝓperēt ſe tingere ſoles Hiberni: circulorum hoc efficit ratio vt etiam in æneī. diximus. Tardis autē noctibus. i. æſtiuis noctibus tarde venientibus. Sin has ne poſſim. i. partes phyſicæ philoſophię ex qua ſunt illa quæ dixit. Frigidus obſtiterit. ſcđm phyſicos dicit ꝗ dicūt ſtultos hoīes frigidioris eſſe ſanguinis: prudētes vero calidi. Vnde & ſenes in quibus friget: & pueri quibus necdum calet minus ſapiūt. Inglorius: comparatione. ſ. philoſophiæ ſic in æneide: & mutas agitare inglorius artes. nō ꝙ nulla gloria medicina eſſet: ſed ꝙ minor ꝗ̄ diuinitatis & augurandi que ei obtulerat Apollo munera: vt Augurium cytharāq; dabat celereſq; ſagittas. Sperchius: fluuius Theſſaliæ. Taygeta: mons laconum Libero & Bacchis conſecratus: Hæmi: montis Theſſaliæ in quo etiam ſunt tempe.


¶ Defectus ſolis varios: lunæq; labores: deficit Sol quū eius orbē ſubit luna & obſtat radijs. Lunæ autē defectio fit: quia nō ſuo lumine lucet: ſed eo qđ a ſole accepit: quū in vmbrā terræ venit. Aeſtus aūt maris ad Lunæ motū: & rōnē fiūt: ſed lunæ ſunt. v. motꝰ: diurnus: menſtruꝰ: annotinꝰ: altitudinis. hi extremi ad mare ptinēt. Terræ aūt tremoris tres cauſæ ſunt. Nā aut vētis iclуſis exitū q̄rētibus fundamēta quaſſantur: vt ijs labefactis ſupiora cōtinuant: aut igni: quē ineſſe terræ ætna docet exuſta cū cadunt: quū eis ſonꝰ ipſorꝫ ſubſidit. Aut aq̄s id qđ ſuſtinēt: delabi in liquorē patiunt: ſed cōſūptis terris latius cōſtituūt. Quid tm̄ oceano ꝓperēt ſe tingere ſoles Hiberni vel ꝗ tardis mora noctibus obſtet breue diē facit quū octaua parte. maior eſt ea pars circuli: qua ſubiecta terris eſt brumalis & ſuperior eadē minor æquinoctialis circuitꝰ. Sin has ne poſſim naturæ accedere partes Frigidus obſtiterit circū ꝑcordia ſanguis: ſignificat ſanguine circū ꝑcordia ducto aīm Empedoclis ſententia. Sperchius. theſſaliæ flumē. Taygeta laconices: vbi venanī virgines. Lacenæ: lacon em. lacæna facit. Lacedæmonius. Laconice regio eſt. Lacedæmon oppidum ſpartæ dicitur: vnde ſpartanæ ſunt eædem virgines. PRO. Lacedæmon.

¶ Me vero primū dulces ante omnia muſæ. Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore. Sin has ne poſſim naturæ accedere partes &c. ꝓponit ruſticæ vitæ philoſophicam. Hinc illam optat ad quā ſi accedere non poſſit. ruſticam degere vitam exoptat. Eſt autē ordo. Vero ſed primum ante omnia me dulces muſę accipiant &c. Cœliq; vias motus rationes curſus. Vltimi cœli motus eſt: vt dicunt aſtrologi ſuper duas axis extremitates polum. ſ. arcticum & antarcticū. ab oriēte p occidentē in orientē iterū rediens: quē motum æquinoctialis circulus per mediū diuidit & ēt alter inferiorum ſphærarum motꝰ p obliquum huic oppoſitus ſup axes ſuos diſtantes a primis. xxiij. gradibus &. xxxiij. minutis: ſed primus oēs alias ſphæras ſecū impetu ſuo rapit intra diē & noctē circa terram ſemel illis tm̄ cōtranitētibus: hūc aūt ſcđm motū diuidit p mediū zodiacus ſub quo q̄libet ſeptē planetarꝫ ſphærā habet ꝓpriā in qua ꝓprio motu differt cōtra cœli vltimi motū. Defectus ſolis varios. Quū in plenilunio luna fuerit in capite vel cauda draconis ſub puncto directe oppoſito ſoli in firmamēto tunc terra interponet ſoli & lunæ: vñ quū luna lumen non hēat niſi a ſole deficit a lumine. Eſtq; generalis eclipſis in oī terra ſi fuerit in capite vel cauda draconis directe: particularis vero eclipſis ſi fuerit ꝓpe vel infra metas determinatas eclipſi ſempq; in plenilunio vel circa cōtingit eclipſis: Quū aūt fuerit luna in capite vel cauda draconis vel prope metas ſupradictas & in coniunctione cum ſole: tunc lunæ corpus interponet inter aſpectum noſtrū & corpus ſolare: vnde obūbrabit nobis claritatē ſolis: & ita ſol patietur eclipſim nō q̄a deficiat lumine: ſed deficit nobis ꝓpter interpoſitionē lunæ inter aſpectū noſtrum & ſolē: Eclipſo aūt deficio ſignificat: inde eclipſis. i. defectio. Defectus ſolis va. Vario enim mō ſol eclipſatur qđ cōtingit ꝓpter diuerſitatē reſpectus in diuerſis climatibus. Lunæq; la. i. defectus. Iuue. ſaty. vi. de mulieribus. Vna laboranti poterit ſuccurrere lunę. Vnde tre. ter. Babyloniorū placita motus terræ hiatuſq; & cætera oia vi ſyderum exiſtimant fieri vētos in cauſa eſſe nō dubiū reor inquit Ply. li. ij. ca. lxxi. Neq; enim vnq̄ intremiſcūt terræ niſi ſopito mari cœloq; adeo tranq̄llo vt volatus auiū nō pendeant ſubtracto oī ſpiritu qui vehit nec vnq̄ niſi poſt ventos conditos. ſ. in venas & cauernas eius occulto afflatu: neq; aliud eſt in terra tremor ꝗ in nube tonitruum nec hiatus aliud ꝗ cū fulmē erumpit incluſo ſpiritu luctante: & ad libertatē exire nitente. Qua vi ma. al. t. Oceanus Soli. teſte quē græci ſic nominant a celeritate ab occaſu ſolis irrūpens leuo latere Eur ꝓpā radit Aphricam a dextro ſciſſiſq; Calpe & Abyla montibus quos dicūt colūnas Herculis inter Mauros funditur & Hiſpaniam Et Ply. lib. ij. inq̄t. Sed æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum eſt pluribus q̄bus modis accidit. Verū cauſa in ſole lunaq;. Id aūt Macro. ēt li. i. de ſom. ſentit. ait enim Oceanꝰ quoq; in incremento ſuo hunc numerū tenet. nam primo naſcentis lunæ die fit copioſior ſolito minuit pauliſp ij. minoreq; videt eū. ij. ꝗ. ij. & ita decreſcendo ad diē. vij. peruenit. Rurſus. vij. dies manet. vij. par. &. ix. fit ſimilis. vi. x. v. &. xi. fit. iiij. par. iij. quoq;. xij. &. xiij. fit ſimilis. ij. xi. ij. i. Soli. item ait. dubitatur ēt nūc quibus ex cauſis intumeſcat Ocea. nec in obſcuro eſt plura pro ingenijs diſſerētiū potius ꝗ̄ pro veritatis fide expſſa. Quid tm̄ ocea. Dierū & noctiū inęq̄litatis cauſa obliq̄tas eſt Signiferi: teſte Ply. li. ij. cū pars æqua mundi ſubterq; terras oībus fiat momētis: ſed ꝗ recta in exortu ſuo cōſurgunt ſigna longiore tractu tenent lucem quæ vero obliqua ocyori tranſeunt ſpacio. Alij ſic in oībꝰ circulis ꝗ ſunt ab ęq̄noctiali

MAN. Solis Eclipſis. Terręmotus cauſa. Oceanus. Dierū ac noctiū inæqualitas.

vſq; ad

vſq; ad tropicon cancri & in ipſo tropico cancri maior eſt arcus diei q̃ noctis.i.arcus ſuper horizontẽ q̃
ſub horizonte.Vñ toto tpe quo ſol mouetur a principio arietis per cancrum vſq; ad finem virginis cre-
ſcunt dies ſupra noctes & tanto plus q̃to magis accedit ſol ad cancrũ & tanto minꝰ quãto magis recedit.
Econuerſo autem de diebus & noctibus dum ſol eſt in ſignis auſtralibus.in oĩbus aliis circulis quos ſol
deſcribit inter æquinoctialem & tropicum capricorni maior eſt circulus ſub horizonte & minor ſupra.
vnde arcus diei eſt minor q̃ arcus noctis:& ſcd'm ꝓportionẽ arcuũ decreſcunt dies ſupra noctes & quãto
circuli ſunt propinquiores tropico hyemali tanto magis decreſcunt dies. Tardis no.tarde venientibus
intelligit enim per id dies æſtiuos qui longi ſunt.Naturæ partes.i.naturalẽ philoſophiã.Sunt enim phi- Partes
loſophiæ tres partes:Moralis:& Naturalis:Rationalis:Moralis eſt quę docet morũ elimatam pfectionẽ. Philoſo-
Naturalis quæ de diuinis corporibus diſputat.Rationalis vero quum de icorporeis ſermo eſt quẽ mens phiæ.
ſola cõplectitur.Macro.ait.li.ij.de ſom.Cũ itaq; Maro cœli vias & ſydera ſolis & lunę defectus terrarum
tremorem & Oceani æſtuaria dierum & noctium longitudinem & breuitatem complectitur phyſicę ſe-
creta cõmemorat:eſt autem philoſophia vt ſcri.Alcinous affectio ſapientiæ quæ ſoluit ac reducit ad ĩtel Sapiẽtia.
ligibilia:conuertitq; nos ad ea q̃ ſunt ſcd'm varietatem.Sapiẽtia aũt eſt ſcientia hũanarũ diuinarũq; reꝝ
cognitio.Frigidus ſan.Empedoclis ſententia loquit̃ is.n.vt ſcri.Cice.li.i.Tuſcu.Animum eſſe cenſebat
cordi diffuſum ſanguinẽ.Calidus autem ſanguis maiorem virtutẽ habet q̃ frigidus.vnde & oẽs dextræ
partes validiores ſunt & debiliores ſiniſtræ:quia has regit calor iecoris qui eſt cõcretus ſanguis hinc ca-
loris domicilium eſt.Ille vero contagione frigidi lienis hebetantur:lege Mac.li.vij.& Ply.li.xi.ca.xlvi.
ſcri.ꝙ cordi ineſt precipuꝰ calor ꝙq; ibi mens habitat.Tul.ẽt in li.de na.deo.ait.ꝙ oẽ quod eſt calidum
& igneum cietur & alitur motu ſuo: Quod autẽ alitur & creſcit motu quodã vertitur certo & ęquabili:
q q̃diu remanet in nobis tãdiu ſenſus & vita remanẽt;refrigerato aũt & extincto calore occidimus ipſi
Præcor- & extinguimur.Præcordia exta hoĩ ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis:quæ præcordia Spchius.
dia. appellant:ꝙ cordi pretenduntur Ply.lib.xi.O vbi campi.optandi aduerbium.Sperchius:Theſſaliæ flu- Tayget⁹
uius:vt ſcribit Stra.li.ix.Solinus autem ca.x.ſcri.in ſperchio ꝓmontorio Orpheum ſiue ſacroꝝ ſiue can
tuum ſecreta agitaſſe.Taygeta.Taygetus vt Stra.docet li.viij.mons eſt Laconicæ q̃ in Achaia eſt:Eſt au
tem mons ſuper mare non granæis admodum cæterũ excelſus & erectus:Cui ſubijcitur ſparta & amyclæ Lacæna
in regione mediterranea.vbi Apollinis templum.Liberi quoq; patris delubrum:Non ab re igitur Lacæ
nis virginibus bacchata:Maro ait.Lacænis ideſt Laconicis.Nam teſte etiam Probo:Laconica lacęnas fa
cit:eſt autem lacon.g.m.lacæna vero.g.f.Hæmi:Thraciæ mons eſt cuius excelſitas ſex milia paſſuum cõ
tinet:vaſto iugo procumbens in pontum:vt Plyniꝰ libro.iiij.capi.xij.ſcrib.De eodem libro.i. Faſto.ait
Oui.Et quicunq; tuas accolit hæme niues.Eſt fertilis Thracia inquit Plynius libro.xvij.ca.iiij. frugum
rigore.& æſtibus Aphrica & Aegyptus.Siſtat;repræſentet.Cicero ad Atticum:Vt te ante Kal.Ianuarias
vbicunq; erimus ſiſtas.



Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Atq; metus omnis & inexorabile fatum
Subiecit pedibus:ſtrepitūq; acherontis auari.
Fortunatus & ille: deos qui nouit agreſtes.
Panaq; Siluanūq; ſenem: nymphaſq; ſorores:
Illum non populi faſces non purpura regum
Flexit: & infidos agitans diſcordia fratres.
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro.
Non res Romanæ perituraq; regna:nec ille
Aut doluit miſerans inopē: aut iuidit habēti.
Quos rami fructus:quos ipſa volentia rura
Sponte tulere ſua carpſit. nec ferrea iura
Inſanūq; forum:aut populi tabularia vidit.

ASCEn. ❡Felix q &c. Sicut primū muſis vacare optauit deide agricultuie ita docet primā felicitatē q̄ cq̄dē i tertis cōtigere pōt:i muſis ac philoſophia cōſiſtere:ꝓxīa ī re ruſtica. Ordo. Ordo ē. Felix ſup.ē:q potuit cognoſcere cās rerū:qs ꝑ muſas & philoſophiā dep̄hēdim⁹:atq; q.ſ.ſubiecit pedib⁹ oīs met⁹:&.i.ēt fatū iexorabile. i. neceſſitatē moriēdi:is ꝓfecto felix ē q ꝟe cū apl'o dicere pōt. Cupio diſſolui & eſſe cū xp̄o & q ſubiecit pedib⁹ ſtrepitū acherōtis. i. fluuij aut pricipis iſernalis:auari:qa oīm auidi. Nā ſeri⁹ aut citi⁹ ſedē ꝓperam⁹ ī vnā hoc eſt oēs deſcēdim⁹ ī mortē:ſi nō oēs i ifernū oēſq; ī acherōta:q ſine letitia dr̄ fluuius:dū mortis guſtam⁹ amara:ſed felix cui⁹ tā mūda & purgata ē ꝑ philoſophiā ſcd'm illos & ſcd'm nos ꝑ grām vita:vt nec iferorū cōcutiat metu. Fortunat⁹ ſup.ē.i.beat⁹ (Nā fortūare ī bonā ꝑtē accipit̄)&.i.ēt ille q nouit.ſ.ꝑ expiētiā: deos agreſtes.i.agreſtiū deorū mūera:hoc ē q itelligit & cognoſcit q̄tū boni hēat agricolarū pcimonia atq; cōtinētia: nō.n.oīa q̄ bona ſūt cōtinuo ab oīb⁹ itelligūt̄ q ea videt. vn̄ de pauptate Luca. Et munera nondū. Intellecta deū. Qui iquā nouit:pana deū paſtorū.& ſyluanū ſenē:deū.ſ.ſyluarū/& nymphas.ſ.mōtiū fontiū:fluminū:aut ſyluarū:ſorores.ſ.inter ſe. Iō aūt fortunat⁹ eſt qa faſces ppl'i.i.qs ꝑ pplm ī ppl'm ferūt magiſtrat⁹ : aut honores populares:nō ſup.flexerūt illū.ſ.q deos agreſtes nouit:& purpura regū.ſ.idumētū:nō flexit.i.ſollicitauit aut attraxit & iclinauit ad ſe illum.i. animū illi⁹:& diſcordia.ſ.ex auaricia aut ābitiōe nata agitās.i. vexās fratres īfidos.i.iniq̄ ſua diſtribuētes:vt q nec ꝑtē poſuere ſuis : q̄ plurima turba eſt. aut dacus ppl's a germanis danubio diuiſus deſcēdēs ab iſtro coniurato i.ab accolis iſtri vt dacis getis germāis in romanos cōſpirātib⁹ & cōiuratis.i.timor illorū: nō flexit ſup. Et res romane & regna pitura.ſ. inqt.Ser. Barbarorū q̄ſi romana peritura non ſint.cū dictur⁹ ſit Iupiter in primo enei.de romanis. His ergo nec metas rerū nec tpa pono. Imperiū ſine fine dedi. ſed diu⁹ Auguſtin⁹ vt ad dictū locū primi enei.dicem⁹. Hūc locum atq; illū de ꝟbis dn̄i Ser.xxix. arguti⁹ capit: dicēs ex pſona poete dictū eſſe regna pitura: & ex pſona Iouis:quaſi fallacis numinis. Imperiū ſine fine dedi. Nō abſurdū tn̄ eēt ꝑ ſententia poete dicere:& quē res romane.i.adminiſtratiōes rerū quas romani poſſident : & regna.ſ.barbarorū pitura.i.a romanis ſubigenda & ad romanū iperiū trāſferēda.ſup.nō flexerūt. Alij enim laborāt res partas poſſidere: alij vt poſſideāt parere. Nec ille.ſ. agricola q nouit deos agreſtes aut doluit miſerās inopē i.miſeratus qdē eſt inopē:ſed nō cū dolore.i. animi cruciatu:ita vt pauptatē tanq̄ rē malā miſere metuat.cū ſit paucis cōtentus . aut iuidit habēti.hoc eſt mediū in affectionibus tenuit:ita vt neq; turpiter crucieſ viſis miſerijs neq; inuidet viſis aliorū diuitijs.ſed ſup.carpſit fruct⁹ quos rami tulere ſua ſponte: quos ipſa rura tulere volētia.i.non coacta: & quia illis cōtentus erat nō doluit miſeratus inopē: quia pauptatē non putauit eſſe malū:& eſt altera expoſitio Seruij: nec vidit rura ferrea.i. dura & inflexibilia:nec forū.ſ.iudiciale : inſanū.i.litigioſum:aut tabularia.i.loca vbi tabule.i.inſtrumēta hoc eſt littere publice ponunt̄: vnde dicit populi.i.que ſunt de rebus populi:hoc eſt de rebus publicis.

❡Fœlix q potuit:repetitio eſt ſuperioris coloris. Nam hoc dicit & ruſtici fœlices ſunt:& q tribuūt operā philoſophiæ. SER. Inexorabile fatum:alibi fortuna omnipotēs & ineluctabile fatū. Subiecit:calcauit. Fatum.i.fato veniētia. Acherontis auari:oēm mūdū ī mortē trahētis. Deos qui nouit agreſtes:qui abſtinet a ciuicis malis:& aut rura habitat aut cum ſuis numinib⁹ rura deſcripſit. Nymphaſq; ſorores:nō panis ſorores : aut ſyluani:ſed inter ſe ſorores:vt æteneos fratres iter ſe.ſ. Nō populi faſces.i.honores:q a ppl'o p̄ſtant̄:ꝓprie aūt locut⁹ eſt:vt faſces populi regū purpurā diceret. Infidos agitans diſco. Diſcordiā poſuit ꝓ auaricia.ab eo quod precedit id qd' ſequit̄. Infidos aūt fratres ideo ait:ꝙ auaricie cauſa diſſentiunt. Aut cōiurato deſcēdēs dac⁹ ab iſtro:nō.n.ſollicitat cōiuratio barbarorū. Iſter aūt fluui⁹ eſt ſcythiæ. Nō res romanæ pituraq; regna:Regna.ſ.barbarorū. Nā duo dicit ruſticū nec romanū imperiū mouet.i.ad ambitū cogit nec barbarorū regna pitura. Non.n. Romano maledixit iperio:licet hoc alij dictū velint ex gn̄ali ſn̄ia venire : ꝙ oīs iperij magnitudo piculis ſubiacet. Vn̄ ēt Iuuena . ait Ad generū Cereris ſine cęde & ſanguine pauci:Deſcēdūt reges & ſicca morte tyrāni. Neq; ille aut doluit miſerās inopē:aut inuidit habēti:Ci.ī tuſculanarū li.v.hoc tractat dicēs:In quē cadit vna mentis pturbatio poſſe in eū oēs cadere ſicut pōt oī virtute pollere:cui virt⁹ vna cōtigerit.vn̄ nūc Vergi.noluit dare ruſtico miſericordiā : ne ei daret ēt cæteras animi paſſiones.quas nouim⁹ & a bonis & a malis venire reb⁹.a Bonis opinatis duas. Vnā p̄ntis tpis vt gaudiū. Vnā futuri vt ſpem.a Malis ſimil'r duas. Vnā p̄ntis vt dolorē. Et vnā futuri vt metū:quas paſſiones eſſe animi nō dubiū eſt. Nā & ipſe ait in ſexto. Hinc metuūt cupiūtq; dolēt gaudētq;. Sallu.ēt in catilinæ bello ait. Oēs hoīes q de rebus dubijs cōſultāt ab odio amicitia ira atq; miſericordia vacuos eē decet. Nā aīus haud facile verū prouidet:vbi illa officiūt. ergo aut ſcd'm tractatū Ci. hoc dicit:aut qd' abſoluti⁹ eſt intelligam⁹:Ideo ruſticū pauptatē nō dolere ꝙ eā malū eſſe non credit:ſed mun⁹ deorū. Luca. de pauptate. Et munera nōdū itellecta deū. Eſt & aliud qd' poſſumus accipe. Iō ruſticū nec bonis:nec malis alienis moueri:qa ei⁹ nō intereſt:qppe qui ab vrbib⁹ eſt remot⁹. Nec ferrea iu. Dura īexorabilia : imutabilia. Inſanūq; forū:litigioſum. Populi tabula:vbi act⁹ publici cōtinent̄.ſignificat aūt tēplū Saturni : ī quo ærariū fuerat:& vbi reponebant̄ acta:q̄ ſuſceptis liberis faciebant parentes Iuuenalis. Tollis enim & titulis actorum ſpargere gaudes. Argumenta viri.

❡Rerum cognoſcere cauſas. Cōmentator li.i. Phyſicorū ait. MAN. Scientiarū quædam eſt perfecta:& illa eſt que fit per cauſam:q̄dā impfecta:& illa ē q̄ eſt ſine cauſa Atq; met⁹ oīs:Cice.lib.iij. officiorum ſcri. Magnitudinis animi & fortitudinis

fortitudinis proprium eſſe:nil extimeſcere omnia:hūana deſpicere nihil qd'homini accidere poſſit intolerandum putare:& paulo inferius inquit:fortitudinē eſſe dolorū laborūq; contēptionē. Inexorabile fatū. id eſt ex fato venientia. De fato aūt latius æglo.iiij.video. Item Maro lib.vi.inquit: Deſine fata deum flecti ſperare precando. Acherontis auari ſtrepitū:hoc eſt ipſam mortem: Qua mediante anime immortalitas acquiritur: vt Cice.ait.ſtrepitū aūt dixit propter animarum omnium illuc tendentium tumultum. Vnde poeta lib.vi. de hac eadem re ait. Aeneas miratus enim motuſq; tumultu: Dic ait o virgo: quid vult cōcurſus ad amnē. Quid ve petunt animeꝰ vel ſtrepitum dixit. Quoniā ibidem de Acheronte inferno fluuio inquit. Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta Tranſportare prius ꝙ ſedibus oſſa quierint. Acherontis: eſt acheron fluuius in Calabria in pen inſula quadam iuxta Conſentiam.a quo oppidani Acherontini. vt Plyn.li.iij.ſcri. Poetæ vero dicunt eſſe fluuiū in inferno cœno turbidum & eſtuantē. Sra.aūt li.viij.docet: Quā acheron amnis fluens per pylum vibē achaie alpheū intrat acherontiq; propter īferni proprietatē inditū eſt vocabulū: quoniā ea in ora Cereris & Proſerpine ac Plutonis templa magno in honore ſunt. Auari:nā inquit Ouid: Serius aut citius ſedem properamus ad vnam: omnis em̄ acheron cymba recipit in altera ripam: nec ſatiatur vnq; nā oēs auet Deos agreſtes: de is lib.i. Georgi. late iam dictum eſt: quorū etiam hic aliquos poeta nominat. Nouit: ille deos nouit agreſtes: qui optimus eſt. hic fortunati haberi poſſunt. Sorores.inter ſeipſas ſcilicet Populi faſces. duodecim erant lictores.id eſt miniſtri qui cum faſcibus virgarum ſecurim cuiq; conſulū preferebant. Vtq; conſulum inſignia erant duodecim faſces ita pretorū ac preſidū ſex tantū. Lictor aūt a ligando dictus ꝙ quum magiſtratus populi Roma pi virgis quēpiam verberari iuſſiſſent: crura eius & manus ligari vincirique a viatore ſolita ſunt Iſq; qui ex collegio viatorū officiū ligādi haberet lictor ſit appellatus: ita Valgius dixit de litore. vt refert Gel.lib.xvij.c.iij. Tyro autē Ciceronis libertus lictorē. vel a licio dictū ſcripſit. Licio em̄ tranſuerſo: qui magiſtratibus preminiſtrabant cincti erant: vt inquit autor idem Gellius. Populi ait. quoniā in quem populi ſuffragia: conſularibus habitis comitijs auſpicijſq; rite peractis. concurrebant: is erat conſul deſignatus Purpura regum: Trabeam intelligit: erat enim toga ex purpura & albo. Verg.lib.vij.de Pico rege: Paruaq; ſedebat ſuc cinctus trabea. Flexit: mouit ſollicitauit. Infidos alter enim alteri ſublegit. Diſcordia auariciam itelligit. Coniurato: actiue dixit. non paſſiue: vt ille docet. Coniurato autem: quoniam eius populi omnes quodāmodo in Romanos coniurauerant: vt Daci: Sarmate: Germani. concitare aūt & conſpicere fere in malum accipiuntur quoties in patriam aut in principem coniuratio fit atq; conſpiratio. Coniuratio ſemper in alterius perniciem graſſari ſolet. Dacus diuiduntur Daci a Germanis Danubio: vt ſcribit Tacitus. Lucius Florus inquit ꝙ Daci montibus inherent quotieſq; concretus gelu Danubius iunxerat ripas: diſcurrere ſolebant: & vicina populari. Viſum eſt Ceſari Auguſto gentē aditu difficillimā ſubmouere. Miſſo igitur Lentulo vltra vlteriorem repulit ripam: circa preſidia conſtituit: ſic tunc Dacia non victa: ſummota atq; dilata eſt Sarmatas quoq; per eundem Lentulū Danubio prohibuit: quibus tanta barbaries eſt: vt pacem non intelligant. Germania quoq; magis turpiter amiſſa ꝙ glorioſe acquiſita. Hec ex floro. Tranquillus vero ſcribit Auguſtū Germanos vltra albim ſummouiſſe: ex quibus ſueuos & Sycambros dedentes ſe traduxit in Galliam. Iſtro: Iſter vt Stra.ait lib. ix. oritur ab extremis Germaniæ partibus ſuperiores autē fluminis partes in fontes verſus vſq; ad precipites eius decurſus: quos cataractas nominant. Danubium vocant: quem maxime per Dacorum agrum delabuntur. Alias vero inferiores vſq; in pontum per Getas: Iſtrū vocitant. Ceterum idem Dacorū & Getarum ſermo eſt Ferrea iura: dura firma immobilia. Inſanum. clamoſum. Forū: locus dicitur in quo iudicia ferri ſolēt: vt ſcri. Feſtus. Tabularia: loca vbi tabule.i.ſcripta publica & litere ponuntur. greci grammatophilacia appellant.

Acheron. Acherontini. Purpura. coniurare. cōſpirare. Iſter. Danubi⁹. Forum. tabularia.

Sollicitant alij remis freta cæca: ruuntq;
In ferrum: penetrant aulas & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem: miſeroſq; penates
Vt gemma bibat & ſarrano dormiat oſtro.
Condit opes alius: defoſſoq; incubat auro.
Hic ſtupet attonitus roſtris: hūc plauſus hyātē
Per cuneos geminatus enim plebiſq; patrumq;
Corripuit. gaudent perfuſi ſanguine fratrum.
Exilioq; domos & dulcia limina mutant.
Atq; alio patriam quærunt ſub ſole iacentem.

SER. Cæca freta: ſubito in tempeſtatem ſurgentia. Penetrant aulas.i. profitentur ſatellitium. Limina autem dicit interiorem familiaritatē. Sic Turnus. Sti. pem admiſceri phrygiam ſe limine pelli. Hic petit excidijs: vrbē incertum alienam an ſuam. Vt gemma bibit.i. gemmeo poculo non gēmato. Sarrano oſtro.i.tyria purpura: que em̄ nūc tyros dicitur: olim ſarra vocabatur a piſce quodam. qui illic abundat quē lingua ſua ſar appellant. Iuuenalis: Aut picte ſarrana ferentem ex hūeris aulea togæ. Plauſus hyantem per cuneos geminatus em̄ plebiſq; patrūq; Corripuit. Ordo eſt: corripuit enim hunc geminatus per cuneos plauſus & plebis & patrum. Exilio: voluntario ſcilicet proper auariciā. Sub alio ſole: ſub alio climate.

PRO. Sarra. Vt gēma bibat &.ſ.d o. Tyriā purpurā vult itelligi Sarranū oſtrū. Tyrū aūt Sarrā appellatā. Home. docet quē et Ennius ſequit autorem: quū dicit penos Sarra oriundos.

¶ Idē delectus:vt.ſ.corpa pipue matrū legat:itē vt quotānis ſoboles armēto eligat̄:In ſpem gentis in fœturā:vt ſint admiſſarij.Et mo.cru.re.glomerat apte reducit alterno crurū explicatu.Mollia crura:faciles tibias:nō em̄ inepte dure ve ambulat vti plæriſq; euenit. Primus & ire viā. Var.lib. ij.c.vij.inqt.Equi boni futuri ſigna ſunt ſi cum gregalib⁹ ī pabulo cōtendit in currēdo aliave q̄ requo potior ſit quū flumen traijciendū eſt gregi in primis ꝓgredit̄ ac non reſpectet alios. Argutūq; caput.i.breue & exiguū.Varro lib. ij.cap.vij.ait.Equas debere eſſe clunibus ac ventribus latis Equos ad admiſſurā quos velis habere legere oportet amplo corpe:formoſos nulla parte corpis inter ſe nō congruēti:caput habeāt nō magnum:nec mēbra confuſa:ſint oculis nigris:naribus non anguſtis:auribus applicatis: nō anguſta iuba crebra fuſca ſubcriſpa:ſub tenuibus ſetis implicita in dexteriorē partē ceruicis:pectus ſit latū:& plenum: humeri lati.venter modicus:lumbi deorſum verſus preſſi. ſcapulæ latæ ſpina maxime duplex: ſi minus non extans: cauda ampla ſubcriſpa: crura recta ęqualia introuerſa genua rotunda nec magna vngulę durę:toto corpe ve habeāt venas que aiaduerti poſſunt.Hęc ex Var.Col.etiā li.vij. ſic ait:cū vero natus eſt pullus cōfeſtim licet indolē exiſtimare:ſi hilaris ſi intrepidus:ſi neq; conſpectu nouęq; rei audiru terreт̄:ſi ante gregem pcurrit:ſi laſciuia & alacritate interdum & curſu certaminis ęqualis exupat: ſi foſſam ſine cunctatione tranſilit:pontē flumēq; tranſcēdit:hęc erūt honeſti animi documenta:corporis vero forma conſtabit exiguo capite:nigris oculis:naribus apertis: breuibus ariculis & arrectis:ceruice molli lataq; nec longa: denſa iuba & per dextram partem profuſa:lato & muſculorum toris numeroſo pectore:grandibus armis & rectis: lateribus inflexis:vētre ſubſtricto:teſtibus paribus & exiguis: cauda longa & ſecta criſpaq;:mollibus atq; altis rectiſq; cruribus: tereti genu:paruoq; neq; introrſus ſpectanti:rotundis clunibs:fœminibus toroſis ac numeroſis:duris vngulis & altis & concauis rotundiſq;:quibus coronę mediocres ſuppoſite ſunt ſic vniuerſum corpus cōpoſitum:vt ſit grande:ſublime erectum ab aſpectu quoq; agile & ex longo quantū figura permittit rotundum.Breuis aluus: modica ſubſtricta.Obeſaq; terga grandes lati & pingues humeri: obeſus enim vt Feſtus ait: pinguis dicitur quaſi ob edendum factus.Luxuriat toris:abundat pulpis debet enim eſſe latum & plenum ac toroſum Spadices:phœniceus color ſeu puniceus:& ſpadix:idem teſte Gel.lib.ij.ca.xxvi.ſignificat autem exuberantiam ſplendoremq; ruboris.Glauciq;:cærulei:Glaucus enim color viridis dicitur.quod Probus oſtendit:& Gellius dicto loco. Albis:nō candidis:ſed albis.i.pallidulis:Giluo: giluus color eſt buxeus vt quidam volunt: vulgo giallus appellatus:aliqui vero per gilluum intelligunt flauum qui ex viridi: & ruffo & albo concretus eſt. Seruius Melinum intelligit.Eſt autem melinus color candidus:optimus in melo inſula:in Samo quoq; naſcitur.au thor eſt Plyn.libro.xxxv. cap.vi. Aulus Gellius autem in fine lib.xij. Innuit giluum colorem eſſe medium inter nigrum & album.Scribit enim tria genera eſſe vini Nigrum album medium quod vocant κιρρον giluum. Micat auribus:arrigit ac deprimit aures.Tremit artus:concutit.Collectum ignem:attractam flatus vim & potentiam.Fremens:& fremens & premens in antiquis legitur.Erit autem ordo.Et premens ignem collectum voluit ſub naribus:premēs autem ideſt non emittens ſed retinens interius hinc ſub naribus voluit.Voluit ſub naribus.per quod eius vis apparet:eſt enim magni flatus.Solido duro.

MAN.

Equi boni ſigna.

Glaucus Color. Giluus. Flauus. Color. Melinus color.

ASCEñ. ¶ Talis amyclei. Adducit exempla laudatiſſimorum equorum:quos tamen non ſemper pmanſiſſe docet in eadem preſtantia vt admiſſarij conuenienter fiant: per quod innuit ſummā diligentiam adhibendam in diligendo bono equo admiſſario:cum etiam laudatiſſimi degenerent niſi ſumma cura reficiantur quotānis.

Ordo. ¶ Ordo eſt. Talis ſcilicet erat cyllarus ideſt equus ille nobilis: domitus habenis pollucis fratris.ſ.Caſtoris & filij Iouis ex leda: amyclei ideſt

Talis amyclei domitus Pollucis habenis
Cyllarus: & quorum graij meminere poetæ
Martis equi bijuges: & magni currus Achillis:
Talis & ipſe iubam ceruice effundit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Hunc quoq;

Hunc quoq; vbi aut morbo grauis aut iam ſegnior annis
Deficit:abde domo nec turpi ignoſce ſenectæ.
Frigidus in venerem ſenior: fruſtraq; laborem
Ingratū trahit:& ſi quādo ad prelia ventū eſt:
Vt quondā in ſtipulis magnus ſine virib⁹ ignis
Incaſſum furit.ergo animos æuumq; notabis
Præcipue.hinc alias artes prolemq; parentū:
Et quis cuiq; dolor victo:quæ gloria palmæ.
Nonne vides cū pcipiti certamine campum
Corripuere:ruuntq; effuſi carcere currus:
Quū ſpes arrectæ iuuenū:exultantiaq; haurit
Corda pauor pulſans: illi inſtāt verbere torto.
Et proni dant lora:volat vi feruidus axis.
Iamq; humiles iamq; elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri atq; aſſurgere in auras:
Nec mora nec requies: at fuluæ nimb⁹ harenæ
Tollitur:humeſcūt ſpumis flatuq; ſequentū:
Tantus amor laudū:tantæ eſt victoria curæ.

SER. ¶Talis amyclæi &c.atqui Caſtor domitor equorū fuit
ſed fratrē pro fratre poſuit poetica licentia:vt Quas illi
philomela dapes:pro progne:item reuocato a ſanguine
teucri:pro dardani:aut certe ideo pollucē pro caſtore po
ſuit quia ambo licenter & caſtores & polluces vocantur
nam & ludi & templum eorum & ſtellæ caſtorꝝ vocantur
Martis eq:Δειμοσ& φοβοσ.Et magni curr⁹ Achillis Bali
archus:Xanthus.Coniugis aduentu pernix Saturn⁹:Dū
cum amica Phillyra Saturnus coiret:Ops eius vxor ad
uenit cuius preſentia veritus ſe in equum conuertit:qua
lem potuit numen imitari:exinde natus eſt Chiron dimi
Ops. Opis: dia parte homo dimidia equus:ſane ops cū de vxore Sa
turni dicimus o corripitur vt ops opis:cū vero de nym
pha dicimus opis longa vt Opis ad æthereum pennis au
fertur olympum:Pernix autem ad equum refertur.Nam
Pelion. Saturni ſtella tardiſſima eſt:Pelion:montem Theſſaliæ
in quo Chiron habitauit. Hunc quoq; licet bonū & tot
ſignis ꝓbatū. Vbi aut morbo grauis aut iā ſegnior an
nis deficit.Duo ſunt quibus minuunt̄ corporis vires:ſe
nectus & morbus.Vnde mire vtrumq; cōplexus eſt.Ab
de domo:in domo.Nam ſi aduerbialiter vellet loqui do
mi dieeret:Tale eſt illud in.iiij.Non libyæ nō ante tyro.
Nec turpi ignoſce ſenecte:Cice.in Catone maiore & lau
dat & vituperat ſenectutem:vnde dupliciter hunc locū
intelligamus:aut nec ignoſce turpi ſenectæ aut non tur
pi ſenectæ ignoſce ideſt abde & ignoſce ſenectæ q̄ tur
pis non eſt quia per naturam venit.Si quando ad prelia
ventum eſt.alibi Nocturnaq; bella Animos æuumq; no
tabis:precipue ante omnia ætatē & magnanimitatē req
res poſt cætera parentes & ſtudiū.Et qs cuiq; dolor victo
quę glo.pal.Vult probare moueri equos vel amiſſione
vel acquiſitione victoriæ.Nam eo tendit ſequēs iſte de
curſus:vnde eſt paulo poſt.Tantus amor laudum tantæ
victoria curę.Luca.Quantū clamore iuuatur.Flēs ſoni.
Carcer: Ruunt effuſi car.cur.vſurpatiue pro carceribus qui ab ar
cendo dicti ſunt.Nam carcer eſt cuſtodia noxiorū. Iuue
num aurigarum vel ſpectātiū Haurit:ferit:vt Latus hau
rit apertum Verbere torto.frequenti ſcilicet iteratione.
Volat vi feruidus axis.alibi Frænaq; feruenteſq; rotas.
Nam tam rotæ q̄ axis curſu caleſcunt.


¶Talis

ideſt apud amyclas laconū ciuitatē orti ſed
Seruius vult ftatrem pro fratre poſitum eſſe:
hoc eſt pollucem pro caſtore:& tales ſup.fue
runt illi quorꝝ poete graij.i.greci meminere.
ideſt mentionem fecere.ſ.eq martis bijuges.
i.bini iugū trahentes in curru martis:ſūt aūt
dimos & phobos ſecūdum Seruium appella
ti:& talis.ſ.fuit currus ideſt equus curſarius:
aut potius equi trahētes currū:magni Achil
lis & ipē Saturnus pnix.i.celeriter currēs:ad
uentu coniugis ideſt cum aduetātem ſentiret
coniugē opim.ſ.effudit talis ſcilicet effectus
equus iubam ideſt comā colli ceruice eqna:
ideſt per ceruicem equinā in quā ſuam tranſ
formauerat ne a coniuge agnoſceret̄ rem cū
Phyllira habens.& ipſe Saturnus fugiens ſci
licet a facie coniugis:impleuit Pelion montē
illum Theſſalie altum ideſt exceſſum:hinni
tu acuto ideſt ſonitu equino in ſignum fero
cis animi ꝓlato.Abde ideſt occulta & ſegre
ga ab equabus ne coeat:quoq; ideſt etiā hunc
talem(ſicut enei.ix.hunc ego te euriale aſpi
cio) hoc eſt licet optimū dum iuuenta & va
litudine preſtaret:abde tamen domo ideſt cō
tine domi:vbi ideſt quādo ipſe deficit ideſt
deficitur a viribus:& impotens efficitur:aut
grauis ideſt grauat⁹ morbo:aut ſegnior ideſt
tardior & iacentior annis ideſt ānoſitate:nec
ideſt & non: nō ignoſce ſenecte turpi .i.defor
mi ſecundum iuuenalem cum iuuenta in om
nibus placida ſit aut ignoſce ideſt indulge ſe
necte non turpi ſed debili(ſed prior expoſi
tio mihi gratior eſt :licet enim ſenes nō ſint
turpes in moribus:ſunt tamen aſpectu q̄ tur
pitudo in pecore ſat eſt:nam quid ad pec⁹ q̄
moraliter non turpis ſenectus per naturā nō
per animi vitium eueniat?non ergo ignoſce
ideſt ne idulgeas ſenecte turpi ideſt ne ſis cle
mentior in ſenectam turpem ita vt dicas fuit
admiſſarius iunior validoſq; procreauit q̊cir
ca & ſenior admittet̄:ea enim ſtulta eſt clemē
tia.cum nec equo nec rebus tuis conſulueris
quia ſenior ideſt plus q̄ ſat eſt ſenex:eſt frigi
dus ideſt ſegnis quaſi ſeorſum ab igni vene
reo:in venerem ideſt ad coitū:& trahit ideſt
longo tractu vix peragit:fruſtra laborem in
gratum .i.inutilem vtriſq; & minus acceptū
femelle calenti & ſi ventū eſt)quādo.i.aliqn̄
ad prelia ideſt cōcertamina equorū:ipſe furit
ideſt excandeſcit incaſſum ideſt inuanum qa
non poteſt rebellare aut ſaltē expugnarevt.
ideſt quēadmodum:ignis magnus furit quō
dam ideſt aliquando in ſtipulis ideſt materia
leui:ſine viribus ideſt quia cum ipſum cōbu
ſtibile non ſit capax vehementis caloris nec
habeat vim reſiſtendi cito extinguit̄ & lan
guet ignis:ergo tu notabis ſcilicet in eq̊ ad
miſſario hoc eſt quem admittas ad procrea
tionem:precipue animos ideſt aīoſitatem:&
euum ideſt etate & notabis hic ideſt deinde &
ſecundo loco:alias artes ſcilicet ad quas eos
deſtines & notabis prolem parentū ideſt qua
lem prolem parentes eius progenuerint olim
hoc eſt:& quis cuiq; dolor ſup.ſit victo ideſt
dum victus eſt & q̄ gloria palme ideſt dū vin
cit.hoc eſt qua generoſitate animi ſint:an vi
delicet gaudeant victores & doleant victi qđ
in generoſis equis accidit:qui etiā ſeſſore no
bili gaudent & animos extollunt.vñ ſubdit.
Nonne vides.q.d.videre quidem potes:quū
ſcilicet equi corripuere ideſt ſimul rapuere cā
pum ideſt locū deſignatum intra metas capa

tem & amplum certamine ſcilicet curuli pre
cipiti ideſt in quo precipites currūt & quum
ideſt quādo: currus. i. ipſi quadrige ruūt ideſt
protrahuntur quaſi ruant effuſi. i. fuſim emiſ
ſi: carcere pro carceribus ideſt loco vbi prius
arcebantur & quum ideſt quando ſpes iuue-
num ſcilicet aurigarum aut ſpectantiū: arre-
cte ideſt attente ſunt ad victoriam: & pauor.
ideſt metus ne vincātur quibus fauent aut p̄
ſunt: pulſans ideſt ſollicitans. haurit ideſt iua
dit: corda exultantia ſcilicet de ſpe victorie:
ſunt ergo ſpemq; metūq; inter dubij: exultāt
de victoria ſperata. pauent ob formidatā ia-
cturam illi. ſcilicet iuuenes aurige inſtant ver
bere torto ideſt flagello ex chordis intortis:
& proni ideſt inclinato capite quaſi protra-
hant equos: graphice effingit geſtum & ſitū
aurigarum agitātium equos ſuos: dant ideſt
laxant: lora ideſt habenas: axis feruid⁹ ſcilicet
ex ſubito motu volat ideſt tam preceps fert̃:
vt volare videatur. vi ideſt vehemēti tractu
equorum: & ipſi aurige videntur iam humi-
les & iam elati: ſitu & animo ſitu quidem q̄a
volatus auium & curſus equoꝝ fere in morē
vndarum aſcendendo & deſcendendo fit: aīo
autem quia vt dicit Terenti⁹ in hecyra: Pro-
fecto hoc ſic eſt vt puto omnib⁹ nobis: vt res
dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus: ipſi
ergo iam elati & iam humiles videntur ferri:
ſublime ideſt ſublimiter: per aera vacuum. i.
capacem ac ſi vacuus ſit: atq; aſſurgere ideſt
erigi in auras: nec mora nec reqes eſt ſcilicet
aurigis & equis: at ideſt ſed nimbus ideſt glo
bus in morem nubis: harene flaue ideſt ex ha
rena flaua collectus: tollitur ideſt erigit̃ a pe-
dibus aīoſorum equorum excitatus: nam ge
neroſi equi eſt terram profundius carpere. &
ipſi eq̄ humeſcunt. i. humefiūt & irrigantur
ſpumis ſcilicet proprij ſudoris: & flatu. i. an-
helitu ſequentū ideſt ſequentium equoꝝ: tā
tus amor ideſt tanta auiditas laudum eſt ſup.
equis. & victoria eſt tāte cure: vt ſcilicet ſine
intermiſſione & requie tam precipites currāt
vt volare videantur: vnde facile concluditur
equos animoꝝ ſuorum indicia facere.

❡ Talis. a. d. pollucis. h. Cyllaros. e. q. graij. m. p: Martis. PRO.
e. b. e. m. c. a. amyclæ oppidum eſt laconices. Vnde refert
Homerus in catalogo ducum: qui ad troiam acceſſerunt
Pollux autē & caſtor lacedæmone nati ſunt q̄ exiſtimāt̃
equos accepiſſe a Iunone muneris nomine xantū & cyl-
larum: quos ei Neptūnus donauerat. Martis equi dicunt̃
dimos & phobos Homero auctore: Achilis Xanthus &
Aethon Quidam quattuor putant: & eis adiungunt po
dargum & lampū: Sed eis qui duos credunt hæc eoꝝ epi
theta eſſe pſuaſum eſt. Talis &. i. i. c. ef. e. Coniugis. a. p. ſ.
e. a. Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. Saturn⁹ phil
lyram oceani: & Thetis filiā exiſtimatur adamaſſe. & cū
ea ſe mutaſſet in equā vt eum falleret: ille quoq; in equū
transfigurat⁹: cum ea concubuit: ex quibus natus eſt Chi
ron doctiſſimus centaurus. Pelion eſt theſſalię mōs Ne
ptuniq; ipſa ded. orig. gentis. Neptunus Cereri quū vim
adferre vellet: ea ſe in equam transfigurauit: nihilomin⁹
incepto non deſtitit Neptunus: Eamq; ita compreſſit: ꝙ
genus equorum inde proditur eſſe.

❡ Amyclæi pollucis: Pollux & Caſtor Lacædemone na MAN.
ti qui exiſtimant̃ equos accepiſſe a Iunone muneris noīe
Xanthum & Cyllarū: q̊s ei Neptūnus donauerat Prob⁹
Amyclæi. amyclæ oppidū eſt Laconicæ regionis achaię Amiclæ.
teſte. Ply. li. iiij. fuit autē patria Caſtoris & pollucis Stra.
lib. viij. ait ꝙ Taygeto mōti ſubijcitur Sparta & amyclę
Ply. li. iij. ſcri. amyclas etiam fuiſſe prope Tarracinā a ſer Martis
pentibus delatas Martis equi bijuges: Martis equi tradū equi.
tur dimos & phobos Homero auctore. vt ſcribit Prob⁹
Achillis vero Xanthus & æthon: quidem quattuor pu-
tant: & eis adijciunt podargum & lampū auctor idē Pro-
bus. Saturnus: is cum Iouem filium quereret in Thracia
cum phyllira Oceani filia in equum verſus dicitur con-
cubuiſſe: & ex ea Chironem centaurū natum artis medi- phyllyra
cinæ inuētorem q̄ a Phyllyra Phyllyrides dicit̃ a poetis Chiron.
ſcribunt Aratum de aduentu vxoris nil ſcribere Verg. tñ
oſtendit vxoris opis aduentu in equū verſum eſſe dum
cum illa coiret. Pernix: velox quia equus. Altum pelion
Theſſaliæ montem altiſſimū teſte Ply. lib. ij. in q̊ vt ſcri.
Soli. nuptiale conuiuiū thetidis & Pelei celebratum fuit
Nec turpi ignoſce ſenectæ: ordo eſt: nec ignoſce turpi ſe
nectæ: q̄uis enim ſeniores equi ſint: cum modo tamen la
borem tolerare valent. Eſt aūt ſenſus ꝙ: vbi optim⁹ equ⁹
vel morbo vel ſenecta deficit. remouend⁹ eſt ab admiſſu
ra & in domo retinendus nec parcendum: oſtendit enim
omnino fatigandū cū modo tamē. Turpi ſenecte: Iuue.
etiam ſat. x. ait: Sed q̄ continuis & quantis longa ſenectus plena malis deformē & tetrum añ omnia vultū
diſſimilemq; ſui deformē pro cute pellē Pendenteſq; genas & tales adſpice rugas &c. q̄uis autem ſenecta
ſit a natura oīno quin turpis ſit negari nō poteſt ergo nec ignoſce turpi ſenectæ dicendum. Frigidus &c.
hic locus aſſerit quod dixi verum eſſe vt ſcilicet ab admiſſura ſenior: in domo teneatur ibiq; fatiget̃ cū
modo. nec penitus ignoſcatur ei: generat autem mas ad annos. xxxiij. & ad. xl. duraſſe tradūtur adiutum
modo in attollenda priori parte corporis: ſed ad generandum paucis animalium minor fertilitas qua de
cauſa per interualla admiſſuræ dantur: nec tamen quindecim initus eiuſdem anni valet tolerare. Equę gi
gnunt annis omnibus ad. xl. vixiſſe equum. lxx. annos proditur Ply. auctor li. viij. c. xl. Col. vero. li. vij.
ca. xxvi. ſcri. ꝙ putant minorem trimo non idoneum admiſſuræ. poſſe vero vſq; in. xx. annum progene
rare fœminam bimam recte concipere vt poſt. iij. annū enixa fœtum educet: eādēq; poſt. x. non eſſe vtilē
Superiori autem capite dixerat ꝙ nec minus q̄: xv. annos nec rurſus plures q̄. xx. vnū debet implere. Fru
ſtraq; laborem ingratum trahit. Ordo eſt. & fruſtra trahit ideſt producit ingratum laborē. i. ingratū coitū
nam calidiſſimus quiſq; citius venerem perficit: & ei gratior illa fit: ſenes vero tardiores ſunt quia friget̃
Quondam quandoq;. Animos: vt ſit hilaris equus & intrepidus &c. vt ſupra oſtendit Colu. Aeuum:
Colu. li. vi. ca. xxvij. ſcri. ꝙ annorum notæ cū corpore mutantur: nam dum bimus & ſex menſium eſt me
dij dentes ſuperiores & inferiores cadunt cum quartum agit ijs qui canini appellātur deiectis alios affert
cum ſextum deinde annū molares ſuperiores cadunt. Sexto anno quos primos mutauit exæquat. ſepti-
mo omnes explent̃ æqualiter: & ex eo cauatos gerit: nec poſtea quot annorum ſit manifeſto comprehē-
di pōt. x. tñ anno tp̄a cauari incipiunt: & ſupercilia nōnunq̄ caneſcere: & dentes ꝓminere: hæc ille. Alias
artes. equorum em̄ alij ſunt ad rem militarem idonei alij ad vecturā: alij ad admiſſurā: alij ad cēſurā: alij
ad predam. Itaq; nō item ſunt ſpectādi atq; habendi. Hinc perit⁹ belli alios eligit atq; alit ac docet: alios
quadrigarius &c. Plura Var. lib. ij. ca. vij. Prolemq; parentum: Varro pro dicto loco ſic ait de Stirpe ma-
gis intereſt qua ſint: ꝙ genera ſunt multa. itaq; ad hoc nobiles ab regionibus dicuntur in Grecia Theſſa-
lici equi a terra apuli ab roſea roſeani. Quæ gloria palmæ. vt curſu certans æquales ſuperare conet̃ &c.
Carcere: repagulis. Currus quadrigæ. Exultantia ſaliētia trementiaq;. haurit: eleuat ferit. Inſtāt imminēt
equis. Verbere: ſcutica. Lora: habenas. Vi. violentia. Nimbus nubes.



Primus Erichthoniꝰ currus & quattuor auſꝰ
Iungere equos:rapidiſqȝ rotis inſiſtere victor:
Frena Peletronij Lapithæ gyroſqȝ dedere:
Impoſiti dorſo:atqȝ equitē docuere ſub armis
Inſultare ſolo:& greſſus glomerare ſuperbos:
Aequus vterqȝ labor:æque iuuenēqȝ magiſtri
Exquirunt:calidūqȝ annis & curſibus acrem:
Quāuis ſæpe fuga verſos ille egerit hoſtes:
Et patriam epyrum referat:fortiſqȝ mycenas:
Neptūniqȝ ipſa deducat origine gentem.
His animaduerſis inſtant ſub tempus:& oīs
Impendunt curas:denſo diſtendere pingui
Quem legere ducem:& pecori dixere maritū:
Florentiſqȝ ſecant hærbas fluuioſqȝ miniſtrāt:
Farraqȝ:ne blando nequeat ſupereſſe labori:
Inualidiqȝ patrum referant ieiunia nati.

SER. ¶Primus erichthoniꝰ.Vulcanus impetrato a Ioue Mi=
neruæ coniugio:illa reluctante effectum libidinis ꝓiecit
in terram inde natus eſt puer draconteis pedibus qui ap
pellatus eſt Erichthonius quaſi de terra & lite procreatꝰ
Nam εριϲ eſt lis &.χθων terra.hic ad tegendā pedum fœ=
ditatem iunctis equis vſus eſt curru quo tegeret ſui cor=
Peletro=nium. poris turpitudinem.Rapidus:velox.Victor ꝓpoſiti ſui
effector.Frena peletronij:peletroniū oppidum eſt Theſſa
liæ vbi primum domandorum equorum vſus inuentus
eſt.Nam cum quidam theſſalus rex bobus Oeſtro exagi
tatis ſatellites ſuos ad eos reuocādos ire iuſſiſſet illiqȝ cur
ſu non ſufficerent:aſcenderūt equos & eorum velocitate
boues ſecuti eos ſtimulis ad tecta reuocauerunt.Sed hi
viſi aut cum irent velociter aut cum eorū equi circa flu=
men Peneon potarent capitibus inclinatis locum fabulę
Centaurꝰ dederunt vt centauri eſſe crederentur cui dicti ſunt cen=
tauri αϖοτον κεντειη τουϲ ταυρουϲ.Alij dicunt cētaurorū
fabulam eſſe confictam ad exprimendam humanæ vitæ
velocitatē quia equū conſtat eſſe velociſſimū.Bene aūt
ait Peletroni qa ſunt & alij lapithæ.equidem docuere.i.
equum

ASCEn. ¶Primus erichthonius &c.Quia generoſi=
tatem animi exquirendam docuit in certa=
mine curuli:docet incidentaliter q prmi fue=
rint equorum domitores rediturus ad inſtitu
tum quod eſt annos & animos admiſſarij di=
ligenter annotandos eſſe:Erichthonius autē
ſecundum diuum Auguſtinum in li:de ciui=
tate dei vt recitat hic Landinꝰ fuit infans in=
uentus in vulcani mineruęqȝ templo ſerpēte
implicatus.quod quia illi regnum portende
re iudicatum eſt:diligenter enutritꝰ & dictoꝝ
hoc ē vulcani & minerue filiꝰ habitꝰ vn̄ fabu Ordo.
le locus.Ordo eſt.Erichthonius vir ille angui
nis pedibus auſus ſup.eſt primus iungere cur
rus & quattuor equos ideſt q̄drigas aut eq̄s
quadriiugos:& ipſe victor ideſt voti cōpos
aut victor aliorum in curuli certamine auſus
eſt primus inſiſtere rotis rapidis ideſt raptim
procurrentibꝰ.Lapithe populi illi Theſſalie:
peletronij ideſt peletronio oppido vicini im
poſiti dorſo ſcilicet equino aut equorum:de
dere ſcilicet equis frena:& gyros ideſt modū
ducendi eos in gyros:atqȝ docuere equitem.
ideſt equum(aut reuera equitem/quia dire=
ctorem vt eques dicatur feciſſe quicquid eiꝰ
imperio equus fecerit)inſultare ideſt inſultū
facere ſolo ideſt terre:ſub armis & glomerare
ideſt in gyrum & glomeris formā facere greſ
ſus ſuperbos ideſt ſuperbi & elati animi indi
ces:vterqȝ labor ſcilicet docendi inſultum &
ingreſſum:vt inſultus ſit etatis iuuenilis:in=
greſſus ſuperbus animi nobilis indicium.qȝ
pro &:magiſtri ſcilicet armentorum procre=
andorum.exquirunt eque .ideſt equaliter.iu
uenem ſcilicet equum calidum annis vnde ī=
ſultet:& aciem curſibus vt ſciat greſſus glo=
merare ſuperbos exquirunt autem ad hoc vt
admiſſarium faciant:q̄uis ideſt q̄tūuis:ille.ſ.
nobilis equus:egerit fuga ideſt fugauerit aut
egerit in fugam(poteſt enim bis conſtrui ab
latiuus fuga)& q̄uis referat epyrum patriam
ideſt iactet ſe ortum in epyro.& q̄uis referat
mycenas:fortis vnde ſcilicet fortis agamen=
non fuit & vbi argolici equi ſunt fortes & ge
neroſi:& q̄uis deducant gentem ideſt genus
ſuum ipſa origine neptuni ideſt de eo quem
primum neptunus produxit percuſſa tridētē

terra:aut de ꝑcreato ex coitu neptuni i equū verſi cum cerere in equā verſa:Aut ſic q̄uis ideſt licet ille &c.tamen magiſtri exquirunt eque iuuenem & curſibus acrem &c.His animaduerſis.Proſequitur eādem rem dicēsvbi in equo admiſſario annotauerunt etatem & mores ipſi magiſtri inuento boni animi bo⸗neq; etatis equo:ſtudent illi vires addere ſe⸗dula accuratione.Ordo autem eſt.his ſcilicet annis & animis:animaduerſis ideſt cōſideratis & annotatis in equo ideſt poſtq̄ annotauerunt equum non eſſe nimis annoſum & ſatis animoſum.ipſi magiſtri ſcilicet armentorū: inſtant ideſt diligenter curant:ſub ideſt ante tempus ſcilicet coitus: & pro ideſt impen⸗dunt curas ideſt curant:diſtendere ideſt farcire & implere / denſo ideſt ſolido & non turgido aut inflato pingui ſup.eum equū:quem legere ideſt elegerunt ducē ideſt armēti hoc eſt principem & patrem:&quem dixere ideſt addixerūt pecori maritum .& ſecant ideſt abſcindūt ei herbas florentis ideſt ſuccoſas ad⸗huc in flore exiſtentes:& miniſtrant fluuios. ideſt aquam fluuialem q̄ pingues fiant & farra ideſt ea frumenta pinguia: ne.i.vt non:vt ſcilicet equus admiſſarius:non nequeat ideſt poſſit:ſupereſſe ideſt ſuperq̄ ſatis eſt eſſe:hoc eſt ſufficere labori blando ideſt venereo qui blande inpenditur& ne nati ideſt pulli.inua⸗lidi referāt ideſt repreſentēt ieiunia ideſt macilētiam:patrum ideſt ꝓgenitorum ſuorum

BERO. Piguedo Hec de patribus .Reprehenditur a Beroaldo Seruius eo ꝙ negat pinguedinem & pingui⸗tudinem dici hisverbis.Si vera eſt Seruij ſententia non latine locutus eſt M.Varro latinorum omnium vt ita dicam latiniſſimus qui in ſecundo de re ruſtica ſic ſcriptum reliquit. Sus pre pinguedine carnis non modo ſurge⸗re non poſſet.Idem in tertio.Motus carum & lux pinguedini inimica.Ply.quoq; nō latine ſi ſeruium ſequitur ſcripſit q̄ haud dubie latinam linguam locupletauit:cuius verba hec ſunt ex li.xi.In corde ſumma pinguitudo eſt

pinguitudo. quedam letis extis:& alibi pleriſq; animaliū eſt pingnitudo ſine ſenſu.Colu.in barbaralexin ideſt dictionem lapſus eſt ſcribēs in.xij. non ſola exprimitur amurca : ſed & aliquid ſecum pinguitudinis attrahit & alibi.Repu⸗lit olei pinguitudo materiam:qualis eſt gū⸗mi.Et palladius pinguedine inquit ſua bra⸗chium quoq; proximum debilitauerit:quid multa? eruditorum libri ſcatent pinguedi⸗ne:cum quibus equidē malim errare q̄ cum ſeruij cōmentarijs recte ſentire.

equum Nam pro equo rectorem poſuit.Greſſus glome⸗rare ſu.vt cum diſciplina incederet.Q uāuis ſæpe fuga. Ordo eſt.Q uāuis ſæpe victor fuerit q̄uis nobili genere procreatus tamen a magiſtris ætas & magnanimitaſq; requirenda q̄ ſi nō fuerint:illa nihil proſunt.Neptūniq; ipſa deducat origine gētem ideſt ſi ſit procreat⁹ ab equo Neptunni : qui editus eſt tridentis percuſſione.His ani⸗maueiſis:Morib⁹ & ætate dep̄hēſis.Inſtāt ſub.tē.Coeū⸗di ſcilicet quo eius cura maior adhibetur.Denſo diſten⸗dere pingui:Non laxo:quod quibuſdam potionib⁹ agaſones per fraudem facere conſueuerunt.Vnde ait Denſo pingui ideſt virib⁹ pleno.Sane pingue generis eſt neutri & ita in omnibus idoneis inuenitur . Nam nec pīguedo nec pinguitudo latinū eſt.Florēteſq; ſecant hærbas:adultas:maturiores:quibus robur acquiritur.Ne blando ne⸗queant ſupereſſe labori periphraſis eſt coitus.Ieiunia infirmitatem ex inedia venientem. Falſa ſeruij ſnia.

MAN. Erichthonius:

Erichthonius:fuit is Vulcani & Terræ filius qui primus dicitur quadrigis vſus quo decentius celaret pedes ſuos anguineos.Probus auctor & Ply.li.vij.inquit ꝙ bigas primum iunxit phrygum natio:quadrigasErichthonius.Euſebius item ſic ait Erichthonius primus quadri⸗gas iunxit in græcia erāt quippe apud alias nationes:id autem fuit Danao regnante Argis.Frena pelethronij:impoſiti dorſo & inſultat ſolo:carmina ſunt Ennij in Ale⸗xandro.vt docet Macro.lib.v.Frenos autē & ſtrata eqꝝ pelethronium inueniſſe ſcribunt pugnare ex equo Theſſalos qui centauri appellati ſunt libantes ſecundum pelium montem:vt ſcri.Ply.li.vij.& Probus ait pelethronium ſubiectum eſſe pelio monti.Pelethronij lapythæ. ideſt ex pelethronio oriundiFræna inuenere:habitāt em̄ Lapythæ plura oppida in ipſa Theſſalia.Equitem ideſt equum portantem hominē:omnes enim antiqui ſcriptores vt hominem equo inſidentē ita & equum quū portaret hominem equitē vocauerūt:& equitare non hominē tantum ſed equum quoq; dixerunt:auctor eſt Macro.li.vi.in fine.Vterq; labor ſcilicet docere equum ſaltus& ī⸗greſſus.poteſt etiam per Epexegeſim legi vt dicatq; ideſt æque magiſtri exquirunt iuuenem equum.Calidūq; animis & curſibus acrem.Q uāuis ſenſus eſt eligendum eſſe equum iuuenem calidumq; animis & curſibus acrem q̄⸗uis ſæpe curſu victor aliorum fuerit q̄uis optimam patriam referat & optimam ſtirpem.Egerit:fugauerit.Epyrum:de epyro latius lib.1.Georg Palmas epyros equaꝝ Fortiſq; mycenas:ad agamēnona reſpexit qui grecorum ductor exercitus Troiam deleuit vnde alibi ait:Agamēnoſiaſq; mycenas Præterea docet.Stra.li.viij.ꝙ argos a primordio magis ac magis extitit potentia primarium ſubinde Mycenę ampliora ſuſceperunt incrementa pro⸗pter cōmigrantes in illas pelopidas:nam cum omnes ad Atrei filios cōſiſterent Agamēnon natu grandior regnū adeptus duce virtute ac pariter fortuna comite regionis paternam poſſeſſionem ampliauit:& myceneo laconicū adiecit imperium.verum Menelaus laconicæ regimē tenuit.At Agamēnon Mycenarum vſq; Corynthū ac Si⸗

Pelethronij.

Eques. Eqtare.

Menela⁹. Neptūni equus.

cyonem & Ionum & agialeorum:ſic enim ea vocabant ætate:cum poſterius achæi dicti ſint regnum ſu⸗ſcepit.Hæc & plura Stra . Neptunni origine:Neptunnus cereri quum vim afferre vellet ea ſe in equam vertit.neptunnus vero eam ita compreſſit: vnde generoſi equi proditi eſſe dicuntur:auctor Probus nos autē latius de Neptunni equis li.i.Geor.ibi.ſ.Tuq; o cui prima fremētē &c.His videlicet ætate & ānis equi.Inſtant:incumbunt. attendunt. Sub tēp⁹:prope tp̄s coeundi ſcilicet cui datur initium.teſte Varro⸗ne libro.ij.cap.vij.ab æquinoctio verno ad ſolſtitium: Admittere autem oportet cum tempus anni ve⸗nerit:bis die:mane & veſpere.Colu.etiam libro.vij.capite.xxv.ſic ait.vulgaribus equis:paſſim marib⁹ ac fœminis paſci permittitur:nec admiſſuræ certa tempora ſeruentur generoſis circa vernum æquinoctium mares iungentur:vt eodem tempore quo conceperint iam lætis & hærbidis campis poſt anni men⸗ſem paruo cum labore fœtum educent:nam menſe.xij. parum edunt . Denſo pingui:ait ibidem Colu. Eoq; tempore quo vocatur a fœminis:equus ſcilicet roborandus eſt largo cibo:appropinquāte vere hordeo eruoq; ſaginandus:vt Veneri ſuperſit quantoq; fortior inierit.firmiora ſemina prebeat futuræ ſtir⸗pi.& Varro libro.ij.capitu.v.de bubus ſic ait propter fœturam:Hoc obſeruare ſoleo ante admiſſuram. menſem vnum ne cibo & potatione ſe impleāt.ꝙ exiſtimatur facilius macram concipere:Contra tauros duobus menſibus ante admiſſuram:hærba & palea ac fœno facio pleniores:& a fœminis ſecerno. Blando labori.ideſt veneri.

Ipſa autem macie tenuant armenta volentes
Atq; vbi concubitus primos iã nota voluptas
Sollicitat frondeſq; negant: & fontibus arcẽt.
Sæpe etiam curſu quatiunt: & ſole fatigãt.
Quũ grauiter tõſis gemit area frugibus: & quũ
Surgentẽ ad zephyrum paleæ iactantur inanes
Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit genitali aruo: & ſulcos oblimet inertes:
Sed rapiat ſitiens venerẽ: interiuſq; recondat.
Rurſus cura patrũ cadere & ſuccedere matrũ
Incipit: exactis grauidæ quũ menſibus errant
Nõ illas grauibus quiſq̃ iuga ducere plauſtris:
Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus: & acri
Carpere prata fuga: fluuioſq; innare rapaces.
Saltibus in vacuis paſcant: & plena ſecundum
Flumina: muſcus vbi: & viridiſſima gramĩe ripa
Speluncæq; tegant: & ſaxea procubet vmbra.
Eſt lucos Silari circa ilicibuſq; virentem
Plurimus Alburnũ volitãs: cui nomen aſilo
Romanum eſt: œſtrum graij vertere vocantes:
Aſper: acerba ſonans. quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concuſſus: ſyluæq; & ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondã mõſtro horribiles exercuit iras
Inachiæ iuno peſtem meditata iuuencæ:
Hunc quoq; (nã medijs feruoribus acrior iſtat)
Arcebis grauido pecori: armentaq; paſces
Sole recens orto: aut noctem ducẽtibus aſtris.

SER. ¶ Nota voluptas. dicendo nota per tranſitũ rem ab alijs diligenter expreſſam tetigit. Nam equæ puellæ cum primum ceount ſi macræ ſunt & debilitantur & debiles gignũtur. Poſt primum autem partum tenues eſſe debent. Frondeſq; negant contra illud Florenteſq; ſecant herbas fluuioſq; miniſtrant Quum grauiter tonſis hoc eſt die medio: hoc autem ad exprimẽdum diei tempus eſt poſitum non quod equæ tempore æſtatis coeaut: Hoc faciũt nimio ne luxu: Nimio pingui: & bene rem turpem apte a Lucretio tractatam vitauit tranſlationibus: quas omnes ab agricultura traxit: vt luxu ꝓpter luxuriem ſegetũ Genitali aruo: pro muliebri folliculo: quam vuluam vocant: vt etiam Ply. docet. Nam ante folliculus dicebatur Follicul' Sulcos oblimet inertes. Claudat meatus Et hoc ſimiliter per tranſlatonem dixit. Nam legimus ſupra Et obducto late tenet omnia limo. Exactis grauidæ quum menſibus Vicinis patrui. Tunc enim diligentius tractandę ſunt: ne abigantur. Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus: Quod ſolet fieri cum paſcunt pedibus impeditis. Saltibus in vacuis: Magnis Et plena. ſe. ne inclinentur ad potum. Eſt lucos ſilari circa illicibuſq; virentem: Plurimus Alburnũ volitãs. Ordo talis eſt. Circa lucos ſilari fluminis Lucãie & alburnũ eiuſdẽ montem plurim' volitans Ac ſi diceret eſt multa muſca. Volitans aũt mõ nomẽ eſt nõ participium. Oeſtrum graij vertere vocantes. Vertere ex ſoni ſimilitudine onomatopeiam fecere: non enim poſſumus

accipere

ASCEn. ¶ Ipſa autem macie &c. Poſtq̃ de cura patrũ equorum locutus eſt: proſequitur de cura matrum additurus & curam natorum: Ordo aũt eſt. Ipſi ſup. magiſtri armentorum: extenuãt. ideſt tenuia faciunt: macie volentes ideſt voluntarie & ſcientes & ex deliberatiõe: ipſa armenta que fetus cõcipiant atq; vbi voluptas iam nota ideſt antea attentata ſollicitat ideſt procurat primos concubitus ideſt vbi primũ coire cupiunt ipſi magiſtri ſcilicet negãt frõdes: & arcent ſup. ea fontib' : & quatiũt ideſt concitant etiã ſepe curſu & fatigant ſole ideſt eſtu ſolari: tunc ſcilicet quum area ideſt locus aridus triture frugum aptus: gemit ideſt more gementium premitur grauiter .i. moleſte frugibus tonſis que tonſe & interciſe iam ſũt non tonſis pro tondẽdis: hoc eſt in medio die cum fruges tonſe flagellis excuti ſolẽt: & quũ palee inanes ſcilicet frugibus excuſſis: iactãt ſcilicet ad purgationem frugum ad zephirũ. ideſt ventum dulcem & calidum ſurgentem ideſt flantem mollius. & ſup. magiſtri: faciũt hoc ſcilicet quod dictum eſt hoc eſt extenuãt ſic equas ne vſus ſit obtuſior ideſt hebetior q̃ decet aruo genitali ideſt folliculo matricis aut vulue: nimio luxu ideſt propter nimium luxum hoc eſt ſuperabundantẽ pinguedinẽ: & ne luxus ſcilicet oblimet ideſt oppleat q̃ſi limo: ſulcos ideſt receptacula ſeminũ: inertes ideſt hebetata & obtuſa facta: ſed vt ſup. aruũ illud genitale: hoc ẽ vulua. rapiat ſitiẽs ideſt appetens: venerem ideſt ſemen: & recondat interius ideſt in itimis cellulis. Rurſus ideſt iterum poſt ſuſceptum ſemen: cura patrũ icipit cadere ideſt deficere: & cura matrum incipit ſuccedere ideſt poſt conceptum habenda eſt cura precipua de matribus: vt poſt partũ de pullis. Quum ideſt quando matres ſcilicet errant ideſt paſcuntur ad libitum exiſtentes grauide ideſt pregnantes: menſibus exactis ideſt perfectis & partui vicinis: quiſq̃ nõ ſit paſſus ideſt nemo patiatur illas ducere iuga grauibus plauſtris & quiſq; non ſit paſſus illas ſuperare viam ſaltu: & carpere ideſt carptim trãſire prata acri fuga .i. curſu veloci fugienti ſimili: & innare fluuios rapaces ideſt precipites omnia immiſſa ſecum rapientes: ſed ſup. magiſtri paſcant eas in ſaltibus vacuis ideſt campis magnis carentibus obſtaculis: & ſecundum ideſt prope fluĩa plena ne ſe fatigent ĩclinando ad hauriendum potũ vbi ſcilicet eſt muſcus: & vbi eſt ripa viridiſſima gramine ideſt herba in ea naſcente: & vbi ſup. ſpelũce tegant ſcilicet equas a ſole & vmbra ſaxea ideſt a ſaxis deriuata. ꝓcubet ideſt longe extendatur. vt in ea grauide recubent. Eſt lucos ſilari &c. Docet cur vmbre delingẽde ſint: vt videlicet veſpe & aſili arceant dicens. volitãs ſcilicet vermis aut aſilus (& eſt maſculini generis: cum volucris ſit feminini teutones quoq; muſcas volitantes vocant) plurimus ideſt frequentiſſim': eſt circa lucos Silari illus fluuij Italie qui veterem cãpaniã a picentibus diuidit: & circa alburnum Lucanie portum virentem ilicibus ideſt vbi ſunt plurime ilices virentes cui ſcilicet volitanti: eſt aſilo nomen romanum ideſt vocabulo romano graij ideſt greci: vertere ſcilicet a ſono volatus vocantes eſtrum: aut vertere a re: quia furorem quem eſtron vocant animalib' que perſequitur inducit: volitans dico aſper. ſcilicet aculeo aut morſu: & ſonans acerba .i.

acerbe ſcilicet volatu quo tota armēta exter-
rita diffugiūt ſyluis ideſt per ſyluas: ether cō-
cuſſus mugitibus ſcilicet taurorum & boum
aut generaliter omnium armentorum: furit
ideſt furorem illorum reſonat. & ſylue ſup.
pcuſſe furunt & ripa tanagri: illius torrentis
Lucanie: ſicci ſcilicet in eſtate: ſup. furit. iu-
no meditata ideſt exercens & inferens peſtem
ideſt furorē: iuuence. ideſt iuniori vacce. ina-
chie ideſt in quam Io inachi argiuorū regis fi-
lia in adulterio cum Ioue deprehenſa conuer-
ſa fingitur: exercuit quondā ideſt aliquando
horribiles iras ſcilicet ſuas in pellicem: hoc
monſtro ideſt œſtro quo vaccam illam perſe-
quebatur vſq; in egyptum. Tu arcebis peco-
ri grauido vt eque vacce & cuilibet alij q̄q;.
ideſt etiam hunc ſcilicet volitantem hoc eſt
œſtrum aut aſilum ſeu tabanum: & tu paſces
armenta ſole orto recens ideſt recēter. hoc eſt
ſub prima luce & aſtra ducentibus noctem. i.
ſub crepuſculo: nam ipſe volitans inſtat ideſt
ingruit acrior medijs feruorib⁹: ideſt ſub me-
dio eſtu ſolis q fere eſt paulopoſt meridiē.

accipere ex latina lĩgua mutauere. Cum conſtat græcam
primam fuiſſe. Oeſtrum autem græcum eſt latine aſilus
vulgo tabanus vocatur. Cui nomen aſilo romanum eſt.
vt cui remulo cognomen erat. Sicci tanagri: Non multū
valentis. Tanager autem fluuius eſt Lucaniæ: Et hoc di- Tanager.
cit armentorum mugitu cuncta reſonare. Hoc quondam
monſt. Argumentatur ab exemplo dicens Iunonē œſtro
ſe contra pellicem defendiſſe. Nota aūt eſt fabula. Io ina-
chi filiam ab ipſo quidem Ioue Iunonis aduentu conuer-
ſam eſſe in vaccam. Cui iuno immiſit œſtrum: quo toto
orbe fatigata tandem aliquādo venit ad egyptum: & il-
lic in Iſim conuerſa eſt. Tranſijt autem per mare anguſtū
quod Boſphoron ab eo appellatum eſt: Nunc Helleſpō-
tus nominatur. Peſtem meditata Iu. vel quam peſtem aū
excogitauerat vel meditata inferēs & exercēs accipiam⁹.
Horati. Horrendaq; cultis diluuium meditaт agris ideſt Meditor.
infert: exercet: nam & in ipa meditatione exercitium eſt.
Hunc quoq; arcebis ideſt etiam hoc malum remoue. Nā
medijs feruoribus acrior inſtat: Tunc eſt acrior. Et dicen-
do tempus innuit quēadmodum poſſit euitari. Arcebis
grauido pecori ideſt a grauido pecore. Nā arceo a te di- Recens.
cimus Sole recens orto ſtatim. Saluſtius Coria recens de-
tracta veluti glutino adoleſcebant.

¶ Eſt lucos ſilari circa illicibuſq;. u. p. l. al. u. c. n. aſilo. ro. PRO.
e. œſtrum graij. u. u. Silarum flumen eſt Lucaniæ portus
alburnus. & eiuſdem nominis mons ad ſextum a primis tabernis. mentionem facit Ducilius hoc verſu.
Quattuor hinc ad ſilari flumen: portumq; alburnum. Aſilo genus eſt tabani adeo acer: vt ſoleat armēta
bucera inquietare vocatur græcæ œſtros. Meminit autem hyſtoriæ hoc loco Verg. eius: quam Ouidi. in
primo metamor. expoſuit plene referens Inachi filiam Io compreſſam a Ioue mutatam in vaccam actam
eſſe per orbem terrarum Oeſtro donec ad flumen Nilum venit: Ibi mitigata Iunone finit⁹ ſit eius labor
quam Inachiam dicit Verg. Et ſicci ripa tanagri: Tanagrus torrens eſt lucaniæ: qui quum pluuiæ ſunt:
effuſior eſt: & ſeuit: quum ſerenum: ſiccus eſt.

¶ Iam nota voluptas: de equabus intelligit alias enixis. Paleis: quid proprie palea ſit li. i. Georg. videto MAN:
Luxu: copia abundantia. Obtuſior ideſt hebes. eſt enim gradus pro gradu. Vſus vtilitas. Genitali aruo. i.
vuluæ & matrici: ibi enim concipitur: ibi educatur & creſcit quicquid concipiт: Oblimet obducat coo-
periat: claudat limo repleat proprie. Sulcos inertes. vuluæ meatus cōceptioni ineptos: ſi repleti fuerīt ni-
mio luxu. Sitiē. vulua ipſa macrior. Venerem equi ſemen patrum: admiſſariorum: vbi enim equas im-
pleuerint: eorum cura habetur minima. Exactis menſibus ideſt perfectis & partui & vicinis: vnde lib. i.
Georg. Exactum ad menſem pluuia ventiſq; carebunt. Varro. lib. ij. capite. vij. ait. Quū conceperint eq̄
videndum ne aut laborent pluſculum aut ne frigidis ſint locis q̄ algor maxime pregnantib⁹ obeſt. itaq;
in ſtabulis & humore prohibere oportet humum: clauſa habere oſtia ac feneſtras: & inter ſingulas a pre-
ſepibus interijcere longorios qui eas diſcernant ne inter ſe pugnare poſſint pregnantē neq; implere cibo Lōgorij.
neq; eſurire oportet alternis annis qui admittunt diuturniores equos & meliores pullos fieri dicunt Gra-
uibus plauſtris: innuit anteq̄ partus vicinus fuerit pregnantes equas etiam fatigari poſſe leui modo. De
plauſtris videto lib. i. Georg. Saltib⁹ vacuis campis magnis & carentibus ſaxis & arboribus deiectis. Se-
cundum prope ad potum procumbant. Muſcus vbi lanugo viridior que locis humidis & ſole carentib⁹
fit muſcus dicitur: hic pro hærba tenella ſeu lanugine: q̄ in equarum ſuperficie naſcitur accipitur. Lucos
ſilari. Silarus fluuius eſt qui veterem campaniā diuidit picentibus cui quidem fluuio proprium illud ī-
eſſe traditur: vt in eius aqua demiſſa virgulta ſaxificentur: forma tamen coloreq; ſeruato auctor eſt Stra.
libro. v. Probus ſcribit ſylarum lucaniæ fluuium eſſe ſic etiam Ptolæmeus lib. iij. Alburnum: Alburnus Silarus.
Lucaniæ portus & eiuſdem nominis mons teſte Probo. Ply. lib. xi. ca. xvi. ſcribit q̄ naſcuntur aliquando Alburn⁹.
in extremis fauis apes grandiores q̄ cæteras fugant Oeſtrus vocatur hoc malum Theodorus aūt inter- Aſilus
pres Ariſtotelis lib. v. de hiſto. animalium ait: q̄ aſilus latiuſculis quibuſdam beſtiolis: q̄ in fluuijs ſuper Oeſtrus.
natant enaſcitur quāobrem magna aſilorum copia circa aquas vbi id genus beſtiarum eſt. Tabani vero Tabani.
ex ligno naſcuntur. Feſtus vero ſcribit. Oeſtrum græco vocabulo furorem dici. Præterea Oeſtreo īſanio
œſtreomæ ſtimulor. ſunt qui putent aſilum a voce dictum ab latinis Oeſtrum quoq; voce græcis. Ego tū
œſtrum dictum ab illis puto a furore & ita vertiſſe vocantes œſtrum. latini enim ab voce aſilū: illi œſtrū
a furore vocarunt. Vertitur autem nomen quoties ab proprio in aliud tranſmutatur. Sic Byrſa cum ſit
proprie corium: ab re ipſa quoq; dicta eſt Carthaginis arx. ſic & Oeſtrus cum ſit furor ab eodem effectu
œſtrus dictum eſt illud animal. Tanagri tanagrus torrens eſt Lucaniæ qui cum pluuiæ ſunt effuſior eſt &
ſæuit quum ſerenum ſiccus eſt. Idem Probus. Acerba: pro Acerbe. Inachiæ iu. inachus apud argos prim⁹
regnauit annis. l autho. Euſe. eius filia Io ab Ioue in vaccam Iunonis aduentu conuerſa eſt. quam poſtea Tanagr⁹.
Iuno dono accepit tradiditq; ſeruandum argo paſtori ſuo quo obtruncato ab mercurio irata Iuno in Io
œſtrum immiſit: quo exterrita illa vſq; in ægyptum fugit ibiq; Ioue agente in humanam redijt figuram
mutatoq; nomine Iſis dicta eſt. & ab ægyptijs pro dea culta. id autem latius Ouid. narrat lib. i. metamor.
Hunc quoq;: vltra predicta arcenda: vitandaq;. Pecori armenta: hic nulla eſt Synalœpha.



Poſt partum cura in vitulos traducitur oīs.
Continuoq; notas & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint ſubmittere habēdo:
Aut aris ſeruare ſacris: aut ſcindere terram:
Et campum horrētem: fractis inuertere glebis:
Cætera paſcuntur virides armenta ꝑ hærbas
Tu quos ad ſtudiū atq; vſū formabis agreſtē.
Iam vitulos hortare: viamq; inſiſte domandi.
Dum faciles animi iuuenū: dū mobilis ætas.
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte: dehinc vbi libera colla
Seruitio aſſuerint ipſis e torquibus aptos
Iunge pares: & coge gradum cōferre iuuēcos.
Atq; illis iam ſæpe rotæ ducantur inanes
Per terram: & ſummo veſtigia puluere ſignent
Poſt valido nitens ſub pondre faginus axis
Inſtrepat: & iunctos temo trahat æreus orbis.
Interea pubi indomitæ non gramina tantum
Nec veſcas ſalicum frondes: vluāq; paluſtrem
Sed frumenta manu carpes ſata: nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebūt mulctaria vaccæ
Sed tota in dulces conſument hubera natos.

SER. ¶ Poſt partū cura in vitulos. Modo & de eqs & bob⁹ ac cipim⁹

¶ Poſt partum cura in vitulos &c. Poſtq̄ ASCEn. docuit in generandis vitulis primā curā adhibendam matribus & in generandis pullis equinis patrib⁹ poſt conceptum aūt vtrorūq; matribus nūc docet poſt partū precipuā curā adhibendam natis tā vitulis q̄ pullis: & primo vitulis dicens. Omnis cura traducit̄ ideſt trāſfertur poſt partū a matrib⁹. ſ. ī vitulos: & ſup. magiſtri pecoris autq; diligentes cuſtodes aut paſtores: inurunt cōtinuo. i. vt primū nati ſunt notas. i. ſigna & noīa gentis. i. gn̄is & inurūt notas. i. notant q̄s. ſ. vitulos: malit ſub mittere. i. ſupmittere pecori habēdo. i. ad habēdam ꝓlem & propagationē: aut q̄s malint ſeruare. ſ. itactos: aris ſacris. i. ad ſacrificia aris imponēda: aut ſup. q̄bus malint ſcindere: aut potius q̄s ſeruāt ſcindere. i. ad ſcīdendā & ſulcandam terrā. & īuertere glebis fractis: i. diſſolutis: campū horrētem. i. aſpeꝝ & herboſum ac tribuloſum. Cetera armenta. ſ. iuniora paſcuntur ꝑ herbas virides. i. in pratis ſine cura domationis: ſed tu hortare iā vitulos. i. quū adhuc vituli ſunt ſup. eos q̄s formabis ad ſtudium. i. exercitium: & vſum agreſtē. i. agroꝝ colēdoꝝ: & īſiſte. i. iſtitue: viā. i. rōnē domādi dū. i. donec vel q̄diu āni iuuenū. i. iuuēcorū ſunt faciles. i. flexibiles & dociles ad faciēdū qđ volum⁹: & dū etas eſt mobilis: qđ ad oīa aīalia ēt ad hoīes ſpectare pōt Ac (vt habeas viā domādi) ſubnecte primū ceruici ciclos. i. circulos laxos. i. ſolutos nec dure ꝑmētes. de tenui vimine: vt. ſ. ceruices aſſuetas hēret viculis dehīc. i. poſt modū. vbi. i. qn̄ colla libera. i. non abluctantia ſed domita & libere hoc eſt vltro ſe ſubmittentia: aſſuerint ideſt aſſuefacta fuerint iam ſeruitio (mire dicit Seruitium cui aſſuet⁹ ſis libertatē eſſe: qa nihil ſeruile quod libēs feceris iunge iuuēcos pares. i.

conſentiẽtes ac ꝑiter trahẽtes eq̃liũ videlicet
viriũ ac corpoꝝ aiorũq; q̃ad eiꝰ fieri poteſt:
aptos.i.aptatos ex ĩpis torq̃bꝰ.i.circulis:hoc
eſt ex eo ꝙ pares circulos ꝑpeſſi ſint.aut ſta-
tim poſtq̃ circulos depoſueris & coge iuuen
cos cõferre.i.ſimul ferre gradũ:vt eque velo
citer ĩgrediant̃:q̃a secꝰ altero ducẽte alter ceſ
ſitaret. Atq; rote ĩanes.i.nõ onuſte/ducãtur il
lis.i.ab illis iã.ſ.vbi domiti ſunt ſepe ꝑ terrã
& ſignẽt veſtigia ſummo puluere.i. diſcãt ce
lerius ĩcedere:nã q põdere ꝑſſi ſunt altiꝰ ſigũt
veſtigia firmiuſq; ĩcedũt:ſed lõge tardiꝰ:vbi
autẽ celeritatẽ induerit:firmitudinẽ inducet
pondus atq; onus q̃ premẽtur.Poſt.i.poſtea
vbi vt dixi celeres effecti ſunt axis faginꝰ.i.
ex fago factus:nitẽs.i.laborãs ſub valido põ
dere:inſtrepat.i.ſtrepitũ ac crepitũ validũ fa-
ciat:& temo ereꝰ.i.fortis & ere munitꝰ:trahat
orbes iunctos.i.rotas ſibi ãnexas.Interea ſci-
licet dũ iſta moliris:carpes pubi.i.iuuẽcis ĩ-
domite.i.adhuc domãdis.nõ tm̃.i.nõ ſolum
gramina.i.herbas vulgo creſcẽtes:nec frõdes
ſalicum veſcas.i.minutas & exiguas:& vluã
ideſt herbam vilem paluſtrẽ.i.q̃ in paludibꝰ
naſcitur:ſed carpes ſup.etiã frumẽta ſata ma
nu.i.legumina meliora:vel carpes manu le-
gumina ſata nõ ſponte naſcẽtia hoc eſt ordea
& farra aut farraginem.nec vacce fete ideſt q̃
iã pepererũt:ĩplebũt more patrũ.i.ſicut patri
bus hoc eſt maioribꝰ nr̃is ſolebãt:q lactis ſtu
dioſi erant mulctra.i.vaſa in que mulgetur:
niuea a candore.ſ.lactis:hoc eſt nõ mulgebis
matres:ſed cõſumẽt.i.expendẽt :tota hubera
ideſt totũ lac huberũ ſuorũ in dulces natos.i.
vitulos ad aratra deſtinatos.❡ Carpitur Ser
uius in expoſitione huius vocabuli veſcas a
Beroaldo his verbis.Veſcum quid ſit opti-
BERO. me intelligemus ſi eius originẽ & etymolo-
Veſcum. giam diligenter perſcrutati fuerimus.Nã ve
ſcum ex ve particula & eſca copulatum eſt vt
author eſt Gel.in.xv.noctiũ atticarũ:& cum
ve ꝑticula tũ ĩtenſionẽ ſignificet tũ minutio
nem ita veſcũ vtriuſq; diuerſe ſignificatiõis
vim capit.aliť em̃ Lucretiꝰ veſcũ ſalẽ dicit:ex
edẽdi ĩtentiõe:aliter luciliꝰ veſcũ appellat cũ
edendi faſtidio:veſcũ itaq; id ſignificat:qđ ĩ
eſca & cibatu appetitur:& id qđ faſtidioſum
eſt in altero:hec ꝑticula ve ĩtendit:ĩ altero mi
nuit.Et ita Verg.appellat veſcũ papauer ab
edẽdi ĩtenſiõe:ꝙ videlicet ĩ cibis adhibeat̃.&
veſcas ſalicũ frõdes:qm̃.ſ.eſcis iuuẽcoꝝ ſunt
accomodate.Feſtꝰ q̃q; ſcri.veſcũ faſtidioſum
ſignificare & edacẽ.Preterea vt aliq̃d de inte
rioribus litteris depromamus:veſcꝰ apud pri
ſcos pro puſillo vſurpabat̃.qđ declarat Oui.
in faſtis ſic ſcribens.Ve grandia farra coloni
que male creuerunt veſcaq; ꝑua vocant & ve
ſculi male curati & graciles homines nuncu-
pantur:nãq; antiqui ve ſillabam rei ꝑue pre-
ponebant.vnde veiouis pro puſyllo Ioue di
ctus eſt q̃uis in alia ſignificatione vt mox do
cebimus accipiatur & vegrandẽ fabam ꝓ mi
nuta vocitauerunt : & apud Auſonium ve-
grandes meſſes legimus ꝓ paruis:& a Varro.
ſcriptum eſt in re ruſtica.Oues fiunt vegran-

cipimus generaliter.Notas caracteres.Pecori ſubmittere
Admiſſarios facere.Cãpũ hor.Ecbaſis poetica.Suffece-
rat enim dicere:Aut ſcindere terram. Cetera paſcũtur:ꝑ Inſiſto.
hoc intelligimus illa omnia q̃ dixit animalia domi eſſe
ſeruanda.Tu quos ad ſtudium.Locus de bobus doman- Circulus.
dis.Viamq; inſiſte domandi.Inſtitue artem domãdi.Cir
clos.Circus eſt principale.vnde fit circulus:& per ſynco-
pam circlus ſicut periclum a periculo:ſæclum a ſæculo.
Coge gradum conferre ſimul incedere.Rotæ ducant̃ ina
nes ſine pondere.Trahat ęreus:Fortis.ſic in quinto.Ae-
rea quem obliquũ rota tranſit.Hora. incluſam.Danaen
turris ahenea Pubi indomitæ:hoc ad iuuencos tantũ ꝑti
net.Nam de eq̃s paulopoſt dicturus eſt:Vt Nãq; ante do Diligẽtiꝰ
mandum ingentes tollent animos.Nec veſcas ſalicũ frõ hic locꝰ ĩ
des:& ſiccas & teneras.Nam veſcum hoc eſt proprie Vñ terp̃tãdꝰ.
& aranearum telæ veſcæ vocantur.Frumẽta manu ideſt
etiam farraginem eis dabis.
❡ Poſt partum cura ĩ vitulos. Varro li.ij.c.v.ait.de vi- MAN.
tulis Lactantes cum matribus ne cubent. atterunt̃ enim
quum creuerint vituli leuãdæ matres pabulo viridi obij
ciẽdo ĩ ꝑſepijs:itẽ his fere ĩ oĩbꝰ ſtabulis lapides ſternẽdi:
vt q̃d itẽ ne vngulæ putreſcant:ab æquinoctio em̃ autũ
nali vna paſcuntur:cũ matribus Semeſtribus vitulis ob-
ijciunt furfures triticeos & farinam horedaceam & tenerã
hærbam:& vt bibant mane & veſpere curãt:hæc ex var
rone:Palladius item de aprili ait.Hoc menſe vituli naſci
ſolent quorum matres abundantia pabuli iuuent̃:vt ſuf
ficere poſſint tributo laboris & lactis.Notas inurũt Col.
lib.xij.c.ij.loquens de fine aprilis ait:ꝙ eodẽ tẽpore fœ-
tus fœcũdi pecoris ſignari oꝑtet.Sed de Ianuario ſcribẽs
circa eius finem inquit:His etiam diebus maturi agni:&
reliqui fœtus pecudum nec minus maiora quadrupedia
charactere ſignari debent.Palladius quoq; de aprili ait:
Et ſerotini fœtus hoc menſe ſignentur.Et quos aut peco
ri & omnis cura traducitur ĩ illos quos & cętera.intelligit
autem admiſſarios futuros.Cętera paſcuntur Varrone te
ſte lib.ij.paſcuntur armenta cõmodiſſime in nemoribus:
vbi virgulta & frons multa hyeme quum hybernant:ſe
cundum mare æſtu abiguntur in montes frondoſos.Hor
tare:aſſueſce:Viãq; domandi.Colu.li.vij.c.ij.ait ꝙ vitu
los oportet quum adhuc teneri ſunt:cõſueſcere manu tra
ctari:ad preſepia religari:vt exiguus in domitura labor
eorum & minus ſit periculi.Verum neq; ante tertiũ:neq;
poſt q̃ntũ annũ iuuẽcos domari placet:cũ illa ętas adhuc
tenera ſit hæc iã predura.Viã rõnẽ cõſutudine inſiſte ſta
tue:frequenta:exerce.Iunge pares:cuſtodiendum ne ſta-
tura vel viribus impar cum valẽtiore iungat̃:nã vtraq;
res inferiori celeriter affert exitium.verba ſũt columellę.
Ipſis e torquibus aptos:ipſis e torquibus.i. ab ipſis cir-
culis iunge pares &c.Aptos autem e torquibus ait:quia
ſeruitio aſſueti torquiũ apti ad domandum effecti ſunt.
Aereꝰ:fortis.Pubi indomitę vitulis indomitis.Nõ gra-
mina tm̃:Col.li.vij.ca.iij.ſcri.ꝙ ſi hubertas regionis viri
ASCEN. Ordo. ¶Incipiẽs &c. Incipit ergo quo ordine propoſuerat de ouibus loqui dicens. Ego incipiens. ſ. precipere aut altius ſonare edico (qd' maiorum eſt) ideſt manifeſte & publice precipio ouis: accuſatiuus eſt. i. oues carpere. i. vt oues carpãt in ſtabulis mollibus. i. temperatis a frigore & ſtratis: herbam. i. fenum dũ. i. donec: eſtas frondoſa. i. frõdibus plena: reducit̃ mox. i. paulo poſt & edico ſternere humum duram ſubter ſcilicet oues multa ſtipula. i. ſtraminibus & maniplis pro manipulis. i. faſciculis filicum. i. illarũ herbarum: ne glacies frigida ledat pecus molle. i. tenerum: & ferat. i. inferat ſcabiẽ: & podagras ideſt pedum egritudines turpes. poſt. i. deinde: ego digreſſus hinc. i. ab ouiũ preceptiõe iubeo ſufficere. i. abunde ſubminiſtrare capris: arbuta frondentia. i. frondes arbutorum: & prebere fluuios recentes: & opponere ſtabula. i. apertu ras eorum ſoli hyberno a ventis. i. habeant ſolẽ incumbentẽ & ventum a tergo. hoc eſt vt a ſeptentrione a vento munita ſint & meridiei expoſita: conuerſa. ſ. ad mediũ diẽ. i. ad eũ locum in quo ſol nobis videtur in meridie: tũc. ſ. quũ aquarius frigidus olim. ſ. in Ianuario aut circiter: cadit. i. occidit vt ad mediũ Martij: hoc eſt circa equinoctium vernale tunc em̃ ſoli in meridie ex directo opponitur ſeptentrioni: & irrorat. i. rorem inducit ãno extremo. i. circa principiũ Martij vbi olim erat & principium anni: pruineq; in locis cal dis in rorẽ cõmutant̃. hec quoq;. i. etiã hec pecora videlicet caprina erãt tuenda. i. ꝓtegenda nobis nõ leuiore. i. minore

curaqꝫ.ſ.oues nec vſus. i. vtilitas erit minor. ſ.
in capris q̃ in ouibus: q̃uis vellera mileſia ſcili
cet que ferunt oues iuxta mileton ionie regio≠
nis caput:incocta. i.tingendo incoctos haben≠
tia tyrios rubores.i.liquorem purpureũ muten
tur.ſ.cũ alijs mercib⁹: aut pecunia:ſed more an
tiquo dicit mutenť:magno.ſ.ꝓcio:aut aliarum
merciũ cumulo:hoc eſt q̃uis mileſia vellera in
ſummo precio ſint:eo ꝙ eorum lane molles ad
purpuram aptiſſime ſunt:tamen non minor eſt
vſus in capris. qđ probat ſequentibus.

figurate.ſ.ventos non perferentia.Hiberno ſoli ideſt cõtra
plagam meridianam per quam ſol currit per hyemẽ quod
explanat dicens ad mediũ cõuerſa diem.Extremo.a.i.mẽ≠
ſe Ianu.qui eſt penultimus: nã vt etiã in primo diximꝰ:vt
primis exẽplo a menſibꝰannis . Mart.menſe incohabat an
nus apud maiores.Ergo extremo anno dixit extrema par≠
te anni.Hec quoqꝫ non cura:cũ de capellis loquiť figurate
neutro vſus eſt ge. Nã integrum erat. Hæ quoqꝫ non cura
nobis leuiore tuende.Sane perite quoniã ſcit palã eſſe ouiũ
vtilitatẽ eam preterit& exaggerat meritum capellarum vt
dictis in lucem promat rem per ſe minus patentem Mileſia
magno Vellera mutentur: Lane precioſiſſime.Nam mile≠
tus ciuitas eſt Aſie vbi tinguntur lane.Ipſe in.iiij. Mileſia vellera nymphe Carpebãt .Cicero in Verrẽ.Quid
a mileſijs lane ſuſtulerit.Magno autẽ mutentur.Ingentiqꝫ precio cõparentur. Nam apud maiores omne mer
cimonium in permutatione conſtabat:quod & Caius Homerico confirmat exemplo. Tyrios incocta rubo≠
res:Figurate.ideſt que coquendo Tyrium traxit ruborem:ideſt migrauit in purpuram.

℄ Aquarius hyemen &piſces finiunt ab eis Ver incipit: hoc eſt ariete. PRO. MAN.

℄ Stabulis in mollibus.i.mitibus & tẽperatis nõ frigidis.Hinc Var.li.ij.c.ij.ait de ouibus.Primũ ꝓuidendũ
vt totũ annũ recte paſcanť intus &foris:ſtabula idoneo loco vt ſint ne ventoſa:que ſpectẽt magis ad orientẽ q̃
ad meridianũ tp̃s:vbi ſtent ſolũ oportet eſſe eruderatũ & ꝓcliuũ:vt euerti facili poſſit ac fieri purũ:nõ em̃ ſolũ
ea huligo lanã corrũpit ouiũ:ſed etiã vngulas ac ſcabras fieri cogit quũ aliquot dies ſteterũt:ſubijcere oportet
virgula alia quo moliꝰ requieſcãt:purioreſqꝫ ſint:libẽtius em̃ ita paſcunť . faciendumqꝫ ſepta ſecreta ab alijs:
quo enitentes ſecludere poſſis: itẽ quo corpore egro hec magis ad villaticos greges animaduertẽda. cõtra illa
que in ſaltibus paſcunť & a tectis abſunt lõge portãt ſecũ crates aut retia:quibus cohortes in ſolitudine faciãt Podagra.
Frõdoſa eſtas:nõ ver intelligit:ſed eſtatẽ ip̃m que quidẽ incipit.vij.idus Maij.Ver aũt.vij.idus Febru.quo tẽ Capræ
pore etiã niues & frigora vigere ſolẽt:vñ & Var.dicto li.ait ꝙ ſibi greges in Apulia hibernabãt qui in rheati Caprarũ
nis mõtibus eſtiuabãt.Molle debile:Turpeſqꝫ podagras:turpes efficiẽtes.Podagra aũt cõponiť a podos. i.pe ſtabula.
dis & agra captura aut preda agriaꝰ vero dolor diciť.Poniť item podagra q̃nqꝫ ꝓ laqueo ſeu pedica ꝙ podas. Aquarius
ideſt pedes:gremi.i.capit Frondẽtia arbuta: capre potius ſylueſtribus delectanť ſaltibus q̃ pratis.ſtudioſe em̃
de agreſtibus fruticibus paſcunť:atqꝫ in locis cultis virgulta carpũt.itaqꝫ a carpendo capre nominate:ſic Var.
ſcri.li.ij.c.iij.Meminit & ſimilia fere Col.li.vij.de capris:Stabula a ventis.ſ.remota.ſtabulatur caprinũ pecus
mollius ad hibernos exortos.Caprile aũt lapide aut teſta ſubſterni oportet quo minus ſit vliginoſum ac lutu≠
lentũ foris quũ eſt pernoctandũ ſubſternimus virgultis ne oblinanť. Var.lib.ij. Aquarius.xvij.kal. Febru.ſol
in aquariũ tranſit:&.xv.kal.Febru.aquarius incipit oriri ventus aphricus tẽpeſtatẽ ſignificat. Nonis febru.
medie partes aquarij oriunť vẽtoſa tẽpeſtas.xv.kal. Martij ſol in piſces trãſitũ facit:hinc occidit aquarius au
tor Col.li.xij.c.ij.Quũ frigidus olim:ordo eſt quũ olim frigidus iã cadit: quũ em̃ occidit nõ ita frigidus eſſe
videť.eſt aũt aquarius frigidus& hyemalis vt etiã aſſerit Ptolemeus li.i.quatuor partiũ hinc ſaturno aſſigna
tus.Extremo anno:ſcđm illorũ opinionẽ locutus eſt:qui annũ a Martio incipiebãt:hoc em̃ pacto aquarius&
piſces in extremo anno eſſe videnť:Olim vero aquarius & piſces vnũ ſydus erãt vt ſcorpius & libra:vel aqua
rium vltimũ ait quia ver a piſcibus incipit in primo mobili:de quo etiã Manilius .Hec quoqꝫ caprina vide≠
licet pecora. Vſus:vtilitas. Mileſia vellera:miletos Ionie caput Cadmi olim domus: ſed eius qui primus inue
nit proſe orationis diſciplinã.Solinus autor.c.xxxvij.Stra.vero li.xiiij.ſcri. Miletũ a Neleo cõditam: qui ge≠
nere Pilius fuit.Erat aũt optima vrbs atqꝫ clariſſima:ex qua oriundi fuere viri memoratu digni. Thales vnus
e ſeptem ſapientibus qui primus phyſilogie ac mathematice autor fuit ĩter grecos. Anaximãder eius diſcipu Miletum.
lus & Anaximandri Anaximenes:Item Hechatheus qui hiſtoriã ſcripſit . Aeſchines orator qui aſſumpta Thales
nimia erga Põpeium magnum licentia miſſus eſt in exiliũ. Magno mutenť:grandi precio mutentur alijs ſcili æſchines.
cet mercibus:vt olim fiebat. Mileſia vellera:tertiũ lanelocũ mileſiæ oues obtinent:Ply.ſcri.lib.viij.c.ix.Ty
rios rubores:purpureum liquorẽ intelligit de quo videto li.ij.Geor.Et ſerrano dormiat oſtro.

Denſior hinc ſoboles: hinc largi copia lactis
Quammagis ex hauſto ſpũauerit hubere mul
ctra
Leta magis preſſis manabunt hubera mãmis.
Nec minus interea barbas incanaqꝫ menta
Cinyphei tondent hirci ſetaſqꝫ comantes
Vſum in caſtrorũ: & miſeris velamina nautis.
Paſcuntur vero ſyluas & ſumma Laycæi.
Horrentiſqꝫ rubos & amantis ardua dumos:
Atqꝫ ipſæ memores redeunt in tecta: ſuoſqꝫ
Ducunt: & grauido ſuperant vix hubere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem ventoſqꝫ niuales
Quo minor eſt illis curæ mortalis egeſtas
Auertes: victumqꝫ feres & virgea lætus
Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma.

ASCEñ. ℄ Dẽſior hĩc. Docet (vt dixi) vtilitatẽ quã ca
pre plus q̃ oues afferũt dicẽs eas & fetu & lacte
preſtare & tñ ex pilis earũ ẽt in tegumenta fieri
cõtra pluuiã vtilia deinde qa minori cura atqꝫ
cuſtodia paſcunť eſtate:& minori impẽſa hye≠
Ordo. me.Ordo aũt eſt Dẽſior ſoboles.i.ꝓles aut fetꝰ
eſt ſup. hĩc.i .ex capris que binos fere pariũt q̃
ex ouibus que fere ſingulos. & copia lactis lar≠
gi eſt hinc.ſ.ex capris maior q̃ ex ouibꝰ. Et q̃.i.
q̃to magis mulctra.i.vas mulctare ĩ qđ.ſ.mul
geť: ſpũauerit hubere exhauſto.i.emulcto: ex≠
tracto.ſ.omni lacte:ſup.tanto magis hubera.ſ.
earũ manabũt.i. diſtillabũt lacte:mãmis p̃ſſis.ſ
palmis exprimẽdo lac : quã rẽ oues nõ patiunť
vñ dictũ eſt in buc. Et ſuccus pecori:& lac ſub≠
duciť agnis.Nec minus.i.quinetiã hirci ciny≠
phei tondẽt.i.tõdenť barbas.i. hñt barbas ton
ſas & id quo mõ Priſcia.interpretať:aut paſto≠
res tondẽt barbas & incana. i.multũ cana men
ta& ſetas comãtes.i. fructificãtes & oblongas
hirci cinyphei.i.libyci: ſũt em̃ plurimi in libia
ẽt tõſili villo :videť aũt a ntõ cinyps ſcribẽdũ
cinypei nã a cinype fieret cinypei penul. long.
Nota eſt inſana & friuola controuerſia eorum
qui

Denſior

SER. ¶ Denſior hinc ſoboles: binos eñ pariũt capelle plerũq;
Barba. Barbas: ſic de quadrupedibus: nã hominũ barbam voca-
mus Incana ãt dicit nimiũ cana Cynipei hirci: libyes a flu-
uio Cinype. Miſeris na. qa frequenter patiũt pícula. In vſũ
aũt caſtrorũ ideo dixit. qa de cilicijs & poliunt loricæ & te
gũt tabulata turriũ ne iactatis facib⁹ ignis poſſit adherere.
& bñ laudat capellas dicẽs ciliciorũ vſũ & in mari & in terra
ꝓdeſſe mortalib⁹. hoc eſt in duob⁹ elemẽtis cõceſſis hoĩb⁹
Paſcor. paſcũt ſyluas: Et paſco & paſcor illã rẽ dicim⁹. Sũma li. mõ
tis Arcadie & eſt ſpẽs ꝓ gñe. Suoſq; ducũt: Educãt fœt⁹ ꝓ-
prios & nutriũt vñ & educatos dixim⁹. Quo minor eſt illis
cu. mor. ege. ordo. ẽ oĩ ſtudio auertas ab eis vẽtos & glaciẽ
quo egeſtas mortalis. i. neceſſitas mortalitatis minor eſt il
lis cure hoc ẽ min⁹ ad ipa ꝑtinet curã. Nã hoc dicit ꝗto
PRO. ſibi adeẽ min⁹ pñt: tãto eis a te maior eſt ĩpẽdẽda diligẽtia.
Cinyps. ¶ Cinypei tondẽt hirci: ſecaſq; com. Vſum. i. c. c. m. v. n.
Cinyps oppidum eſt & flumen aphrice regionis garaman
tum. Apud eos hirci villoſiſſimi naſcuntur: quos tondent
ad Cilicia quibus naute vtuntur.
¶ Denſior hinc ſoboles. Capre pariũt & quaternos: ſed ra-
MAn. raro admodũ: ferũt. v. mẽſibus vt oues capre pinguedine
ſterileſcũt: trime minus vtiliter generant & in ſenecta non
vltra quadrienniũ incipiũt. vij. menſe & adhuc lactãtes cõ
cipiunt nouẽbri menſe vt martio pariãt: vita longiſſima
Hubera plurimũ annis. viij. tradũt & noctu nõ minus cernere ꝗ in
Tubera. terdiu Ply. li. viij. Colu. vero li. item. viij. c. vi. de capris ſic
ait. Parit aũt ſi eſt generoſa ꝓles frequẽter duos nonnunq;
trigeminos. Leta hubera mãmis: hic locus oſtẽdit hubera
recte deduci ab humeo ſcẽcũdũ aliquos vt tubera a tumeo
m litera in b cõuerſa loca eñ arida infecũda ſunt: apparet-
q; hubera dici interiora mãmarũ mãmas vero huberis emi
nentias. Nec minus interdũ inquit capre & ſobolẽ & copiã
lactis prebẽt hirci etiã cõmoda hominibus tribuũt & in ter
ra & in mari. Cinypei hirci: Cinyps fluuius eſt in libya per
huberrima arua decidẽs vt ſcri. Mela. Poeta vero oñdit il-
Cilicium. lic eſſe hircos tõſili villo: & Pli. li. viij. ait q; in Cilicia circa
q; Syriã capre villo tonſili veſtiunẽ. Tondẽt pro tondent
hoc loco Priſcia. exponit li. viij. tu videto latius in Tityro
ibi tondẽti barba cadebat: põt etiã dici tondẽt. ſ. paſtores:
& ſic cinypei hirci gtũs eſſet ſingularis: Barbas. i. pilos di-
cunt mẽtum vero pilorũ locũ Incana: valde cana. Vſum in

qui de lana caprina cõtendũt dicẽtibus: alijs la
nã: alijs villũ: alijs pilũ alijs ſetã dici. Sane lana
eſt mollior villus in ouibus villus criſpãs pilus
ĩ leone & qbuſdã canib⁹: ſeta dur⁹ admodu & ri
gẽs pil⁹ vt ĩ porco. Pil⁹ aũt iter ſetã & lanã me-
dius vt ĩ equo: cane: hoĩe: atq; alijs multis tõdẽt
dico in vſum caſtrorũ vt. ſ. fiãt in tegumẽta cõ
tra pluuiã & tõdẽt miſeris nautis ſup. in velami
na. i. cooperimẽta & in tegumẽta: corporũ: ꝟo
pro ſed capre. ſ. & hirci: paſcũt ſiluas & ſũma. i.
verticẽ & ſummitatẽ licei. ſ. montis Arcadie &
paſcunẽ rubos. i. vepres horrẽtis. i. aſꝑos & hir
ſutos: & dumos amãtis. i. appetẽtes ardua. ſ. lo
ca: hoc eſt capre nõ carpũt prata quoꝝ fenũ pre
cioſum ſit: ſed frõdes que niſi carpſerint in nihi
lũ deciderint: itaq; nihili cõſtãt earũ fere pabu
la: nec moleſta eſt cuſtodia: vñ ſubdit. Atq; ipe
ſcilicet. ſine cuſtode aut paſtore: mẽores. ſ. ca-
priliũ ſuorũ redeunt in tecta & ducũt. ſ. ſecũ in
tecta: ſuos. ſ. fetus hoc eſt hedulos: aut ducũt. i.
educãt & vix ſuperãt. i. ſupertrãſire pñt: hubere
grauido. i. lacte diſtẽto & onuſto: limẽ. i. lignũ
trãſuerſum in introitu. Ergo. qa tãto ſunt vſui
tu auertes. ſ. ab eis omni ſtudio. i. cõamine & di
ligẽtia glaciẽ & vẽtos niuales ſup. eo diligen-
ti⁹: quo egeſtas. i. neceſſitas & labor mortalis. i.
mortalitatis & ꝗ aut q mortalibus fere c omes
eſt: eſt illis minor cure. i. ꝗtũ ad curã: hoc eſt mi
nori cure ſi legaẽ quo min⁹ &c. facilior eſſet cõ
ſtructio. Sẽſus aũt eſt qa capre ſunt ſui cult⁹ ne-
gligẽtes: minuſq; ꝓuide circa miſerias morta-
liũ: eo diligẽti⁹ nobis curã de ſunt. tu ergo auer
tes glaciẽ & vẽtos niualis. i. qui cũ niuibus de-
cidũt: & tu letus. i. libẽs & beneuolẽs feres. ſ. in
ſtabula: victũ & pro. i. pabula virgea. i. virgaꝝ
frõdes aut comas in pabula earũ decerptas: nec
claudes fenilia. i. loca in quibus fenũ reponitur
tota bruma. i. medie hyemis tẽpore: hoc eſt nõ
negabis eis fenũ ſaltẽ deuterũ. i. ſcdẽ ſectionis
qd Cordum vocant ſecaturq; in autumno.

caſtrorũ: Var. li. ij. c. vl. ſic ait: Suſcipit coſſinius vt fructũ ouis e lana ad veſtimentũ: Sic capra pilos admini-
ſtrat ad vſum nauticũ & ad bellica tormẽta & fabrilia vaſa. Neq; nõ quedã nationes harũ pellibus ſunt veſti-
te: vt in Getulia & Sardinia. Poſt inquit q; magnis villis ſunt in magna ꝑte Phrygie: vñ Cilicia & cetera eius
gñis fieri ſolẽt. Paſcunẽ ſyluas: videto paulo ſupius ibi frondẽtia arbuta Lycei: pro quocũq; mõre poſuit Ly
ceũ Arcadie montẽ: nã ibi eſt ouiũ & caprarũ copia. Dumos: ſpinas. Suoſq; ducũt vel ſecũ ducũt paſcẽdo: vel
ducũt ꝓ educãt. i. nutriũt ac lactãt: qd quis ſit omĩno hubera plena domũ referũt Col. li. viij. c. vi. ſcĩ. q; capel
la precipue ꝓbaẽ ſimillima hirco: ſi etiã eſt huberis maximi & lactis abũdãtiſſimi. Glaciẽ. Co. li. viij. de capris
inquit: huic pecudi nocet eſtus: ſed magis frigus & ꝓcipue fete. i. grauide: que in gelicidio hyemis cõceptũ fe-
cit. De caprilli vero ſupius videto ibi ſtabula ab vẽtis. Mortalis egeſtas: ordo eſt in hoc carmine. Quo egeſtas
mortalis eſt minor cure illi. i. minori cure hoc eſt quãto minus curãt hũanã indigẽtiã neceſſitatẽ: auxiliũ: tãto
magis eas curare debemus. Virgea pabula: arbuſculis eñ frutetiſq; maxime gaudẽt capre: ea ſunt arbutus cy-
tiſuſq; agreſtis nec minus iligni qrniq; frutices q in altitudinẽ nõ ꝓſiliũt Col. li. viij. Fœnilia bruma idẽ eodẽ.
li. c. ꝟo. iij. ait de ouibus q; penurie hyemis ſuccurriẽ obiectis intra tectũ ꝑ ꝓſepia cibis Alunẽ aũt cõmodiſſi-
me repoſitis vlmeis vel ex fraxino frõdibus vel autũnali feno: qd cordũ vocaẽ: nã id molli⁹ & ob id iocũdi⁹ eſt
ꝗ maturũ. Cytiſo quoq; & ſatiua vicia pulcherrime paſcunẽ hec ille de ouib⁹ hyemẽ cibãdis: qd qdẽ etiã de ca
pris intelligendum eſt. ait eñ Varro li. ij. c. iij. Nec multo aliter tuendum eſſe hoc pecus in paſtu atq; ouiliũ.

At vero ziphyris quum læta vocantibus eſtas
In ſaltus vtrunq; gregem atq; in paſcua mittes.
Luciferi primo cum ſydere frigida rura
Carpam⁹: dũ mane nouũ dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.
Inde vbi quarta ſitim cœli collegerit hora:
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ:
Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto

Currentem

¶ At vero zephyris &c. docuit quo pacto tpe ASCEñ.
hiberno educãde ſint capre ſed & oues ferre ea-
dem poſtulant nutrimenta: nũc docet quõ tem
poribus reliquis paſcende ſint facturus de varie
tate paſcẽdi & de diuerſitate celi nõ iniucundã
nec ineptam digreſſionẽ. ¶ Ordo eſt. At vero. Ordo.
ideſt ſed certe cũ eſtas leta. ſ. que eſt in fine Apri
lis & in maio: ſup. eſt aut aducit: tu mittes vtrũ
q; gregẽ. ſ. tam ouium q; caprarũ in ſaltus atq;
in paſcua: & hoc zephyris vocãtibus. i. inuitan
tibus te & gregẽ. Carpamus. i. carpere cogamus
rura frigida. ſ. nocturno frigore cum primo ſy-
dere. i. cũ primum apparet ſydus luciferi. ideſt
ſtelle lucem ferentis & ſolẽ tempore matutino

q ij precedẽtis

Currentem ilignis potare canalibus vndam:
Aeſtibus at medijs vmbroſam exquirere vallē
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet vmbra
Tū tenues dare rurſus aquas: & paſcere rurſus
Solis ad occaſum: quum frigidus aera veſper
Temperat: & ſaltus reficit iam roſida luna:
Littoraq; alcyonē reſonāt: & acanthida dumi.

precedentis veſpertino aūt ſequentis: dum .i. q̄ diu mane .i. tempus matutinū: eſt nouū & dum ideſt q̄ diu gramina canent .ſ. pruina & dū ros eſt gratiſſimus pecori in tenera herba: & id ſecū dum morē patrie ſue precepit poeta inde vbi .i. poſtq̄ quarta hora .ſ. poſt ortū ſolis. collegerit ſitim .i. ſiccitatem: celi .i. aeris: & cicade querule rūpent .i. diffindent cantu .ſ. ſuo: arbuſta .i. arbores vicinas: de q̄bus in ſecūda eglo. Sole ſub ardenti reſonāt arbuſta cicadis (hyperbole aūt eſt in hoc qđ dicit arbuſta cantu rūpi: quaſi vero tanto impetu emittāt crepitus ſuos vt arbores diffindant: quā imitatus eſt Iuuena. ſat. i. dicens. Frontonis platani conuulſaq; marmora clamant. Semper: & aſſiduo rupte lectore colūne) cū ſergo cauma iſtabit: iubeto potare .i. ad potū ſagere greges ad puteos aut alta .i. profūda ſtagna. ad vndā currētē .i. defluentē canalib9 .i. tubis cauatis: ilignis .i. ex ilice factis. At .i. ſed iubeto ſup. gregē exquirere vmbroſam vallem medijs eſtibus .i. ſdū medij ſunt. eſtus ſicubi .i. ſi alicubi magna quercus Iouis .i. ioui ſacra: tēdat antiquo robore .i. ex trūco longeuo & grandi. ramos ingentis .i. valde amplos & extēſos: aut ſi nemus .i. arboretū nigrū .i. caliginoſum vmbra ſacra .i. tali qualis ſolet eſſe in lucis ſacris: accubet .i. vicinū iaceat: crebris illicibus .i. illis arboribus condenſe poſitis: a quibus naſcitur vmbra ex aduerſo ſcilicet ſolis: & tu iubebis dare rurſus .i. iterū .tū. i. tūc dū ſe ſub vmbrā receperint: aquas .i. potū aquarū: & paſcere rurſus ad occaſum ſolis quū veſper .i. heſperus ſeu veſperus ſtella veſpertina frigid9 .i. frigus nocturnum afferens tēperat .ſ. ab eſtu aera: & luna roſida .i. humore nocturno perfundens terrā reficit iam ſaltus & quū littora reſonāt .i. referunt cantantē halcyonē auiculā illā que in mari in ſumma trāquillitate nidificare ſolet. & dumi referūt acāthida auiculā illā dumis gaudentē hoc eſt cantū eius quem repetit eſtu diurno ſedato.

SER.

¶ Cum leta eſtas: ſubaudi aduenerit. Dicit aūt ver: quo flare zephyrus īcipit: vt Et zephyro putris ſe gleba reſol. Carpamus: carpere cogamus animalia. Et mane pa. per. o. ſecū dum morē ſue prouincie. nam in aliquibus locis morbū cōtrahūt niſi iā ſiccato rore paſcant̄. Dū gra. nocturnis & matutinis lucentes roribus herbe: Et cātu q̄rule rumpēt. ar. ci. querule canore Hora. ſub cantu querule deſpice tibie. Aut certe querule propter illam fabulam dicit ꝙ Titonus maritus aurore poſt optatā longiſſimā vitā in cicadam dicit̄ cōuerſus. Rumpēt nimio .ſ. clamore Iuue. Aſſiduo rupte lectore columne. Perſius Findor vt arcadie pecuaria rudere dicas. Ilignis canalibus: ex ilice factis. Sane & canalis melius generis feminini q̄ maſculini proferimus. Sic vbi magna Iouis antiquo robore quercus. que eſt Ioui conſecrata. Nigrum quod dicit Ioui quercus & illicibus crebris ſacra vmbra: Non re vera conſecratos lucos dicit nos petere debere: ſed ita denſos: vt ſunt illi quos religio defendit. Vnde apparet quercū Iouis & ſacram vmbram generalia eſſe non ſpecialia epitheta. nam vt diximus & omnis quercus Ioui eſt conſecrata: & omnis lucus Diane. Tenues aquas: Epitheton aquarum alibi: ac in aquas tenuis dilapſus abibit. Temperat: Refrigerat eſtatis calorem. Reficit recreat: Luna nox. Littora Alcyonē .i. quo tempore reſonat per littora Alcyon auis: cuius fabulam in primo memorauimus. Per dumos vero achantis: quam alij luſiniam eſſe volunt: alij vero carduelum que ſpinis & carduis paſcitur vt inde etiam apud grecos Achantis dicta ſit ab acanthis. ideſt ſpinis quibus paſcitur.

Canalis.

Alcyones

PRO.


¶ Littoraq; alcyonē reſonant &. a. du. Alcyone fuit filia Aeoli vxor Cæycis: quo in naufragio amiſſo mutata eſt in aues alcyonias: quoius partus dum excluditur. vij. diebus mare quietum eſt. Acanthis ea eſt que grece acanthis dicta eſt: latine carduelus a carduo. Dumi: vocantur aſpera loca & inculta collicoſa: alij luſciniam.

MAN

¶ At vero: ordo eſt. At vero quum eſtas leta ſcilicet eſt vel aduenit zephyris vocantibus mittes in ſaltus &c. Læta eſtas: non de vere ſed de ipſa eſtate loquitur Colu. ēm libro. xij. c. ij. ſic ait: Nonis maijs vergiliæ exoriuntur: mane fauonius. vij. Idus Maij eſtatis initium fauonius aut corus interdum & pluuie. vi. Idus vergiliæ tote apparent: fauonius aut corus interdum pluuiæ. Ecce hic apparet quomodo eſtatem zephyri vocant. Preterea Var. etiam lib. ij. c. ij. id apertiſſime oſtendit de eſtate non de vere intelligendum: ait ēm de ouibus ꝙ eſtate cū prima luce exeunt paſtum propterea ꝙ tunc herba roſida meridiana que eſt aridior iocunditate preſtat: ſole exorto puro propellūt vt reintegrantes rurſus ad paſtum alacriores faciant: Circiter meridianos eſtus dum deferueſcant ſub vmbriferas rupes & arbores patulas ſubijciunt: qđ refrigerato aere veſpertino rurſus paſcāt ad ſolis occaſum. Ita paſcere pecus oportet: vt aduerſo ſole agat: caput enim ouis molle maxime eſt. Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt: & rurſus paſcunt quoad contenebrauit. iterum enim tū iucunditas in herba reintegrata eſt: hec ab vergiliarum exortu ad equinoctium autumnale maxime obſeruāt Relique paſtiones hyberno ac verno tempore hoc mutant quod pruina iam exhalata propellūt in pabulum: & paſcunt diem totum ac meridiano tempore ſemel agere potum ſatis habent. His igitur patet de eſtate intelligi non de vere que omnia Var. Maro appoſuit hoc loco Col. item libr. viij. c. iij. de eſtate intelligit. Vtrunq; gregem: ouium & caprarum Luciferi: de hoc iam ſupra Canent: propter pruinam ſcilicet Ros de rore item ſuperius Sitim celi .i. aeris eſtum. Cicade: vide in Alexi. Ilignis canalibus. Colu. li. viij. c. iij. ait nulla eſſe tam blanda pabula aut etiam paſcua quorum gratia non exoleſcat vſu continuo: niſi pecudum faſtidio occurerit prebito ſale quod veluti ad pabuli condimentum per eſtatem canalibus ligneis impoſitum quum e paſtu redeūt oues lambunt atq; eo ſapore cupidinem bibendi paſcendiq; concipiunt. Roſida luna humida intelligitq; de veſpertina luna: que omnia vt iam oſtendit. Varro quoq; edocuit. Alcyonem: vide libro. i. Georg. ibi dilecte thetidi alcyones. Acanthida: ſic legendum eſt non aliter: nam Theocritus in quodam carmine eglo. que inſcribitur Thaliſia acanthides ait: Eſt autem acanthis auis vario colore & ſtridula que inter ſpinas viuit legatur igitur carmen ſic: littoraq; alcyonē reſonant & acanthida dumi.

Acanthis

¶ Quid



Quid tibi paſtores libyæ: quid paſcua verſu
Proſequar: & raris habitata mapalia tectis:
Sæpe diem noctemqꝫ & totū ex ordine menſem
Paſcitur: itqꝫ pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitijs: tantum campi iacet: omnia ſecum
Armentarius apher agit: tectumqꝫ: laremqꝫ:
Armaqꝫ amycleūqꝫ canē creſſamqꝫ pharetram
Non ſecus ac patrijs acer romanus in armis
Iniuſto ſub faſce viam cum carpit: & hoſti
Ante expectatū poſitis ſtat in agmine caſtris.

ASCEN. ¶ Quid tibi paſtores &c. Quia qualitatē aeris obſeruandam paſtoribus ſignificauit docet diuerſa genera paſtionū in diuerſis eſſe regionibus: longeqꝫ aliter in lybia eſtu aſſiduo fere cōcuſſa: aliterqꝫ in ſcythia perpetuo frigore horrēte pecora eſſe paſcenda. Significat tamen id nō apprime neceſſariū eſſe cognitu: cū Italici paſtores quibus tempatior eſt regio ad illorū morē non paſcant: dicit ergo quid. i. ad quid. proſequar tibi verſu. i. decantē aut deſcribā camine paſtores & paſcua lybie: & mapalia que & magalia ſed magalia primā producit: mapalia corripit: vtrūqꝫ aūt ſingulari caret. i. caſas & humilia domicilia lybie habitata raris tectis. q. d. id inutiliter faciā quū paſtoribus Italicis non conducat id noſſe. Per tranſitū tñ tāgit dicēs. Pec⁹ paſcit̄ ſ. ī lybia ſepe diē & noctē & totū mēſem ex ordine & it. i. errat paſcendo in longa deſerta ſine vllis hoſpitijs. i. ſeptis aut caulis ſeu ouilibus caprilibuſ ve: tantū cāpi. i. tam ampl⁹ & capax campus iacet. i. requieſcit a ſatione & paſcuis exponit̄. ſ. illic: vt ſic diuagari permittat̄ pecus armentarius. i. cuſtos armenti: apher. i. ex aphrica vt lybicus: agit. i. ante ſe impellit omnia. i. omnes res ſuas: & tectū & larē. i. rem familiarē & arma. i. inſtrumēta ſua & canē amycleū ideſt laconicum & pharetram creſſam. i. cretenſem: cydonijs ſagittis refertam nō ſecus. i. non aliter. ac. i. q̄ Romanus. ſ. miles: acer. i. ſtrenuus ī armis patrijs. i. martijs ſup. agit ſecū oīa. cū. i. quando carpit viam ſub faſce iniuſto. i. iniquo hoc eſt nimis ponderoſo & ſtat hoſti. i. in perniciem & malū hoſtiū ante expectatū. i. ante expectationem: hoc eſt priuſqꝫ expectatus fuerit. ſtat dico caſtris poſitis in agmine. Seruius vult vnam eſſe partē orationis: ſed certe ſicut ablatiui impſonaliū pticipiorꝫ in vſu ſunt quū dr̄. Et dicto citi⁹ tum da equora placat: haud auſpicato adueni &c. iſpato accidit: ita qd̄ rarēter fit accuſatiuū hic vſurpare videt̄ Verg. cū ppoſitiōe vt ſit ante expectatum. i. priuſqꝫ expectetur. Et ita per tranſitum ſuos laudat poeta.

SER. ¶ Quid tibi paſtores lybiæ: dicit pro qualitate prouinciarum diuerſa eſſe genera paſtionū. Sine vllis hoſpitijs. ſine vllis ſtabulis Armentarius apher agit: abuſiue armentariū poſuit. nā nunc de gregib⁹ loquit̄. Tectūqꝫ larēqꝫ. Tentoria militū more ac ſi caſam diceret. Amycleūqꝫ: canem laconicum: & eſt ſpecies pro genere. Amyclæ aūt eſt ciuitas laconie: vnde eſt Talis amyclei domitus pollucis habenis Cyllarus. Patrijs armis: acer romanus generaliter ſibi conceſſis ac ſi diceret martijs iniuſto ſub faſce: ſub magno onere vt Ego hoc te faſe leuabo. Magnū aūt onus dicit propter arma: alimenta: veſtitū. Ante expectatum. i. dicto citius anteqꝫ eius expectetur aduentus & eſt vna pars orationis: hoc eſt aduerbium. Stat obſtat. Nam aphereſis eſt.

PRO. ¶ Mapalia: loca deſerta punica. Quid tibi paſtores libyę q. p. v. t. & r. habitata mapalia. t. Numide mapalia vocant tecta ſua que ſubductis nauibus ſuis poſt Amiſſum regem Perſea inuerſa pro domicilio habere ceperunt. Amycleūqꝫ canē laconicū Creſſā cretēſem: qa ibi optimi ſagitarij ſunt.

MAN. ¶ Quid tibi oſtendit ſecundū varias regiones vario modo & tempore paſci. Paſtores libyæ numidas ſeu nomadas intelligit ſcribit enim Solinus ꝙ numide incole q̄diu erraru nt pabulationibus vagabundi Nomades dicti ſunt (Numidæ) & Plyn. libro. v. capi. iiij. ſic ait numide vero nomades a permutādis Papilionibus mapalia ſua hoc eſt domos plauſtris circunferentes: nomas autem numidia dicitur & paſtor nomeus paſtor nomeo paſco: nome pabulum paſtura. Nomao autem cum ſecunda litera omega diuido moueo raris habitata mapalia tectis. Mapalia caſæ pœnice appellantur vt inquit Feſtus de his vero Salluſtius in iug. ſic Ceterum adhuc edificia Numidarum agreſtium que mapalia illi vocant oblonga incuruis lateribus tecta quaſi nauium carine ſunt. Raris tectis ſcribit (Megalia) Strab. libro. xvij. ꝙ maxima mediterrane Libye pars & regio circa Oceanum deſerta eſt. Paruis preterea habi

rationibus & ſparſis & ex magna parte paſtoralibus diſtincta eſt. Ora autem que ex aduerſo nobis eſt tota be
ne habitatur. Armentarius: ſunt enim ibi & armenta & greges propterea armentarius ait tectumq;: mapa-
lia. ideſt domos in plauſtris intelligit vt ex Plynij verbis ſuperioribus habetur. Laremq;: larem hic intelligo Lar.
ignem quoniam tectum dixit: & Colu. lib. xij. de vilico inquit. conſueſcat ruſticus circa larem domini focum
familiarem ſemper epulari. Lar etiam quandoq; pro domo ponitur. Ouid. lib. i. triſt. Que noſtro fruſtra iun-
cta fuere lari: ponitur & pro deo ipſo familiari qui domi in ipſo foco colebatur: nam focus deorum penatium
ara eſt: vt etiam Porphyrius tradit: hec tamen latius habentur ode ſecũda. Amycleum laconicum de amyclis
ſuperius patuit Creſſam. in Creta enim optimi calami pro ſagittis ſunt apud Cydoniam vrbem de qua in fine
Buco. Iniuſto ſub faſſe ſub ingenti onere. Vegetius enim lib. i. ſcribit ꝙ pondus quoq; baiulare vſq; ad. lx. li-
bras & iter facere gradu militari frequentiſſime cogendi ſunt iuniores: quibus in arduis expeditionibus neceſ
ſitas imminet annonam pariter & arma portandi: quam rem antiquos milites factitaſſe Vergilio ipſo teſte co
gnoſci poteſt ex hoc loco vt idem ait. Et hoſti legitur & hoſtem in antiquis.

ASCEñ. ¶ At nõ qua ſythie gẽtis &c. Docet diuerſum
eſſe paſtionis genus apud ſcythas: longeq; aliã
aeri qualitatẽ & paſtoribus viuẽdi formã ꝙ in
libya. Ordo eſt. At. i. ſed nõ. ſ. ſic it pecus in lõ-
Ordo ga deſerta ſine vllis hoſpitijs ſicut i aphrica (de
pendet em̃ ordo a ſuperioribus) ſup. in ea parte
mũdi q̃. ſ. ſunt gẽtes ſcythie & vnda meotica. i.
meotis palus ſcythie ſup. eſt & q̃ iſter fluuius il
le qui ſuis locis danubius dicit̃ turbidus & tor-
quens. i. voluẽs harenas flauentes. i. flaui colo-
ris & qua rodopæ mõs aut rupes thracie redit. i
rurſum tẽdit porrecta. i. extẽta in mediũ axẽ. i.
in mediã regionẽ ſeptẽtrionis. Nõ dico ſic it pe
cus: qa paſtores tenẽt illic armẽta clauſa ſtabul'
neq; aut vlle herbe apparẽt ſup. in cãpo aut vlle
frondes ſup. apparẽt in arbore. ſed terra iacet in
formis. i. ſine ornatu & varietate formarũ agge
ribus niueis. i. niue aggeſtis cumulis: & alto
gelu late. i. ampliter & in longũ ambitũ & aſ-
ſurgit. i. creſcit. ſ. gelu aut glacies ſeu nix in ſep
tẽ vlnas: hyems: ſup. eſt illic ſemp: & cauri ſpi-
rãtes. i. efflãtes aut flãdo ꝓducẽtes frigora ſem
per ſup. ſunt illic. Tũ. i. preterea: ſol. i. radi⁹ ſola
ris haud. i. nõ diſcutit. i. amouet: vmbras pallẽ
tis. i. pallorẽ inducẽtes. qa interdiu nõ eſt cali-
go mera ſed pallida lux ex niue & nube mi-
xtim ꝓducta nec. i. neq; tunc ſup. diſcutit vm-
bras: quũ. i. qñ ipſe. ſ. ſol petit altũ ethera. i. ori-
tur: inuectus. ſ. in hemiſpheriũ noſtrũ equis. ſ.
ſuis nec ſup. tũc quũ lauit. i. tingit (ſecũdũ opi
nionẽ vulgi & eſt pñtis tẽporis a lauo lauis la-
uere) currũ precipitẽ. i. ꝑcipitanter currentẽ: la-
uit dico equore oceani rubro. i. qd' rubrũ mare
ſeu ethiopicũ appellant: qd' auſtrũ verſus effun
ditur. ſed cruſte. i. fragmenta glaciei: cõcreſcũt
ideſt cõgelant̃ ſubite in flumine currẽti: idq; vt
quidã ſentiunt in fundo vbi minor eſt aquarũ
motus: & vnda ſuſtinet iam tergo. i. in ſuperfi-
cie ſua: orbes. ſ. rotarũ: hoc eſt circũferẽtias & cã
thos ferratos. i. ferro cõtra aſperitatẽ & quo fir
mius currãt munitos: illa. ſ. vnda ſup. fuit pri⁹
hoſpita. i. tranabilis: pupibus patulis. i. amplis
& ſemper patentibus: & nũc ſup. eſt hoſpita. i.
tranſmeabilis aut ſupermeabilis plauſtris. i. ve
hiculis aut curribus & era. i. inſtrumẽta erea diſ
ſiliunt. i. diſrũpunt̃ ſubita vi frigoris ita vt in
diuerſa diſſiliant fragmẽta: vulgo. i. paſſim &
in pluribus locis & veſtes indute. i. quas homi
nes induti ſunt rigeſcunt. ſ. cõgelate & ipſi ce-
dunt. i. ſecãt ſecuribus vina hũida. i. aquoſa aut
vapida: aut vina humida cedunt. i. locũ dant:
qd' parũ eſſet: qa vbiq; cederẽt ſed ñ vbiq; cedũ
tur ſecuribus vina: & lacune. i. receptiões aqua
rum tote. i. ad fundũ vſq; vertere ſup. ſe in ſoli-
dam glaciẽ. i. vt vn⁹ ſit globus glaciei nihil flui
de aque permixtũ hñs & ſtiria. i. glacies ex ſtil
lis naſi aut halitus cõcreta: induruit. i. cõgelata
eſt horrida. i. aſpera: barbis. ſ. ſcytharũ impexis
ideſt horridis & incultis. Id autem potius pla-
cet ꝙ vt de ſtirijs tectorum intelligam.

At nõ qua ſcythiæ gentes mœoticaq; vnda:
Turbidus & torquens flauentes iſter harenas:
Quaq; redit mediũ rhodope porrecta ſub axẽ
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta: neq; vllæ
Aut hærbæ cãpo apparent aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis: & alto
Terra gelu late: ſeptemq; aſſurgit in vlnas.
Semper hyems: ſemper ſpirãtes frigora cauri.
Tum ſol pallentis haud vnq̃ diſcutit vmbras.
Nec quũ inuectus eqs altũ petit ethera: nec quũ
Precipitem Oceani rubro lauit æquore currũ
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ:
Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes:
Pupib⁹ illa prius patulis: nũc hoſpita plauſtris
Aeraq; diſſiliunt vulgo: veſteſq; rigeſcunt
Indute: cæduntq; ſecuribus humida vina
Et tote ſolidam in glaciem vertere lacunæ
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.

¶ At nõ qua ſcythie gẽtes: ſubaudi talis eſt paſtio. Mœoti SER.
caq; vnda. Mœotis palus eſt ſcythie frigore congelaſcens. Mœotis
Iſter fluuius eſt Scythie q & danubius nominatur. Quaq; Iſter.
redit mediũ rhodope porrecta ſub axẽ: Qua rhodope mõs Axis
Thracie portentus in orientalẽ plagã in ſeptẽtrionalẽ. refle
ctit̃: nã ideo ait redit ſub axẽ. nã axis eſt ſeptẽtrio: qui græ
ca αμαξα dicit̃ Informis niueis: ſuperfuſione carens varieta
te formarũ nulliſq; agnoſcẽda limitibus: Septẽq; aſſurgit
in vlnas. Creſcit in ſeptẽ vlnas. Vlna aũt ſcd'm alios vtriuſ Vlna
q; manus extenſio eſt. ſcd'm alios cubitus qd' magis verum
eſt qa grecæ ωλευη dicit̃ cubitus. vnde eſt λευκωλευοσ ηρη.
Pallentes haud vnq̃. i. nunq̃ nubes diſſoluit. Nam pallen
tes vmbras nõ ex nocte ſed ex nubibus factas appellat. Cõ
creſcunt ſubite currẽti in flumine cruſte: aque currẽtes repẽ
te cõgelaſcunt: & notandũ qa cũ cruſtã dicimus feminino Cruſta.
genere lapidis aut ligni aut gelu partẽ ſignificamus. Cum Cruſtum.
vero cruſtũ dicimus eduliũ aliqd' ſignificam⁹ partẽ panis
vel placẽte. ipſe in. vij. Orbẽ fatalis cruſti. Hora. Dant cru
ſtula blandi doctores. Iuuena. Nos colaphũ incutimus lã-
benti cruſtula ſeruo. Hoſpita: facilis vnde & hoſpitalis ho
mo dicitur hoſpiti ſeruiens apte. Aeraq; diſſiliunt: crepãt. Hoſpita-
Vulgo paſſim: nã tam nimio frigore ꝙ calore era rumpun lis Homo
tur. Perſius. Findit infantes ſtatuas. Veſteſq; rigeſcunt: du
rantur vt frangi potius q̃ ſcindi poſſe videantur. Cedunt
q; ſecuribus humida vina: & vina naturaliter calida illic
gellantur. Intelligimus aũt peregrina: nam illic non naſcũ
tur vina propter nimium frigus & continuũ: ſicut ipſe pau
lo poſt docet dicens: Fermento atq; acidis imitantur vitea
ſorbis. Sane volunt phyſici vinum non gelari. Vnde hoc

loco aut hyperbole eſt aut quia dixi humida;aque mixta intelligimus.Ita em̄ gelare dicũtur.Et tote ſolida in glaciem vertere lacune:foſſe ad ſiccandos agros parate:cum alibi tantum incruſtentur.illic vſq; imũ gelantur Stiriaq; impexis induruit:Stiria.i.gutta.vnde fit diminutiuum vt dicamus ſtilla vnde fit ſtillat & ſtillicidiũ Senſus autem duplex eſt:nam hoc dicit impexis barbis pecudum pendens gutta duratur.Aut certe de tectis & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum.

PRO. ¶Rhodope mons Thracie.Medium axem ſeptentrionem dicit.

MAN. ¶At non.ſ.pecus it longa in deſerta.Scythie gentes:hic Nomades alios paſtores qui in ſcythia ſunt intelligit de quibus Stra.libr.ij.ſic ait:Nomades etenim tentorijs vtuntur centonũ inſtar pilo contextis in plauſtris vitam degentes circũq; tentoria pecora comitãtur a quibus victum captant & alunt̃ lacte:caſeo:carne. Paſcua vero ſectantur loca ſemper herboſa permutãtes:hibernis quidē temporibus Mæoticis verſantur in paludibus eſtiuis vero per cãpeſtria vagantur &c. Meotica vnda:Mæotis ſcythie lacus qui tanaim recipit vt Stra.docet lib.xij.Ply.quoq; li.vij.lacũ dicit idem vero Stra.li.vij.Mȩotidis paludis oſtiũ inquit:Iſter de hoc videto li.ij.Georg.ibi Deſcendens Dacus ab iſtro Rhodope:Thracie mons tendens in ſeptentrionē vbi axis eſt de quo ſupra.Strab.lib.vij.Myſos thraces & getas etiam nomadas vocatos innuit.i.paſtores. Informis terra ſine forma propria niue em̄ tecta eſt.Gelu:Stra dicto lib.de Mȩotica regione ait ꝙ ereæ ſcinduntur hydrie:que vero inter illas ſunt congelantur & piſces in glacie deſtituti ligonibus effodiuntur:alueus plauſtris deambulatur. Meminit item plura de glacie Mȩotidis li.ij.Septem vlnas:in ſeptem brachia de vlna latius eglo.iij.Semper hyems:de Scythica regione multa que huc etiam conueniunt dicta ſunt lib.i.Geor.ibi mundus vt ad Scythiã Cauri:in hoc lib.iam de eis diximus. Altum ethera.i.nec quũ ſol ad cancrum:nec quũ tendit ad capricornũ: nam tunc deſcendit rubro equore:qd' rubrum mare ſiue ethiopicum appellant ad auſtrum verſus effunditur ex ea maxime parte qua vaſta quedam ſolitudo & inhabitabilis terre plaga coſpicitur ardentibus ſemper caloribus exuſta autor Dio.videto.item Pli.li.vi.c.xxvij.& Soli.c.xlvij.Ferratos or.Stra.li.ij.ſcri.ꝙ in ore paludis mȩotice tanta glaciei vis eſt vt quo in loco miſſus a Mitridate imperator equeſtri pugna barbaros in glacie hyeme ſuperauerat illos eoſdem nauali prelio ſoluto per eſtatem gelu vicerit.Hoſpita.i.habilis.Aeraq; diſſiliunt:diximus iamiã ꝙ ereæ ſcinduntur hydrie:que intra illas ſunt congelant̃.Vulgo paſſim.Rigeſcũt in dureſcunt ex gelu.Vina:Macro.li.vij.ſcri.ꝙ vina aut nunq̃ aut raro congelaſcunt quia vinũ ſemina quedam in ſe caloris habet.An alia piã cauſa eſt quam quia ignoro ſcire cupio inquit.Lacune:lacuna vti.Feſtus ait eſt aque collectio & ab lacu deriuat̃.Impexis barbis de brutis melius intelligendũ.Stiria:gutta ſtilla:interrogat autē palemon grammaticus quid inter ſtillam & guttã intereſſet gutta inquit ſtat & ſtilla cadit.Euſeb.ſcrib.

Mæotis | Lacuna. | Silla. | Gutta.

Interea toto non ſecius aere ningit.
Intereunt pecudes:ſtant circunfuſa pruinis
Corpora magna boũ:confertoq; agmine cerui
Torpēt mole noua:& ſũmis vix cornib⁹ extãt.
Hos non immiſſis canibus:non caſſibus vllis
Puniceæve agitant pauidos formidine pennæ.
Sed fruſtra oppoſitum trudētes pectore mõtē
Cominus obtrũcant ferro:grauiterq; rudentes
Cædunt:& magno læti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Ocia agunt terra:congeſtaq; robora totas
Aduoluere focis vlmos:igniq; dedere
Hic noctem ludo ducunt:& pocula læti
Fermento atq; acidis imitantur vitea ſorbis.
Talis hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni
Gens effræna virum riphæo tunditur euro:
Et pecudum fuluis velantur copora ſetis.

SER. Pruina. ¶Non ſecius non ſegnius q̃ inchoauerat.Pruinis abuſiue pro niuibus.Nam pruina eſt matutini tēporis frigus.Cõfertoq; agmine cerui coniuncto.Cerui enim congregatione gratulantur.Mole no:nimia magnitudine.Caſſibus:retibus:hic eſt ꝙ incaſſum dicitur ſine cauſa quaſi ſine caſſibus:ſine quibus inutilis venatio eſt.Grauiterq; rudētes Cedunt.rumore ſuo corripuit:vt in.vij.Et ſera ſub nocte rudentum.Perſius producit.Findor vt Archadie pecuaria rudere dicas.Ipſi in defoſſis ſpecub⁹ ſecura ſub alta:Artis fuerat ſpecib⁹ vt fluctib⁹:qa quarta declinatio in datiuo & ablatiuo pluralibus v in i vertit vt manu manib⁹:ſed quia pingui⁹ ſonat & melius ſpecubus dicimus. Vnum tamen nomen eſt quod aliter non dicimus vt tribubus. Hic noctem ludo ducunt:quaſi perpetuitatem noctis ſub terris locati ludos concelebrant.Fermento atq; acidis potionis genus:

Incaſſum. | Rudens

est qd'

ASCEñ. ¶Interea &c. Proſequitur inſtitutum docens qualem vitã degant ſcythe ceteriq; frigide zone in ſeptentrione vicini:oſtendens adhuc vim frigoris ac dicēs Interea.ſ.dum ſic congelaſcũt aque ningit.i.nix cadit nõ ſecius.i.non minus aut ſegnius cum tamē in ſummo frigore alibi non ningat toto aere:ita vt totus niue caliginoſus ſit pecudes intereunt.i.emoriuntur frigore.ſ.& inedia:& magna corpora boũ:ſtant.i.rigeſcunt circunfuſa pruinis:& cerui torpent.i.pigritantur & cõſtringuntur frigore noua mole.ſ.non corporis.ſed niuiũ & glaciei & hoc agmine conſerto:quia agminatim paſci & vagari cupiunt cerui & extant.i.eminent & extra niues apparēt vix ſummis cornib⁹ & ipſi ſcythe non agitant.i.venant̃ & perſequũtur:hos.ſ.ceruos pauidos.i.naturaliter timidos canibus immiſſis & nõ agitãt hos vllis caſſibus.i.retibus ve pro vel:formidine penne punice.i.rubri coloris quã funibus tenſis affigunt vt cerui territi & in neutrã partē declinantes recta in caſſes incidant.ſed ipſi obtruncant ferro cominus ideſt de prope quaſi cõſerta manu:ſupple ceruos trudentes ideſt impellentes pectore.fruſtra quia propellere nequeũt montē.i.niuis cumulũ oppoſitum:& cedunt.i.occidunt ceruos rudentes grauiter & ipſi leti reportant eos ſup.cum magno clamore:& ipſi ſcilicet q hec faciũt ſcythe:agunt ocia ſecura ſub alta terra in ſpecubus.i.antris & ſpeluncis defoſſis:& aduoluere foſſis robora.i.truncos arborum:congeſta.i.accumulatos:& dedere igni tota.i.integras vlmos.i.arbores illas & ipſi ducũt hic.i.in huiuſmodi ſpecubus ante ignem:noctem.i.tempus caliginoſum ludo.i.ludendo & ipſi leti imitantur pocula vitea.i.potum quem vitis profert hoc eſt vina:furmento atq; ſorbis.i.fructibus illis acidis ideſt habentibus ſuccum acidum ſaporem vini vtcunq; imitantem. Gens effrena.ideſt genus ſilueſtre & ſine freno honeſte conuerſationis vagans virum.i.virorum:ſubiecta ſeptentrioni:hyperboreo.i.ſuper quē boreas flat tunditur talis.i.exiſtens talis vite tũditur.i.feritur

& cõcutit̃

& concutitur: euro.ideſt vento ripheo.i.ſcythico a ripheis mõtibus flante:& ſup.ipſi(aut quia collectiuum eſt nomen gens dedit illi plurale)velãtur corpora.i.habent corpora non decenter veſtita:ſed velata & tecta: ſetis.i. duris pillis fuluis.i.fului coloris:quales ſunt ceruorũ ſed dicit pecudũ de ouib⁹,intelligens quarũ lane ſubruffe illic ſunt: ex niuiũ aquis corrupto candore:poſſemus tñ & ceruũ pecudem dicere: cum pecus ſit quicquid animaliũ humana caret effigie.

eſt qd' ſeruiſia nuncupatur:& conſequens eſt vt vinum natura calidum in prouincia frigida nõ poſſit creari. Septem ſubiecta trioni. Tmeſis pro ſeptentrioni. Gens effrena: Sæua & rectorem recuſans. Riphæo euro: Scythico vento. Riphæi autem montes ſunt Scythiæ vt iam diximus a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam ριφη græce impetus: & ορμη dicitur αποτου ριωτειν. Pecudum fuluis velantur corpora ſetis: rhenonibus: nam vt dicit Saluſtius in hiſtorijs: veſtes de pellibus rhenones vocantur.

Montes Riphei
rhenones

¶ Rhipheo tunditur euro Euro ſignificat vento non vtiq; eo: qui ab ortu flat: ſed eo quem aquilonem vocamus. Ripheos montes quidem putauerũt alpes ſed proprie ſunt riphei montes Scythiæ. Scythium quidam interpretantur lupini colore quidam ibiſcum.

PRO.
Scythium

¶ Interea dum congelaſcunt aque. Non ſecius: non aliter: non ſegnius. Ningit: eſt in ſcythia ripheum iugũ regio aſſiduis obſeſſa niuibus Sol.' pruinis: qppe caſus cõtinuarũ niuium quiddã ibi exprimit. ſimile pruinarum: Sol. Torpent ſtupent: frigent: rigent pigri ſunt. mole niuiũ congerie ac pondere. Noua: nix em̃ cõtinue decidit. Caſſibus: pedicis laqueis retibus. punice: rubre: eſt autem venantium mos pennas tenſis funibus affigere quo cerui pauentes in caſſes decidant. Vnde Ouid. libro. xv. meta. ait. Nec formidatis ceruos includite 'pennis. Montem niuis cumulum. Indefoſſis ſpecubus: Scytharum interius habitantium inquit Soli. aſperior ritus eſt ſpecus incolant pocula de inimicorum capitibus moliuntur: amant prelia numero cedium honor creſcit. Hic noctem legitur & hinc noctem. Fermento fermentum a feruore dici volunt: ꝙ plus vna hora non poteſt contineri creſcendo enim excedit. Plyn. libro. xviij. ait ꝙ milij precipuus ad fermenta vſus e muſto ſubacti in annuũ tempus nunc fermentum fit ex ipſa farina que ſubigitur: prius ꝙ̃ addatur ſal ad pultis modum decocta & relicta donec aceſcat dicunt alij ꝙ propter acorem cum ſorbis etiam acidis mixtum fermentum vini quendam ſaporem reddit. Idem Plyn. libro. xiiij. ſcribit ꝙ fit vinum fictitium e piris malorumq; omnibus generibus e cornis meſpulis ſorbis moris ſiccis nucleis pineis &c. lib. xv. ait ꝙ ſorbis ineſt vini ſapor quibuſdam vero ſpecies acri odore & ſuauitate iucunda. Hyperboreo de hyperboreis videto ſuperius ſeptem ſubiecta trioni Tmeſis figura eſt caue temeſis dicas cum e poſt t: ſed latius videto in noſtro carmĩe figurarũ Ripheo euro. ideſt vento: non vtiq; eo qui ab ortu flat: ſed eo quem aquilonem vocamus Probus de ripheo iugo iam iam diximus. fuluis ſetis: fuluus color videtur de ruffo atq; viridi mixtus inquit Gel. libro. ij. ca. xxij. in alijs plus viridis in alijs plus rufi habere ſic poeta fuluam aquilã dixit & fuluum aurum & arenã fuluam & fuluũ leonẽ. ſcythie autem vt Iuſtinus libro. ij. docet pellibus tantum ferinis ac murinis vtuntur.

MAN
Tmeſis.
Fuluus.
color.



ASCEñ. ¶ Si tibi &c. Redit ad inſtitutum a paſtoribus ad rem eorum tranſiens: oſtendens quomodo & plurimam & ſane albam lanam habere poſſint paſtores ſi velera conſeruentur ne vepribus diſtrahantur & ſi agnorum generatio a mere candido ariete fiat. deinde docet quomodo copia lactis comparabitur: & quid ex eo facient paſtores. ¶ Ordo eſt ſi lanicum. ideſt lana aut vilitas & exercitium lanarum eſt tibi cure primũ ſylua aſpera. ideſt dentoſa & ſpinoſa: vt vepres:

Ordo.

Sit tibi lanicium 'cure Primum aſpera ſylua
Lappæq; tribuliq; abſint: fuge pabula læta.
Continuoq; greges villis lege mollibus; albos;
Illum autem q̃uis aries ſit candidus ipſe:
Nigra ſubeſt hudo tantum cui lingua palato

Reijce

Reijce: ne maculis infuſcet vellera pullis.
Naſcentum plenoqꝫ alium circunſpice campo:
Munere ſic niuo lane (ſi credere dignum eſt)
Pan deus arcadiæ captam te luna fefellit:
In nemora alta vocās: nec tu aſpernata vocātē.
At cui lactis amor cytiſum lotoſqꝫ frequentes
Ipſe manu: ſalſaſqꝫ ferat præſepibus hærbas.
Hīc & amāt fluuios magis: ac magis hubera tē=
Et ſalis occultū referūt in lacte ſaporē. (dunt
Multi iam excretos ꝓhibēt a matribus hedos
Primaqꝫ ferratis præfigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſere horiſqꝫ diurnis
Nocte premūt: quod iā tenebris & ſole cadēte
Sub lucē exportāt calathis: adit oppida paſtor
Aut parco ſale contingunt: hyemiqꝫ reponunt.

pres: ſpine: & lape & tribuli ideſt herbe aſpere abſint ſcilicet a paſcuis ouium: & fuge pabula leta ideſt nimis pinguia aut pingues facientia & lege cōtinuo ideſt ſtatim a prima etate eorū aut a prima cuſtodia tua: greges albos villis id eſt velleribus aut globulis lanarum mollibus autē pro ſed reijce ideſt repelle illū ſcilicet arietē admiſſarium cui tantū ideſt tantūmodo lingua ſubeſt .i. occulte eſt nigra ſub palato hudo ꝗuis ipſe aries ideſt exterior facies eius tota ſit candidus ideſt cum candore albicans. reijce dico ne infuſcet ideſt fuſca faciat & denigret vellera naſcentū ſcilicet agnorum: maſculis pullis ideſt ſubnigris: & circunſpice ideſt circūſpiciēdo delige alium ſcilicet arietem: in cāpo pleno vbi ſcilicet ex omni parte eum inſpicere potes aut ex pleno grege in campo exiſtente. Vt aūt ſciamus quantū pecus albū eligendū ſit docet quia etiā luna eius capta deſiderio pani cōſenſit: aut vt ſciamus ꝙ diligenter inſpiciendum ſit ne macula ſubſit docet quia etiā luna ꝙ ob arietē albū ſui copiam fecerat a Pane decepta eſt. vnde dicit. O luna Pan deuſ archadie fefellit te captam munere lane ideſt ariete lanigero niueo ideſt valde candido: fefellit dico ſic .i. ꝑ hoc ꝙ ſuberat macula nigra palato vocans te in alta nemora vbi .ſ. tui copiā facias arietē candidū in mercedē receptura. nec tu aſpnata es vocantē .i. etiā ſecuta es ſi dignū eſt credere: qđ prudēter addit ꝗa poeticū eſt figmentū: nec cū decoro lune. At .i. ſed ille cui amor .i. cupiditas lactis .ſ. hńdi eſt ferat pſepibꝰ .i. ad pſepia: cytiſum fruticē illū dulcē & ſuccoſum: & lotos .i. frondes loti frequētes .i. frequenter adhibitas: & herbas ſalſas .i. ſale aſpſas: quia .ſ. oues & cetere pecudes amāt magis hinc .i. ex ſale aut ſalſis hęrbis: fluuios .i. freqnti ꝰpotant vñ plus lactis habent: ac tendunt ideſt diſtendunt magis hubera & referunt in lacte occultū ſaporem ſalis quia lac eſt ſapidius. Multi ꝓhibent .i. arcēt: hędos excretos .i. maiuſculos & validiores vt trimeſtres: a matribus .i. ablactant eos: & pfigunt prima ora .i. extrema labra capiſtris ferratis .i. ferro vt clauis munitis vnde fugere volētes matrem ledant: & ſup. multi aut paſtores pmunt ideſt coagulant & in formā caſei conſtringunt quem a forma nonnulli formaginē appellant vnde eſt gallicū vocabulum premunt ergo nocte .i. ante lucē illud .ſ. lac (vnde in Buco. & pſſi copia lactis) quod mulſere .i. mulgendo extraxere: die .i. luce aut ſole ſurgente: & horis diurnis .ſ. ad meridiē ſicvbi ter mulgeant: & exportant ſub .i. añ lucē calathis .i. vaſculis vimineis in ꝗbus formam caſei accepit illud .ſ. lactis qđ mulſere ſup. iā tenebris ſup. exiſtētibus aut ingruētibꝰ & ſole cadēte. paſtor adit oppida .ſ. vt vēdat vñ in buco. & igrate pmeret caſeus vrbi &c. aut ſup. paſtores cōtingūt .i. reſpgūt lac preſſum ſale pco .i. cōſeruatiuo aut modico: & reponūt .i. reſeruāt repoſitū: hyemi .i. ad hyemē aut hibernū tps. in quo non oēs copiā lactis habēt: vnde ꝑ excellentiā dicit ille. Lac mihi nō eſtate nouū non frigore deſit.

Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo:
(Quod iā nō dubijs poteris cognoſcere ſignis
Continuo eſt ægris alius color: horrida vultū
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis & triſtia funera ducunt.
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
Aut intus clauſis cunctantur in edibus omnes:
Ignauæq; fame & contracto frigore pigræ.
Tū ſonus auditur grauior: tractimq; ſuſurrant
Frigidus vt quondā ſyluis immurmurat auſter
Vt mare ſollicitum ſtridet refluētibus vndis:
Aeſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis)
Hic iam galbaneos ſuadebo incendere odores
Mellaq; arundineis inferre canalibus: vltro
Hortantem & feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem.
Arenteſq; roſas: aut igni pinguia multo
Defruta: vel pſythia paſſos de vite racemos:
Cecropiūq; thymū & graue olentia centaurea
Eſt etiam flos in pratis: cui nomen amello
Fecere agricolæ: facilis quærentibus hærba.
Namq; vno ingentem tollit de ceſpite ſyluam
Aureus ipſe: ſed in folijs que plurima circum
Funduntur: violæ ſublucet purpura nigræ.
Sæpe deum nexis ornatæ torquibus aræ:
Aſper in ore ſapor: tonſis in vallibus illum
Paſtores: & curua legunt ꝓpe flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque baccho.
Pabulaq; in foribus plenis appone caniſtris.

ASCEN. ¶ Si vero &c. Docet apum morbos morborūq; ſigna & remedia. Mire autem dicit in principio. Quoniam caſus apibus quoq; noſtros Vita tulit. Quaſi vero morbi infirmitates cæterę q; miſerie homini debite: & non cæteris animantibus. Sed vt in tertio libro vbi de peſtilētia locut' eſt innuit: homines fere ſibi ſunt cauſa morborum: nam varijs & vltra modum ſeſe ingurgitant cibis: pecudes autem & boues ſimplici cibo & ſalubri fere potu temperantius victitant. Quia igitur apes neq; cibo nimio neq; potu: neq; ocio aut torpore: morbum contrahunt: videntur merito a morbis immunes fore: preſertim cum tam chare ſint ioui vt illis hoc dederit ꝙ ſine concubitu procreent. Vita ergo tulit apibus quoq; caſus noſtros id eſt nobis ad immoderatū & varium victum debitos. Eſt aūt in principio vt ſignauimus duplex parentheſis: nam illis ſublatis ſnīa manet integra ſic. Si vero triſti languebunt corpa morbo hic iam galbaneos ſuadebo incendere odores vt cū ordine repetam. Sane ex hoc loco patet odores nō ſemp in plurali ſignificare ſpēs aromaticas odoriferas: nam galbaneos odores ponit pro his q galbano incenſo fiunt. Et tamen idem ac ſi dicat galbanum odoriferum inferre canalibus. Quia canalis primā corripit ſcribēdum eſt vnico.n. Ordo aūt eſt. Si vero triſti languebunt corpora morbo: hic iā galbaneos ſuadebo incendere odores. cętera aūt quaſi ꝑ parētheſim inſerta ſunt: que etiā cōſtruēdo interſere poſſumus ſic. Vero ꝓ ſed ſi corpa. ſ. apum lāguebūt triſti. i. letali morbo: qm vita. ſ. lōgior: que tn̄ apib' reſpectu hoīm perq; breuis eſt tulit. i. attulit quoq;. i. etiam apibus noſtros. i. humanos caſus. i. miſerias & aduerſitates p morbos aduentantes: quod. ſ. corpa apum languere triſti morbo: tu poteris cognoſcere ſignis nō dubijs. i. certis nam color alius ꝗ. ſ. fuerat ſanis eſt continuo egris | macies horrida. i. aſpera rugoſa & horrorē generans deformat. i. deformē facit vultum. i. os aut faciem apum tum. i. ꝑterea aut poſt mortem relique apes exportāt tectis corpora carētum luce. i. vita functarum & ducunt triſtia funera (ſemper alludit ad humanos ritus) aut ille. ſ. morboſe & languide: pēdent ad limina. i. ad introitus: connexe. i. complicate & cōdependentes pedibus: aut inter ſe aut potius ad limina: quia ſi non connecterent ſeſe deciderent pre languore: aut ipſe omnes cunctantur id eſt immorantur intus in edibus clauſis hoc eſt nō egrediuntur ad opus & ignaue ſunt ſupple id eſt ſine induſtria & labore fame. id eſt ꝓpter famē que naſcit ex inedia & pigre. i. torpentes frigore contracto ex deſidia. ſ. & languore: tū. i. ad hoc ſonus grauior id eſt triſtior & fractior auditur: & ſuſurrant tracti. i. ꝑ longos

SER. ¶ Quoniam caſus apibus quoq; noſtros Vita tulit Vitę longitudo morborū creatrix: ſicut in Buco. O lycida viui puenim'. Cōtinuo eſt ęgris alius color. ſ. pallidus: qa dixit ſupra Ardentes auro & paribus lita corpora guttis: Triſtia funera ducunt cum exequiali. ſ. pompa: & ducere proprie funerū

Ducere:

longos tractus vt languidi ſolent qui ſuſpiria ex imo pectore trahunt(non dicã ergo tractim ideſt continue:nec iugiter aut ſine intermiſſio‑ne.cum verior & conuenientior ſit proprius ſi gnificatus)vt ideſt;quemadmodum auſter fri gidus immurmurat ideſt longe & tractim reſo nans murmur facit in ſyluis:& vt mare ſolici‑tum.i.ex ſolido.i.integro citatum & commo‑tum ſtridet.ideſt ſtridorem ꝓcul ſtantibus af‑fert vndis refluctibus:& vt ignis rapidus.i.ve hemens eſtuat ideſt feruet cum ſonitu obſcu‑ro & concauo fornacibus clauſis.i. occluſis & opertis.nam clarior ſonus edit̃ ab aptis hic.i. modo cum talia morborum ſigna videris:ego ſuadebo incendere odores galbaneos.i. incen‑dendo galbanũ diſpergere odores eius aut odo res poſuit pro odoramentis & rebus odoriferis ſicut media mittit odores: & ego ſuadebo te hortantem vltro ideſt ſponte apes:feſſas & vo cantem eas ad pabula nota ideſt qualia ipſe ſi‑bi comparare ſolent:inferre ſcilicet in aluearia canalibus arundineis ideſt fiſtulis ex arundine factis mella.ſ.in pabulum que ſunt pabula no ta ea aũt adhibentur ad inſtaurandas vires tũ corporũ tũ animorũ:odores aũt ad recreandos ſpũs. Proderit.i.vtile erit:&.i.etiam admiſcere ſaporem galle tunſum.i. contuſam gallam vt magis ſapida ſit & roſas arentes deſiccatas.ſ. in ſole aut defruta.ſ.vina pinguia. multo igni ſcilicet decocta:& recocta:vel racemos de vite pſythia paſſos.i. vuam paſſam que eſt ex vite Pſythia que ſuauis eſt & ſaporem melius refe‑rens: & thymũ cecropiũ.i. atticũ & centaurea hęrbas calidas & ſiccas:olentia graue.i. graui‑ter & multũ. Eſt etiam flos in pratis cui amello agricole fecere nomen liceret dicere cui agrico lę fecere nomen amellum.amelli.& forte amel lus hærba.ſ. que eum florem fert. eſt facilis.i. faciliter repibilis querẽtibus.Nãq; tollit.i.eri‑git & extollit & excreſcere facit igentẽ ſyluã.ſ. foliorũ & caulium de vno ceſpite.i.de radice in vno ceſpite cõtenta:ipſe.ſ.flos eſt aureus.i. au‑rei coloris:ſed purpura.i. purpure⁹ color viole nigre.hoc eſt ferruginee:ſublucet.i. parũ lucet: qa fuſcus eſt in folijs que fundunt̃ plurima cir‑cum.i.ꝑ circuitũ:are deũ.i.deorũ ſepe ſup.ſunt ornate torqbus.i.circulis intortis:nexis.i. com plicatis ex hmõi floribus & folijs:ſapor eſt aſ‑per in ore:paſtores legunt.i.colligunt illũ.ſ.flo rem in vallibus tonſis.i.apricis & non ſyluoſis & ꝓpe flumina curua.i.ꝑ littora curua defluẽ‑tia:Melle illius fluẽti in Gallia: tu incoque ba cho.i.vino odorato.i.forti & odorem magnũ exhalante quale eſt vetus amineũ:de quo prius ſunt & aminee vites firmiſſima vina radices hu ius.ſ.floris aut hęrbę:& appone.ſ.apibus:pabu la.i.nutrimẽta ex tali decoctõe:plenis caniſtris ideſt ſportellis aut calathis: vaſis.ſ.vimineis.

funerum eſt. Perſi. Nerio iam tertia ducitur vxor. Aut ille pedibus cõnexę ad limina pendẽt. Hinc multi dictas apes eſſe volunt:ꝙ ſe pedibus inuicem tenent. licet crebrior ſit illa opinio:ꝙ ſine pedibus primo eſſe dicunt̃: vt Trũca pe dum primo. Tractim ſine intermiſſione: iugiter. Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat auſter vt mare ſollicitũ ſtridet:tres cõparationes ſingulis implete verſiculis de Ho mero tranſlatę ſunt:quas ille binis verſibus poſuit.Hinc iã galbaneos ſuadebo incendere odores.i. cum iam hic ꝓceſ‑ſerit morb⁹ galbanus incendenda eſt.non vt ſupra thymus mel etiã in aluearia medicatũ tñ eſt inferendũ:nõ vt ſupra cerę inanes. Tunſum gal.ſ.multipilas cypiſſi accipiunt.Eſt etiã flos ĩ pratis cui nomẽ a mello.plene hãc hęrbã:vt etiã ſupra arborẽ fęlicis mali exequtur:nã dicit vbi creat̃ qualis ſit:qd poſſit. Aureus .i. flos.ſ. Violę ſublucet purpura ni‑grę mire ait ſublucet vt oñdat purpurei coloris folia quo‑dã nirore eſſe pfuſa. Tonſis in val.nõ ſyluoſis. Vñ etiã cõ‑tra intonſi mõtes Prope flumina mel'ę: mella fluuius Gal lię eſt iuxta quẽ hęrba hec plurima naſcit̃: vnde & amella dicit̃:ſicut populi habitãtes iuxta lemannũ lacũ Alemãni dicunt̃:vñ Lucanus Deſeruere cauo tentoria fixa lemãno. Mella: A mella Alemãni

❡ Eſt ęgris alius color minus valentiũ ſigna ſi ſunt piloſę & horridę vt puluerulẽtę niſi opificij eas vrget tps: tũc em̃ propter laborem aſperantur & marceſcunt: Varro lib.iij. Tractim:cõtinue:Q uondam:qñq;. Hic tunc Galbaneos odores:galbanus odore comitialibus ſubuenit & in ſtoma chi defectu Ply.lib.xxiiij.latius tñ circa finem li.iij.Geor. videto Colu.vero lib.x.ſic ait:nec non etiam ille morbus maxime eſt conſpicuus qui horridas contractaſq; carpit: quum frequenter alię mortuarum corpora domicilijs ſuis efferũt alię intra tecta vt publico luctu mœſto ſilentio tor pent id cum accidit arundinis infuſi canalibus offerunt ſi‑bi maxime decocti mellis & cum galla vel arida roſa detri ti galbanum etiam:vt eius odore medicentur incendi cõ‑uenit:paſſoq; & defruto vetere feſſas abſtine:optime tamẽ facit Amelli radix cuius eſt frutex luteus purpure⁹ flos ea cum vetere amineo vino decocta exprimitur & ita liqua‑tus eius ſuccus dat̃ hęc ille. Defruta:defrutum dicit̃ ſi mu‑ſtum ex duabus partibus ad tertiam partem redigatur de‑feruere faciendo:ad mediam vero partem decoctum Sapa vocatur vti Marcellus ſcribit. Ply.li.xiiij. oppoſitum ſcri‑bit.Sapam nãq; appellat muſto vſq; ad tertiam partẽ men ſurę decocto defrutum vero ad dimidiam partem. lib. etiã xxiij.inquit. Vino cognata res ſapa eſt muſto decocto do nec tertia pars ſuperſit: ex albo hoc melius. galę ſaporem tunſum.i. tunſę gallę:gallarũ aũt ſapor ſtipticus eſt valde Galleno teſte. Vniuerſaliter quidem adminiſtrande ſunt ad ſtipticandum retinendum & deſiccandum & ſatis infri‑gidant fortificant membra fluxa omneſq; ęgritudines ꝓ‑hibent.que fiunt ex humorum diſſolutione earumq; etiã fluxus ꝓhibetur. Pſythia paſſos: de his late videto libr.ij. Georg.Cecropium thymũ atticum:eſt enim optimum in hymeto monte:eſt autem ſpecies ꝓ genere. Centaurea: hęr ba hęc maior & minor eſt:ambę tñ calidę & ſicce cõpletio nis in ſecundo gradu. Maior totum ventrem purgat:mino ris elixatura bibita coleram & humores pingues deponit author.Diaſcorides Ply.etiam multa li.xxv. A mello pau lo ante de eius flore & frutice diximus. Violę ſublucet pur pura nigrę:purpurę florem illum tingendis expetitum ve‑ſtibus in medijs habent faucibus:liquoris id minimi eſt in candida vena. Vnde precioſus ille bibitur nigran tis roſę colore ſublucens. Ply.li.ix.c.xxxv. Tonſis:falce meſſis vel non ſyluoſis inde & contra intonſi montes dicuntur. Flumina melle Pomponius mellam deſcribit fluuium eſſe in thracia & in Aegeum ingredi. Alibi etiam ait in Pamphilia eſt mellas nauigabilis fluuius:eſt item alter in Sicilia eſt & pluribus in locis. Oui.di xit in meta. Migdoniuſq; melas: Mellam vero gallię fluuium dicunt.

MAN. Galbanus Defruta: Sapa.

Sed ſi



Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis:
Nec genus vñ nouæ ſtirpis reuocetur habebit:
Tp̄s & archadij memoranda iuuenta magiſtri
Pandere: quoq; modo cæſis iā ſæpe iuuencis
Inſincærus apes tulerit cruor: altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua pellæi gens fortunata canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine nilum:
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis:
Aliqui vicina legūt Quaq; pharetratę vicinia perſidis vrget:
Et viridē ægyptū nigra fœcundat hærena:
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora:
Vſq; coloratis omnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutē.

SER. ¶ Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis. Miro vſus eſt ordine. Nā primo ait quemadmodū animalia apibus inimica pellenda ſint: deinde quibus medicaminibus morbo poſſint carere. Nūc dicit penit⁹ admiſſę q̃ poſſint rōne reparari. Tp̄s & arcadij memoranda iuuenta magiſtri. Ariſtęi. Cęſis iuuencis occiſis verberibus: Bono autē ſermone vſus eſt. Nam cędi interdum occidi interdum verberari ſignificat. Inſincęrus cruor vitiatus: corruptus: nam ideo verberantur. vt ex putrefacto cruore vermes creentur: vnde apes ſint. Altius omnem. Expediam prima repetens ab origine famam. Contra in ęnei. Sed ſumma ſequar faſtigia rerum. Sane ſciendum Plyn. dicere de bobus apes: de equis crabrones: de mulis fucos: de aſinis veſpas procreari. Nam qua pel. ca. Canopus ciuitas eſt iuxta Alexandriam quam Alexander a ſe dictā condidit inſtar clamydis ſuę qui fuit de ciuitate Macedonię que pella noīatur. Canopus aūt dicta eſt quaſi Canobus a canobo Menelai gubernatore illic ſepulto. Pictis. ph. Breuibus nauiculis: quibus vtuntur cū ſtagnauerit Nilus. Nigra fęcun. hare. nouum enim ſuper limū trahit: qui efficit fęcunditatem: vnde & nilus dictus eſt quaſi νεαν ειλυν trahens ideſt nouum limum: Nam antea nilus latine mello dicebatur. Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem. Ponit apū reparādarū ſalutem. Cice. Iacta ſunt fundamēta defenſiōis mee.

Cædi. Pella. Canopus. Nilus.

ASCEn. ¶ Sed ſiquidem proles &c. Docet reparandarum apium vbi penitus extincte fuerint modū. Nam notum eſt non omnia animalia per ꝓpagationem gigni cū multa gignantur per putrefactionem. hoc eſt ex materia putrefacta ꝑ virtutem celeſtem & precipue ſolis quem ideo patrē rerū appellauit Homerus. Vt aūt id doceat latam fabulam ingredietur repetēdo videlicet quomodo Ariſteus amiſſis apibus matrē adijt qua authore & cohortante ꝓtea deum marinū & vatem adijt & in vincula coniecit: abs quo tandem didicerat cauſam apum interemptarū eſſe que ipſius petulantia euridice orphei coniunx & nympharum napearū hoc eſt florū in choreis ducendis ſocia a ſerpente interempta ad inferos deſcenderat cum vero ad placandas nymphas iuſſu mrīs ſacrificaret ſimul apes recuperauit vt ſuo loco dicetur. Ordo eſt. Sed ſi oīs ꝓles. i. tota ꝓgenies apū defecerit. i. deſtituerit aut deliquerit: quē. i. aliquē: ſubito. i. ex improuiſo & ſubito interitu: nec habebit. ſ. aliq̄s apes aut aliud quoduis vnde gen⁹ noue ſtirpis &. i. ꝓgenici aut prolis reuocet. ſ. ab interitu tēpus ſup. eſt pandere. i. manifeſtare: &. i. ſimul iuuenta magiſtri arcadij. ſ. Ariſtei qui in arcadia regnauit memoranda. i. digna memoratu. aut tp̄s eſt pandere & memorāda ſunt. i. ad memoriā reducenda: quoq;. i. q̄uo cruor inſincerus. i. immundus & corruptus tulerit. i. ꝓduxerit ſepe apes iuuencis ceſis. i. occiſis & in pelle derelictis: & ideo ſup. inquit poeta ego expediā. i. expedite enarrabo oēm famā. i. quicq̄d de ea re fama ad nos attulit: altius ideſt lōgius aut ꝓfundius repetens. i. recenſens a prima origine. Nam oīs regio (vt dicitur ibi oīs in hac) ab ea ſup. parte qua gēs fortunata ideſt largas fortunas ac diuitias habens canopi oppidi Pellei. i. ab Alexandro pelleo conditi in ſinu Macedonico ſcd'm Solinū: aut Pellei. i. vicini Alexandrie pellei videlicet. Alexandri regie accolit nilum fluuium illum egypti ſtagnātem. i. inundantē & in campos effluentē (vbi ad tp̄s ſtagna & fertilitatem parit vn̄ fortunatā gentē dixit) flumine effuſo. ſ. in agros: & vehitur circum ſua rura phaſelis. i. ſcaphis pictis. i. ornatis aut picatis: ſed etiā teſtaceis vtunt̄ illic ſcaphis: quaq;. i. qua. ſ. parte amnis. ſ. nil⁹ vrget vicina

Ordo. Canopus.

eina Perſidis regionis pharetrate ideſt cuius incole pharetris & ſagittis multum valent: nilus vrget & fecundat egyptum viridem ſcilicet ſegete aut herbis poſt inundationem: harena nigra ideſt limo nigro quem illic relinquit & ruens diuerſa ideſt in diuerſas partes aut ruens. ideſt deflues diſcurrit in ſeptem ora ideſt oſtia diuerſa amnis dico deuexus ideſt defluens & deorſum duct⁹. vſq; ab indis coloratis. i. nigris qui color fortis eſt Ab eo dico parte omnis regio iacit ideſt conſtituit & ponit in hac arte: quam. ſ. dicturus eſt certam ſalutem. ſ. reparandarum apum. Eam autem artem ex ſacrificio pro placādis nymphis inſtituto inuentam ſuo loco author docebit,

¶ Nam qua pel. g. f. c. Pella eſt oppidū Macedonię patria Alexādri. Oēs aūt Alexādrias Alexāder cōſtituit. Ergo canopi pellei dicti ſunt. Canopus eſt aūt oppidum in ęgypto iuxta alexandriā a gubernatore dictum Menelai. Fortunatam ſaūt dixit gentē ꝓpter agri fertilitatem. PRO. Pella. Canopus.

¶ Sed ſiquidē proles ſubito de. docebit iam reparandarū apiū modū. Peracti aūt ſolſtitij vſq; ad ortum caniculę tpe ꝓgenerari apes poſſe iuuenco perēpto Democritus & Mago: nec minus Verg. prodiderint Mago qdem ventribus etiā bubulis idē fieri affirmat: Colu. li. x. Arcadij magiſtri Ariſtei. is enim in Arcadia late regnauit: primuſq; & apiū & mellis vſum hoībus tradidit: vt latius in principio hui⁹ voluminis patuit & in principio primi. Pellęi canopus centum ac. xx. ſtadijs diſtat ab Alexandria pedeſtri itinere vadentibus dicta de noīe Canobi: qui Menelai claſſem gubernabat & ibi mortuus eſt in ea vero erat Serapidis templum & cultu & religione excellens: e ſeptem p̄terea Nili oſtijs precipue canopico oſtio vtebanī ęgyptij tanq̄ emporio occluſis Alexandrię portubus Strab. idē ſcribit li. xvij. Eſt aūt canopus in quadā nili inſula teſte Solino quā vrbē aiunt ab Alexandro Pellæo ędificatam. i. Macedonico: Pella enim vrbs Macedonię eſt teſte Mella quam maxime illuſtrem alumni effecerūt Philippus gręcię domitor. Alexander etiā Aſię. Fortunata: dixit ꝓpter agri fertilitatem. vt ait Probus: Mella etiā ſcribit ęgyptū mirę fertilitatis eſſe & hoīm aliorūq; animaliū perfœcundam genitricem. Dicit item fortunatā Canopi gentem ꝓpter ipſum nilum: in quo ſita eſt vrbs: & canopicum oſtium quo ęgyptij tanq̄ emporio vtebantur. Stagnantem: vide to lib. iij. Geor. Phaſelis naui. Nonius aūt ait ꝙ phaſelus ꝓprie eſt nauigiū campanū. Stra. lib. xvij. ſcri. ꝙ a ſeptē nili oſtijs partes quędā obruptę in totā inſulā diuiſę multos riuulos inſulaſq; fecerūt: vt tota inſula ſit nauigabilis. foſſis in foſſas diuiſis: quę tanta facilitate nauiganturvt nonnullę teſtaceas habeant. Illa aūt inſula delta nominatur quā mare duoq; nili fluenta efficiunt: Delta vero dicitur ꝓpter Δ figurę ſimilitudinem: habet q̄m triangulum. Pharetratę perſidis: poſt carnaniam Perſia eſt: carnania autē indi oſtio vltima. Venantur Perſę pila & ſagittas ab equis mittentes & funda vtentes. Strab. li. xv. Viridem ęgyp. ꝓpter ſata & vineta & gramina ob nili ſęcunditatem: hinc ait nigra harena. i. nigro limo: & lib. ij. Geor. diximus optimā eſſe nigram terram. Coloratis indis. i. nigris. Nilus autem originem: vt iuba rex potuit exquirere in monte inferioris Mauritanię non ꝓcul oceano habet. author Ply. li. v. c. x. Deuexus: declinatus ꝓnus demiſſus. Pella. Canopiū. Phaſelus. Delta.

¶ Arcadij: optimū principiū in quo ſummā captat attentionē. Dicit enim ſe dicturum non fabulas nec precepta vulgaria: ſed memoranda: nec indocti hoīs: ſed magiſtri: & arcadij: vt ſit laus a natione. Nam arcades preualuerunt in omni pecore colendo. Arcadij. ſ. Ariſtęi: qvt meminit Iuſtinus in archadia regnauit: primuſq; lactis coagulādi autor fuit: melq; repperit: & vt ait Ply. prim⁹ mel vino miſcuit: mulſumq; inuenit. Diod. aūt ait. Ariſtęum primū Baccho contra Saturnum ꝓfecturo tanq̄ deo ſacrificaſſe. Altius omnem: demōſtrauerat ſe īcepta narraturū. Nūc ſic narraturū pollicet: vt altius exponat. q. d. ita a principio repetā vt res facile intelligi poſſit. Canopi pellęi: non a Pellęo rege cōditi: ſed canopi egyptiaci: in qua ęgypto rex Pellęus. i. Alexāder ſibi regnū conſtituit: ędificata Alexandria cognominata a Pella vrbe Macedonię ſuę patrię. Vn̄ & Iuue. Vn⁹ Pellęo iuuēi vix ſufficit orbis: Canopū āt vrbs ęgypti: q̄ſi canobū a canobo auriga Menelai illic ſepulto. CHRI. Ariſtęus.

ASCEn̄. Ordo ¶ Exiguus primum &c. Exequitur quam p̄libauit materiam dicens. Locus exiguus. i. modicus & anguſtus atq; contractus ideſt conſtrictus in ipſos vſus ideſt ad hanc ipſam vtilitatem vt. ſ. in eo bos putreſcat elegitur primū ab his ſcilicet qui apes reparare pretendunt & ipſi p̄munt. i. obſtringunt: hunc. ſ. locū imbrice. i. integumento cōtra imbres tecti anguſti: & parietibus arctis. i. anguſtis. ſ. tectū tepidū tenētib⁹ (Eſt aūt ꝓceleumaticus ī primo loco poſitus) & addunt quatuor feneſtras luce obliqua. i. ex obliquo infuſa & inter media nō directe aſpecta: a quatuor ventis. ſ. principalibus: qui forte frigus nō teporem generent ſi ex directo intrēt Tum. i. deinde poſtq̄ locus ſic conſtitutus eſt: vitulus curuans iam cornua in fronte bima. i. bienni: hoc eſt ipe vitulus bimus: & ita tener & ſanguinis ac ſucci plen⁹: querit. ſ. ab his q apes reparare volūt. Nares gemine. i. ambe & pares obſtruuntur ſup. huic. ſ. vitulo: & ſpūs. i. anhelitus oris obſtruitur huic reluctāti multa ideſt multum & viſcera. i. carnes omnes: tonſa. ideſt percuſſa & contuſa: ſoluuntur. i. laxantur huic ſcilicet vitulo perempto plagis. i. fuſtigatione: ſoluuntur dico per pellem integram. i. ſolidam ne ſpūs aut ſuccus aut ſanguis exhalet & ipſi q hec fecerunt linquunt ideſt relinquunt: ſcilicet vitulum poſitum ſic in clauſo ideſt occluſo loco: & ſubijciunt coſtis: ſcilicet vituli ne pellis putreſcat: fragmenta ramea. ideſt ramorum: & thymū

Exiguus primum atq; ipſos cōtractus in vſus
Eligitur locus: hunc anguſtiq; imbrice tecti
Parietibuſq; premunt arctis: & quatuor addūt
Quatuor a ventis obliqua luce feneſtras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic gemine nares & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſtruitur: plagiſq; perēpto
Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem:
Sic poſitum in clauſo linquunt: & ramea coſtis
Subijciūt fragmēta: thymū caſiaſq; recentes:
Hoc geritur zephiris primū impellenb⁹ vndas
Ante nouis rubeant q̄ prata coloribus ante
Garrula q̄ tignis nidum ſuſpēdat hirundo.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Aeſtuat: & viſenda modis animalia miris
Trūca pedū primo: mox & ſtridentia pennis
Miſcentur: tenueq; magis magis aera carpunt:

Donec

Donec vt æſtiuis effuſis nubibus hymber
Erupere:velut neruo pulſante ſagittæ
Prima leues ineunt ſi quando prelia Parthi.

SER. Imbrex. ℂIpſos cõtractus ad vſus eligit̃:ad ſuſtinendũ tantum & coarctandũ bouis cadauer. Auguſtiq; ĩbrice tecti. Licet & hic imbrex lectũ ſit melius tñ ſecundũ Plautũ hęc imbrex dicimus:nãq; ait:Fregiſti imbrices meas dũ te dignã ſectaris ſimiam. Obliqua luce feneſtras quę ex obliquo lumẽ in fundũt:vt in horreis cernimus. Multa.r. ꝓ multũ nomẽ ꝓ aduerbio. Ramea.f. de ramis fracta.i.ramorũ fragmina. dicimus aũt hic ramus & hoc ramale:Perſi. vt ramale vetus. Ramale. Caſiaſq;.r.ſtatim carptas. Teneris te.i.o.h. Vtpote bimi: vituli in quo plurimũ feruentis eſt ſanguinis. Modis.v.a.m.& quod ex cadauere naſcunt̃ animalia: & ꝙ apes ex vermibus ꝓcreant̃. Trũca pedũ primo.i.ſine pedibus. Primo & bene addit primo. Nam poſtea tã pennas q̃ pedes accipiunt. Pennis miſcent̃: inter ſe pennarũ leuitate cõueniũt.

MAN Imbrices. ℂImbrice:imbrices tegulę dicunt̃ ꝙ ĩbres capiãt. Zephyris:hi flare incipiũt.vij.Idus Febru.primo.ſ.die Veris vti latius li.i.Geor. Hirundo: de hac Oui. in fine li.ij.Faſto.ait: Fallimur an veris prenuncia venit hirundo: & Phũs lib.i. ęthic. ait ꝙ ver nec vna facit hirundo nec vnus dies. Colu. vero lib.xij.c.ij. ſic ait.x.Kal.Mar. leo deſinit occidere venti ſeptentrionales qui vocantur Ornithię per dies.xxx. eſſe ſolent:tum & hirundo aduenit.

Quis deus hãc muſæ:qs nobis extudit artem:
Vnde noua ingreſſus hoĩm expientia cœpit:
Paſtor ariſteus fugiens peneia tempe
Amiſſis(vt fama)apibus morboq; fameq;:
Triſtis ad exrremi ſacrum caput aſtitit amnis
Multaq; querẽs:atq; hac affatus voce parentẽ.
Mater cyrene mater: quæ gurgitis huius
Ima tenes:quid me preclara ſtirpe deorum
(Si mõ quẽ phibes pater eſt thymbræus apollo)
Inuiſum fatis genuiſti:aut quo tibi noſtri
Pulſus amor:quid me cœlũ ſperare iubebas:
En etiam hunc ipſum vitæ mortalis honorem,
Quẽ mihi vix frugũ & pecudũ cuſtodia ſolers
Omnia tentanti extuderat:te matre relinquo.
Quin age & ipſa manu fœlices erue ſyluas:
Fer ſtabulis inimicũ ignẽ: atq; interfice meſſes.
Vre ſata. & validam in vites molire bipennem.
Tanta meæ ſi te ceperũt tædia laudis.

SER. Ariſteus. ℂExtudit:ſtudioſe repperit. Ingreſſus: exordia: nam eſt accuſatiuus pluralis. Noua e:nullo docẽte ars per vſum reperta Paſtor ari. Ariſteus filius fuit Apollinis: & Cyrenes filię Penei fluminis Theſſalie. qui cum Euridicem nympham vxorem Orphei vitiare voluiſſet & illa fugiens a ſerpente fuiſſet occiſa nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus & cunctis apibus matris implorauit auxilium. Tempe. Tempe:ſunt in Theſſalia loca amœniſſima. Extremi.a.ſummi:vnde naſcitur: & ſic dicimus Proh. ſupreme pater. Mater.c.m. inuidioſum eſt nomine parentes vocare: vñ paulopoſt. Et te crudelẽ noĩe dicit᷑. Sic in.xij. in deſpatione. ait. Ruitq; ĩplorãs noĩe turnũ. Gurgitis. h.i. Penei fluminis. Quid me.i.f.g.natus ex dijs inuiſus eſt fatis:ſic in.i.æneĩ.nos tua ꝓgenies cœli qbus annuis arcem.

& thymum & caſias recentes: ideſt ſtatim carptas:hoc ſcilicet quod dictum eſt geritur. ideſt fit zephyris impellentibus primum vndas: ideſt in principio veris: anteq; prata rubeant coloribus nouis ideſt nouorum florum: & anteq; hirundo garrula ſuſpendat nidum tignis. ideſt ad tigna domorum: interea:ſcilicet dũ zephyri flant & hirundo nidificat humor:ſcilicet vituli tepefactus in oſſibus teneris & ætate & fuſtigatione: eſtuat ideſt efferuet. & animalia viſenda ideſt que poſtea viſuntur miſcentur miris modis exiſtentia primo trũca pedum ideſt pedibus carentia: vnde apes quidam dictas volum(Eſt autem inuſitata grammatica: trunca pedum)& ſtridentia mox ideſt paulopoſt pennis. & carpunt ideſt inſpirant magis & magis tenuem auram ſcilicet vitalem donec erupere. ideſt vi euclauere ex corio vitulino: vt iber ſupple erumpit effuſis nubibus eſtiuis que ſubite & impetuoſe fere ſunt:cum aer purior eas continere non valeat:& velut ſagitte ſupple erumpunt aut potius emittuntur ſeu eiaculãtur: neruo ideſt arcu neruis munito pulſante ideſt impellente:ſi parthi ideſt populi illi leues ſcilicet in fuga cõfidẽtes. ineunt.i.inceptãt qñ.i.aliquãdo prima prelia ideſt preludia preliorum: tũc eñ ſagittis qbus multũ valent obnituntur.

ℂQuis deus hanc muſę &c. Apte ingreditur fabulam Ariſtei:cum enim ſupra humanas vires videatur inuentum vt ex vitulo putrefacto generentur apes merito confugit ad diuinas. Querit ergo a muſis:omnium gnaris & inuẽtricibus: quis deus eam artem primus extuderit: Ad quod quaſi muſa reſponderit incipit narrare quo pacto Ariſteus apes ſemel omnes amiſerat querelaſq; apud matrem nympham depoſuerat. cuius tandem cõſilio prothea deũ marinum & vatem aggreſſus hanc artem tandem didicit: ſed fabulã multis exornat vt nympharum deſcriptione & orphei fabula: nunc ergo Ariſtei lamenta declarabimus: hoc ordine. ASCEñ.

Ordo. O muſe dicite ſupple qs deus qs inq; deus extudit ideſt cum labore & molimine quaſi ſæpe obtundendo caput ſuum repperit nobis ideſt ad vtilitatẽ noſtrã cũ deo nullũ ſit ex ea cõmodũ: hãc artẽ.ſ. repandarũ apũ ex vitulo: vñ.i. a quo: noua expientia hoĩm: cępit.i. accepit ingreſſus.i. exordia & principia: Reſpondet Ariſteus Apollinis ille & Cyrenes nymphe filius: paſtor fugiens: hoc eſt celeriter quaſi ex odio deſerẽs: tempe ameniſſima loca theſſalie: peneia ideſt circum que peneus auus illi maternus circumfluit(vbi annotandum ꝙ nihil dulce & amenum ſit agricolis ſua amittentibus cum Ariſteus tempe etiam peneia fugeret)fugiens dico apib⁹ amiſſis.i. poſtq; apes ſuas amiſerat & morbo & fame(modo quinte eſt)vt fama eſt: Fames. quod addit quia fabulam Orphei recitaturus eſt: aſtitit triſtis ad ſacrum caput amnis ſcilicet penei: extremi ideſt ſummi videlicet iuxta pindum montem vbi ortum habet aſtitit dico querens ideſt conquerens multa ideſt multum atq; affatus ideſt alloquens: parentem ſcilicet matrem: hac voce ideſt hac oratione. O cyrene mater: mater(dicit)que tenes ideſt habitas ima ideſt profunda huius gurgitis: ſcilicet penei fluminis: quid ideſt ad quid genuiſti me inuiſum fatis ideſt dijs diſfauentibus ſupple de preclara ſtirpe deorũ: ſi modo ideſt dico me genitum de preclara ſtirpe deorum dummodo Apollo thymbreus ideſt a copia tymbre in phrygia vbi precipue colit̃ dictus quem per-

iubes idest atteſtaris & aſſeris mihi patrem: eſt mihi pater: aut ſi deorum progenies ſum nec fatis inuiſus quo idest ad quem locum: amor noſtri idest qui ſit de nobis: pulſus ſupple eſt: tibi idest a te: quid idest ad quid iubebas me ſperare celum idest ꝙ reciperer in deorum numerum: en indignantis eſt demonſtratio: ego relinquo idest amitto quia aliter non relinqueret: te matre idest cum tamen tu mihi mater ſis quia de matre nihil ambigitur cum pater ſepe incertus ſit/etiam hunc ipſum honorem mortalis vite idest quem inter motales merui: quē ſcilicet ſolers idest diligens & ſolide idest plene artis: cuſtodia idest accuratio. frugum & pecudum: vix idest cum ſumma difficultate extuderat idest pepererat & parauerat (venit vt opinor ab extundo Extudi. Nam excudo ſecūdam producit: vt eneid. vi. Excudent alij ſpirātia mollius era. Et a cudo pteritum antiquum eſt cuſi: aut vt nunc dicimus cudi priore longa eſſet ergo contra naturam ſi excuderat legatur quomodo fere textus habent: ſed nunc immutare auſus ſum) extuderat igitur mihi: tentanti idest attentāti & diſquirenti omnia. Quin age amara adhortatio eius qui cum minora deteſtetur ad maiora cohortatur: ſi tanta tedia mee laudis ceperunt te vt ſcilicet permittas meis laboribus parta interimi: & idest etiam: tu que cum mater ſis mihi fauere debes: erue manu ſiluas idest arbores: fęlices idest fertiles: fer idest īfer: ſtabulis ignem inimicum idest ſacrū quo pecus inficiatur: aut nocentem quo ſtabula cōburant: atq; interfice idest emori procura meſſes. i. ſegetem maturam vnde meſſis fieret. Vre idest cōbure. ſata. ſ. nouella & molire. i. cū molimine inſer validā non putatoriā ſed inciſoriā: bipennē. i. cultrū duas pinnas habentē: invites ſcilicet meas: hoc eſt ſi fęlicitas mea & gloria parta tibi dolori eſt abole omnia que habeo.

Itē Quis te nate dea p tāta picula caſus īſequtur. Vite mo. h. bn̄ honorē ait: qa arare bn̄ aīalia paſcere/apes ēt habere honor erat. Nā īgēti honore fuit ruſticitas: alibi. Non vllus aratro dignus honos. Cuſtodia ſo. diligēs & perita induſtria. Te. m. r. ac ſi diceret ſub ea perdo vſum laboris ſub q̄ augere debuerā. Fęlices ſi. fertiles. Fer infer. Interſice. m. ſecundū Pythagorā q aīam hr̄e dicit cūcta creſcentia: vn̄ & alibi. Aret ager vitio moriēs. Tanta mee ſi te ceperūt tędia laudis. Tędiū ē angor mētis & animi nō corpis valitudo. Tedium.

¶ Paſtor Ariſtęus fugiēs peneia tēpe. Pene⁹ eſt Theſſalię flumē: qd' in pindo mōte eiuſdē terre orit̄. Tēpe aūt ſunt loca frigida: opaca: frōdoſa: copioſa fōtib⁹ vł fluminib⁹/hoc cōe ōim eiuſmodi locoꝝ eſt. Et idcirco additū peneia tēpe: qa poterāt & alia ītelligi: dr̄ qdē & ī eis locis pcipue vbi peneus orit̄. vt in. i. meta. Oui. refert dicēs. Eſt nemus æmonię prupta qd' vndiq; claudit ſylua: vocāt tēpe: p q̄ Peneus ab imo effuſus pindo ſpumoſis voluit̄ vndis Inſula carpatho dicta que exiſtimat̄ obiecta peneo. PRO.

¶ Extudit: inuenit. Ariſteus: latiſſime de hoc circa principiū primi lib. Geor. Ingreſſus initia. Peneia tē. videto li. ij. Geor. Extremi ſummi. Amnis penei q fluuius eſt in Theſſalia ī pindo mōte ortū hn̄s Thymbreus Apol. Thymbra cāpus erat antiquo ilio pximus & Thymbreus q p eū fluit in ſcamandrū emittēs ab Apollinis thymbrei tēplo qnquaginta ſtadijs diſtabat: ſcri. Stra. li. xiij. Solers in oī re prudēs vt ſcri. Feſtus. Omnia tentāti: de his late dixim⁹ li. i. Geor. ibi & cultor nemorū &c. Excuderat parauerat. MAn. Thymbra.

¶ Quis deus: Captat attētionē oſtēdens magnitudinē rei cū ſine muſarū fauore exprimi nō poſſit. Thymbreus tymbra vt ait Diaſco. herba eſt q̄ naſcit̄ locis ſaxoſis & aſpis: folia hēt ſilia thymo: Sed molliora & maiora & ſtiptica & viridia: habet ſpicā plenā florib⁹: quoꝝ color tēdit ad citrinitatē & viriditatē: eadē herba dicit̄ ſaturea a ſatyris: q luxurioſi: ſalaceſq; ſunt: qm̄ eos q illa vtunt̄ in Venerē pnos reddat: hinc dr̄ Apollo Thymbreus. Eſt aūt oratio pathetica: & ab aīo pturbato pficiſcēs: vn̄ habet principium vix ab iurgio abſtinēs: & q̄relis refertū. Quid me. c. ſ. i. nā iniuria ſumma eſt. vt cui cęlū pmittat̄ is idē humanū honorē tuerī nō poſſit: & eū qdē honorē quē ipſe ſumma cū induſtria & labore arādo: paſcēdoq; ſibi acq̄ſierit. Et em̄ locus pter ſpem: vnde ſummū citat̄ pathos: ꝙ q iubēte matre cęlum ſperaret: is ab humano honore deciderit. qd' eo etiā infęlicius accidit. qa deceptus eſſe videt̄ a matre: in qua ſi ſpem oēm repoſuerat iure reprehēdi nō poterat: & ita deceptus vt dū maiora pmittat: ea quę ſuo ſudore ſpepererat: eripiant̄. Oīa. t. in quo & corpis extremus labor: & vt aiunt ſumma induſtria appet. Te. m. ex duob⁹ verbis duplex reſultat argumētatio. Te. ſ. dea: ex quo oſtendit qd poſſit mater & hinc dolet ꝙ officiū maternū deſerat. Quin. a. cōceſſio eſt color rhetoricus: qd' fit cū id cōcedimus quod fieri nullo pacto vellem⁹ quo tpe ſemp aliqd addimus: quo a faciēdo deterreamus vt I ſequere Italiā ventis pete regna pvndas. Nā deterret ipm̄ ab agendo qd' cōcedit̄ pppoſito metu tēpeſtatis: Sic hic ppoſita calamitate in filiū quā non eſt veriſimile: vt mater vllo pacto euenire cupiat. Eruit. ſ. vt animus in pceps ex turbatione ferebat̄: ita & quæ aīm ex primit oratio pcipitet̄: neceſſe eſt hic abrupta & acciſa & magna ex parte ſine copulis fluctuat. CHRI. Thymbra. Cōceſſio.

ASCEn. ¶ At mater &c. Priuſq; matris rn̄ſum deſcribat graphice deſcribit eius exercitationē. quo ſtudio tenebat̄: iter q̄s nymphas diuerſabat̄: & qūo ad ſecundos q̄ſtus. Ariſtei vna nympharū excitata caput extulerit. Mirū eſt vbiq; poete artificiū mirūq; decorū. Nā qa fabellis detētas dixit ad ſexū ptinet muliebrē q talibus gaudet: lanificio intentas eſſe ad conditionē nympharum honeſtarū que non indulgebant ocio ſicut nec lucretia illa Romana cum honeſtiſſimis matronis apud Romanos decātata: queve ro de ornatu vario nympharū affert: ad carminis quoq; ornatū & varietatē faciūt ſed & aſperitatē noīm temperat epithetis: ipſa aūt nomina etiam aptum ſignificatum habent: nam vt Sipontinus docet drymos dicitur ſylua vn̄ drymo nympha aquarum quaſi per ſyluas fluens. Xantho autem a colore nam xāthon ſubrubeū interpretatur: cuius coloris eſt aqua inter ſyluarum frondes defluens. Ligea autem a cantus ſuauitate dicitur: nam ligyros ſuauis dicitur: ſuauitas autem talis eſt in nymphis: vnde in Bucolicis

Drymo. Xantho. Ligea.

At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit: eam circum mileſia vellera nymphæ
Carpebant hyaliq; ſaturo fucata colore.
Drymoq;: xantoq;: ligeaq;: philodoceq;
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla:
Neſeq;: ſpioq;: thaliaq;: Cymodoceq;:
Cydippe: & flaua lycorias: altera virgo.
Altera tum primos lucinæ experta labores
Clioq;: & boroe ſoror: oceanitides ambæ:
Ambæ auro pictis incinctæ pellibus ambæ:
Atq; ephyre: atq; opis: & aſia: deiopeia:
Et tandem poſitis velox arethuſa ſagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani.

Vulcani: martiſq; dolos:& dulcia furta.
Atq; chao denſos diuum numerabat amores.
Carmine quo captæ:dum fuſis mollia penſa
Deuoluunt:iterum maternas impulit aures
Luctus Ariſtæi.vitreiſq; ſedilibus omnes
Oſtupuere:ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens:ſumma flauū caput extulit vnda.
Et procul:O gemitu non fruſtra exterrita tāto
Cyrene ſoror:ipſe tibi tua maxima cura
Triſtis Ariſtæus Penei genitoris ad vndam
Stat lachrymās:& te crudelem nomine dicit.

SER. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit. Cur nō etiam vocem audiuit ſcilicet quia in ima fluminis parte erat lanificijs occupata. Mileſia:vellera p̄cioſa: Cice. in Verrin. Nam quid a mileſijs lanæ publice abſtulit. Hyali ſaturo fucata colore. Hyali ꝓ hyalino colore. Vitreo: viridi nymphis apto. Saturo autē largo abundanti:aut certe tarētino ab oppido Satureio:iuxta tarentum em̄ ſunt baphia:in quibus tingitur lana. Drymoq; xanthoq;&c. hæ ſunt:vt multi volūt:de quibus ait Iuno Sunt mihi bis ſeptem p̄ſtanti corpore nymphæ. Sed magis poetice conficta noīa accipiam⁹. Sane mira varietate hic vſus eſt:nam ne continuatio nominū poſſet creare faſtidium in alijs habitum in alijs cōmemorat virginitatē in alijs pulchritudinem. Auro ambæ pictis incinctę pellibus ambæ .i. nebridas habentes:ſed hic venatricū eſt habit⁹ quem ideo nymphis dat :quia multas ex eis legim⁹ ex venatricibus factas:vt Et tandem velox poſitis arethuſa ſagittis. Notanda autem eſt figura honeſtiſſima facta ex repetitiōe ſermonis:vt Oceanitides ambę:Ambę auro pictis.incinctę pellibus ambæ. Curam: inanē. Diffinitio eſt amoris. Vulcani martiſq; ſecundum Donatum hic eſt diſtinguendū:& ſic inferendum:vt dolos ad Vulcanum furta dulcia ideſt adulterium referamus ad Martem. Scimus enim q̄ ſole indicante Mars cum Venere p artem Vulcani eſt religatus cathenis. Atq; chao denſos diuū nūerabat amores.& a Chao narrabat crebros amores deorum. Summa flauum caput extulit vnda:mire p tranſitum veritatem tetigit. Namq; arethuſæ fons dulcis aquæ fluenta inter medios ſeruat fluctus. Cyrene ſoror:propter ſimilitudinē poteſtatis ait ſoror. Nā Cyrene Theſſaliæ:Arethuſa v̄o dea eſt elydis. Tua maxima cura:quem tu plurimum diligis. Penei genitoris aut tui genitoris:aut honoris eſt:vt Tybri pater.

MAN. Mileſia vellera:de ijs videto li.iij. Georg. Carpebant diuellebant nebant:vnde ait inferius. Dum fuſis mollia penſa deuoluūt.

Hyalos. Hyali.i.vitri cui⁹ color cū aqua cōuenit hyalos vitrū dicit̄ : hyalinos vitre⁹:hyalurgos vitriari⁹ hyalurgion officina vitriaria. Fucata depicta tincta colorata / phycos em̄ color dicit̄:

Polyſyntheton. Drymoq;:figura eſt hoc verſu Polyſyntheton.ideſt multipliciter cōiunctū: huic


Dialytō. Aſynthe contraria eſt Dialyton vel aſyntheton ideſt ſine coniunctionibus. Neſeæ ſpioq; thaliaq; cymodoceq;:hoc modo legendū eſt carmen. Euſtachi⁹ em̄ expoīt ſpio & ſpæō ideſt ſpecubus dictam ꝓpter maris cæuernas & q̄ græca ſcriptura ē ſpeio cū ei diphthōgo:quæ in i longā vertit̄ eſt idē carmē in fine libri quinti æneī.legit̄ etiā niſeę Cymodoce : ea dicta eſt q̄ vndas maris cū ventoꝵ ſpiritu quieſcere faciat. Lucinæ labores.i.partus: de lucina lati⁹ libro.iij.Georg. Oceanitides ambæ ideſt oceani filię nec legendum eſt oceanides. q̄ oceanus antepenultimam & penultimam corripit variabitur autē ſingulariter oceanitis. Ambę.epanalepſis eſt ideſt repetitio:quæ quidem multū venuſtatis habet & grauitatis. Pellib⁹ nebridib⁹ ſcilicet.ideſt damarum & hinnulorum:Nebros em̄ hinnulus dicit̄.

in Bucolicis. Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora:nec que Saxoſas inter decurrūt flumina valles. Phyllodoce a folijs capiendis:nam phyllon folium dicit̄ & dechome capio. Neſee a natando nā neo cui⁹ futurū eſt νησω hoc eſt neſo ſignificat nato. Spio ἀποτωνσπειων ideſt a ſpecub⁹ ꝓpter maris cauernas aut rūpendis fluctibus nā ſpome ſignificat idē qđ rumpo. Talia dicitur virens & leta:aquis em̄ omnia virent:thallo aūt vireo & letor ſignificat:ſed l abījcit̄ i thalia. Cymodoce a recipiēdis & ſedandis vndis. Nā cyma dicit̄ vnda & vt dixi dechome recipio. Cydippe excellētia & gloria equorū. Nā cydos gloria & hippos equus dicit̄. Lycorias a deſtruēdis montibus nā lycoo dicit̄ deſtruo & oros mōs Clio glīa interp̄tat̄. Boroe a voracitate: nā boro dicit̄ cibus & vorago:& boros edax:aque aūt plurima exedūt. Ephyre etiā corithi antiquū eſt nomen ephydatios aūt aquaticus dicit̄. Opis & Aſia nympharū noīa primā ꝓducūt:vt hic Opis aūt dicit̄ cura & opizo obſeruo curo vereor. Aſia aūt lim⁹ & cenū. Deiopeia a cōtentione vocis. Nam deis dicit̄ pugna & cōtentio:& ops vox. Arethuſa a cōplacēdo:nā areſco dicit̄ cōplaceo.vn̄ dicit̄:an alias arethuſa ſorores Proſpiciēs. Clymene a celeritate.nam clyo celebro ſignificat:vnde bene dicit̄ Inter quas clymene curam narrabat inanē Vulcani &c. Sed ne longi⁹ diuager. Ordo eſt. At ideſt ſed mater.ſ.cyrene ſenſit ſonitū.ſ.lamētationū Ariſtei:ſed nō vocē:qa vox dicit̄ ꝓ vt articulata eſt:ſonus aūt qa gen⁹ ſoni vocis & nō vocis qcqđ ſonat.: licet ergo ſonū eū audiuit qui & vox erat tamen audiuit eum vt nō vocem:non autem vt vocem ideo:quia erat ſub thalamo alti fluminis Nymphe.ſ.aquarū ſeu fluminū que pauloppoſt enumerabunt̄ carpebant circa eam.ſ.Cyrenem/vellera mileſia.i. tam p̄cioſa ac ſūt mileſia:fucata.i.ibuta & tincta colore ſaturo.i.abundante & ſaturāte aut taretino:quia Tarētinum oppidū eſt ſatureiū vbi & lane bone ſunt:& baphia.i.tincture loca:colore dicit hyali.i.vitri.hoc eſt aquarum colori correſpondenti: quo nymphe aquarū gaudent:nymphe dico drymo & xantho & ligea & phillodoce effuſe ceſariem nitidā ideſt habentes ceſariem.i.comā ventis quibus cedat diffuſam nitidā p colla cādida qualia ſūt fere ī locis frigidiorib⁹. Item neſee & ſpio & thalia & cymodoce & cydippe:& lycorias flaua ideſt flaui coloris.altera.ſ.cydippe exiſtēs virgo.i.adhuc intacta (Nam hoc loco virgo accipitur nō a viridiore etate tantum.ſic em̄ lycorias virgo diceret̄:ſicut paſiphae ī Buco. Ah virgo infelix que te dementia cepit:ſed etiam nondū experta virum) altera ergo ideſt lycorias experta tum ideſt tunc hoc eſt paulo ante illud temp⁹:primos labores lucine ideſt quibus preeſt lucina hoc eſt partus. Item clio & boroe ſoror eius exiſtentes ambe oceanitides pro oceanides ideſt oceani filie & ambe incincte auro & ambe incincte pellib⁹ pictis ſcilicet hinnulorum que nebrides vocantur. Atq; ephyre & opis & aſia & deiopeia & arethuſa velox ſcilicet in curſu dum alpheū fugit:ſagittis qbus ſcilicet in venando vſa fuerat:poſita ideſt depoſitis aut repoſitis tandē. ideſt poſt longum exercitium. Inter quas ſcilicet nymphas clymene:narrabat curā.i.ſollicitudinem de Venere vxore cuſtodiēda:vulcani:inanem ideſt fruſtra ſuſceptā & dolos.i. furtiuos

Margin notes (right): Phyllodoce. Neſeæ. Spio. Thalia. Cymodoce. Cydippe Lycorias Clio. Boroe. Ephyre. Opis. Aſia. deiopeia arethuſa. Climene — Ordo. — Virgo. — Vide ſeruium.

furtiuos amores cõcubitus Martis ſcilicet cũ Venere:& ꝓ.i.dulcia furta: & numerabat dẽſos ideſt frequentes amores diuum a chao.i. a mundi initio:vel a primo deorum:quo carmine ideſt cuius carminis delectatione dum ip̃e.ſ.nymphe capte deuoluũt fuſis mollia.i. mollis lane penſa(dum em̃ deuoluũt minus attente ſunt q̃ dũ nent) luctus .i.lamentatio Ariſtei ĩpulit.i.ꝑcuſſit iterũ aures maternas. ſcilicet tanq̃ magis ſollicitas:& omnes.ſ.alie & ip̃a ſimul:obſtupuere in ſedilibus vitreis. i.vitrei coloris:ĩ q̃bus ſedebãt ĩ aq̃s.ſ.arethuſa que velox & cõplacẽs diciť proſpiciẽs añ alias ſorores.i.nymphas:extulit caput flauũ i.flauis capillis decoratũ:vnda ſumma:&,ꝓcul.i.longe priuſq̃ rediret cum eſſet adhuc ſub medio reditu ſup.inquit.O Cyrene ſoror nõ exterrita fruſtra tanto gemitu/q̃a ipſe Ariſteus triſtis exiſtẽs tibi tua maxima cura ſtat lachrymans ad vndã penei.ſ.fluminis genitoris.ſ.tui & aui ſui & dicit te noĩe.i.noĩatim: crudelem.i.immitẽ:quod ſignũ amẽtie eſt ꝑ ĩpatiẽtiã orte:ſicut pius Aeneas amiſſa cõiuge inq̃t enei .ij. Quẽ nõ ĩcuſaui amẽs hoĩmq; deorũq;? Aut q̃d in euerſa vidi crudeliꝰ vrbe? q.d.nullũ:& nihil.Incuſare tamẽ deos ꝑ ĩpatientiã nõ eſt hoĩs ſapiẽtis etiã ſcd'm ſtoicos & p̃cipue Epitectũ.Et iõ poeta ĩducit eos q̃ deos incuſant vehementer cõmotos:Ariſteum iuuenem per amiſſionem rerum a ſe inuentarũ & Aeneã per amiſſionem coniugis.

nulus diciť.Poſitis ſagittis:fuerat enim virgo venatrix. Diãę comes:de q̃ late Oui.li.v.meta.Velox:retulit id ad fugam ipſiꝰ fugit enim alpheum.Curam vulcani inanẽ: fruſtra em̃ curioſus erat ĩ venerem illa namq; cum marte ſæpiſſime cõcurrebat.Põt etiam ĩtelligi inanem curam amorem ipſum Martis dolos.i.quos mars a Vulcano recepit:æreis enim cathenis retibus & laqueis ab illo cum Venere eodẽ lecto circundatus fuit dijs cunctis inde aſpiciẽtibus:vt li.iiij.meta.Ouidiꝰ edocet.Atq; chao ideſt a mundi initio & elementorum ſegregatione:nãvt Feſtus ait.Chaos appellauit.Hæſio:cõfuſam quondam ab initio vnitatem hyantem patenemq; in profundũ Vitreis: vitreo colore:qui aquæ ſimilis eſt.



ASCEn. ☞ Hic percuſſa &c.Docet q̃uo ſuſceptus ſit in thalamos maternos ariſteus vtq; expoſita querela eaq; inani ĩtellecta poſt epulationem oceano libabãt.Ordo ẽ.Mater ſup.Ariſtei videlicet Cyrene ꝑcuſſa mẽtem noua.i.magna aut ĩſolita cũ filio illatenꝰ ꝓſpera fuiſſẽt oĩa: formidine.i.habẽs mentẽ attonitã & ꝑcuſſã nouo metu:ait.ſ.ad arethuſam talia nũciãti: age adhortandi eſt:duc/duc inq̃t ad nos ſup. Ariſteũ:q̃a fas eſt illi cũ ſit de ſanguine diuũ tangere limina diuũ.i.diuoꝝ aut diuarũ & ſimul:i.cũ hec diceret:iubet flumina alta.i.ꝓfunda diſcedere late:ab ea ſup.parte q̃ iuuenis.ſ.Ariſteꝰ inferret greſſus.i.igrederet:at.i. ſed vnda.ſ.fluminis circũſtetit illũ.ſ.Ariſteũ curuata ĩ faciẽ.i.ſimilitudinẽ aut formã mõtis(q̃d reuera Moſi &ceteris iſraelitis cõtigit in exitu iſrael de egypto)& accepit iuuenẽ ſinu.i.receptorio:vaſto.i.valde ãplo &capaci &miſit ſub amnẽ & ip̃e ibat iã mirãs.i.admirans domũ & humida regna genitricis:& lacus clauſos ſpelũcis.i.abditis penetralibꝰ terre &lucos.i.ſyluas ĩceduas& oĩm fluminũ ac arborum ſemina atq;elemẽta:ſonãtis ſcilicet ſuo vento ſubterraneo videlicet:& ibat ſtupefactus

Ordo.

Hic percuſſa noua mentẽ formidine mater:
Duc age:duc ad nos:fas: illi limina diuum
Tangere ait.ſimul alta iubet diſcedere late
Flumina qua iuuenis greſſus inferret: at illum
Curuata in montis faciem circũſtetit vnda:
Accepitq; ſinu vaſto:miſitq; ſub amnem:
Iãq; domũ mirans genitricis:& hũida regna
Speluncisq; lacus clauſos:lucoſq; ſonantes
Ibat & ingenti motu ſtupefactus aquarum
Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat diuerſa locis:Phaſimq; :Lycumq;:
Et caput vñ altus primũ ſe erupit enipheus.
Vnde caput tyberinus:& vnde aniena flueta.
Saxoſumq; ſonans hypanis myſuſq; caicus:
Et gemina auratus taurino cornua vultu

Eridanus

Eridanus:quo nō alius per pinguia culta
In mare purpureū violentior influit amnis:
Poſtq̄ eſt in thalami pendentia punice tecta
Peruentū:& nati fletus cognouit inanes
Cyrene:manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ: tonſiſq; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerāt menſas : & plena reponūt
Pocula:panchæis adoleſcūt ignibus aræ.
Et mater:cape mœonij carcheſia bacchi
Oceano libemus ait.ſimul ipſa precatur
Oceanumq; patrē rerū:nymphaſq; ſorores:
Centū quæ ſyluas:centū quæ flumina ſeruāt.
Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtā:
Ter flāma ad ſummū tecti ſubiecta reluxit:
Omine quo firmans animū ſic incipit ipſa.

SER. ¶Noua formidine magna:vt pollio & ipſe facit noua carmina.Fas illi limina diuum Tangere:vtroq; eņ parente deo natus erat.Speluncisq; lacus clauſos:lucoſq; ſonantes:mirans per omnia ſubaudiemus.Lacus aūt dicit fontiū & fluuiorū receptacula:hæc aūt nō ſunt per poeticam licentiam dicta,: ſed ex ægyptijs tracta ſunt ſacris. Nam certis diebus nilides pueri de ſacris parentibus nati a ſacerdotibus nymphis dabantur:qui cum adoleuiſſent redditi narrabāt lucos eſſe ſub terris:& immenſam aquam omnia continentē.Ex qua cuncta procreanť:vñ & illud ſecundū Thaleta.Oceanūq; patrē re.Phaſim fluuius Colchidis.Lycū:fluuius Aſiæ: Enipheus:Theſſalię fluui⁹.Pater ty.Tyberis & Anio Italię ſūt fluuij.Saxoſū ſcilicet & ſaxoſum legendum eſt nō ſaxoſus:ne ſint duo epitheta:quod apud latinos vitioſum eſt.Hypanis:ponti fluuius.Myſuſq; caicus/q per myſiā labiť:Eridanus: fluui⁹Italiæ q & pad⁹vocať purpureū aūt nigrū ex altitudine accipim⁹:nam padus nō in rubrū mare ſed iuxta Rauennā ī adriaticū cadit& purpureū græcū ē epithetō: mare rubrum ēt dixit Home. εισ αλα πορφυροεσσαν : vñ apparet victorinū hoc loco erraſſe:q purpureū mare rubrum eſſe dixit:quod eſt iuxta Indiā Nati fletus cognouit inanes:bñ inanes fletus:his eņ mouebať reb⁹ quarū erat facilis reparatio.dāt ordine fontes.rite ſecūdū ordinē epularꝝ.Mātilia qb⁹ man⁹ tergūť .Cæterū Plaut⁹hui⁹ſingulare.Mātellū poſuit ī captiuis.Nec his ſycophātijs nec fucis vllū mātellū obijciā Lucil.āt mātella dicit mappas merūq;.q. græci μαγδαλια vocant.Plena reponūt Pocula: iterāt:ſæpe offerūt.Pāchęis ignib⁹:thure arabicis odoribus.Adoleſcūt aræ:ꝓ incenduntť κατ ευφημισμον ponit: & adoleſcūt hic vim habet frequētationis:& panchæis adoleſcūt ideſt pāchæis odorib⁹ incēdunť aræ .Mœonij bacchi:lidi vini.Carcheſia āt poculoꝝ ſūt genera.Oceano libemus ait q̄ſi nympha oceano ſacrificat.Oceanūq; patrē rerū:ꝙ ex eo oīa gignunť & originē ducūt ſecundū Thaleta vt ſupra dixim⁹ Centū.q.ſ.aut ducentas nymphas aſſerit aut finitus eſt numer⁹ ꝓ infinito.Ter liq̄do ardentem profudit nectare veſtem ideſt in ignem vinū puriſſimū fudit poſt quod quia magis flamma cōualuit: bonum omen oſtendit.

Fluuiorū noia.

carcheſia

Clio geſta canens&c.Opuſculum hoc de muſarum inuentis inſcribit̄. Quo circa de muſis que collegim' alias;pau cis repetam. Muſa ſecundum nonnullos dicit̄ a μυεω quod eſt inſtruo& in ſacris initio Heſio dus in theogonia ait muſas Iouis & Mnemoſy nes filias in pierio monte ex eadem nouem no ctibus genitas quarum nomina ſic ponit. κλειω τευτερπετε θαλειατε μελποιμενητε. τερψικορη τερατωτε πολυμνιατουρανιητε.καλλιοπη. ideſt ASCEn. Muſa.

Plectra gerẽs Erato ſaltat pede: carmine: vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania ipſa poli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cũcta manu loquiturq; Polymnia geſtu
Mentis apollineæ vis has mouet vndiq; muſas
In medio reſidẽs cõplectitur omnia phœbus:
Clio hiſtorias ĩuenit: Melpomene tragœdias
Thalia comœdias: Euterpe tibias: Terpſicore
Pſalteriũ: Erato geometriã: Calliopæ literas.
Vrania aſtrologiam: Polymnia rehtoricam.

Clio te euterpe te (ſed per colliſionẽ ꝓfert pro
te euterpe teuterpe: te aũt ĩeſt apud grecos id qd'
q; apud nos) thalia te mellepomene te. Terpſi-
core te erato te polimnia te vranie te calliopæ.
qd' ſic dices. Et clio & euterpe &c. Clio aũt dicitĩ
quia cleos gloria eſt. Et poete ex laudibus quas
alijs tribuũt & ſibi & illis maximã gloriã parãt
hec hic dicitĩ hiſtorias inueniſſe vnde ordo eſt.
Clio canens geſta. i. res geſtas. reddit tpa tranſ-
Clio actis. ſ. rebus: ideſt reducit ad memoriã res' trãſ
actas memorans quibus tẽporibus acte ſunt. &
paulo poſt Clio hiſtorias inuenit Melpomene
Melpomene. (vt ſequar ordine poete) ꝓclamat. i. porro ex
clamat: boatu tragico. i. q̃li tragici vtunĩ dũ tra
gedias agunt; exiſtens meſta. i. pre ſe ferens me
ſtitiam dum res meſtas agit Et paulopoſt Melpomene tragedias ſup inuenit dicitĩ aũt a cantus ſuauitate. Nã
Thalia. μελπομαι & μελπω. i. Melpome & melpo dicitur cãto Thalia ſcilicet muſa: comica (quia thalia comedias ſup.
nuenit) gaudet ſermone laſciuo. i. amãtibus & paraſitis ac ſeruis nequam apto dicitĩ aũt απoτoυθαλλειυ: ideſt
Euturpe. athalim qd' eſt florere. Per eam enim poete diu florent Euterpe. ſ. muſa vrget. i. inflat: chalamos. ideſt fiſtu-
las & tibias: flatibus dulciloquis: quia euterpe tibias ſup. inuenit. Euterpe vero dicitur a iocunditate. nam eu
terpſicore terpeos dicitur iocundus: Terpſicore mouet affectus cytharis & imperat. ſ. affectibus & auget ſcilicet eos.
Terpſicore pſalterium ſupple inuenit. Et dicitur a delectando nã terpo ſignificat delecto: & terpome delector
Erato. et terpſis delectatio. Erato. ſ. muſa gerens plectra. i. inſtrumenta muſica que plectunĩ ideſt feriuntur: ſaltat pe-
de carmine vultu. Erato ſupple inuenit geometriam: & dictam volunt ab amore quẽ erota vocant greci. Cal
Calliope. liope ſcilicet muſa mãdat libris carmina heroica. Calliope ſupple inuenit literas: dicta autẽ eſt a pulchra voce.
Vrania. Vrania. ſcilicet muſa ſcrutatur motus poli: ideſt celi & aſtra ſcilicet celeſtia. Vrania ſupple inuenit aſtrologiã
Polimnia vnde a celo nam grece ουραγοσ vranos dicitur nomẽ accepit. Polymnia: ſcilicet muſa ſignat: ideſt indicat cũ-
cta manu & loquitur geſtu: ideſt per geſtum: vnde rhetoricam inuenit: que docet cum honeſto & decenti ge-
ſtu orare dicta autẽ eſt a multa memoria aut multa laude. Vis mentis apollineæ: ideſt apollinis: ideſt ſolis mo
uet vndiq; has muſas: quia phœbus ſcilicet Apollo reſidens in medio complectitur omnia ſcilicet muſarum
inuenta & conamina. Eſt enim medius planetarum: ſed per muſas philoſophi ſyrenas intelligunt quas ſingu
lis orbibus aut ſpheris celeſtibus preſidere etiam Plato aſſerit: vnde mirabilem concentum in celis ponit ſed
ſatis ſuperq; de his dictum putamus.



Syrenes

De cantu ſyrenarum.

Syrenes varios cantus acheloia proles
Et ſolis: miſeros ore ciere modos.
Illarum voces: illarum muſa mouebat:
Omnia quæ thymele carmina dulcis habet.
Quod tuba: qđ litui: qđ cornua rauca fuerunt
Quodq; foraminibus tibia mille ſonat.
Quodq; leues calami qđ ſuauis cãtat & ædon:
Quod lyra: qđ cythare: qđ moribũd⁹ holor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis.
Mergebant auide fluctibus ionijs.
Sauguine ſiſiphio generatus vectus Vlyſſes.
Et tutos ſolida preſtitit arte ſuos.
Illeuit cæra ſociorũ callidus aures:
Atq; ſuas vinclis prebuit ipſe manus.
Tranſiluit ſcopulos & inhoſpita littora claſſis.
Illi precipites diſſiluere freto.
Sic blandas vocis notas: ac carmina vicit.
Sic tandẽ exitio monſtra canora dedit.

Eiuſdem de die feſto.

CLarus in offenſo. radiabat lumine titan.
Letificuſq; dies erat omnibus ethere puro.
Voſq; ſimul iuuenes animis & voce fauentes
Concelebrate diem votis fœlicibus almum.
Proſper vt is ſemper redeat natiq; quotannis
Aſmenidæ referant alacres ſua mantua vati.

De fortuna.

FOrtuna omnipotens inſipientibus.
Tantum iuris atrox que tibi vendicas:
Euertenſq; bonos eligis improbos
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit
Iuſtos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet ſenes
Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit tranſit ad impios.
Nec diſcrimen habet: rectaq; iudicat:
Inconſtans fraglis perfida lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet.
Nec quos deſeruit perpetuo premit.

De Orpheo

THreicius quondam vates
Fide creditur canora
Mouiſſe ſenſus trium fratrum
Atq; amnes tenuiſſe vagos.
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa
Suaui ſono teſtudinis
Arbores ſecute vmbram ferunt prebuiſſe vati:
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigauit:
Doctaq; vitam voce temperauit.
Iuſtitiam docuit. cœtu quoq; congregauit vno
Moreſq; agreſtes expoliauit Orpheus.

Aſcen. Syrenes. Que reliqua ſunt Vergiliana opuſcula tam facilia ſunt vt explanationis non egeãt. ne tamen nihil dicam interdum vocabula explanabo. Syrenes ſolis ex Acheloo amne filie: tres legũtur parthenope a quo Neapolis oli dicta erat. leucoſia & lygia dicte ab eo quod eſt: σιρειν. ideſt connectere & retinere: mutata aſperatione in ſ. fuerunt inquit Seruius in parte virgines in parte volucres. Acheloi & Calliopes muſe filie: harum vna voce: altera tibijs: alia lyra canebat: & primo iuxta pelorum poſt in capreis inſula habitarunt: que illectos ſuo cantu in naufragium deducebãt. Secundum veritatem meretrices fuerunt que trãſeuntes quoniam deducebãt ad egeſtatem his ficte ſunt inferre naufragia. has Vlyſſes contẽnendo deduxit ad mortem hec ille. Obſtruxit enim ſociorum aures & ſe alligari ad malum precepit donec eos pertranſierat. Carminis earum principium eſt apud Ciceronem. O decus Argolicum quin puppim fletis Vlyſſe. Miſeros modos cantus ad miſeriã deducentes. Legẽdum tamen putẽ muros Thymele dicitur pulpitum & cena vnde fictum eſt nomen vxoris mimi cuiuſdam latini nomine apud Iuuenalẽ ſaty. prima. Litui ſunt tube clariſone Aedo muſici nomen Moribundus olor: Mar. Cantator cignus funeris ipſe ſui. ſanguine ſiſiphio. hoc illi apud Ouidium improperatur: nam Siſiphus eius matrem cum ad laertem duceretur ſtupraſſe dicitur & Vlyſſem genuiſſe. Illeuit. i. obſtruxit Callidus. ſ. Vlyſſes non circe. Prebuit manus vinculis quia ſe ligari fecit ne captus dulcedine cantus eas ſequeretur.

ASCEñ. CLarus in offenſo. Feſtiuam lucẽ patrie ſue carmine celebrat. In offenſo ideſt non offenſo Titan ſol letificus letos faciens animos & voce Alibi animis linguiſq; fauete quotannis ſingulis annis ſua mantua: alij menia: alij munera legũt vt cunq; certum eſt corruptum eſſe.

ASCEñ. FOrtuna omnipotens. hoc quoq; carmen mutilum inuenimus: põt tamen ſic perfici. Fortuna omnipotens inſipientibus quia vt dicit Iuuenalis. Nullum numen habes ſi ſit prudentia ſed te: Nos facimus fortuna deã celoq; locamus. Genus carminis eſt lyricum aſclepiadeum conſtans ſpondeo dactylo & ceſura hoc eſt ſyllaba abundante & duobus dactylis.

ASCEñ. THreicius quõdã vates. Fabula Orphei in quarto Georgicorum explicata eſt ſatis late hanc autem interpretatur Horatius ſic Syulueſtres homines ſacer interpreſq; deorum. Cedibus & victu fedo deterruit Orpheus: Dictus ob hoc lenire tygres: rabidoſq; leones.

ASCEñ. MElifluū quiſquis. Aut de ſe loquit̃ poeta: aut quis alius nomine poetæ videtur aūt phraſis eſſe Ouidiana: Comparat aūt ſe Homero ceteriſq; grecis: atq; id cū ſui prelatione qđ Vergiliane modeſtie non quadrat: vnde in Culice Vtq; araneoli tenuem formauimus orſum. Minor ager. i. librorum copia. Non miles vt Aeneas paſtor vt nō Buc. i. arator curuus vt in Georgic. defit. i. deficit mihi. hec graijs conſtant ſingula. Miles Homero in Iliade. Paſtor Theocrito: & Arator Heſiodo.

De ſeipſo aut alius eius nomine.

MElliſluū quiſqs romanū neſcit homerū
Me legat: & lectū credat vtrunq; ſibi.
Illius immenſos miratur grecia cāpos.
At minor eſt nobis: ſed bene cultus ager.
Non miles: paſtor: curuus non defit arator:
Hæc graijs conſtant ſingula: trina mihi.

P. Vergilij. Maronis de ſpeculo.



ASCEñ. REdditur effigies. Eandem rem varijs modis cōſequitur atq; exprimit quo & ingenij ſui hubertatem & in verſibus effingendis experientiam demonſtrat. Summa aut hec eſt: ita in aquis reddi effigiē vt in ſpeculo. Fōtis aque ordo eſt: Aque fontis referunt ſimulachra: id ē effigies: imitantia: ideſt que imitantur & repreſentant: verum: ideſt rem cuius ſunt qualia ſcilicet ſimulachra: refert: ideſt repreſentat equor leue: ideſt ſpacium planum & non aſperum ſpeculi. Forma repercuſſus ideſt reuerberationis. Ab equore ideſt equalitate & planicie fontis ſcilicet trāquilli. Puriſſimus ardor ideſt ſplēdor aquarum. Binis vbiq; verſibus ſententiam concludit. Tuentis. ideſt inſpicientis imago.

REddit̃ effigies: liqdaq; tuētis in vnda
Qualis ī aduerſo ſpeculorū cernit̃ orbe
Formā pura refert ocul' ſpectātib⁹ vnda:
Quales obiecti ſpeculi fulgore videntur.
Fontis aquæ referunt ſimulachra imitātia verū:
Qualia leue refert ſpeculi cū cernimus equor.
Exprimit oppoſitas immobilis vnda figuras:
Leuati quales ſpeculi nitor ipſe remittit.
Apparet mendax in limi fonte figura.
Qualem reiectat ſpeculi nitidiſſimus orbis.
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti ſpeculum nitido ſplēdore coruſcās.
Spectantis faciem mundiſſimus aſſimulat fons
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni.
Forma repercuſſus liquidarum fingit aquarū.
Qualis purifico ſpeculorum ex orbe reducit.
Fontib⁹ in liquidis: ſimplex generatur imago.
Vt ſolet e ſpeculo facies ſplendente referri.
Effigies liquido reſpondet ab æquore fontis.
Qualis & a ſpeculo ſimulatrix vnda reſultat.
Effingit ſpecies puriſſimus ardor aquarum.
Palma velut ſpeculi viuas imitantia formas.
Fonte repulſatur depicta tuentis imago:
Ceu læui in ſpeculo ſolet apparere figura.

Qua

O Mira Vergi. verſus experiẽtia de glacie.

Qua ratis egit iter iũcto boue plauſtra trahuntur

Poſtq̃ triſtis hyems frigore iunxit aquas.
Suſtinet vnda rotã patule modo peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris inſtar habet.
Quas mõ plauſtra ꝑmũt vndas: ratis añ ſecabat
Poſtq̃ brumali diriguere gelu.
Vnda rotã patitur: celerẽ nũc paſſa carinã:
In glaciem ſolidam verſus vt amnis abit.
Que ſolita ẽ ferre vnda rates: fit ꝑuia plauſtris
Vt ſtetit in glaciẽ marmore verſa nouo.
Semita fit plauſtro: qua puppis vecta cucurrit
Poſtq̃ frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita ſignat iter: mõ qua citus alueus exit:
Strinxit aquas tenuis vt glacialis hyems.
Amnis iter plauſtro dat qui dedit ante carinæ:
Duruit vt ventis vnda fit apta rotis:
Plauſtra boues ducũt qua remis acta carina eſt:
Poſtq̃ diriguit craſſus in amne liquor.
Vnda capax ratiũ plauſtris iter algida prebet:
Frigoribus ſæuis vt ſtetit amnis iners.
Plauſtra viã carpunt qua puppes ire ſolebant:
Frigidus vt boreas obſtupefecit aquas.

Qua ratis egit iter. Eadem facilitate eodemq; artificio conſtrictionem aquarum in glaciẽ vt rotis cur, uũ iter prebeant deſcribit vndecim pedibus ſemper concludens. Eſt enim carmen elegiacũ hexametro & pentametro cõſtans. Qua ratis. i. nauis. Modo. i. paulo ante: peruia. i. pertanſibilis. Inſtar in formã & ſtatum ſeu duriciem marmoris. Diriguere. i. congelate ſunt & in glaciem concrete. Nouo marmore. i. ſpecie marmoris. ſ. criſtallini Qua puppis vecta. Sunt qui legãt auecta: ſed aueho primã producit Bruma. i. tẽpeſtas breuiſſima. hoc eſt hyems accipiendo tẽpus pro qualitate eius. Coegit. i. coagulauit condenſauit conſtrinxit. ſeu cõgelauit. Orbita. i. circũferẽtia rote: ſignat iter: qua alueus citus. i. fluentũ rapidum exit. ꝑ exijt: modo. i. paulo ante. Vt. i. poſtq̃ hyems glacialis ſtrinxit aquas tenuis. i. fluxibiles & cito cõgelari ſe permittẽtes. Amnis ite. plauſtro dat. ſ. modo. Duruit vt ventis. i. poſtq̃ indurata eſt boreali preſertim frigore. Craſſus liquor ideſt aqua cõmixta terreſtribus que facilius cõgelatur. Vnda capax ratium. i. nauium ſupple paulo ante: algida. i. cõgelata: prebet iter plauſtris. Iners amnis: frigore pigro torpens. Obſtupefecit: ideſt torpore affecit aquas. Eſt autẽ noue & artificioſe dictum: vnde Flaccus dixeris egregie notũ ſi callida verbum reddiderit iunctura nouum. Vt. ideſt poſtq̃ boreas: frigidus: aut Cum frigus boreas pro boreæ legendũ eſt.



T Mira Vergi. experiẽtia de Iri.

Thaumãtis proles variãti veſte figuras
multicolor pictop nubila deuolat arcu
Iris & inſigni edcorat curuamine cœlum
Cum ſol ardentes radios in nubila iecit.
Cumq; colorifico nymbos fulgore repleuit

Apparet

Thaumantis proles: Similimodo arcum celeſtẽ ideſt irim deſcribit que thaumantis filia dicit̃. Vnde Tortellius Thaumantias vocata eſt iris ab θαυμα quod eſt miraculum ſeu admirabile. Nam ſic quoq; apud mortales is diuerſorum colorum aſpectus viſus eſt: & ideo

theumantis ideſt miraculi filia dicta eſt vnde thaumantis diriuatum eſt Vergili⁹ enei.ix. Ad quem ſic roſeo thaumantias ore locuta eſt. hec ille. Verum αποτουθαυματοσ. ideſt a genitiuo thaumatos qui fit a nominatiuo thauma non fieret patronymicum thaumantias : vnde videntur poete finxiſſe viri nomẽ thaumas thaumãtis: nullum enim grecum exit in ns ſed multa in as recipiunt n in obliquis vt gygas gygãtis. calchas calchantis. Thaumantis igitur proles. ideſt iris inſigni curuamine. ideſt arcu varijs coloribus inſignito. aduerſo lumẽ reſplenduit hymbri. Semper enim ex aduerſo ſolis naſcitur iris: vnde idem. Maro Mille thrait varios aduerſo ſole colores. Nuncia Iunonis: vnde alibi Irim de celo miſit ſaturnia Iuno. Eſt enim Iuno dea aeris in quo iris apparet. &qui coloribus cã eſt vnde& pauo tutele Iunonis aſcribitur: ꝙ varietas colorũ eius aeri obnoxia eſt : ſed iris etiã a Ioue miſſa legitur. humor pẽdulus periphraſis nubis. Quam grecia nominat iris: alij legũt irim & id quidem magis eleganter magiſq; latine: cum ſuperius magis grammatice dicatur. Quam ſol hymbrifera fulgens de luce creauit de hymbrifera luce aut fulgens aut vtrunq; dicamus Sol aquoſus: ideſt aquis intermedijs obtenebratus. Picta veſte decens & multicoloribus alis. Nimium feſtiue atq; lepide dictũ principio coreſpondẽs varianti veſte figuras. Multicolor. &c.

Apparet varij radijs diſtincta coloris
Clara ſub ætherejs fulgens thaumantia proles
Nubibus : vt radijs pluuiũ ſol attigit hymbrẽ:
Et picturato cœlum velamine cingit
Diſcolor æthereis apparet nubibus iris.
Poſtꝙ flammiferi rapuerunt lumina ſolis:
Et cœlum varijs miranda coloribus ornat.
Vmbriferas nubes radijs vbi contigerit ſol
Luce ſub aduerſa varios iacit vnda colores.
Dicitur hæc iris picto ſpectantibus arcu.
Dum nubes radijs fulgentibus attigit atras.
Phœbus & aduerſo lumẽ reſplenduit hymbri:
Tunc iacit inſignes per nubila denſa colores.
Mirifico nubes ambit thaumante creata:
Quas cũ ex aduerſo tetigit rota fulgida ſolis
Tunc iris vario circundat nubila cinctu.
Nuncia Iunonis vario decorata colore
Aethera nubificum complectitur orbe decoro
Cum phœbus radios in nubem iecit aquoſam:
Nubila cum phœbus perfudit numine claro:
Tunc fit vt humor aque ſuffulgeat atq; colores
Sub varia ſpecie iaciat mirabilis arcus.
Tum radijs hymbres : & aquarũ pẽdulus hũor
Frangitur: exiſtit: quam grecia nominat iris
Multorum inſignis vario ſplendore colorum.
Iris habet varios ſubiecta luce colores:
Quam ſol hymbrifera fulgens de luce creauit
Cum pepulit radijs obſtantia nubila claris.
Luce repentina tum ſol impleuit aquoſus
Aduerſas nubes effulget protinus iris
Picta veſte decens: & multi coloribus alis:




De quatuor temporibus anni.

Verꝗ nouum ſtabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æſtas: & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis corbibus vuis.
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.
Vere ſinum tellus aperit: floreſꝗ miniſtrat.
Tēpore ſolis ager meſſis fert pinguis opimas.
Fœcundos autumne lacus de vitibus imples:
Vis hyemis glacie currentis alligat vndas.
Frigoribus pulſis nitidū ver æthera mulcet.
Scindit agros æſtus phœbœis ignibus ardens
Autumno dat hyems mixtū vicina teporem.
Albentes hæc durat aquas: & flumina nectit:
Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea veſtit agros culmis cerealibus æſtas.
Vitibus autumnus turgentes detrahit vuas.
Frigidus hyberno grauidus niue. nubil9 æther
Vere venus gaudet florentibus aurea ſertis.
Flaua ceres æſtatis habet ſua tempore regna.
Vinifero autumno ſumma eſt tibi bacche ptās.
Imperiū ſæuis hiberno tempore ventis.
Vere grauis fundit tellus cū floribus herbas
Frugfieras agris fert æſtas torrida meſſes.
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructū:
Mox humus hibernis albeſcit operta pruinis.
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Et riget æſtiuis hyrſurus campus ariſtis.
Labra per autumnum muſto ſpumantia feruēt.
Et ponunt frondes hyemali frigore ſiluæ.
Ver placidum vario nectit de flore corona.
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Tēporaꝗ autumnus cingi tua bacche racemis.
Triſtis hyems montes niueo velamine veſtit.
Ver agrū nitidū gemmis ſtellantibus ornat.
Et feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autumnali redolet vindemia fœtu.
Frōde nem9 male nudat hyēs: amneſꝗ rigeſcūt
Purpureos flores humus effert vere comāti.
Et certis donis horreſcunt arua per æſtum.
Bacche tuo tempus fluit autumniꝗ liquore.
Obtegitur tellus per frigora veſte niuali.
Vere tepet picto zephyris ſpirantibus aer.
Decreſcūt celeres æſtiuis ignibus amnes.
Temperies autumne fluit tua nectare dulci:
Perꝗ hyemem lētus cœlo niuis aduolat ībcr.
Veris honos tepidi floret: vere omnia ridēt.
Arua ſub æſtiuis nudant torrentia labris.
Vite coronatas autumnus degrauat vlmos:
Decutit ipſe rigor ſyluis hyemalis honorem.
Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.
Falciferamꝗ deam meſſes remorantur in æſtu.
Dat muſto grauidas autumnus pomifer vuas.
Scythonia glacialis hyems niue cana ſeneſcit.

Verꝗ nouum. Eandem experientiam ſuam docet in temporibus anni deſcribendis: quæ vt quatuor ſunt quaternis canit verſibus: ſingula quidem ſingulis. videtur autem abundareꝗ in principio cum dicitur verꝗ nouum ſtabat vnde ſunt qui ſcriptum aſſerant. Ver muſtum ſtabat ſicut Plautus muſtam ideſt recētem virginem dixit. Florente corona: ideſt ex floribus facta vnde ſunt plebœi verſiculi. Ver prebet flores æſtas pro vomere fruges. Poma dat autumnus frigore torpet hyems. Nuda ęſtas quia nudos facit vnde in Georgi. Nudus ara ſere nudus Serta ſpicea ideſt ex ſpicis propter ſerta verna quæ ex floribus ſunt. Calcatis corbibus ideſt in corbibus vuis: ſunt qui ſordibus legant ſed minus diligenter. Canos capillos, proptes niues. Sinū aperit. vt in Georgico. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur: & putris Zephyro ſe glæba reſoluit. Opimas meſſis ideſt frugis accuſatiuus eſt: ſicut currentis cum dicitur currentis alligat vndas. Phœbeis ignibus. ideſt ſolaribus. Teporem mixtum: quia eſt autumnus inter æſtatem & hyemem vtriuſꝗ particeps. Albentes ſcilicet niue gelu: & pruina. omnia enim quę a frigore producuntur albeſcunt que a caumate nigreſcunt. nectit flumina: ideſt conſtringit gelu. Prata gemmantia ideſt florum nodis exuberantia. Vuas turgentes ſcilicet vino. Aether eſt ſupple frigidus hiberno ſcilicet tempore: & grauidus niue & nubilus ideſt nubibus cinctus. Venus aurea ideſt pulchra. Sua tempore. Ordo eſt ceres flaua habet ſua regna tempore æſtatis. Imperium ſubaudi eſt. Mox humus ideſt terra albeſcit hibernis pruinis. Cāpus hirſutus propter ſpicas hirſutas ideſt aſperas & barbatas. Labra per autūnū. Labra ſunt vaſa magna qbus vinū effunditur: vel labra torcularium. Temporaꝗ autumno. Ordo eſt. O Bacche autumnus cingit tua tēpora ideſt coronā capitis tui: racemis. Gemmis ſtellantibus: ideſt floribus rutilantibus. Autumnali fœtu ideſt vino. Male ideſt cum malo & damno quia tunc nudantur arbores quādo deberent veſtiri. Comanti ideſt comas hoc eſt frondes & flores producenti. Bacche. Ordo eſt. O Bache tempus fluit liquore tuo & autumni ideſt vino. Vbi apte coniunctio diuerſos caſus copulat. vere omnia rident: vnde in Bucoli. Nunc rident ſylue nunc formoſiſſimus annus. Decutit. Ordo eſt rigor hyemalis decutit honorem ſyluis ideſt frondes & flores. Scythonia. Ordo eſt. hyems glacialis ſeneſcit. ideſt ſenij indicium pre ſe fert exiſtens cana niue ſcythonia. ideſt Thracia quia iuxta Thraciam & Scythiam perpetue ſunt niues.

Finis.

AVrora &c. Eandem peritiam ſuam in
ſolis ortu deſcribēdo varijs modis eru-
ditiſſimus poeta oſtendit. velamine
croceo ideſt luthei coloris. Biiugis equis: cum
ſol quadriiugis vehi fingatur. Candidus orbis
ideſt globus ſolaris: candens vbi paulo altius
aſcenderit aut vbi in ortu ſudum eſt: vnde ad-
dit. Et clarum emicuit ſole oriente iubar: quia
pluuia impendente rubet orbis ſolis Palantias
hic pro aurora ponitur. roſida: ideſt rore perfu-
ſa amictu puniceo ideſt roſeo. Promit ab equo-
reis thetyos ortus aqs. Sol ortus ab aquis ęquo-
reis tethyos: ideſt magne maris oceani vxoris.
Quomodo primam & interdum ſecundam
nominatiui producit: vt in Georgi. Teq; ſibi
generum tethys emat omnibus vndis. Thetys
autem mater Achillis aliter ſcribitur & vtran-
q; corripit. Sane poete alludētes ad opinionem
vulgi dicunt ſolem in oceanum occidere &
rurſus inde oriri: vt enei. primo. Quid tantum
oceano properent ſe tingere ſoles Hiberni &c.
Fugerunt vel quantum ad apparentiam: quia
maius lumen offuſcat minus: vel quantum ad
opinionem vulgi negantis interdiu ſydera in
cœlo noſtro eſſe. Rebuſq; colores quia ſine lu-
ce colores non diſcernuntur. Ipſe alibi. Et rebus
nox abſtulit atra colorem. Tithoni coniunx
ſcilicet aurora. Erat autē Tithonus frater Lao-
medontis qui ſenio in cicadam mutatus fingi-
tur: vnde Flaccus in carminibus. Nihil eſt ab
omni parte beatum abſtulit clarum cita mors
Achillem. Longa tithonum minuit ſenectus.
De hac re Vergi. in enei. ſic. Tithoni croceum
linquens aurora cubile &c. Sub lumine iubar:
ſi vera eſt lectio preter morem iubar prima lon-
Iubar. ga poſuit. Nam prius dixit: ſole oriente iubar.
Et alibi. Iam iubare exorto iam rebus luce re-
pertis. Legi poteſt phœbum aut ſolem; aut mū-
dum: aut quid ſimile. Luthea crocei coloris a
lutho coloris genere. Velamine aſtrifero micā-
ti diſtinguenda. ſunt epitheta. Retegit ſtellas
ideſt iterum tegit. Aut retegit: ideſt aperit ter-
ras legēdum eſt. Thetyos vndiuago. Ordo eſt:
cum ideſt quando. titan ideſt ſol: proſilit: ideſt
porro exilit: equore thetyos ideſt maris ocea-
ni equis aqs vndiuago ideſt vndis vagante &c.
Eſt ergo legendum vna dictione vndiuago. nō
vnda vago. Crinibus aureis ſinereſis quam &
alibi ſępe facit. Et nox ſcilicet atra: oculi faces
ſydereas. Curſuſq; ſuos: alij currus legunt & p
equis intelligunt. Loquitur autem ſecundum
opinionem vulgi: vt iam tetigimus. Nam cre-
dit vulgus ſolem in occaſu deſcendere ad ma-
re oceanum vt illic refocilleť. Memnonis vt ge-
nitrix ideſt aurora. Roſeis manibus ideſt radijs
ſuis Athlanteis ideſt heſperijs aut mauritanicis
in quibus Athlas olim regnauerat. Et veſte am-
broſea ideſt ambroſei odoris: vt primo eneid.
Ambroſeeq; come diuinum vertice odorem.
Spirauere. dicitur autem cibus deorum: ſicut
nectar potus. Tum phœbus: bene commiſcet
epitheta cum ſubſtantiuis: ſcilicet radijs fulgen-
tibus & orbem nitidum. Sed finis nobis faciē-
dus eſt.



P. V. Maronis de ortu ſolis.

AVrora oceanū croceo velamine fulgēs
Liqrat: & biiugis vecta rubebat eqs
Luce polū nitida pfūdit cādid⁹ orbis
Et clarum emicuit ſole oriente iubar.
Roſida puniceo palātias exit amictu
Aſtrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol inſigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum ſol
Fugerunt toto protinus aſtra polo.
Conceſſere deo tenebre rebuſq; colores
Lux iterum cunctis redidit alma ſuis.
Tithoni coniunx roſeo ſub lumine iubar
Inficit: & cœlum luthea ſydereum.
Tum ſol igniferos currus e gurgite magno
Suſtulit & claris aſtra fugauit equis.
Nox abit aſtrifero velamine cincta micanti:
Et retegit ſtellas: exoriturq; dies.
Emicat oceano phœbi rota clara relicto.
Illuſtrata nitent lumine cuncta ſuo.
Aurea fulgebat roſeis aurora capillis:
Et matutino rore madebat humus.
Tethyos vndiuago cum proſilit æquore titan
Elāmiferos vultus ore micante ferens:
Exoritur phœbus perfudens luce nitenti
Et maria: & terras: ſtelliferumq; polum.
Aſtraq; ceſſerunt fulgentia crinibus aureis:
Et nox ſydereas occulit aſtra faces.
Sol oriens curſuſq; ſuos e gurgite tollens
Oceano: claro reddidit orbe diem.
Flammiferūq; iubar: terræq;: poloq; reduxit:
Et pepulit radijs aſtra repente ſuis.
Mēnonis vt genitrix infecerat humida cœlum
Et roſeis manibus ſydera diſpulerat:
Phœbus athlanteis e fluctibus aureus orbem
Suſtulit igniferum: luxq;: dieſq; redit.
Præuia flammiferi curſus aurora rubebat
Extuleratq; alto gurgite phœbus equos:
Noctiuagoſq; ſimul radijs vagantibus ignes
Depulerat

Depulerat cœlo reddideratq; dies:
Vix aurora ſuo rubeſecerat æthera curru
Summaq; canebat roribus hærba nouis:
Proſilit e medijs candens rota Tethyos vndis:
Et vaga ceſſerunt ſydera ſolis equis.
Surgit ab oceano tithoni fulgida coniunx:
Et veſte ambroſea ſubruit ipſa pedes.
Tum phœbus radijs nitidum fulgẽtibus orbẽ
Depulit e tenebris: noxq; peracta fuit.
P.V.M. De ſignis cœleſtibus.
PRimus adeſt aries tauruſq; inſignibus auro
Cornibus: & fratres: & cancer aquatile ſignum
Tum leo terribilis veniens: atq; innuba virgo.
Libra ſubit: caudaq; animal quod dirigit ictũ:
Armatuſq; arcu chiron: & corniger hircus:
Fuſor aquæ ſimul: & fulgenti piſcis in auro.
Proditor eſt helles & proditor europæus:
Et gemini iuuenes. & preſſus ab hercule cãcer:
Horrenduſq; leo ſequitur cum virgine ſancta
Libraq; lance pari: & violẽtus acumine caudæ.
Inde ſagittiferi facies ſenis: & capricornus:
Et qui portat aquã puer vrniger & duo piſces.
Signorum princeps aries & taurus: & vna
Tyndaridæ iuuenes: & feruida brachia cancri:
Herculeuſq; leo: nemeæ pauor: almaq; virgo:
Libra iugo æquali pendens & ſcorpius acer:
Centauruſq; ſenex chiron: & cornua capri:
Et iuuenis geſtator aquæ: piceſq; ſupremi.
Corniger aſtrorũ ductor: tauruſq; ſecundus:
Tum ſydus geminum: & cancri repentis imago
Truxq; leo & virgo quæ ſpicea munera geſtat.
Et libram quam cæſar habet chælaſq; minaces.
Atq; arcu pollens: & ſalſi gurgitis hircus.
Vrnaq; nymbiferi: piſciſq; nouiſſima forma.
Dux aries: & frons tauri metuenda minacis.
Et ledæ ſoboles: & cancri torridus ignis:
Terribiliſq; leo: ſpecieſq; virginis almæ.
Momentũq; ſequẽs: caudaq; timẽdus adunca.
Hinc tendẽs arcum. liqdi caper æquoris inde:
Troianuſq; puer. geminiq; ſub æthere piſces.
Nubigenæ iuuenis vector: tauriq; trucis frõs
Et proles duplex Iouis: & nepa torrida flãmis
Aeſtifer inde leo mixta cum virgine fulgens.
Quam ſequit̃ libra: & violenta cuſpide ſæuus.
Semiuir arcu potẽs: ſubit & capricornꝰ aquoſus
Et cui nomen aquæ faciunt piſceſq; gemelli.
Corniger in primis aries: & corniger alter
Taurus itẽ: gemini: ſeqtur quos cancer aduſtus
Terribiliſq; feræ ſpecies: & iuſta puella:
Libra ſimul: nigrumq; ferens in acumine virus:
Centauruſq; biformis adeſt: pelagiq; puella:
Atq; amnem fundẽs: & piſces ſydus aquoſum.
cornigeri ductor gregis: europe quoq; vector
Et duo tyndaridæ: tum cancer ſole peruſtus.

PRimus adeſt aries. Eadẽ varietate deſcribit duodecim Zodiaci ſigna de quibus in Georgi. Per duodena regit mundum ſol aureus aſtra. Sunt autem nominibus fere animalium deſignata & eorum figuras ſitu ſtellarum repreſentantia quorũ inquit. Primus adeſt aries. Hunc autem quidam arietem volũt eſſe illum aureo vellere in quo phryxus tranſuectus eſt: quidam eum quem Bacchus in libya vidit in harena fontem demonſtrantem cum ſiti cõficeretur: quem & Iouem patrem eſſe putauit: in cuius gratiam templum Ammonis: ideſt Iouis arenarij illic extruxit volens autem vtrunq; cõfundere in principio non dat illi epitheton: poſtea tamen manifeſte loquitur de Helleo ſeu Phryxe dicens: Proditor eſt helles. Item Velleris aurati fulget pecus aurea cœlum: vbi pecus etiam de maſculo dicitur: quia de ariete. Tauruſq;. ideſt & taurus cornibus inſignibus: ideſt habens cornua inſignia & inſignita auro: quæ honeſta eſt locutio: licet Seruius magis grammatice dictum cenſeat: taurus inſignium cornuum. Hũc quidam cenſent eum in quem Iuppiter verſus europam Agenoris filiam auexit: Alij eum quem Hercules domuit. Sed author hic manifeſte loquitur de europes vectore dicens: & proditor europæus. Aut. & portitor eſt Europes. Item Europe quoq; vector. Et fratres ſcilicet gemini Pollux & Caſtor quorum alter ex Ioue alter ex Tyndaro natus dicitur. vterq; autem ex Leda. Cum vero Caſtor diem obiret rogauit Pollux patrem vt pro fratre alternis vicibus obiret: quod conceſſit. vnde Eneidos ſexto. Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Itq; reditq; viam toties &c. Author tamen hic vtrunq; filium Iouis cenſet vbi dicit: Et proles duplex Iouis. Hoc autem fictum volunt quod tam latum eſt geminorum ſignum: vt dum alter orit̃ alter occidat. Et cancer. hunc mire magnitudinis a Iunone dum Hercules cum hydra pugnaret immiſſum dicũt qui hydre ſuppetias ferret. Hic pedem Herculis mordicus apprehendit cuius vulneris dolore permotus Hercules cancrum interfecit: quem deinde Iuno in cœlum tranſtuliſſe dicitur. Et cancer igitur ſignum aquatile: prius in aquis verſari ſolitum: cum ſole exiſtente in cancro torrida ſit æſtas. Tum leo terribilis veniens: de hoc in ærumnis Herculis dictum eſt. Atq; virgo innuba quæ ad nuptias non peruenit vt Erygone Icari filia: de qua ad illud Bucoli. Iam redit & virgo ſatis dictum eſt. Libra ſubit. ideſt ſub ſequitur inter ſigna. Et animal quod dirigit ictum cauda. ideſt ſcorpius. Et chiron: ſcilicet ſagittarius: iuſtiſſimus centaurorum armatus arcu. Et hircus corniger: ideſt capricornus & fuſor aque: ideſt aquarius ſimul: & piſcis in auro fulgenti. Creditor eſt helles: ſenis verſibus eandem rem proſequitur. Creditor eſt helles: ideſt aries: qui hellen trãſuehendam ſuſcepit ſed nõ retinuit vnde creditor dictus eſt. Et proditor europeus: ideſt taurus in quem Iuppiter verſus europeus prodidit: ſpondaicus eſt verſus: legendus ſic: Creditor eſt helles & proditor eſt europes: pro quo mendoſe legitur cicropeus: ſed verior lectio eſt proditor eſt helles. Et proditor europeus: quia aries hellen & taurus europen tranſuexit. Violentus acumine caude: ſcorpius. Tyndaride iuuenes: gemini Almaq; virgo erigone. Chelaſq; minaces: que brachia ſcorpij ſunt. Læde ſoboles: gemini: ſpecies q; virginis

ASCEñ.
Taurus.
Gemini.
Cancer.
Leo.
Virgo.
Libra.
Scorpius.
Sagittari
Capricornus.
Aquarius
Piſces.
Aquarius

virginis: q; communis eſt ſyllaba ſic eneid. iij.
Liminaq; lauruſq; dei totuſq; moueri. Troia-
nuſq; puer: aquarius. ſ. Ganymedes trois troia
norū regis filius quē iuppiter forma eius captꝰ
ab aqla in cęlū raptū miniſtrū ſuū ī loco hebes
fecit raptus aūt dicit̄ cū vrna qua aquā afferre
parabat: alij tn̄ deucaliona putāt ꝓpter diluuiū
ſub eo factū: alij cecropē qui ante vinivſum re
gnauit quo tpe aqua in ſacrificijs vtebant̄. Mo
mentumq; ſequēs. i. libra amuſſim: iuuenis ve-
ctor. aries phryxi. Proles Iouis gemini. Nepa:
cancer hoc loco: multi tn̄ cōtendūt ſcorpiū ne-
pam dici. violēta cuſpide ſęuus: ſcorpiꝰ in cau-
da venenū geſtās. Semiuir cētaurꝰ: ſemiequus
chiron ſagittarius. Terribiliſq; fere: leonis. Ni
grumq; ferens in acumine virus. Scorpius Sa-
ne animal ſcorpius: flagelli ſpēs ſcorpio recte
dicitur. Puella virgo. Cornigeri ductor gregis
aries ouiū Europe vector. taurꝰ. Trutine: libre.
Iuuencus: taurus. Caudaq; ferenis lętale. i. mor
ti ferum venenum: ſcorpius: Tū geminꝰ chirō
biformis: qa partim homo partim equus. Ger
mani fratres gemini. Iā comes eſtus. qa olim ī
aqs erat. Deucalionis aque nūc ſeqtur ſecundā
de aq̄rio opinionē. Aequale iugū. ſ. libre Ne-
ptunia ꝓles: hircus equoreus. Et piſces appoſi
torię: vltimꝰ ordo. Q ď verbū neſcio quo euen
tu etiā vltimo loco inter opuſcula vergiliana
poſuimus. Nā quę ſequent̄ fragmēta nō ſapiūt
Vergilianā phraſin: p̄ter primū fortaſſis mo-
noſtichon cuius ſiſe fecerat diſtichon. Nocte
pluit tota &c. Senex ex his varietatibus patet
quāta fuerit poetæ noſtro in carminibꝰ facien-
dis dexteritas: quātaq; ingenij hubertas: q vnā
rē tot modis explicare valuit: atq; ita explicare
vt neſcias qs oīm ſit optimus: nā malus nullus
eſt. Quocirca eundū mihi videt̄ ī illoꝝ ſnīam
q poetā naſci dicūt: ſic tn̄ vt (quod Hora. ſen-
tit) ſtudiū nō defuerit: nā hmōi varietate vſus
videt̄ non tam ad oſtentandū q̄ ad periclitan-
dū ingeniū ſuū poeta. Sed finem facio.

¶ Iuppiter &c. Verſiculi hi cuiuſcūq; ſunt au-
thoris nō multa eget explanatiōe. Primꝰ ſenſū
tenet quē Donatꝰ in vita autoris explicat cum
his. Nocte pluit tota redeūt ſpectacl'a mane Di
uiſum imperium cū Ioue cæſar habet. Tarpeio
quondā hoc Vergilianū nō eſſe docet Sueto. in
Cęſarū vitis. Litera rē geſtā. Hęc aūt phraſis ſe
Vergilianā negat. Sus iuuenis &c. ſed ne hoc
qdē Vergilianā venā ſapit. Argumentū aūt eſt
Iuuenis vidēs ſuē ſilueſtrē ipm cuſpide citꝰ pe-
tijt: ſed īter inuadendū ſerpentē pedibꝰ offendit
ſimulq; aprū ꝑcuſſit: & a ſerpēte ꝑcuſſꝰ eſt: atq;
in ipm cadēs eūdē occidit: quocirca tres ſimul
ꝑiere. Non puto tn̄ vergilianū: ſicut nec obſcę-
nū carmē vergilianū eſt: vt ī facie huius angeli
politiani atteſtāt̄ eruditiſſima teſtimonia: nos
itaq; his cōtenti exoptatū portū intramus.

τελοσ.

Herculeaq; manu preſſus leo: & optima virgo:
Hinc trutinæ ſpecies: venit armatuſq; veneno
Scorpiꝰ: atq; ſagittifer: æquoreiq; capri frons:
Quiq; vrnā gerit: & piſces duo ſigna ſub vno.
Principiū ſignis ouium ſator: inde iuuencus.
Progenies duplex: & aquarum cancer alūnus.
Preſſa ſub herculeis manibꝰ fera. iuſtaq; virgo.
Libra ſubeſt: caudaq; ferens letale venenum:
Tum geminꝰ chiron: & corniger æquoris alti:
Dilectuſq; Ioui puer: & duo ſydera piſces.
Dux gregis & placidum pendens ſuper æthera taurus.
Germaniq; pares: & cancro iam comes æſtus:
Atq; leo primus labor herculis: & pia virgo.
Libra comes ſequitur: minitās & ſcorpius ictu.
Et qui tela gerit centaurus: & æquoris hircus.
Deucalionis aquæ: & piſces extrema figura.
Velleris aurati fulget pecus aurea cœlo
Lætus & amphion: cancriq; figura calentis
Inſequitur leo ſæuus: & almæ virginis aſtrum:
Hinc æquale iugum: caudaq; venenifer vnca.
Centauruſq; minax arcu: & neptunnia proles:
Quiq; refudit aquas: & piſces: vltimus ordo.

Finis ſpeciminis ac miræ experientiæ Vergilianæ in verſibus componendis.

Monoſtichon Vergilij.
Iuppiter in cœlis: Cæſar regit omnia terris.

Diſtichon.
Tarpeio quondam conſedit culmine cornix
Eſt bene non potuit dicere: dixit erit.

Aliud.
Litera rem geſtam loquitur: res ipſa medullam
Verbi: quam viuax mens videt: intus habet.

Mors trium animalium.
Sus. iuuenis. ſerpens. caſu venere ſub vno:
Sus iacet ex ictu: ſerpens pede: & ille veneno

Idem aliter.
Anguis. aper: iuuenis. ꝑeūt vi. vulnere. morſu:
Hic fremit: ille gemit: ſibilat hic moriens.

Idem Adhuc aliter.
Sus. ſerpens: iuuenis pariter periere viciſſim.
Dēte perit iuuenis: ſerpēs pede: porcꝰ ab ictu

Finis Opuſculorum.

Habes igitur iuuētus optima Vergiliana fere opa familiariter explanata: Nā Priapeium: obſcœnū illud epigrāma: non Vergilianū: ſed Ouidianū eſſe in facie huius voluminis ſeu libelli vltimi p̄notauimus Authore Politiano cū ſint q nō vnius authoris eſſe velint: cuiuſcūq; aūt eſt: indignum eſt qď xp̄ianis: id eſt caſtis auribus exponatur. Catalecton vero nō vergilio ſed puerorum lectioni ſine iactura ſubtraximus. Impreſſa ſunt hæc omnia Lugduni ab Iacobo Sachon. M.DXVII. die vigeſima menſis Auguſti.

Aeneis Vergiliana cum Ser-

uij Honorati Grammatici huberrimis commentarijs: cũ Philippi Beroaldi viri clariſſimi doctiſſimis in eoſdem annotationibus ſuis locis poſitis: Cum Donati argutiſſimis ſubinde ſententiarum præſertim enodationibus. Cum Auguſtini Dathi oratoris Seneñ. luculentiſſima introductione. Cumq; familiariſſima Iodoci Badij Aſcẽſij elucidatione: atq; ordinis cõtextu. Acceſſit ad hoc Mapphei Vegij liber addititius: cum Aſcenſianis annotationibus. Addita præterea ſunt ipſius poetæ: ac operum eius illuſtrium virorum præconia. Aeneidos argumenta: & quædam noſtri poetæ epitaphia. Elucent præterea in toto ipſius Aeneidos opere (qñquidẽ μικτον .i. mixtum poematis ſtili genus reſerat) interlocutiones marginẽ congrue occupantes: Hactenuſq; nullibi Viſæ.

Alto loco:clariſſimis natalibus:& ſumma generoſitate nato:optima indole:& pſtantiſſimo ingenio prædito . laudatis ad hoc moribus:& cultioribus litteris cum primis ornato:adoleſcenti indulgentiſſimo Lodouico de Flandria domino ſuo inter primos honorando:Iodocus Badius Aſcenſius:cum omni veneratione Salutem.

AVſpicaturo mihi familiarem hanc in Maronianam Aeneida interp̄tationem: occurrit prima excellēs tua Lodouice generoſiſſime p̄ſtantia:cui noſtras: quāʒculæ ſunt lucubratiunculas:& nuncupem &dedicem.Facturus enim mihi videbar operæprecium ſicut iuratus ſum:cuiuſq; maioribus plurima debeo:& grati animi ſignificationē:& modeſtam ad heroicas virtutes cohortationem fecero.Sic& eñ rem tua laudatiſſima indole:ſummaq; generoſitate dignam:& ſubditiſ tuis vtiliſſimam procurauero:Meminiſſe igitur in primis:adoleſcens ſummo loco nate:tuorum te velim natalium:maiorumq; tuorum claritudinis:non qui ad inanem gloriationem:ſed qui ad ſanctam illorum imitationem te cohorter.Eam ſiquidem ob rem:priſci illi Romani: quorum nunq̄ ſatis laudata cenſentur inſtituta:maiorum ſuorum ſtemmata domi ſuę habuerunt:vt per eorum imagines geſtorum quoq; inſignium cōmonerentur.Non vt inaniter gloriarētur:vt tamen non pauci ſolent:in quos eſt illa nobilis Satyrici inclamatio.

Iuuenalis Sat. viij. Stemmata quid faciūt:quid prodeſt pontice longo
Sanguine cenſeri: pictoſq; oſtendere vultus
Maiorum:& ſtantes in curribus æmilianos:
Et curios iam dimidios:naſumq; minorem
Coruini:& Galbam auriculis naſoq; carentem:
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Famoſos equitum cum detractore magiſtro:
Si coram lepidis male viuitur:effigies quo
Tot bellatorum:ſi luditur alea pernox:
Ante Numantinos ſi dormire incipis ortus
Luciferi:quo ſigna duces & caſtra mouebant: Et quæ ſequuntur.

Quāuis autem non ſint forte tibi:adoleſcens generoſiſſime.vt Romanis illis erant:expreſſi cæra vultus qui ſingulis: authore Plynio : diſponebantur armarijs : vt eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera .:extant tamen clariſſima quæ te amoneant parentum tuotum monumenta. In primis ſiquidem vt te ex primaria Flandrorum comitum domo progenitum noſcas:de Flandria familię tuę peculiare cognomentum obtines:illiuſq; verus heres atq; ſucceſſor comprobaris:qui primus Flandriæ comitatum accepit.Nam Balduinum qui ex nobiliſſima Francorum regis filia & laudatiſſima Anglorum regis derelicta:non ab re Iudith appellata:ſpectabili atq; legitimo matrimonio genus tuum propagauit Galli foreſtarium appellitant:q̄ foreſta eis ſit:quæ nobis vvoſta atq; vvoſtina:cuius tu hodie quoq; perpetua ſucceſſione conſpiceris dominus:Ea autem fuit maiorū tuorum claritas :vt cum primogenitus alibi ſibi conſtituerit comitatus domum:iſta tamen nobilitatis vocaret̄ altera:quod nomen ei loco vbi ſunt gentis cunabula noſtræ hactenus permanſit.Nihil igitur eſt natalibus tuis:dulce decus noſtrū:clarius nihilq; vel proximis parētibus tuis(ſit ſolius principis maieſtas prælata) in tota Flandria aut nobilius.aut honeſtius:Habuiſti ſiquidem patrem dominum Lodouicum de Flandria.equitem auratum:in primis ſtrēnuum:& inclytiſſimo principi noſtro Archiduci non ignobili conſanguinitate coniunctum cuius præclara in bellicis rebus facinora te nimirum ad horrentia martis inuitant arma.Habes & matrem icomparabili probitate:dulcis loci:& dulcium morum generoſiſſimam dominam:rarum dico & excellens omnis honeſtatis columen ac ſpecimen.Quæ cum eſſet præter cæteras matronas ſpecioſa: & ſupra multas diues.maritumq; illum patrem tuum ſpectabiliſſimū ah in primo ætatis flore:ſuperis inuidentibus mūdo tantum decus amiſiſſet:non tamen &ſi a nobiliſſimo quoq; expeteretur:ad ſecundas traduci voluit nuptias:ſed cælibem inter veſtales ſanctaſq; moniales elegit vitam degere:vbi tibi clariſſima præfulget luce:clarumq; non tam ad arma q̄ ad virum oſtentat iter:adhibito videlicet laudatiſſimo p̄ceptore Fratre Petro etiam cognomento Ludimagiſtro:ex inſigni illa fratrum diui Hieronymi apud Gandauos domo:in quam omnis probitatis & veræ eruditionis opes pleno effudit copia cornu.Itaq; vt vtriuſq; parētum tuorum q̄ ſimillimus efficiare.ſimulq; cum armis virtutem colas:teq; primum litteris:deinde claris facinoribus exornes(Ea enim ſola & Alexandro magno:& Caio Iulio Cæſari perpetuo dictatori:& incōparabili imperatori fuit ad gloriam immortalitatēq; via)non inutilem neq; impertinentem cenſuerimꝰ æneidos Vergilianæ lectionem.In ea ſiquidem ſi patrem imitabere:habebis clariſſima Aeneę facinora: atq; inclyta bella:in quibus tam egregiam dominus pater tuus Lodouicus meruit laudē:Sed vti eſt apud Horatium:nihil eſt ex omni parte beatum Abſtulit clarum cita mors Achillem. Quinadeo vt vti Homerus auctor eſt.Thetidem ab Ioue offerente aut longæuæ:ſed ignobilis:aut pręciaræ:ſed breuis admodum vitę conditionē:glorioſum licet breuem vitam Achilli ſuo exoraſſe:ita & patri tuo verosimile eſt: honeſtiſſimam genitricem eius dominam Lodouicam domino de Gruuthuſa germanam:ab optimo maximo deo noſtro non longam ſed præclaram ampliſſimis ſuis meritis impetraſſe vitam.Sin matrem potius quam imiteris inſpicies:quæ(vt diximus) cordatiſſima eſt virago:& pluſq; heroica prædita v̄tute habebis virum heroica virtute cōſummatū:in cuius deſcriptione omnes numeri glorioſæ & ſanctæ vitę deſignantur:omneq; officium & qui tecum:& qui cum alijs viuas pręſcribitur.Nam veluti Zenophōta dicūt ita Syrū deſcripſiſſe:non vt qualis ille fuerit: ſed qualē eſſe decuit decernat:ita Maronem arbitror Aeneam nobis:licet talis adamuſſim fuerit:tanq̄ ſpeculum atq; exemplar perfecti viri ꝓpoſuiſſe.Quocirca ſi cum bonis inſtitutis etiam litteras cultiores : vt facis : adipiſci voles : nullus eſt ad eam rem hoc

Beroaldꝰ de laude Maronis. poetarum togatorum facile principe magis idoneus : De cuius laude atq; vtilitate quoniam in rem noſtram id videtur placet eruditiſſimi viri Philippi Beroaldi adducere quæ hæc ſunt verba:Quēadmodū apud græcos ab Homero omnis eloquentiæ fontes:omnis eruditionis riui:omnis pœticæ fluēta: ꝑinde ac ab oceano defluxerunt.ita apud latinos alter ingeniorū fons:alter eloquentię torrens:Vergilius Maro auſpicatiſſimū poeticę dedit exordium:eidemq; abſolutiſſime ſummū impoſuit faſtigiū.Qui Homerū in poematis ſcribendis archetypon:hoc eſt exemplar habens illum adeo ſcite effinxit:adeo facunde rep̄ſentauit adeo prudēter æmulatus eſt:vt a celeberrimis ſcriptoribus:Mantuanus Homerus haud imerito nuncupet̄.

nuncupetur.Et enim Maronis ſacrum poema omni eſt eruditione omni facundia:omni diſciplina: omni
denicꝫ poetica arte refertiſſimum : inſtructiſſimum:ornatiſſimum . Quin ipſemet de operis ſui multi-
plici variacꝫ doctrina ita ſcribit Auguſto.De Aenea quidem meo ſi me hercule iam dignum auribus ha
berem tuis libenter mitterem.ſed tanta inchoata res eſt:vt pene vitio mentis tãtum opus ingreſſus mihi
videar:cum præſertim(vt ſcis)alia quocꝫ ſtudia ad id opus multocꝫ potiora impertiar.Nec profecto his
Vergilij verbis copia rerum diſſonat:facundia vero multiplex & multiformis in eo eſt ac dicẽdi genus
omne cõplectitur:nec minus orator q̃ poeta habendus eſſe cenſetur. Hæc ille.Hũc aũt poetã familiariter
exponere cõſtitui.vt quibus præceptorũ deeſt copia:habeant ex nobis facilẽ ad eum viã.eacꝫ ingreſſi ad
pleniorem eruditionem ipſi(ſi quidem induſtrij:gnaui:atcꝫ ſolertes ſunt)per ſe ſuacꝫ ſtudia pertingãt.In
qua re ſi non oĩm expectationi ſatiſfecerim:vſcꝫ adeo vt merito verear non defore qui in me dicant Ho-
ratianum illud in arte:Parturiunt montes:naſcetur ridiculus mus.Boni tñ æqui conſulent : animaduertẽ
tes operis immenſitatẽ:ſi omnibus quibus etiam a nobis elucidari potuiſſet : annotamentis excreuiſſet:
ſcienteſcꝫ iudicio fortaſſe nõ inepto multa a nobis prætermiſſa:ne bonis præceptoribus intepretandi p-
uinciam præriperem:neue ſtudioſis diſcipulis meliorum excogitandi diligentiam demerem. Audio eñ
ia mpridem a quibuſdam male:ꝙ nimis ſim familiaris:cauſantibus videlicet fructum eruditionis prære
ptum:cum quæ cum labore diſcantur:& tenacius hæreant & dulciora ſint.Quibus dum talia audio : re-
ſpondere ſoleo:habentibus p̃ceptorem non deeſſe nudos textus : quos cum labore addiſcant:ſi meos miſ
ſos faciant:non habentibus vero noſtros q̃plurimum prodeſſe:ipſiſcꝫ preceptoribus aut noſtrorũ carpen
di(vt hodie ſumus inuiduli)aut meliorum excogitandi aut ſaltem audendi facultatem minime prære-
ptam.Vtcũcꝫ autem alij cenſebunt tua Lodouice indulgentiſſime:humanitas:lucernulam ac lucubratiũ-
culam hanc tũo fauſtiſſimo nomini dicatam:in partem accipiat bonam rogamus .Hæc ſumma eſt.& vo-
ti:& præfationis.Vale.Ex officina noſtra litteraria in nobiliſſimo Parrhiſiorũ gymnaſio Ad decimum
Calendas Februarij:anno iuxta Romanam ſupputationem.Milleſimo quingentiſſimo primo.Et nũc ite
rum(necꝫ enim cœpti pœnitet) ad Calendas Nouembris.M.DVII.

Tabula Aeneidos

Rerum & verborum index.

A Bies folio.xlv.
Aborigines fo.xxxiij.
Accentus rō ccxx.
Acer mobile ccxxvi.
Aceſtes xxxiiij.
Aclides ccxxvi.
Accētus viij. Acheron cli.
Achilles vbi vulnerabilis cxlix.
Achidaliꝰ fol.xli.
Acta cxxxix Actꝰ:via:iter c.&.cxi
Actutum ccxxxvij. Ad & apud v.
Additi cl. Aditus oſtiū cxlviij.
Adiuro folio.cccxx.
Adytum fo.xlix.
Aducne ccxviij.
Aduerbia in e & in i. fo.cxiij.
Aduerbia in loco cvij.
Aedes lxiij aedifico. xlv.
Aeger & egrotus xvij.
Aegis ccxxij. aegiſtus cclxxxiiij.
Aegyptus & Danaus cclxvi.
Aemulus cliij.
Aeneas Veneris filius xxiij.
Aenee fuga lxxiij.
Aeneis clxxviij.aeolie inſule fo.x
Aequora xlvij. aerea xxix.cxxviij
Aeſtas ſeptima cxxxix.
Aetatis diuiſio cxxxi.
Aetne incendium xciij.
Agamēnon cclxxxiiij
Agathyrſi ciiij.
Agenor xxv. ager ccliij.
Agylla ccxxvi. agmē.xi.liij.cxxxiij
Aiax oilei.viij.aiax telamonis ibidē
Alacris clxxiij.
Alata flumina cxxxij.
Alba & albani fol.ij.
Albula xx.&.cxviij.
Altare lxiiij. Alte cliij.
Altū fol.ij. Aloeus clxx
Alter alius cclxxix.
Aluus & venter xlvi.
Alumnus cclxxvij.
Amaſones xxxi.
Ambroſia fol.vij.
Amentum cclviij. Amenū cxlij.
Amycus vir. cxxxiij.
Amicorum exempla lxxvi.
Amores xxv.&.cxxxij.
Anchiſe oculi lxix.&.clxxiiij.
Ancyle lij.&.cxc. Anchora xv.
Anguis & ſerpens lij.
Anguis & annus cxxvi.
Anima animus cclxvi.
Animus & mens vij.&. cxlvij.
Animales hoſtie lxxxij.
Anio fo.ccv.
Annales & hiſtoria xxvij.
Annus triplex xx.
Anni inuentio xliiij.&.cxxiiij
Anſanctus folio.cc.
Anſer ccxxviij. Antādros lxxiij.
Anthenor fol.lij.&.lxij.
Antiptoſis lvi. Antiqua fol.v.
Antoniꝰ ccxxix. Antonomaſia v.
Apparitores cccxxi.
Aper calydoniꝰ cxciij. Apex lxix.
Apollo genitor fo.lxxvij.
Apollo cytharedus lxxix.
Appoſitio lxxxiij.
Apricus liij.&.cxxvij.
Apū ſpēs xxix. Aquila xxvij.
Ara lxiiij.&.xcij. Are xij.
Arborum genus cccxix.
Arcus celeſtis cxxxix. arcturꝰ xlij.
Ardeo rem & re clvij.
Argi fo.v. argos cxciij.
Argu.enei.in preambulis.
Ariſta cciij. arma fo.i.&.xiij
Arx lxvi. Aſcanius iij.&.xx.
Aſini cornuti xvi. Aſylum lxxi.
Aſpicio folio.lx.
atride xxix. atlas cviij.
atlantes tres ccxiij.
Atria xlij.
Auaritia fol.xv.
auernus lxxxix.&.clij.
auentinus cciij.
augurium xxvij.&.cccviij.
auguro cxcij.
auguſti nomina xxij.
aura lx.&.clv.
auras in gtō ccxcviij.

B Aie fol.cli.
Barri xxxvi.
Baltheus cclxvi.
Bella ciuila clxxxi.
Belide xxv. Bellum vi.&.ccxxv.
Belus fol.xlij.
Bidētes ci. Biga. lvi.
Bige cxli.
Bina diſtributiue ccxiiij.
Biremes xvi. Byrſa xxvi.
Bithinia cxxxiij. Bitias xlij.
Bomonice xlix. Breuia xij.
Breues pro longis fo.xc.
Brutus lxxvij. Bubo cxiiij.
Butes xxxv.&.cxxxiij.

C Acephaton folio.xlv.
Cacus fo.ccxv.
Cadauer ccxvi.
Caduceum cxviij.
Celum fol.x.
Caeſtus & ceſtus cxxiij.
Calcas xvij. Cales ccvi.
Callis cxij.Caminꝰ xciij.&.clxxij.
Cano fol.i.&.ij.
Caphareus cclxxxiiij.
Capulus clvi.&.cclxxxviij.
Capys clxxviij. Carbaſus lxxxvij.
Carbo & pruna ccxcviij.
Carcer x. Carceres cxxvij.
Cardo fol.xxix.
Cartha. fol.xxviij.
Carthago xxvi.&.cxxi.
Caſſandre ſtuprū liiij.&.cclxxxiiij.
Caſtra fo.xci.
Caſus & occaſus xviij.
Cataphracti ccxcvij.
Caſus xxviij. Caule ccxxxij.
Cellarium fol.xli.
Celeuma lxxix.
Ceſorinus clxxxi.
Cernuus cclxxv.
Cerui xvi. Ceruix lxx.
Charybdis lxxxviij.
Chorebus lviij.
Choriti ccxxxi.
Cybelle lxxviij.&.ccxxxij.
Cyclades lxxix. Cydon cclxij.
Cygnus clx.&.xxvij.
Cyllenius fol.cviij.
Cinis ccxv.
Cingulum fo.ccxl.
Cinthus fo.xxxij.
Cypariſſus xcvi.
Cyrce clxxxiiij. Cyrcēſes ccxxvij.
Circūfero clvi.
Circuli inferni clxiij.
Cythare vſus xli.
Cythera ccliij. Claui xxij.
Claſſis cxlvi.
Clarium lxxxvi.
Clamare xxxij.
Clarigatio ccliij.
Clarus cclvi. Cleopatra ccxxix.
Clypeſi ccxli Clypeus ccxlix.
Clinium lxxv.
Cocytus cli.
Cocles Romanus ccxxviij.
Coctum ccxcij.
Coloni vi. Columba cxxviij
Colus ccxxi.
Comes facūdus ccxvij.
Comete cclxi.
Commiſſura ccxlviij.
Comparatiua cclvij.
Cōpago xxij. Cōpenſatio xviij.
Conceptio v. Concilior xi.
Coniuratio ccix.
Connubium xi. Conſus ccxxvij.
Conuene ccxviij.
Coritus cclxxxij. Cornus lxxv.
Cortina lxxvij.
Cothurnus xxv.
Crepuſculum lvi.
Cruſta & cruſtum clxxxviij.
Crudele xxviij.
Cume lxxxix.&.cxlvi.
Cupido xxxix. Cultellus clvij
Cura iij.&.xvij.
Cui precari cxc.Curie ccxxvij
Curis fo.xxij.&.ccxxvij.
Curare corpora xci.
Cuſtodia fol.clxix.

D Anaus & egiptꝰ fo.cclxvi.
Danae cxcv.
Dapes & epule lxi.lxxxij.
Dardanus lxxvij.
Decus & decor cxci.
Dedalus fol.cxlvij.
Deducere xxxiiij.
Deduco & diduco xviij.
Defatigari folio.ij.
Defuncti cxlix. Delos lxxvij.
Delphines cxxxviij.
Delubrum liij.&.ci.
Denſeo actiue ccvij.
Deprehendi cxxiij.
Deriuatorum ſpecies cclix.
Deſpicio & diſpicio xviij.
De dijs opiniones cxij.
Deus & diuus cxxiij.
Deum vnum eſſe cxx.
Deorum natura vij.
SER. Vrbs: Vrbs: ab orbe: quia antiquitus in orbem fiebant vrbes: vel ab vrbo parte aratri: nam ſulco aratri deſignabātur. Antiqua. ſ. nam ante. lxx. annos vrbis Romæ condita erat: quam Scipio deleuit: nam quæ nunc eſt a Romanis condita fuit. Ergo antiqua comparatione eius quæ nunc eſt: & Roma antiquior. Tyrij te. deeſt quā. ſic alibi: Eſt locus. Italiam graij cognomine dicunt ideſt quam, dicunt. Coloni cultores aduenæ ſunt. italiam contra: quoniā tria habet latera. ſ. maris ſuperi: inferi: & alpium: vt diſcerneret addidit tyberinaq; littora. Longe: valde Sallu. Longe alia mini mens eſt. Diues op. abſolute antiq dicebant diuites nunc iungunt cuius rei: vt diues equum diues pictai veſtis & auri. Studijs belli: quod miraculum eſt cum ocioſa ſit ſemper opulentia: Studijs & non ſtudio. Ter enim rebellauit contra Romanos. Vult iuno iſtis regna ſortiri. Fertur dicitur & artificioſe in rebus fabuloſis denegat ſuam fidem poeta. Poſthabita: nō neglecta: ſed habita in ſecundis partibus amoris: amabat enim Samum genitale ſolum: ſed magis carthaginem. Hic: pro illic & eſt figura crebro in vſu: Arma: nam armatam alibi inducit: vt fero accincta vocat: Currus: aut vere currus quo ipſa in cœlo vtitur: vel thenſa quæ dicitur a θειοσ ideſt a re diuina: & eſt qua deorum ſimulacra portantur. Fuit. Zeugma cōceptio. quotiens ſunt diuerſorum numerorum nomina verbum reſpondet vicinori: ergo ſi eſſet hic illius currus: hic arma dixiſſet fuerunt & non fuit: ſi ſint nomina diuerſorū generum adiectiuum reſpondet vicino: vt vir mulierq; magna & non magnus: niſi tranſeat ad pluralem: nam tunc erit maſculinum. vt vir mulierq; magni. Qua. Qua: vacat metri cauſa: vt gentium locorum & tādem. iam tum i. ab ipſo ædificationis principio. Tenditq; fouetq;. i. tēdit & fouet vt regnum eſſe poſſit. Duci. i. ductum iri: vt ſit pñs tempus pro fururo. Audierat: a Ioue vel a fatis: nā non omnes dij futura ſciūt. Quapropter & Appollo q̄q̄ vates eſt a ioue accepit. vt Quæ phœbo pater omnipotens mihi phœbus Apollo prædixit: & perite audierat dixit nam apud Enni. iuppiter Romanis promittit excidiū carthaginis. Tyrias: carthaginenſes a tyrijs conditas. Olim: ī futurū: ſed & pñs & p̄teritū ſignificat. Supbū: nobilē. Excidio: ad excidiū nota figura. Libyæ: regionē pro vrbe. Dicta autem eſt libya quia inde flat libs ventus vel vt ait. Varro quaſi λειπωρα: i. egens pluuijs Hinc Salluſti. Cœlo terra pœnuria aquarū. Voluere: a filo duxit.

Vna em

hil enim mortalis animos tā cōcitat q̄ amorum occupatio: verū alie fuerunt Iunoni iraſcendi cauſe: ſed ſi propius inſpiciantur ad hanc vnam redeunt quā poſtea ſic Iuno dictura eſt: Vincor ab Aenea & quam hic ſic dicet Me ne incepto deſiſtere victam: nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem? Quippe vetor fatis. vna ergo fuit iraſcendi cauſa: ꝙ fatis iuuantibus ab Aenea vincebatur. Suſcepti autem furoris atq; odij cauſe due fuerunt: altera ꝙ Paris iudicium pro venere contra Iunonem & Pallada dederat: altera ꝙ Hebe Iunonis filia repudiata erat poſtq; Ganymedes puer Troianus & Trois regis filius ab Ioue raptus in eius locum ſuffectus erat in quarum ſecunda duplex eſt iniuria: quia & hebe prelatus eſt ī officio pincerne: & iunoni: quia raptus eſt ad ſtuprum. Ex tunc ergo iuno ſemper conata erat gentem troianam penitus delere: egerrime ferens ꝙ in fatis eſſet eam aliquando rerum potituram: ad quod impediendum in bello contra troianos a grecis geſto ſumma fuit grecorum adiutrix ſi forte totā gētem delere poſſet. Carthaginem etiam ſūmopere fouit vt quam Italie vbi imperium tandem conſtituendum a troianis ī fatis erat maximo incommodo futuram preuiderat. Verum cum reliquias troiani generis ſupereſſe videret: nec eas fatis obſiſtentibus ſubmergere poſſet: orauit vt ſaltem diſpergantur: quia qđ inuiti videremus ſi penitus abolere nequimus differre conamur. Itaq; cum iam poſt longos errores accederent ad portū Italie a ventorum deo tempeſtate exorta iterum in carthaginem redire compulſis ſperās aut regnum ſuum illic cōſtituere aut Romanum quod futurum norat impedire. Sed cum inde auocaretur eneas & iterum ſuborta tempeſtate in ſiciliam redierat curauit Iuno vt claſſes comburerentur quibus in Italiam traijcerentur: ſed tantum abfuit vt voti compos per id facta ſit: vt etiam ſuis votis per id obſtiterit: nam matres & inualidi propterea dūtaxat in ſicilia manſerant veruntamen cum ī Italiam veniſſe videret & vrbem iam cōdere acrior dolore mota cauſas belli per allecto furiam infernalem inuenit: Turnumq; & Amatam latini coniugem in æneam concitauit: tandem tamen fatis victa conceſſit: quod ſignificat vt dixi: carthaginem aliquando a romanis delendam: verum cur Iuno regnorum dea dicatur: quidam volūt quod īferiorem ſignificat aerem: ac faciem terre. Iuppiter autem eam partem vbi tonitrua fiunt & nubes: vñ in Geor. coniugis in gremium late deſcendit: quando imber in terrā decidit: ſup terram aūt oīa geruntur regna. Sed hec ſcđm ſuū cuiq; captū expoſita ſint: deligat ſibi qſq; quā ſequi velit ſñiam. Sed audiam⁹ Donatū. Iuno.

DON. Poſt inuocationē in adiumētū carminis & in fauorē ſuſcepti ſui opis poſitā: cauſas enumerat q̄bus lector in initio auertat / & Iunonem ſeuam: & deos malo ſtudio Iunonis motos: & æneam non ſua culpa hec eſſe paſſum. Vrbs antiqua. Primā odiorū Iunonis cauſam qua æneā inſectatur dicit qm̄ ab eo gens oritura erat que imperium quod ipſa carthagini ſeruari cupiebat prereptura eēt. volebat ergo ſi poſſet illū extingui. Igiť hec ſola cā ſatis erat ad odia excitāda: verū alie quoq; enumerantur vt cum ſint ꝓcul a culpa ænee & ipſe purgeť: & Iunōnis factū iniquiſſimū cognoſcať.

Laudatur

Laudatᷣ multipliciter carthago vt oñdatᷣ illa
Romanũ imperium opprimere potuiſſe ma⸗
Antiqua xime annitente Iunone. Antiqua non magna
vt multi dicũt ſed ꝓlapſi temporibꝰ vt ãno⸗
ſitate corroborata imperium Romanum na⸗
ſcens longeuis viribus p̃meret. Coloni: vt p̃⸗
Laus car⸗ ter incolas ẽt aucta ſit colonis. Italiã contra:
thaginis. laus eſt a ſitu. Diues a fortuna: ſtudijſqꝫ a natu
ra: & a moribus: ergo omnis erat occaſio Iu⸗
nonis fauor: locorum proximitas: ſubſtantia
rei familiaris: bellatorũ numerus: fiducia na⸗
turalis: & innatum ſtudium dimicandi Poſt⸗
habita coluiſſe ſamo. Tanta obſtinatione cõ
tra romanorum imperium nitebatur pro car⸗
thaginis opibus: vt omnibus terris: & ipſi lo
co genitali illã prepoſuerit & inſignia ſui nu
minis & quicquid potuit in ea collocauerit.
Tyrias olim q̃ verteret arces. verteret eam ha
bet ſignificationem vt nihil poſt exicidium
ſuperſit, vnde alibi. Que te genitor ſentẽtia
vertitᷣ idest penitus ita imutauerit vt nihil ĩ
illo pietatis relictum ſit: Itẽ. Et omnis humo
verti neptunia troia &c. Id metuẽs: vt firmet
primã fuiſſe principalem cauſam incipit dice
re alias. Timet ergo ne troiani ab excidio li⸗
berati vel vires aduerſus græcos reparẽt: vel
in Italia conſiſtentes carthagini officiant. Ar
tificioſe deinde aliam cauſam addit iudiciũ
Paridis: & vnam iniuriam facit duplicem ſci
licet ꝙ offenſa ſit in eo iudicio ꝙ minori ſit
poſtpoſita: & ꝙ ſit ſpreta forma ſua quia ĩ po
mo ſcriptum erat Pulchriori detur Hoc maxi
me vexat mulieres. Hanc igitur partem fa⸗
ciat Vergilius: cum dicit manet alta mẽte re⸗
poſtum iudicium paridis: ſpretęqꝫ iniuria for
me: Vt non tãtum iraſcatur ꝙ victa eſt. quã⸗
tũ ꝙ forma ſua ſit ſpreta. Manet: ergo ad om⸗
nia pertinet. Repoſtum. autem ad iudiciũ pa⸗
ridis. Iudicium ſcilicet corruptũ libidinis p̃⸗
Paris. mio. Paridis. vt conuiuium ſit non hominis
nomen ſcilicet quaſi abiecti. venalis. vulga⸗
ris: & inhoneſti. Falluntur autem qui referunt
iniuria forme ad antigonen. Vnde addit. Et
genus inuiſum: vt ad principalem cauſam gẽ
tis eſtus reduceret Ganymedis. Qui turpiter
amatus eſt a Ioue. Eſt autem fedum hoc loco
aliquid intelligere de zodiaco: in quo Gany⸗
medes dicitur collocatus. ne infames ĩter ſan⸗
cta ſydera ſint collocati & ſentiamus id quod
poeta non dixit. Oſtendit omnes has cauſas
eſſe alienas ab Aenea. Atqꝫ vt poſteriꝰ dictas
oſtenderet incidentes ait. His ac. ſu. ideſt ſup
illam quæ fuit ob excidium carthaginis la⸗
ctatos equore: hec omnia ad exprimendam
Iunonis iniquitatem pertinent vt oſtẽdat ex⸗
cidium carthaginis ſolam cauſam fuiſſe. ne
ipſa miſereretur. nec deſereret intentionem
ſuam q̃ cognoſcens non poſſe expugnare fa⸗
ta. cupiebat ſaltem illos arcere quos ad ple⸗
num ſuperare non poterat. Non miſerabatur
igitur vt iactatos toto equore: & eos qui ex
infinito numero ad paucos redacti eẽnt quos
e manibus ſeuiſſimorum hoſtiũ fortuna ſer⸗
uauerat. inſidijs aſſiduis obtereret. Reliquijs
danaũ. Magna crudelitas quæ nullis cladibꝰ
ſatiari poterat. Laus autem Aenee magna ꝙ
de ſolis reliquijs troianorum imperium Ro⸗
manum condere potuerit. Ergo ni fata obſti⸗
tiſſent patriam ĩtegris opibus defendiſſet. cũ
in aliena terra imperium cõdiderit. Acti fatis
ideſt ipſi qui fatis agebantur in Italia erra⸗
bant iunonis inimicitijs. Tante molis. Non
fiunt ſine

Vna. n. loquitur: Altera ſcribit. Tertia fila reducit. Dicũ⸗
tur enim parcæ per antiphraſim. i. contrarium ſermonẽ Parcæ.
quia nemini parcant. Sic lucus cum non luceat: Bellũ ꝙ
nulla res bella in eo ſit. Id metuens: de futuro timor eſt.
Odium de p̃nti. Metuebat ergo carthagini. Odiũ aũt ha
bebat ꝓpter cauſas ſequẽtes: & eſt de vtroqꝫ exẽplũ. Cõ⸗
ueniũt quibꝰ aut odiũ crudele tyrãni: Aut metꝰ acer erat.
Veteris bel. quãtũ ad Verg. ꝑtinet antiq. Si ad Iunonẽ re
feras diu geſti. Tunc aũt ad ꝑſonã referendũ eſt: cum ip̃a
loquitᷣ: ꝙ ſi nulla ꝑſona ſit: ad poetã refertᷣ. Nũc ergo ve⸗
teris ex ꝑſona poetæ intelligendũ eſt: ſicut ipſe alibi Mi⸗
rantᷣ dona æneæ: mirantur iulum flagrãtiſqꝫ dei vultus:
Partem ad ſe retulit: partem ad tyrios. q deũ eſſe neſcie⸗ Antono⸗
bant. Saturnia: antonomaſia eſt: nõ epitheton: q̃ fit quo⸗ maſia.
tiens pro ꝓprio nomine ponitᷣ: qđ põt eſſe cũ ꝓprio no⸗ Primus.
mine: & epitheton dici. Prima: atq Hercules prior contra
troianos pugnauit: vnde modo prima princeps accipien
dum eſt. Nam plærũqꝫ poeta ſignificationẽ nominũ dat
participijs. Vel econtra. vt voluentibus annis: ſignificat
enim volubilibus: Hac licentia & in nomine vſus eſt vt
prima pro principe poneret. Ad Troiã: & ad & apud ac⸗ Ad,
cuſatiuæ ſunt p̃poſitiones: ſed apud ſemꝑ in loco ſignifi Apud
cat ad & in loco & ad locũ: vt Ad quem tũ Iuno ſupplex
his vocibus vſa eſt: Cice. in verrinis. Decem fiſcos ad ſe⸗
natorẽ quẽdã relictos. Item. ad Marcũ Leccã te habitare
velle dixiſti. Charis argis: illic enim eam coli omnibꝰ no
tum eſt. Argos aũt ĩ numero ſingulari neutri generis eſt.
Vt Hora. Aptũ dicet equis Argos: in plurali vero maſcu Argi.
lini: vt hi argi. Cæterũ deriuatio nominis argiuos facit
non argos. Cauſæ irarũ: nunc de p̃teritis loquitur. Manet
alta mente repoſtũ iudicium paridis: in quo pro venere
Alexãder contra Iunonẽ: Mineruãqꝫ iudicauit. Alta men
te: ſecreta recõdita. Repoſtum autem ſyncopa eſt. Vnam
enim e medio litteram vel ſyllabam tollit: ſed cum omẽs
ſermones aut integri ſint. aut pathos habeant: hi qui pa⸗
thos habent ita vt lecti ſunt debent poni: quod ẽt Maro
facit. Nã repoſtus & porgite de Ennio tranſtulit: integris
autem & ipſis vtimur & eorum exemplo alijs. Spretæqꝫ
iniuria for. epexegeſis eſt: hoc em̃ fuit iudicium paridis
vtqꝫ particula vacet: ſicut alio loco: dixitqꝫ & prælia vo
ce diremit: Licet nonnulli ſeparent dicentes aliud eſſe.
Nuſq̃ enim coniunctio ponitur niſi inter duas res: & ſp̃re
tæ formæ referunt ad Antigonẽ Laomedontis filiã: quã
a Iunone ꝓpter formæ arrogantiã in ciconiã conſtat eſſe
cõuerſam. Et genus inuiſum: propter Dardanum Electrę
pellicis filiũ: Electra pellex fuit Ioui: ex qua Dardanꝰ na
tus eſt: a quo Troiani ducunt originem. Rapti: ſtuprati: Electra.
vt eſt Rapta garamãtide nympha. Itẽ & raptas ſine mo⸗
re ſabinas. Ganymedis honores. Trois regis troianorum
filij. Honores autem dixit vel ꝓpter miniſterium poculo Raptus
rum ad qđ receptꝰ eſt remota Hebe Iunonis filia: q̃ Ioui ganyme⸗
bibere miniſtrabat: vel ob hoc ꝙ inter ſydera collocatꝰ des.
aquarij nomen accepit. His accenſa ſuꝑ: iactatos æquore
toto: ſuper his: aut de his. aut ſuper metũ carthaginis his
quoqꝫ accenſa: Relliquias vt ſtet verſus geminauit l: nam
in proſa reliquias dicimus. Atqꝫ immitis achilli. bene ſe⸗
cundum Home. ſegregauit ducem a populo. Sic æneas ĩ Dux ſe⸗
ſcđo poſt omnium caſum Priami ſeparauit ĩteritum vt gregandꝰ
Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras. immitem a populo
autem dixit etiam circa extinctum Hectorem crudelem.
Achilli propter ομοιοτελευτου detraxit. s. litteram. quæ
plærumqꝫ pro ſibilo habetur non ſolum neceſſitatis: ſed
etiam euphoniæ cauſa: vt Sallu. a principio vrbis ad bel
lum Perſi macedonicum. Detrahitur autem s tertiæ de⸗ Perſi.
clinationis genitiuo. Acti fatis: ſi odio Iunonis quomo⸗
do acti fatisᷣ ſed hoc ipſum Iunonis odium fatale eſt La⸗
borat enim Vergi. nil troianum meritis: ſed omnia fa⸗
tis aſcribere. Eſt & alter ſenſus. Nam fatum voluntatem
legimus: vt Fatis Iunonis iniquæ: vt hic intelligamus
agebantur fatis Iunonis. i. voluntate. Maria oĩa circum:
In fine accentũ ponimꝰ cõtra morem latinorũ: ſed corru⸗
ptio hoc facit. Nãqꝫ p̃poſitio poſtpoſita corrupta eſt ſine
dubio.

dubio. Tantæ molis erat. difficultatis. Romanam condere gentem latenter oſtendit hinc odiũ Iunonis æneã pertuliſſe ꝙ romanæ gentis auctor extabat.

DAT. ¶ Tyrij tenuere coloni. Alij ſunt coloni: quos meminit
Coloni. ſupra ſingulari numero. Vt ꝗuis auido parerent arua colono. Alij qui modo poſiti ſunt Cartaginem tenuiſſe. Ac ſecundum poſteriorem hanc ſignificantiam: ſæpe apud Hiſtoricos lectum eſt in ciuitates Colonias deductas: & ad locum quẽpiam Colonias miſſas q vero coloni mittendi eſſent: ii nomina dabant in eam vrbem atq; ĩ id oppidum: quo migrandum erat Tyberina. a Tyberi inflexum nomen Tyberis autem non a Græco ſermone ve-
Tyberis. nit: vt quidam arbitrati ſunt. i. ἀποτησυβρειο: quæ iniuriam ſignificat: ꝓpter regẽ Tyberinũ qui in eis locis latrocinaretur: ac prætereũtibus iniuriã inferret: Sed a Rege ipſo potius nomen deduxit: qui (vt ait Liuius) in traiecto. Albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit Hic vero fluuius primo Albula: mox
Oſtia. Tyberis appellatus Hetruſcis Latiniſq; finis erat. Oſtia. Oſtia fluminũ exitus atq; ora appellari neminem latet: cui antiquitas nota eſt & qui Verg. in hoc loco accurati inſpicit: & ob hanc nominis huius ſignificantiã: quã vrbem Ancus Martius Rex. iiij. Romanorum in ore Tyberis cõdidit: merito iure Oſtiam appellauit. Diues opum ſtudijſq; aſperrima belli. Duo de carthagine dicit Vergilius ꝙ opulenta: ꝙ bellicoſa eſſet. Nam plærũq; eæ ciuitates: quæ opibus præpollent ad gerenda bella propen-
Opes. ſiores ſunt. Sunt enim opes: quæ vel ampliores diuitias ſignificant vel potentiam belli non minus incitabula ꝗ
Laus vrbium. ſubſidia. Non hæc eſt magna Cartaginis laus: quoniam illa ciuitas plurimũ laudat: ꝗ iure ſociatã ciuiũ multitudinẽ cõtinet: abundantẽ agris: & ſufficiẽter pecunijs affluentẽ non ad ſtudia bellorum: ſed ad tuẽdam pacẽ atq; (vt Ariſtoteles ait) ad bene viuendũ. Aptiſſime igiť & callidiſſime Cartaginem vituperat olim futurã infeſtiſſimam Romano nomini. Samo. Hæc fuit & inſula & ci-
Samos. uitas in ea: ex qua fuit Pythagoras oriũdus: quãq; poſtea reliqt cũ Polychratis tyrãnide tenereť. Hãc Italiæ partẽ
Italica phia. extitiſſe falſo nõnulli argumẽtantur. Nã qa philoſophię genus: qd' prim' inſtituit Pythagoras Italicũ appellatũ eſt: Italũ Pytagorã & Samũ: vñ natus eſt Italiæ partẽ eſſe arbitrati ſunt. Neſciẽtes iõ Italicũ dici: ꝙ ei' auctor Pythagoras plurimũ in Italia philoſophatus eſt. Hic illi' arma: hic currus fuit: Nõ poterat audere Iuno: vt ait Lactãti'. aut Cartaginẽ defendere: niſi qa illic arma eius & currus fuit aut Romanis nocere: niſi qa ꝓgeniẽ. Troiano a ſanguĩe duci audierat. Tyrias olim ꝗ verteret arces. Has ſibi iuno cãs ꝑtexebat. Quapropter tã ĩfeſto aĩo Aeneã ac reliquos Troianos ĩſectareť Si qua fata ſinãt. Fata tria
Fatum. eſſe ſcd'm veteꝝ figmẽta oib' exploratũ eſt: ſed qd fatũ ſit. ex ĩtimis phiæ penetralibus petẽdũ eſt. Nã tria eẽ fata ꝓpterea dicũt: qa tria ſũt tꝑa: ꝗ oĩa fato ſubiacẽt. Nec ſolũ Poetæ fata ꝑdicãt: qbus oĩs hoĩm vita gubernetur: ſed & multi quoq;: & hi qdẽ illuſtres Philoſophi: in quis Democritus Heraclitus Empedocles Ariſtoteles cenſuerũt oĩa fato ita fieri: vt id fatũ vĩ neceſſitatis afferret: vt ꝑ eoꝝ ſñia fides mulierib' adhibẽda ſit dicẽtib': vt ait Socrates: fatũ a nemine oĩno vitari poſſe Fatũ eſt aũt: vt dicebat Plato. dei iuſſio qd' & Statius cõfirmare viſus ẽ: Fata appellãs: ꝗ Dij Fanť. Stoici. Fatum vocãt. qd' ex oĩ ęternitate ſꝑ veꝝ fuerit. At Chryſipp' Stoic' acutiſſimo vir igenio. Fatũ ẽ inqt: ſempiterna qdã & ĩdeclinabil' ſeries reꝝ & catena voluẽs ſemetipã ſeſe & ĩplicãs ꝑ eter nos cõ ſeqntię ordĩes: ex qb' apta cõnexaq; eſt. Tãdẽ Boe-
Prouidẽtia. tius Seuerinus optimus hаꝝ reꝝ iudex. Fatũ a ꝓuidẽtia ſecernit. & diuerſa eẽ finitionib' mõſtrat. Nã ꝓuidẽtia ẽ qdã diuina rõ ĩ ſũmo oĩum pricipe cõſtituta. ꝗ cũcta diſponit. fatũ vͦo ĩhærẽs reb' mobilib' diſpoſitio eſt ꝑ quã ꝓuidẽtia ſuis quæq; nectit ordinib'. Quo circa ꝓuidẽtia oĩa ſimul ꝗꝗ diuerſa ſũt atq; infinita cõplectiť. Fatũ vͦo ſingula quæq; ĩ motũ digerit locis: formis ac tꝑib' diſtributa. Oĩs hæc igiť tꝑalis ordĩs explicatio diuiæ mentis velut

fiunt ſine magno labore magna. Laudať autẽ eneas: qui nullo labore nulla diuturnitate erroris deſiſtebat ab incepto. Hec Donatus. ꝗ- ASCEn.
bus nihil diſertius Addere potes ꝙ colonus is dicitur qui a quouis imperio mittitur ad occupanda arua aut oppida expulſis hoſtib' vacantia: ne ſcilicet ab inimicis occupentur: aut vt qui illic reliqui ſunt in fide ꝑmaneant. vt autem ordinem & conſtructionem textus faciliter capiat puer. meminerit tria: primũ / ꝙ hec verba tanꝗ a muſa dicta cauſas quas poeta exquiſiuerat recitant. Scd'm / qa moris eſt Vergiliani prius ꝗ ad queſitum reſpondeat locũ ĩ quo res ſuper qua queritur facta ſit deſcribere. Sicut in buco. vrbem quam dicunt romã &c. & ĩ hoc primo. Eſt in receſſu lõgo locus &c. Tertiũ: ꝙ poeta ſepe relatiuũ ſubticet vt hic vrbs antiqua fuit: tyrij tenuere: ſubaudit / quam & in dicto loco. Eſt ĩ receſſu ſubaudit quem &c. Ordo autem eſt. Fuit vrbs anti- Ordo.
qua. i. longiuſculo tempore corroborata & dilatata priuſq; romanum imperium ortum erat ſcilicet carthago (Conſtructio ſumenda eſt interdũ ex conſuetudine loquẽdi. nam vt ſecũdum grammaticorum regulas dicã: vrbs antiqua fuit carthago: aut carthago fuit ãtiqua vrbs omnino non placet. aufert enim & verbis dignitatem & ſententie pondus) Fuit ergo vrbs antiꝗ ſcilicet carthago. aut vrbs antiqua ſcilicet carthago fuit. ſcilicet ſuperioribus temporibus nam tẽpore poete deleta fuerat illa antiqua carthago. ſubaudi quã coloni ideſt aduene cultores preter incolas. tyrij. i. a tyro miſſi ſeu profecti tenuere. i. poſſederunt: & ita laus eſt eius a multitudine inhabitãtiũ: contra italiam ideſt ex aduerſo italie. laus a ſitu. quaſi vero iuno elegerit eam eo ꝙ cum ſit contra Italiam ſita. ei plurimum officere poſſet. qa affines cõtra affines pugnare ſemꝑ incommodum fuit & longe ideſt longo tractu vt ſine multa manu oſtia obſidere poſſet cum procul eſſet romanus cõtra oſtia ideſt receptacula fluuiorũ que quaſi ora & oſtia marium ſunt quibus ſcilicet aquas ingurgitant: tyberina ideſt per que tyberis ĩ mare defluit: tyberis autem romam perfluit: vnde carthago plurimum romanis obeſſe potuit obſidendo oſtia tyberina: diues opũ. i. fortunaꝝ: la' a fortunis & aſprima la' a natura ꝗſi dicať acerrima: ſtudijs belli: la' ab arte & exercitio (Hec tota la' ĩ glĩam romanoꝝ cedit q talẽ ciuitatem delere potuerũt ſicut ĩ glĩam enee turnus vbiq; fortis & valens ĩduciť vt ĩ laudẽ achillis hector ab Homero: de ꝗ re ſic dicit Horati' Ser. lib. primi: ſaty. vij. Hoc etem ſunt oẽs iure moleſti. Quo fortes qb' aduerſum bellũ ĩcidit: ĩter Hectora priamidẽ animoſum atq; ĩter achillẽ Ira fuit capitalis vt vltima diuideret mors. Nõ aliã ob cãm niſi ꝙ virt' ĩ vtroq; Summa fuit: duo ſi diſcordia vexet inertes. Aut ſi diſparib' bellũ incidat vt diomedi Cũ lyceo glauco. diſcedat pigrior vltro Muneribus miſſis &c.) Quã vnã. ſ. vrbẽ dicta Iuno fertur. i. diciť coluiſſe magis oĩbus terris (Nõ tñ eã ſolam coluit ſed magis oĩbus alijs terris eam vnam coluit: vnde potius dixero. Quã vnã Iuno ferť coluiſſe ꝗ ſic: quã iuno ferť coluiſſe vnã magis oĩbus terris) & hoc etiã Samo ideſt patria Iunonis hoc eſt in qua nata dicitur poſthabita. i. ſcd'o loco habita & minus culta: arma. i. inſignia: illius. ſ. Iunonis aut reuera arma qbus cũ ſit regnoꝝ deaẽt vtitur: vnde in

Laus carthaginis & eius cã.

vnde in ſecundo huius. Hic iuno ſceas ſeuiſſima portas. Prima tenet: ſociumq; furẽs a nauib⁹ agmen. Ferro accincta vocat ſup. fuerũt (Eſt.n. zeugma ab īferiore) hic.i.ī hac de qua loquor vrbe: aut hic ꝓ illic: & currus illi⁹ fuit hic: currus autẽ quo aut bellatrix vtiꝑ aut ſimulachrũ ei⁹ vehiꝑ. Et ipſa dea.i. cum ſit dea quaſi auctoritate diuina vñ ī vocabulo pondus eſt: tendit.i. ꝑtendit aĩos & fouet.i. adiuuat ope & adiumẽto: iã tũ.i.a tunc: hoc eſt primordijs vrbis & a prima edificatione: hoc.i. hanc vrbẽ eſſe gentib⁹.ſ. oĩbus regnũ.i. caput monarchie & principatus totius mũdi ſi fata ſinant.i. ꝑmittãt qua.i. quauis via aut ratiõe. Nõ vacat meo iudicio licet Serui⁹ id velit ꝑticula qua ſed ſũmã vim habet.q.d. nihil ꝑtermittat Iuno. ſi qua.i. q̃cũq; via aut aliq via fata ſinant. vñ ipſa in.vij. Flectere ſi neq̃o ſupos acheronta mouebo. Eſt autẽ ablatiui aut ſeptimi caſus: vt & metrũ idicat & feminini gñis: nõ dices ergo ſi qua.i. aliqua fata: ſed ſi fata ſinent qua.i. aliqua via aut ratione: ſicut in Buco. Et ſi nõ aliqua nocuiſſes mortu⁹ eſſes. Preterea q̃ Serui⁹ vacare docet vt gentiũ & locoꝝ: tandẽ: nõ ſic vacãt qn aliqd ad vim ſnĩe adijciant vt licet ſatis fuerit dicere nuſq; eſt tñ & attentius dictũ videꝑ nuſq̃ gẽtium ſicut vbiq; locorũ ꝙ vbiq;: & quouſq; tãdẽ catilina: ꝙ quouſq; catilina. Potius dicerẽ ꝑticulã enim vacare cũ dicit ſed em̃ niſi vna ſit pars oratiõis poſita pro eo qđ eſt ſed certe: aut niſi ꝑficiaꝑ ſic ſed ſup. nouit fata non ſinere: audierat enim ꝓgeniẽ duci: vbi nullo modo dicerem duci poſitum ꝓ eo qđ eſt ductũ iri: nõ tam ꝙ fatis omnia pſentia ſunt: vnde que nobis futura ſunt ipſa iam tũc ducunt: ꝙ ꝙ multo magis vrgeat: Iunonem ꝙ audierat ꝓgeniem duci.i. iam ortam ꝓduci vſq; ad eum q tyrias olim arces verteret: vt.ſ. in eneam grauius excandeſcat ꝟita ne is ſit a quo ꝓgenies ducaꝑ. Sed em̃.i. certe: audierat.ſ. ex fatoꝝ reuelatiõe (Ridiculum autem eſt quod Seruius dicit: ꝙ apud Enniũ Iuppiter romanis ꝓmittit excidium carthaginis: non enim id audierat ſed forte auditura erat: ſed Ennius id vaticinio tali ꝓnunciat quo Maro multa. poſt factũ ſcilicet) ꝓgeniem duci ideſt deduci & ꝓtrahi a ſanguine troiano: que verteret.i. funditus deleret: olim ideſt quouis tempore futuro: arces tyrias ideſt carthaginenſes quas tyrij coloni tunc tenebãt: & audierat populum regem ideſt regẽtem late.ideſt ample: & ſuperbum.i. nobilẽ aut elatũ bello ideſt gloria bellica aut re militari: venturũ hinc.i. ex hac troianoꝝ ꝓgenie excidio.i. in excidium & euerſionem. libie.i. carthaginis que caput erat libie (Alij ſic cõſtruunt Audierat populũ venturũ hinc late. & audierat regem ſupbum bello venturꝝ hinc &c.) & audierat parcas.i. deas fatales (q̃ quia nemini parcũt aut a partu dicte ſunt. de quibus in Buco. late dictũ eſt) voluere.ſ. fila aut ſtamina ſua. ſic.i. ad talẽ exitum reꝝ. Et ipſa ſaturnia.ſ. iuno ſaturni filia metuẽs id.ſ. excidiũ carthaginis ꝑ genus troianum iminere: & memor belli veteris.i. iam diu geſti: quod ipã geſſerat prima.i. precipua aut principalis: ad.i. iuxta troiam: ꝓ argis.i. argiuis.i. grecis charis.i. dilectis: eo ꝙ troianis inimicarẽtur. Necdum ideſt & nõ adhuc: & cauſe irarũ.i. ob quas primũ troianis iraſci cepat: & ſeui dolores quos tũc cum primum lederet paſſa erat: nõ exciderant etiam adhuc animo

Qua. (margin)

Duci. (margin)

velut quodã adunata ꝓſpectu ꝓuidentia eſt: eadem ꝟo adunatio digeſta atq; explicata tẽporibus fatum vocaꝑ. Exẽplo eſt artifex: qui fingendæ rei formã mente perſpiciens mouet operis effectũ. Verum qđ ſimpliciter ac pſenti quodam conſpectu fuerat intuitus: id ꝑ tpales ordines ducit. & qui doctor multa allatur⁹ eſt & ꝑ tpum ordines expoſiturus: ea ipã ſecũ vno veluti ītuitu ac ſimplici ꝓſpectu cernit. Modus igitur regendarum rerũ quũ itelligentia diuina cõſpiciꝑ: ꝓuidentia nũcupaꝑ: cũ vero ad ea referꝑ: q̃ ipſa mouet: ac diſponit fatũ eſt a veterib⁹ appellatũ. Ex his nõ in cõmode elici põt: eos falſos nõ eſſe: q fatũ diuinã volũtatẽ ſignificare perhibent. Sed hac de re alio ī loco opportuni⁹ diſſereꝑ. Fata ea ſunt: q̃ q̃m ineuitabilia atq; ieluctabilia cẽſereꝑ: nulla arte: nullo īgenio poterãt euitari: & hæc ipã quoq; iuno Regina Deoꝝ iouiſq; & ſoror & cõiunx metuere videbaꝑ. Idq; Poeta eo fecit: vt vim fatoꝝ neceſſitatẽq; oñderet. Belloq;. Plęriq; cũ ignorãt vñ nomẽ quodpiã ductũ ſit: cõtinuo ad Antiphraſim cõfugiũt. & ꝑ cõtrariũ dici volũt: q̃lia ſunt hæc vocabula. Manes Officium Lucus ociũ Parcæ. Bellũ. ſed de Cæteris al's. Nunc de Bello. Bellũ (vt alij ſentiunt) eo appellatũ eſt κατ᾽ ἀντίφρασιν. ꝙ bellũ.i. bonum nullo mõ ſit. Nos aũt omittamus. ꝙ bella q̃dam mala nõ ſunt. Bellũ certe a belluis dictũ arbitramur. quarũ bella ꝓpria ſũt. & non niſi ob ferinos flagitioſorũ hoĩm mores ad hoĩes trãſlata. Hoĩm nãq; genus ſuopte īgenio iuſticiæ pſidio & linguæ ac ꝟborum cõtentiõe cõtentũ eſſe debet. Hanc vero noĩs huius deductiõnẽ facillime ꝓbet. q veterũ ſcripta ſtudioſius legerit. Sed Ciceronis īprimis pſto eſt auctoritas. q in primo de Officijs libro noſtrã ſententiã plurimũ firmat. Nã cum ſint inqt. duo gña decertandi. Vnũ ꝑ diſceptationẽ. alteꝝ ꝑ vim. cũq; illud propriũ ſit hoĩs. hoc belluarũ. cõfugiendũ eſt ad poſterius. ſi vti non licet ſuperiore. Quibus ꝟbis oñdit ſuũ eſſe belluarũ. vt bella gerant. q̃ hoĩes ſuſcipe non niſi inuitos decet. Bello ſupbum ppl'm Romanum futurũ dicit in cuius ditionẽ. non Carthago ſolũ ſed maxĩa toti⁹ orbis pars redigenda erat. Libyæ. Libyã eandẽ vocat & Aphricã. Vñ & idẽ ventus Aphricus & Libs nuncupaꝑ. Libyã autẽ Carthaginẽ vocat ꝙ regionũ noĩa ſæpe apud Poetas ꝓ ciuitatibus vſurpant. Aut poti⁹ Libyã dixit. vt nõ ſolũ Carthaginis atq; vnius vrbis cladẽ. ſed ẽt totius regionis vaſtationẽ complecteret. Sic voluere Parcas. Fata tria ſunt. quas Parcas veteres appellabant q̃bus nõ modo homines. ſed etiam Dij (vt dicebant veteres) parere cogantur. Harum enim inſtituta ac leges īdeclinabiles ſunt quibus etiam iuno. & quod amplius eſt. iuppiter pareat. cum tamẽ in ſolẽni ꝑcatione optimus maximus nominetur. De his idẽ poeta in bucolicis. Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis Cõcordes ſtabili fatorum numine Parcæ. Sunt autem earũ nomina Clotho. Lacheſis. Atropos. Prima ſignificat pteritum tempus. qđ fuſo inuolutũ eſt. Secunda præſens. quod inuentis adhuc digitis continetur. Tertia futurum quod in lana & colo ſupereſt. Has plæriq; parcas κατ᾽ ἀντίφρασιν dictas opinantur. ꝙ nemini omnino parcant. Nos libenter antiphraſim in ducendis nominibus aſpernamur. Quod ſi vim Parci perſpexerimus. & vnde Parcus originem traxerit. repente & parcæ ipſæ.i. fata ī ꝓmptu erunt C. Baſſus libro de Origine Verborum & vocabulorũ dicit. ꝙ Parcus compoſito vocabulo eſt. quaſi. par arcę. ꝙ arcæ parcus homo merito comparari debeat Quemadmodum enim in arca omnia reconduntꝑ. eiuſq; cuſtodia ſeruantur. & continentur. ita hõ tenax paruoq; contentus omnia cuſtodita & recondita habet veluti in arca. & ſic parcus quaſi par arcæ nominatus eſt. alij a pecunia & arceo nomẽ ipſius confabricantur. ꝙ pecũias cõſumi atq; īpẽdi arceat. q̃ſi pecũiarcus. Sed vtruq; cõmentũ moleſtũ eſt atq; odioſum. ac bñ & cõmode Fauorin⁹ phũs harum reꝝ cenſor nõ incallidus. vt eſt apud. A. Gellium. Parcus inquit. neq; ab arca neq; ab arceo. ſed ab eo quod eſt paruum & parũ denominatus eſt. idq; & Simplici⁹ arbitrabaꝑ & veri⁹. Qđ ſi parc⁹ vt ad ꝓpoſitũ redeamus. a

Fata. (margin)

Bellum (margin)

Parcæ. (margin)

Parcus. (margin)

deamus.a paruo ducitur:quid erit verius:quid aptius:ꝙ
Fata ipſa Parcas appellare:quæ vt duræ inexorabiles ac
tenaces ſunt:ita parce & ferme exiliter tenuiterq; vitam:
cui præſunt hominibus partiuntur? Naſci autem & mo=
ri Stoici Fatis tribuunt media vitæ tempora fortunæ:
ſed nimis parce ac duriter ſeſe Parcæ & fata gerunt: de
quibus præclare Tragicus poeta. Dum fata ſinunt Vi=
uite læti:Properat curſu vita citato: volucriq; die Rota
præcipitis vertitur anni. Duræ peragunt penſa ſorores.
Nec ſua retro fila reuoluunt. At gens hominum fertur ra
pidis obuia fatis inerta ſui Stygias vltro querimus Vn
das:parcæ parciſſime nobis vitam tribuunt:atq; angu=
ſtis temporis momentis duraturam. Quid enim tam cir
cūciſum:vt ſcribit Plinius:quid tam breue: vt hominis
vita lōgiſſima? Et noſter Hieronymus Tempus inquit:
breue eſt:etiam ſi noningentis annis viueremus vt anti=
qui homines:tamen breue putandum eſſet:quod habe=
ret aliquando finem:& eſſe ceſſaret. Hæc aduerſus Ioui=
nianum. Sed & ad Paulum ſenem quum ſcribit:humanę
vitæ oſtendit anguſtias aſſerens eam in breue tempus cō
tractum. Quotiens enim quiſq; aut centenariam trāſgre
ditur ætatem:aut non ad eam ſic peruenit vt perueniſſe
pœniteat? Atq; & Hippocrates in Aphoriſmis humanæ
vitæ breuitatem deplorat:ſicut & poeta:qui dicit. Tem
pora labuntur.tacitiſq; ſeneſcimus annis. Et currit freno
non remorante dies. Quā igitur parum eſt vel vitæ vel
mortalis lucis:quod Parcæ hominibus tribuunt? Vt in=
telligamus a perſimonia earum atq; duritia ita appella=
tas. Nec ſolum hominum vitam anguſtis finibus termi
nari volunt:ſed & nihil omnino in terris nimis diutur=
num eſſe patiuntur: Quāobrem & ruituram Cartaginē:
vbi Iunonis arma & currus fuit. Iuno ipſa ꝓuiderat. Qđ
idem excidium omnibus & magnificis tectis & aliis vr=
bibus ſæpe haud longo expleto annorum curriculo eue
nire conſueuit. Quibus oībus patet & ſtabile atq; inelu=
Fatū non cogit hominem. ctabile eſſe fatorum numen: & Parcas nequaq̄ per con=
trarium ita appellatas eſſe. Illud tamen prætereūdum nō
eſt:poſtq; fit de fato mētio:fato pium hominem neutiq̄
ſubiacere. Nam vt ait Hermes vir inſignis diſciplinæ.ei
qui pie ac religioſe vixerit:neq; fatum nocere pōt: neq;
Dæmon malus. ipſius autem hæc verba ſunt. ευσεβοισ
χαραγθρωποιι ουτε δαιμωι κακοσ ουτε ειμαρμεηι. Nam
Emarmenem:græci fatum vocant. Id metuēs Ludit poe
ta gentilium Deos Deaſq;:eorumq; indicat vanitatem.
quum oſtendit humanis eos morbis laborare: & modo
ira excandeſcere:modo dolere frangi: ſæpe etiam metu
expaueſcere. Id autem vt ego arbitror:non fecit incaute
Vergilius:qui vtiq; falſos Deos non ignorabat. ſed ve=
rum ac mundi principem neſciebat. Nā ſolent ipſi quoq;
Deorum natura. Poetæ. cum de dijs loquuntur:eam aſſerere Deorum na=
turam. quæ nullis perturbationibus concitetur:& ꝑfrua=
tur perpetuis voluptatibus. Huius rei teſtis locuples eſt
Terentius qui in Andria hæc dicentem Pamphilum idu
cit. Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe ar=
bitror:ꝙ voluptates eorum propriæ ſunt ideſt perpetuę:
& quibus nulla intercedit ægritudo. Necdum etiam cau
ſæ irarum:ſæuiq; dolores. Exciderant animo. Pergit Ver
gi. dilucide aperire:quænam eſſet ea ira:qua iuno afficie
batur. Aequiuoce enim ira dicta eſt: quæ in deum cadit
& quæ hominem inflāmat:& in illa quidem nulla eſt ꝑ
Ira duplex. turbationis turbulenta tempeſtas:hæc vero magnis in=
cendijs ſummiſq; ardoribus agitatur. Quod autem ira
Iunonis ſit perinde:vt quæ manat ab humanis morbis:
noſſe pulcherrimum eſt. In iræ namq; affectione quem=
admodum & in reliquis eiuſmodi perturbationibus
tria:vt philoſophi tradunt: ſpectanda ſunt: quorum eſt
vnum quod materiam attingit: vt feruor atq; inflam=
matio ſanguinis iuxta cor: quod tangit Vergilius in
eo loco. His accenſa ſuper. Et paulo poſt. Talia flam=
mato ſecum dea corde voluans Alterum eſt: quod ef=
ficientis vim habet: vt quod floccipendi ſe quiſquam
arbitretur. Idcirco enim quis iraſci ſolet: ſi ſe deſpi=
ci & cōtēni

animo ſcilicet iunonis hoc eſt cum irā reno=
uabat cauſas irarum vnde iudiciū paridis qđ
pro venere contra Iunonem & palada ſeu mi
neruam dederat ob mercedem helenes a ve=
nere promiſſe:manet repoſtum ideſt repoſitū
& reſeruatum:alta ideſt profunda mente ſcili
cet iunonis (Tracta metaphora a vaſis ac alijs
repoſitorijs altis:e quibus repoſita nō tam fa
cile excidunt vt que in ſuperficie rei minꝰ ꝓ=
funde locantur) & iniuria forme ideſt pulchri
tudinis ſprete ideſt cōtempte a paride qui ve
nerem formoſiſſimam iudicauit ſup. manet
repoſta &c. Donatus in Teren. formam non a Forma.
morphe greco ſed a formo vocabulo latino
quod calidū ſignificat deducit. eo ꝙ ſanguis
calidꝰ formoſitatem parit. Fabula de iudicio
paridis notiſſima eſt:dicunt enim bellonam
ac martem ꝙ a nuptijs thetidis excluſi eſſent
per mercurium pomum miſiſſe i quo ſcriptū
erat detur pulchriori aut pulcherrime cum er
go tres ſumme dee:iuno pallas & venus de ea
re contenderent & quelibet pomum vendica
ret:tandem ad parin qui in ida paſtor tūc erat
retulerunt qui propoſito a ſingulis premio a
iunone regno a pallade ſapientia:& a venere
pulcherrima puella:veneri conceſſit & pomū
adiudicauit: hinc ergo irate dee: qua fabula
ſignificatur parin plus veneri ideſt luxurie q̄
regnorum glorie ac ſapiētie ſtuduiſſe:quo cir
ca regnum troianum excidium tulit. Et genꝰ
ſcilicet troianum:inuiſum. iunoni videlicet
propter Dardanum iouis ex electra iunonis
pellice filium:ſed iunoni maxime inuiſi erāt
pellicum filij: vnde & Herculē perſecuta eſt:
& phryxum & hellem:ſup. manet repoſtum:
& honores ſcilicet quos habuit prelatꝰ hebe.
ganimedis pueri troiani:rapti ſcilicet ab io=
ue ad ſtuprum:ſup. manent repoſti:pro repo=
ſiti per ſyncopam & hec quaſi per parenthe=
ſim dicta ſunt & ipſa iuno accenſa ſuper his
ideſt de his rebus:aut accenſa his: ſcilicet di=
ctis iā cauſis:ſup. ideſt vltra illam prius dictā
de excidio carthaginis:arcebat ideſt diſtine=
bat & amouebat longe latio. i. ab Italia troas
ideſt troianos (ꝓprium pro abſoluto. ſicut &
teucri & dardani dicuntur. Eſt autem accuſa=
tiuus pluralis tertie decli. a nominatiuo troes
cuius ſingularis eſt tros trois ſicut minos is.
& heros. is) iactatos toto equore ideſt ꝑ diuer
ſa maria appoſitorie. reliquias ideſt reſiduos
& derelictos danaum pro danaorum ideſt gre
corum atq; achilli pro achillis: immitis ideſt
ſeui qui in troiulum & hectora ſeuit: ſeparat
autem ducē a populo & exercitu:nā & achil=
les danaus dicitur generaliter ſumpto voca=
bulo:geminatur quoq; l in dictione reliquias
metri cauſa & aufertur s littera i achilli con=
centus gratia ne is ſyllaba ſibilum pariat q̄=
dam a nominatiuo achilleus deductū volunt
Danaum vero per ſyncopā dixit pro danao=
rum. Dicūtur autem greci a vergi. his fere no
minibus. danai. pelaſgi. argi. argiui. achiui
Troiani. āt troes. teucri. dardanide: phryges.
laomedontiade. & ſup. troes acti ideſt impulſi
fatis que non dabant alias ſedes q̄ vnde iuno
arcebat vnde dicturus eſt i hoc primo eneas:
Per caſus varios per tot diſcrimina rerum Tē
dimus i latinum. ſedes vbi fata quietas oſtē=
dūt. illic fas regna reſurgere troie:acti ergo fa
tis. errabant per multos annos. quia per ſeptē
circum omnia maria. vnde acclamat poeta.
Tante ideſt tam magne molis ideſt difficul=
tatis &

tatis & tanti moliminis erat. condere idest cō
ſtituere gentē romanam. vnde quia tam dif-
ficilem habeant ortum. innuit poeta Roma-
norum preſtantiam. quia vt dicit donat⁹ Nō
fiunt ſine magno labore magna. Que autem
difficulter fiunt: difficulter quoq; deſtruunt̄.
Eſt quoq; laus enee vt in donato vidim⁹ Sa-
ne nō placet qd' Dathus dicit neſciſſe Aeneā
quo ageretur cum manifeſte dicat ſe italiam
querere patriam.

ci & contenni ducat. Id tangit poeta in eo precipue lo-
co: vbi querens Iuno inducta eſt. Ego que diuum ince-
do regina: Iouiſq; Et ſoror & coniunx vna cum gente to
annos Bella gero: & quiſq; numen Iunonis adoret? Præ-
terea haud ſupplex aris imponat honorem. Tertium eſt:
quod finis habet rationem: vt appetitus vindictæ: vel (vt
dicit. M. Tullius) quæ eadem eſt diffinitio: vlciſcendi li
bido. Hoc non obſcurū eſt de iunone: q̄ vltionē p̄cat: &
ſupplex Aeolum alloquitur ventorum Regem: oratq; :
vt de Troianis dignum ſumat ſupplicium dicens: Gens
inimica mihi Tyrrhenum nauigat ęquor. Ilium in italiā
portans victoſq; penates: Incute vim ventis: ſubmerſaſq; obrue puppes: Aut age diuerſas: & diſijce cor-
pora ponto. Ex his igitur tribus: quæ poſita ſunt: iræ terminus & diffinitio in hunc modum colligitur.
Ira quid Ira eſt ſanguinis feruor ab opinione contemptus manans in vlciſcendi libidinem. quæ haud ambigue Iu
noni conueniant. Neq; enim vel quid ira eſſet: vel quæuis alia ex animi perturbationibus Vergili⁹ igno
rauit. Animo manet alta mente repoſtum. Qui animum & mentem idem eſſe arbitrantur: manifeſto
Animus. falluntur errore. Animus altera pars eſt: qua homo ipſe conſtat: ſed mens animi pars purior atq; ſincerior.
Mens In hac enim inſitæ ſunt & quaſi conſignatæ rerum notiones: quas Greci εννοιασ vocant: & Platonici: vt
inter animum ac mentem diſcrimen eſſe demonſtrarent: Dicebant fabuloſis plærūq; vtendum eſſe: cum
vel de anima vel de aereis atq; æthereis poteſtatibus vel de reliquis Dijs loquūtur: ijdem fabuloſa queq;
omittenda eſſe iudicabant quotiens de ſummo ac principe omnium deo aut de mente ipſa originales re-
rum ſpecies: quæ ſunt. ιδεαι continente ſermo habendus eſſet: & mentem Deo potiſſimum tribuant quā
νουν vocant adeo ſinceram ac ſimplicem incorruptamq; mentem arbitrabantur. Et Ariſto. in primo lib.
Politicorum de animo ac mente locutus eſt: & animum quidem ad corpus mentem ad appetitum compa
rauit dicens. Animum in corpus dominicum habere imperium: mentem vero in appetitum regium ac ci
Iudici cō grua. uile: ſed multi ac præcipue Poetæ duo hæc ſæpe confundunt. Iudicium Paridis. Quattuor ſunt: quæ ha
bere iudicem bonum conueniat: ſi & veras ſententias & rectas ferre velit: iudicādi auctoritatem: Legum
ac iuris ſciētiam: Peritiam rerum humanarum: Voluntatis ac mentis integritatem: quæ cum plæraq; Pa
ridem Troianum deficerent: idoneus ac iuſtus iudex eſſe non poterat: atq; ideo nec dignus: qui de Dearū
controuerſia iudicaret. Nam dum amoribus potius ac libidinibus obſequitur: q̄ ſententiæ ac iudicij ve-
ritati ſtudet. Helenam rapiens magnum atq; etiam extremum patriæ induxit periculum. Spretæq; iniu-
ria formæ. Et genus inuiſum. Quanti æſtimanda eſt dea: cuius forma mortalium cuiq; & ei quidem non
ſatis ad ſententiam ferendam apto iudicanda committitur? Qualis rurſum dea putanda eſt: que infenſa
tanto odio Troianos inſectaretur? Et verus quidem deus: cui ingenita clæmentia atq; inſita eſt: etiam ſce
leroſam atq; perditiſſimam ciuitatem ſeruet: ſi vel. x. ſoli in ea iuſti viri reperiātur: ne iuſtum atq; impiū
pari ſupplicio ꝓſequatur. Iuno autem vt fictum numen oſtenderet: ob paucorum hominum noxas toti⁹
Troianæ gentis ac nationis moliebatur interitum. Et rapti Ganymedis honores. Iuppiter regium puerū:
Ganymedes. quem vel Ganymedem: vel Cathamitum vocant: ad ſtuprum rapuit. Parum enim videbatur (vt ait La-
ctantius) ſi in expugāda fœminarum pudicicia maculoſus eſſet ac turpis: niſi etiam ſexui ſuo faceret in-
iuriam. Illud autem eſt verum adulterium: quod fit contra naturam. Hic vero Ganymedes eſt: qui (vt idē
Vergilius teſtatur) raptus ab Alite ſacra miſcet amatori pocula grata ſuo. Sed primus Homerus Gany-
medem ait: adijt raptum propter formam: vt ioui bibere miniſtraret. Quod tamen fictum ab Homero
Nectar & Ambroſia. Fictitia. dicit. M. Tullius: quod neq; ambroſia Dij aut nectare nec iuuentute pocula miniſtrante lætentur. Sed id
ferunt tam moleſtum iunoni fuiſſe: vt ſæuam propter eam cauſam in Troianum genus iram conceperit:
Quæ eadem (vt quidam tradunt) quo tempore cum Carthaginenſibus bellum gerebatur Varroni Con
ſuli irata eſt: ꝙ formoſum puerum in menſa iouis ad exuuias tenendas collocauerat: & ob hanc cauſam
Romannm nomen apud Cānas pene fuiſſe deletum. Puerum enim illum iuno quaſi alterum Ganymedē
verebatur. Troias reliquias Danaum. Reliquias Græcorum dicit: vt paucitatem Troianorum: qui ſuper
erāt demonſtraret. Nam conſtat (vt etiam Liuij teſtatur hiſtoria) Troia capta in cæteros ſæuitū eſſe Tro
ianos duobus Aeneæ. Anthenoriq; & vetuſti iure hoſpitij: & quia pacis reddendæq; Helenæ ſemper au-
ctores fuerant: omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe: quare & minor erat eorum numerus: qui ſuperāt Tro-
ianorum: ꝙ Anthenor abeſſet: Immitis. Achilli Plærūq; iracundiam ſæuitia comitatur: & qui vehemen
tius ira concitantur eos eſſe immites & crudeles conſtat. At iracundum Achillem extitiſſe etiam Flaccus
oſtendit: qui de eo inquit. Impiger iracundus inexorabilis acer. Bene igitur cum in alio loco de iunone
mentio incidiſſet: ſæua & irata iuno a Vergi. comprobatur. Quippe quæ Troianis irata ſæuitiam co-
hibere non poterat. Achilli: pro Achillis vſurpatum eſt: nec mirum apud latinos bifariam terminari hu-
ius nominis patrium caſum. Cum apud græcos idem ipſe trifariam exeat: & latini inflectunt. Achillis
Achilli vel Achilli græci vero αχιλλεοσ communiter αχιλληοσ per η ſecundum Ionicos. αχιλλεωσ per ω ſecundum
Atticos: quod idem & reliqua nomina apud græcos patiuntur: quæ in ευσ per diphthongum exeūt. Ma-
ria omnia circū. Tot maria intrauit Aeneas: tam varias oras adijt: vt eius errorem prope immenſum. T.
Liuius appellare ſit auſus.



Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum
Vela dabant læti: & ſpumas ſalis ære ruebant
Cum iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnꝰ
Iuno. Hæc ſecum: Me ne incepto deſiſtere victā:
Nec poſſe italia teucrorum auertere regem:
Quippe vetor fatis: Pallas ne exurere claſſem
Argiuū: atq; ipſos potuit ſubmergere ponto
Vnius ob noxam: & furias aiacis oilei:
Ipſa iouis rapidum iaculata e nubibus ignem:
Diſiecitq; rates: euertitq; æquora ventis:
Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit: ſcopuloq; infixit acuto.

Aſt ego

¶ Vix e conſpectu &c. Oſtenſis irarū cauſis ASCEn.
docet qūo Iuno in Troianos ſeuit & qd i eos
molita eſt: dicēs q cū iam ſeptimum agerent
troiani in erroribus annum & ex ſicilia (que
proxima Italie eſt vſq; adeo vt cōtinens ali-
qn̄ fuiſſe perhibeatur) vbi eneas patrem ſepe
liuerat claſſem ad Italiam appellerent. & cum
vix in altum vela darent leti cum Iuno eter-
nū &c. hec ſecum ſup. ait. Que orō muliebrē
aīm perq̄ graphice exprimit. nihil em̄ mulie-
ri moleſtius q̄ inceptis etiā prauis cogi deſi-
ſtere: & cum id omnibus doleat multo magis
iunoni dolere potuit: que diuum regina & ſo
ror & coniunx Iouis: preſertim cū pallas mi-
nus offenſa plura potuerit. Nā offenſa tm̄ fuit
ab aiace qui per impatiētiā amoris caſſandrā
filiā Priami & vatē in templo palladis opp̄ſ
ſit: Sunt tn̄ qui non oppreſſam ſed ſolūmodo
a tēplo abſtractā dicant iuxta illud ſcd'i huiꝰ. Aiax.
Ecce trahebatur paſſis priameia virgo Cri- Oilei.

nibus a

nibus a tẽplo caſſandra ad itiſq; mineruę Ad
celũ tendẽs ardẽtia lumina fruſtra. Ob hãc er
go iniuriã polluti aut violati tẽpli irata dea
ad radices capharei mõtis in euboia inſula al
tiſſimi diſiecit atq; proſtrauit obruitq; pluri-
mas grecorum naues vnde diomedes.xi.hu-
ius. Scit triſte mineruę Sidus: & Euboice cau
tes vltorq; caphareus: vbi tñ ad vtrãq; opi-
nionẽ alludit. Nã plurimi dicũt nõ ꝓpter vio
lationẽ templi mineruę ſed ꝓpter necem pa-
lamedis filij naupli regis euboię quẽ per inui
diam & factionẽ vlyſſes (vt ad pricipiũ ſcd'i
hui' dicet) occidi curauerat: illic grecos nau-
fragia paſſos: nã cum poſt troianũ excidiũ ar
giuorum claſſis ad euboiam appulſa eẽt: in-
telligeretq; nauplus eã tẽpeſtate laborare vo
lens vlciſci mortẽ filij facem ĩ caphareo mon
te cuius radices aſperrimis cautibus & ſcopu
lis opplete erãt accendi iuſſit: qua viſa greci
ſperantes portum aut ſtationem illic tutã eẽ:
oẽs eo cõtenderunt vẽtis & velis atq; ita plu
rimi naufragiũ fecerũt vñ quia tẽpeſtate pri'
exorta id cõtigit iõ dee aſcribit̃ & qa p̃ frau-
dẽ naupli ẽt nauplo. verꝫ poeta opiniones ꝓ-
poſito ſuo cõducentes tãgit. bñ aũt hic dicit̃
aiacis oilei: quia erat & aiax thelamonius ſeu
thelamonis filius q maior eo ꝙ eẽt fortior &
ꝑſtãtior dictus eſt: ſed ẽt furore raptus ꝓpter
ꝑdita achillis arma ſeipm̃ interemit & in flo
rẽ iacinthũ ſecũdum Oui. li. xiij. transformat'
Aiax minor. eſt. hic aũt oilei filius minor appellatus ꝓnix
admodũ fuit in curſu & vibrande haſte peri-
tiſſimus vt atteſtatur Home. iliados. ij. Verũ
Dona. ne in ĩmenſum creſcat opus audiamus argu-
tiſſimũ donatum cuius verba ſunt. Vix e cõ-
ſpectu. A ſeptimo anno incipit narrationẽ vt
priora reſeruet ad conuiuium Didonis. Vix
leti. vtrũq; temperat. Nam leti erant ꝙ eſſent
propinqui Italie: Sed morte Anchiſe cõtriſta
ti vix erant leti. Cũ Iuno eternũ ſer. ſ. p. v. ad-
uertẽs Iuno troianos de proximitate italie la
borare recrudeſcebat vuln'. & excluſa ab in-
uentione nocẽdi: & a loco & a tẽpore ſic ſuos
dolores intimis ſenſibus numerat. Mene: cõ-
ponit ſumma arte quales habere debuerit co
gitationes carens inuentione ad nocẽdum: &
inducto qualitatis ſtatu per exempla aliena
inuenta conſilia enumerat: & comparat per-
ſonã ſuam cum perſona mineruę & troianorꝫ
& grecorum & inimicitiarum cauſas Mene:
emphaſim habet pronomen: & magnum di-
cendi pondus: quod infra aperuit cũ dicit. Aſt
ego que diuum incedo Regina iouiſq; & ſo-
ror & coniunx. Inceptis deſiſtere victam ince
pta ſunt animorũ deſtinationes. Sal. Nam ta-
lia incepta non conſultorem vertiſſent rerum
peſtem factura. Dolet igitur intentionem ſuã
ſine effectu defeciſſe nec ſupeſſe nocẽdi cõſi-
lium vel tp̃s: & qa bonorꝫ eſt icepta deſerere:
ſi aut prece flectantur: aut ſponte ignoſcãt: oñ
dit vtrãq; occaſionẽ perdidiſſe: & incidiſſe in
ludibrium. Vt ſcilicet ſuperata diſcederet. Rẽ
gẽ ideſt ſi perdere non potuit debui ſuperare
Theucrorum regem. Italia ideſt ab italia. Sic
alibi Bellum ingens geret italia: ergo ſi non
poterat perdere ſaltem diſiungere ab Italia: &
ſi non omnes perirent: ſaltem id obtineret iu-
xta vnum eneam: cuius ſtirpi deberi ſciebat
imperium Romanũ. Quippe vetor fatis er-
go magis debuit vetari Minerua fatis Gre-
Vrere corum. Pallas ne: que non eſſet tanti meriti
Exurere. aut poteſtatis. Exurere claſſem. Comparatio
penarũ

Aſt ego quæ diuum incedo regina: iouiſq;
Et ſoror & coniunx vna cum gente tot annos
Bella gero: & quiſq̃ numen iunonis adoret
Præterea: aut ſupplex aris imponat honorem:

¶ Vix: hoc loco mox ſignificat. E conſpectu: vt adhuc e
ſicilia poſſent videri. Læti: vel alacres & veloces: vt ẽ læ SER.
thus eois currus eqs. Itẽ & virgea lætus pabula feſtinus. Lætus.
Et cum oĩ intentõe. Vel reuera læti: q̃q̃ incõgruũ ſit poſt
Anchiſæ mortẽ: Sed & interitus ſenum minus dolet: &
magis lætos intelligendũ eſt. vt ſit Iunoni cauſa maioris
iracũdiæ. Sic eñ & in ſeptimo iraſcit̃ vbi lætũ æneã ſi-
culo proſpexit abuſq; Pachynno. Salis: maris ſcd'm Ho-
me. Salẽ aũt quo vtimur ſingulari nũero tñ dicimus: cũ Sal.
iocos ſignificamus pluralem tñ ponimus numerꝫ ſcd'm
Lucanũ: q̃ ait. Nõ ſoliti luſere ſales. Aliqñ aũt & vrbani
tatẽ p̃ ſingularẽ numerũ ſignificamus: vt Terẽ. Qui ha
bet ſalẽ qd' ĩ te eſt. i. q̃ res in te eſt maſculini. n. generis eſt
nõ neutri: & neutra triptota ſunt: nec ab hoc accuſatiuo
noĩatiuus eſſe põt hoc ſale. Cũ Iuno ęter. ſer. ſub. pe. vul.
De p̃terito dolorẽ dixit: de futuro metũ: ad vtrũq; vuln'
retulit. Hæc ſecũ ſubaudi locuta. deeſt. n. & hoc fictum ẽ:
vt ſupius diximus: vñ. n. hoc ſciret poeta? bñ autem im-
patientiam doloris oſtendit detrahendo ei ſolatia: vt in
quarto ſolã inducit Didonẽ: En qd agor? rurſus ne ꝓcos
irriſa priores. Me ne: ne nõ vacat: ſignificat. n. ergo: & eſt
cõiunctio rõnalis. Incepto deſiſtere: tolerabilius eſt. n. nõ
inchoare q̃ incepta deſerere. Nec poſſe ita. teu. auer. regẽ.
Sic in. vij. Vincor ab ænea: & detraxit more ſuo prouin-
cię præpoſitionem: nõ. n. dixit de Italia: ſed Italia. Quip
pe vetor fa. reuera inquit fata me prohibent: ergo Iuno
ignorat vim fatorũ: ſed hoc nõ poſſumus dicere quia ſu-
perius lectum eſt. Si qua fata ſinant. Et progeniem troia-
no a ſanguine duci Audierat. hoc ergo eſt. oẽs res homi-
num. aut ex nr̃a voluntate deſcendunt: vtputa ſedere ſur
gere: aut ex fati neceſſitate vtputa naſci mori: aut ex deo
rũ voluntate: vtputa nauigare: vel honoribus frui. Nũc
de nauigatiõe agit̃ & bñ inuidioſe: quaſi etiã hui' rei po
teſtatem ei poſſint fata detrahere. Eſt & alter latens ſen-
ſus: vt ſperet reginam cõtra exulis fata poſſe aliqd: ſi Mi
nerua numen inferius valuit cõtra fata victorum. Pallas Pallas.
ne: minerua απο του παλλειν το δορυ. ideſt ab haſtæ cõcuſ
ſione: vel ꝙ pallantem gigantẽ occiderit. Claſſem ad in-
uidiam poſuit: vt pro vna naui claſſem dicat: Sic Venus
nauibus infandum amiſſis: cũ Orontis ſola perijſſet. Aut
reuera vnã nauem ſignificat. vt Hora. Me vel extremos
numidarum ĩ argos Claſſe releget. Claſſis enim dicta eſt
απο των καλων. i. a lignis: vnde & calones dicuntur qui mi
litibus ligna portant: & καλοποδια. Potuit: ad illud refer
tur quod ſupradixit: Nec poſſe. Vnius ob noxam: in iſtis
ſermonibus vnius illius ipſius naturaliter media produ
citur ſyllaba: ſed cum opus eſt corripitur: hac excuſatõe.
ꝙ quotiens vocalem longã vocalis ſequitur ei vires de-
trahit: vt eſt iſulæ Ionio in magno. Et ſub ilio alto: & ob Accent'
hoc mutat accẽtũ: ĩ latino. n. ſermone cũ penultima cor-
ripit̃: antepenultima habet accentũ vt hoc loco. vni' ob
noxiã: & contra nauibus infandum amiſſis vnius ob irã
ꝑdimur. Noxam: pro noxiã & hoc inter eſt iter noxam Noxa ꝓ
& noxiam: ꝙ noxia culpa eſt. ſ. peccatum noxa autẽ pœ- culpa re-
na. Et furias aiacis oilei: amorem: vt in Buco. Seu qcũq; perit̃ con
furor. Oili: non vacat. Nam & duo aiaces fuerunt: & am tra Serui.
bo furuerunt: ſed ira Telamonius: hic amore: & eſt gręca
figura vt ſi dicamus æneas Anchiſæ: & ſubaudiamus fi
lius. Hac autem figura vtimur circa patres & circa ma-
ritos tantum: vt Vergi. Deiphobe glauci. i. filia. Item he
ctoris andromache. i. vxor ipſa: bene: dulcis eſt enim ꝓ-
pria manu quæſita vindicta. vnde plus dolet Iuno alie-
nis viribus ſe vti: vt Aeoli: vt inferorum: ſicut ipſa Fle-
ctere ſi nequeo ſuperos acheronta mouebo. Rapidum:
velocem vt eſt. Cum rapidus ſol nondũ hyemem cõtin-
git equis:

Manubiæ Fulmen quorũ ſit. git equis: iam preterit eſtas. Itẽ rapidi ve potẽtia ſolis Iacu⸗
lata: in libris ethruſcoꝝ lectũ eſt: iactus fulminũ manubias
bus ante eorum conſpectum mori: Vnde hora. dulce & decorum eſt pro patria mori: idq; lacene mulieres plu
rime oſtenderũt. ſub menibus troie: altis: ideſt adhuc ſtantibus & ab occidentibus defenſis. O tydide pro tyti-
de ideſt o Dyomedes vel diomede: fortiſſime gentis danaum pro danaorum: id ẽ grecorum (habuerat enim
cum ænea congreſſum dyomedes. Vnde dicturus eſt de ænea libro. xi. ſtetimus tela aſpera cõtra. Contulimuſ
q; manus: experto credite quantus In clypeum aſſurgat: quo turbine torqueat Haſtam. Si duo preterea tales
idea tuliſſet Terra viros: vltro inachias veniſſet ad vrbes Dardanus &c. Laudant ergo ſe mutuo vtvtriq; glo
rioſum ſit neutrũ ſuccubuiſſe) me ne: ideſt ita ne dijs viſum eſt aut ita nec decuit: me nõ potuiſſe occũbuere. i.
obire mortẽ occũbendo ſup. in cãpis iliacis: ideſt troianis & me nõ potuiſſe effundere tua. q. d. viri fortiſſimi
dextra hanc. ideſt meam animam ideſt ſanguinem meũ qui ſedes anime ideſt vite eſt Glorioſum videt̃ a viro

ſorti occidi. Vnde in.xi quaſi inuideat tam ignobili tam nobilem mortem dicit dea ad aruntem Tu,ne etiam
telis moriere diane:campis dico iliacis. vbi ideſt in quibus Hector ſeuus. ideſt terribilis aut magnanimus dū
viueret.niſi hyperbolicos dixerit etiam mortuum terribilem aſpectu fuiſſe:iacet ſcilicet proſtratus: telo ideſt
haſta:quia eminus adortus eſt eum:eacide ideſt Achillis nepotis eaci: vbi ſcilicet iacet ingens ideſt valde ma
gnus:ſarpedō vir ille troianus ceſus a patroclo ſocio achillis.& vbi ideſt ſub quibus menibus:ſymois fluuius
ille troianus(declinatur autem huius ſimoentis huic ſimoenti & hūc ſimoenta)voluit ſub vndis tot ſcuta vi
rum pro virorum ſcilicet fortium correpta ideſt ſimul rapta cum corporibus quia non proiecerunt ſcuta:vn
de addit & galeas ideſt integmenta capitum:caſſides ſcilicet & fortia corpora:ideſt fortium virorum qui oc
ciſi cum armis ab hoſtibus in ſimoenta vt a ſuis viderentur proiecti erant: & ita neq; arma neq; locum deſe
ruerant ſed opetierant pro patria:quorum ſimilem ſe optat. Aeneas vir quidem vt a Vergilio vbiq; induci
tur plus q̃ heroica virtute preditus. Qui videtur voluiſſe plura dixiſſe: ſed fluctibus impeditus ſermonem
non abſoluit Vnde ait poeta que ſequuntur.

Poeta.

Talia iactanti: ſtridens aquilone procella
velum aduerſa ferit:fluctuſq; ad ſydera tollit.
Franguntur remi tum prora auertit:& vndis
Dat latus:inſequit̃ cumulo p̃ruptus aque mōs.
Hi ſummo in fluctu pēdēt: his vnda dehiſcens
Terrā inter fluctus aperit:furit æſtus harenis.
Tris notus arreptas in ſaxa latentia torquet:
(Saxa vocāt itali medijs que in fluctibus aras)
Dorſum immane mari ſūmo: tris eurus ab alto
In breuia & ſyrtes vrget:miſerabile viſu:
Illiditq; vadis:atq; aggere cingit harenæ:
Vnam quæ lycios fidumq; vehebat Orontem:
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit:excutitur pronuſq; magiſter
Voluitur in caput:aſt illam ter fluctus ibidem
Torq̃t agēs circū:& rapid⁹ vorat equore vortex
Apparent rari nantes in gurgite vaſto.
Arma virū tabulæq; & troia gaza per vndas.
Iam validam Ilioni nauē:iam fortis Achatæ:
Et qua vectus Abas: & qua grādeuus Alethes
Vicit hyems: laxis laterū compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem:rimiſq; fatiſcunt.

Aſcen. ¶ Talia iactanti &c. Etiam hoc participium
approbat ſeruianam ſententiam prius ſcilicet
timore frixiſſe æneam nam ideo dicitur iactaſ
ſe talia hoc eſt quaſi inutilia futiuiſſe ꝙ timore
captus eſſet.ſicut ſe amētia captū propter amiſ
ſam coniugem atteſtatur in.ij. ſic. Quem non
incuſaui aut amens hominūq; deorumq;. Stri
dens aquilone. hic quarti venti principalis fit
mentio.nam ſupra aliorū trium meminit.Pro
cella autem dicitur vnda ventis immixta a pro
cellendo dicta Tum prora auertit alij legūt pro
ram.vt ſit procella auertit proram nauis & dat
latus.ꝙ ſi prora legendum eſt erit prora auertit
pro auertitur.aut auertit ſupple ſe. Sed diligen
Dona. ter Seruium & Donatum perſpicientes vocabu
la facile intelligent. donati verba ſunt.Iactan
di adhuc loquenti interuenit vis fluctus: Nec
permiſit explicare. Felices qui in troia perierūt
Se infelicem qui in fluctibus ſit periturus hi ſū
mo in.f.fluctibus vario motu venientibus alie
erigebantur tumore fluctuum. Alie deprime
bantur: Ab alto:peritus locorum.Eurum dixit
ducere in ſyrtes ab alto.i. pelago. Aliter em̄ nō
poſſet cum flatus habeat ab orientis partibus
in quibus ſunt ſyrtes eo nauigia cogere: vnde
potuit reuocare. Sex igitur naues alienate ſunt
a ceteris vna turbata premitur vbi erat æneas.
Nunc caſus octaue deſcribitur. Apparent. r.n.
vt compleatur: id ſubmerſaſq; obrue p. Perijt
ergo amicus & fidus & in eius conſpectu. excu
ſatur Orontes:qui non imprudentia:ſed vi tem
peſtatis perierit.In puppim ferit hos ſpeciali
ter cum eorum nominibus ponit qui in ijs po
tiores nauigabāt:& vno caſu ferebantur. Om
nes accipiunt inimicū imbrē.i. vna omniū cau
Ordo. ſa ac ſimilis fortuna fuit. ¶ Ordo aūt eſt Aene
as ſup.iactanti.i.dum eneas iactaret. i.inaniter
ac ne q̃cq̃ effutiret talia:qualia ſcilicet premiſſa
ſunt.procella.i.vnda & impetus aquarum:ſtri
dēs aquilone.i. vēto illo ferit aduerſa. i.ex ad
uerſo vt ſit nomen pro aduerbio: aut ferit exi
ſtens aduerſa.i.ex aduerſo & oppoſito veniens.
diſtinguenda autem ſunt epitheta.ita vt alterū
ante verbum & alterum poſtponatur:quia vi
tioſum eſſet duo epitheta ſine cōiunctione me
dia vni ab vna parte adijci & tollit. ideſt erigit
& ſubleuat fluctus ad ſydera hyperbolicos.i.q̃
altiſſime poteſt:remi quibus.ſ. aduerſantibus
ventis ſtrictis velis incumbebant: franguntur
ſcilicet a ſcopulis:tū.i.deinde.prora.i. prior ps
nauis a proruendis aquis dicta auertit ſupple ſe
aut auertit pro auertitur:& dat latus.ſcilicet na
uis vndis.i.in vndas: mons aque.ideſt globus
aquarum preruptus.ſcilcet vi vētorum ab alijs
aquis interciſus inſequitur cumulo. i.impulſu
magno:hi.i.aliqui eorum pendent.i. ſuſpendū
tur in ſummo fluctu.i.maxime exaltato & vn
da dehiſcens.i. magnum hiatum faciens his.i.
alijs aut aperit.i. apperire facit:his .i. alijs terrā
inter fluctus:æſtus.i.ebulitio & feruor aquarū
furit:

¶ Iactanti:inaniter loquenti. Sic alibi. voces dum iactat
inanes: Aquilone:ab aquilone. Aduerſa:contraria.Eſt em̄
in italiam nauiganti contrarius aquilo.Remi:vel guberna SER.
cula: vel reuera remi quia antiqui remis veliſq; nauiga
bant.Auertit: pro auertitur. vt Et iam nox humida cœlo
precipitat:pro precipitatur:ea autem verba inuicem ponū
tur:que actiua & paſſiua eſſe poſſunt:vt auerto & auertor:
precipito & precipitor.Dat latus: inclinatur.Cumulo:alti
tudine. Præruptus.in altum eleuatus.Dehiſcens valde hi
ſcens.De enim auget. Vt de amo te ſcire. Aperit oſtendit:
Salluſtius.Caput aperire ſolitus.ideſt nudaret & oſtendere.
Arenis: ideſt ab arenis: ideſt ab imo vel cum arenis vt in
tempeſtate ſolet.Tris.quotiens genitiuus in ium facit: ac Nota re
cuſatiuus in is exit: vt puppium puppis. Si vero in um in gulam
es.vt patrum patres. Latentia propter tempeſtatem. Hæc
ſaxa inter aphricam & ſardiniam ſunt & Itali aras appellāt Aræ.
ꝙ ibi aphri & Romani fœdus inierunt. Quæ aræ a Siſen
na propitie dicūtur.Eſt autem ordo que ſaxa in medijs flu
ctibus itali aras vocant. Dorſum: eminens altum ſecun
dum Homerum.Summo vel in ſummo. In breuia & Syr Breuia
tes.in breuia ſyrtium: vt molemq; & montes inſuper al
tos.Breuia vadoſa:per que poſſumus vadere Syrtium au
tem ſinus duo ſunt pares natura:impares magnitudine:vt
ait Saluſtius.Lycios:hi ſub pandaro Troianis auxilio fue
runt

runt:ſed eo mortuo æneā ſecuti ſunt. Vñ in ſecūdo ait. Comitū aſſluxiſſe nouorum. Fidum: idem & fidelem. Añ oculos: ad maiorem dolorem. Vnde alibi. Quęq ipſe miſerrima vidi. Ingens: pontus magna pars ponti: & eſt ſynedoche. A vertice: a puppi q̄ vertex nauis eſt. Vel ab aqlone q flat a mundi vertice.i.ſeptētrione. Vñ in Geor. Hic vertex nobis ſemper ſublimis. In puppim ſc. magiſter hic Leucaſpis vocabat ipſe in ſexto. Leucaſpin & licie ductorē claſſis orontē. Ter: ſępius: crebros em̄ fluctus facit aqlo: Salluſtius. Crebritate fluctuū vt aquilo ſolet. Apparent: vident vt apparet liquido ſublimis in aere niſus. Parere aūt obedire: vt paret amor dictis. Rari. vel ꝓpter maris magnitudi-
No. nem: vel quia vna perierat nauis. Nantes ab eo quod eſt
Nato. No nas: vt nare per ęſtatē liquidam: habetq primā longā
Arma. inde nato natas & corripit primā. Arma inſtrumenta ſunt
Tapioſis. cuiuſcunq artis. Gurgite oēm congeriē aquarū ſignificat: ergo tapinoſis eſt.i.humilitas in ſermone: ſed auget epitheto cū dicat vaſto. Troia: poſſeſſiuū eſt. Troi⁹ troia troiū.i. troiana. & habet primā longā. Troia primitiuū duarū ſyl-
Gaza. labarum eſt. Gaza: perſicus ſermo eſt: & ſignificat diuitias ideſt omne quod poſſidemus. Fruſtra ergo quęrit quomodo aurum natare potuerit. Ilioni: ꝓ ilionei. Antiptoſis eſt. vt heret pedes pes pro pedi: & poſuit datiuū gręcum ꝓ genitiuo latino: Sic orphi calliopeia. Vectus.i.qua vehebat: nam nos a pręſenti paſſiuo participio caremus. Hyems hybernū tempus ſignificat: ſed etiam ponitur pro vi ventorū vt hic Imbrem omnē humorem dicimus: Lucreti. Ex igni
Imber. terra atq aquę naſcūtur & imbri. Fatiſcunt. affatim.i.abundanter vnde affatim: & hiſcunt aperiuntur.

furit.i. cōcitat in morē furiētis: harenis.i.inter harenas notus.i.ventus ille: vrget.i.torquet & impellit: tris ſup. naues arreptas.ſ. a ſe aut abreptas ab alijs. in ſaxa latētia.i.occulta: quę ſaxa ſup. exiſtentia in medijs fluctibus: itali vocant aras.ſ.propicias. appoſitorie immane.i. valde magnū & terribile dorſum.i.eminentē ſcopulū ſup. in mari ſummo. Eurus.i. alius ventus ab oriente flans vrget.i.impellit tris.ſ.alias naues alio.ſ.pelago: in breuia & ſyrtes.i.in breuia vada ſyrtiū q breuia dicunt qa breui ſpacio hic ꝓfunda: illic harenoſa illic ſcopuloſa ſunt miſerabile viſu.i.q̄ res eſt miſerabilis.i.miſeratione digna viſu.i.dū vr: & Eurus illidit vadis.ſ. breuibus illis. atq cingit aggere harene concite.ſ. qa dictū eſt furit ęſtus harenis vnā ſup. nauē ſe ꝑ imā videlicet. q̄ vehebat lycios ſocios.ſ. pandari olim & orontē fidū.ſ.ęneę. añ oculos ipſi⁹ ſ. æneę. & ingēs pont⁹.i. valde magna pars ponti. & eſt totū ꝓ parte ferit.i.ícutit in puppim.i. poſteriorē partem nauis a vertice.i.ab aquilone q a vertice flat. Magiſter.i. director nauis.ſ. Leucaſpis excutitur.ſ.e naui. & voluit ꝓnus.i. ꝓceps in caput: aſt.i.ſed fluctus.i. ipetus vndarum. torquet.i.i mpingit: illā.ſ. nauē leucaſpis ter.i.frequēter agēs.i.impellēs & verſans circū ideſt ꝑ circuitū: & vortex.i.gyrus. vertigo aut reuolutio aquarū: rapidus.i.omnia ſecū rapiēs & attrahens: vorat.i.ingurgitat illam. Nantes ideſt natantes in gurgite.i. impetu aquarū: vaſto ideſt valde amplo: apparent ideſt eminent & videntur rari ideo rari: quia in vaſto gurgite nam multum & paucum: magnum & paruum ſecundum philoſophum per reſpectum ad aliquid dicuntur. Arma ideſt inſtrumenta. virum pro virorum & tabule: ſuper quas ſedebant aut quibus nauis cooperta fuerat: & gaza troia ideſt troiana: hoc eſt opes aut diuitiæ troianæ & veſtes & conſimilia (Eſt autem triſyllabum & adiectiuum troius troia troium. cum troia ſubſtantiuum diſſyllabum ſit: eſtq in ſubſtantiuo i duplex conſonum: in adiectiuo vocale: & tamen prima producitur: quia etiam troes primam producit) ſupple apparent aut aguntur per vndas: hyems ideſt tempeſtas pluuioſa: vicit ideſt ſuperauit. & a curſu ſuo eiecit: iam validam nauem ilioni pro ilionei (aut ſcribendum eſt ilionei vt ſit diphtongus græca) illius oratoris qui ad finem primi orationem ad didonem habebit: & vicit iam nauem achate illius viri fortis quod forte ad differentiam fidi dicitur vt dicetur ibi defeſſi æneade &c. & ſupple vicit eam nauem: qua abas vir ille troianus (ſcribitur vno b: quia priorem corripit & facit huius abantis) vectus ſupple illuc uſq fuerat: aut qua vectus pro qua vehebatur ſecundum Seruium. Ego tamen quoties ſalua ſententia proprius poteſt haberi ſermo: nollem figuratum dici) & ſupple eam qua alethes vir ille grandeuus ideſt grandis æui: hoc eſt ſenex ſupple vectus erat pro vehebatur: aut illuc uſq vectus erat (cum iam oppreſſa eos non amplius veheret quod enim quieſcit proprie non vehit licet ſuſtineat: tunc autem illiſa ſcopulis ſiſti potuit: omnes ſcilicet naues accipiunt ideſt admittūt ad ſe: & capiunt: imbrem inimicum ideſt aquam marinam inſilientem: ideo autem dicit inimicum quia nō deſuper incūbentem ſed a latere adorientem: nam vt Seruius per Lucretium probat: omnis humor imber dici poteſt verumtamen eſt cur in illo lucretiano imber ponatur ratio: vt attendenti faciliter apparere poteſt ſicut & hic. Nam in morem imbris: quia aliquando a nautis vt aquam dulcem habeant colligitur aqua guttatim intrabat: & ita erat ſpecies imbris ſed inimici quia imber celeſtis qui ab eis colligitur amicus eſt & commodus) omnes ergo accipiunt imbrem inimicum ideſt incommodum & moleſtum: & hoc cōpagibus ideſt iuncturis compactis: laterum: laxis ideſt diſſolutis ita vt ꝑ rimas aqua influeret: & fatiſcūt.i. affatim hoc eſt abūde hiſcunt.i.hiant & aperiunt: rimis. ideſt per rimas & ita niſi paulopoſt: ſedata fuiſſet tempeſtas omnes ſubmerſe fuiſſent quapropter ſequitur. Interea &c.

Interea magno miſceri murmure pontum
Emiſſamq hyemē ſenſit Neptūnus: & imis
Stagna refuſa vadis: grauiter cōmotus & alto
Proſpiciens ſumma placidū caput extulit vnda
Diſiectam æneæ toto videt æquore claſſem:
Fluctibus oppreſſos troias: cœliq ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ.
Eurū ad ſe zephyrū vocat: dehinc talia fatur.
Neptūn⁹. Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri:
Iam cœlum terramq meo ſine numine: venti:
Miſcere: & tantas audetis tollere molles:
Quos ego

¶ Interea magno m.m.p.e.q.h.ſenſit neptūn⁹ &c. In figmentis poeticis quibus plurimū dele- ASCEñ.
ctat Maro & tantundem ꝓdeſt (nam prudentis principis officiū ad vnguē depingit) aut ad hyſtoriā alludit aut rem phyſicā: hyſtoriā quidē hic reſpicit q æneam in Italiā veniſſe dicit nec ab ea horret q in ſyrtes icidiſſe dicit verū phyſica ratio docet qūo neptūnus ventos fugauerit. poſt pluuias em̄ ſedari ſolent quo circa vis aquarū quę ꝑ neptunnū intelligitur ventos ſedat atq ita neptunnus mare placatū reddidit: ſed quia que ad ſententiam pertinent donatus erudite exequitur quę vero ad ſermonem Seruius ſane q diſerte: ſatis videor inſtituto meo feciſſe ſi poſt Donati verba & Beroaldi in Seruiū annotationē ordinē cū facili explanatione ſubiunxero. Donati itaq verba ſunt. Interea. Dona.
Neptunno datur occaſio. ne penitus Iunonis iuſſa

iuſſa implerent. Nec latuere. Fratrẽ ſororis ſtu-
dia nõ latebãt. Ergo vocatis vẽtis orationẽ ha
buit patheticã: vt po te cõmoti animi. Abſciſſã
i. nec cõtinuã nec cõpoſitã. Fuit breuis: qa ſub-
uenictus in hoc caſu nõ erat multa loq. Tanta
ne. hoc gen⁹ inuectionis non habet principiũ &
crimen exaggerat: oſtendẽs illos nõ tm̃ ſuã ſed
hereditariã iactari temeritatẽ: qđ vitiũ: qa na-
turale eſt nõ põt emẽdari. Sunt eñ venti a gy-
gantib⁹ q bellũ dijs inferre auſi ſunt: ſed pœnas
Venti. reddidere. Oſtẽdit igit eorũ eſſe crimẽ qđ emi-
Vita pa- ſerãt: eſſe ẽt origĩale ſanguinis. Gñis. Nõ macu
terna. lant filios paterna ſcelera: polluunt tñ ſi illa ſe-
ctant Iã cęlũ: obſcura breuiſqꝫ oratio & qa ira-
tus erat & ad ſuccurrendum ꝓperabat. Deniqꝫ
trãſit ab aliorũ elementorũ iniuria a qbus erat
alienũ & venit ad ꝓpriã. Meo. q. d. me contem-
pto. Venti: abiecte ꝓnunciandũ vt cõuiciũ ſit
nõ nomen Tãtas moles: mira ꝓbatio criminis
vt nõ ſolũ aſſerat verbis: ſed ipſis aſpectib⁹ ſub
dat. Q uos e. duo ꝓnomina cũ pondere maxi-
mo. Q uos. ſ. ſceleratos & ex peſſimis ortos: &
q ſimiles intelligi poſſunt: Ego. ſ. impator loci
& de potiorib⁹ dijs Nõ vlciſcit ſed nõ dimittit
eos ſine metu future pene ne ſe inualidũ demõ
ſtraret. Sed motos. p. addit cauſam dilate pene
Poſt mihi ſi qd deinceps auſi fueritis re nõ ver
bis puniã. Maturate celerius remeate. Regi inij
cit & regi cõuicia deformãs regni ipſi⁹ ptãtem
& pſonã aſſerens nõ hr̃e regnũ ſed ſaxa nõ aulã
BERO. ſed eẽ cuſtodẽ carceris. Beroaldi annotatio eſt.
Maturo Iuſula mediuſfidius: hęc eſt expoſitio tanq̃ ma
turitas ſignificet tranqllitatẽ: & mature trangl
lũ facere magis itaqꝫ Macrobio credendũ eſt: q
in ſexto ſaturnaliũ illud Vergilianũ declarans
ſic ſcribit. Maturũ eſt qđ neqꝫ citius, neqꝫ ſerius
ſed medium quiddã & temperatũ eſt: & paulo
poſt. ſic ergo & Vergilius inducit Neptunnum
diſceſſum ventis impantem vt & tã cito diſce-
dant & tñ flandi mediocritatem in regreſſu te-
neãt: tanqꝫ mature. i. temperate abeũtes: apud
Gellium caput eſt & elegantiſſimũ quo quid
mature & maturate ſignificet: abunde mõſtra-
Ordo. tur. Cuius verba mutuatus eſt Macrobius. Or-
do autẽ eſt. Neptunnus: deus maris: ſenſit ideſt
percepit interea ſcilicet dum venti ita ſeuiebãt
& naues diſijciebant pontũ. i. mare (eſt autem
grecum vocabulum) miſceri. i. turbari & cõfun
di ſup. cum magno murmure. i. ſonoritate. &
ſenſit hyemẽ. i. tẽpeſtatẽ nymboſam emiſſam
ſcilicet ex antris & cauernis terrę: & ſenſit ſta-
gna. i. ſtãtes aquas hoc eſt q̃ prius ſteterãt (nam
in pręcipitijs & ꝓfundiſſimis antris maris aquę
interclusę neqꝫ fluunt neqꝫ refluũt: cum etiam
in fluuijs minor fiat commotio ad fundũ vbi

Q uos ego. ſed motos pſtat cõponere fluctus:
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis:
Maturate fugam: regiqꝫ hæc dicite veſtro:
Non illi imperium pelagi: ſæuumqꝫ tridentem
Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania ſaxa
Veſtras Eure domos: illa ſe iactet in aula
Aeolus: & clauſo ventorum carcere regnet:

Imis: propterea non cognouit niſi poſt factam tempe- SER.
ſtatem. Stagna: aquæ ſtantes ſunt: ſed hic pro ipſo fundo:
quod niſi magna tẽpeſtate non mouetur. Ergo ſtagna &
imis vadis refuſa aliud pendet ex alio: qa immobilis aqua
in imo maris tantummodo eſt. Alto proſpiciens: e mari ca
put tollens proſpicit. Vel alto. i. ipſi mari proſpicit ideſt cõ
ſulit. Placidũ ſcilicet Troianis: q̃uis ventis ſit iratus. Vno
autem epitheto ſuo more. habitum futurę orationis ſigni
ficat. Ruina tonitribus: quorum ſonus ſimilis eſt ruinę. Iu- Vẽtorum
nonis: aut doli iunonis aut fratrẽ Iunonis. Eurũ ad ſe: p hos genus.
reliquos intelligit. Generis: quia ex Aſtreo vno ex titanib⁹ Fiducia.
q aduerſus deos arma ſumpſerũt & aurora nati ſunt venti
Fiducia: ꝓ confidentia. Nã fiducia in bonis. Confidentia Ternę tri-
in malis dicit. Iam cœlũ: cur de cęlo & terris querit & non um numi
de ſola aqua: Q noniã hęc tria numina licet habeant impe num pote
ria diuiſa: tñ totius regni vident habere ptãtem. Nã & ipa ſtates.
tria elementa phyſica quadã ratione iungunt vt & ipſorũ
numinũ ſceptra ſignificãt. Iouis eñ fulmen triſidum eſt.
Neptũnus tridente vtit & Pluto tricipiti Cerbero. Q uos
ego: mens turbata verbũ reliquit. ſ. puniam ſic ſupra Mene
incepto deſiſtere victam: & Teren. Q uem qdem ego ſi ſen
ſero. Sed motos: prudentis eñ eſt potius innocentibus ſuc-
currere q̃ nocẽtes punire. Præſtat melius eſt. Eſt aũt plenũ
& tum accuſatiuo tũ ſeptimo iungit: vt pſtat illũ & pſtat
illo. Non ſimili pęna: non ea qua Troianos affeciſtis: vel
mihi nõ ſimili. i. non tam vehementer irato. Luetis: ſolue-
tis /nam apud priſcos oẽs pœnæ pecuniarię erãt. Maturate
cũ maturitate. i. trãqllitate diſcedite. Pernicioſum eñ eſſet
Troianis ſi accelerarent. Dicimus enim matura iracundiã Magis
tuam. Sęuum / magnum: vel ſęuum: in ventos. Sorte: ac ſi macrobio
diceret potuiſſe etiã cęlum tenere. Aeolum autẽ beneficio credẽdũ ẽ
carceris regnũ tenere. Immania aſpera. Manũ enim bonũ
antiqui dicebãt. Hinc mane. Q uid enim melius: & p anti
phraſim manes inferi: quia non ſint boni. Eure: iraſcẽtis eſt
proprio vti nomine: ſic Teren. Ego in piſtrinũ te Daue de-
dam: vel contra eurũ ſolum: iraſcitur: quia primus egreſſus
eſt: quod autem dixit veſtram domum de Plauti pſeudulo Magnum
eſt: Niſi carcerem effregeritis veſtram domum. Aula: p irri
ſionem: nam nihil tam contrarium eſt aulę q̃ carcer. Clau-
ſo: quia non ipſius: ſed iubentis eſt emittere ventos. Carce-
re regnet: ex affectu poſſidentis carcerẽ regnũ dixit: ſic alibi
de rure. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

glacies tempore hyberno congelari ſolet) refuſa ideſt emiſſa ſicut prius fuerant infuſa vadis imis ideſt preci-
pitijs breuium vadorum que in illis locis ſunt: qui ſup. commotus grauiter aut multũ aut potius vt virũ gra-
uem decet qui cõmouet dum bonis iniuriã inferri videt. Vnde dicet tum pietate grauem ac meritis &c. Et ꝓ-
ſpiciens. i. porro aſpiciẽs. alto. i. aut ex alto mari aut in altũ aut p altũ mare: extulit caput ſuũ placidũ (Q ue-
res qũo placidum ſi grauiter cõmotus erat: Sed vt dixi grauiter exponi poteſt pro eo quod eſt cum grauitate
decenti: aut cõmotus fuit in ventos & placidus reſpectu Aenee: aut potiſſimum placidus quia dum commo-
tus ventis obſtat eis: placidum redditur mare. vnde in Buco. Cum placidum ventis ſtaret mare: placidum er
go quia mare: placaturum q̃uis a placeo non a placo deducatur) extulit dico ſumma vnda & videt claſſem
æneę (hoc dicitur ex perſona poete qui nouit claſſem Aeneę fuiſſe: aut etiam quia Neptunno notus erat Ae-
neas: qui e mari oriundus erat: nam Venus e mari genita fingit. Vnde ipſe ad eam ad finem quinti. Fas omne
eſt cytherea meis te fidere regnis. Vnde genus ducis merui quoqꝫ ſępe furores. Compreſſi: & rabiẽ tantam cę-
liqꝫ mariſqꝫ. qđ illic nõ diceret: hoc eſt qđ illic nõ induceret dicere niſi hic poeta vellet eũ noſſe claſſem eſſe
æneę) diſiectam. i. diſpſam iactu ꝓcellarum: toto equore. i. per totũ mare qđ poſt ſedationẽ ventorũ equor fie
bat: & videt Troas oppreſſos fluctibus. ſ. marinis: & ruina cœli. i. precipitatione imbrium de cœlo ideſt aere
Nec doli & ire Iunonis latuere. i. celate ſunt fratrem Iunonis ſcilicet Neptunnum: & ſup. ipſe cognoſcens do
los & iras Iunonis vocat ad ſe (quod ſignum principantis eſt) eurum & zephyrum ventos ſcilicet inter ſe con
trarios & ita mare plurimum turbantes: & fatur dehinc ſcilicet poſtquam aderant talia ſcilicet verba qualia
ſequuntur

ſequunt̃(dehinc hic monoſyllabũ ꝓfertur.Et ſcd'm mentẽ Donati que mihi placet:nõ cõſtrueret̃ ſicut venti ſit vocãdi caſus.Ne ꝓ an o vẽti:ſed ſic)ne ꝓ an fiducia veſtri generis.i.ꝗ fiditis in gen' veſtrũ ꝑnicioſum:tenuit vos tanta.i.tam magna:vt.ſ.hęc audeatis.Vnde ſubdit.Audetis ſup.ne vos venti.i.qui nihil niſi venti eſtis:& humilibus natalibus orti:audetis iam ſine meo numine.i.nutu.i.volũtate:aut mea authoritate non annuente:miſcere.i.turbare iam cęlum & terram:& audetis tollere.i.excitare & erigere tantas.i.tam magnas moles.ſ.globos aquarum fluctuum:quia dictum eſt ingens a vertice pontus in puppim ferit.Vos dico venti quos ego ſup.ſic puniam vt exẽplo oĩbus ſitis:aut quid ſimile(quod ĩtelligendũ reliquit per apoſiopiſim.i.reticentiã ſecundũ Ciceronẽ aut obticentiã ſecundum Celſum.aut interruptionẽ ſecundũ quoſdam:authore Quintiliano que iratis cõuenientiſſima eſt(potiſſimũ dũ aut ſe reprimũt ne quid indignũ viro probo imꝑcentur:aut tp̃s cõminandi deeſſe videt̃:vt hic nã ſeqtur)ſed motos preſtat componere fluctus:quod verbum Seruius docte interpretatur:ſed p̃ſtat.i.melius eſt cõponere.i.ꝙ cõponã fluct' motos.i.excitatos & diſruptos:vos autem luetis.i.purgabitis:pęna.i.penam dando ſeu perſoluendo:poſt.i.poſthac:aut poſtq; compoſuero fluctus:mihi non ſimili.i.non ſicut nunc irato:ſed tẽperato animo:commiſſa.i.crimina ſup.veſtra.In hoc autem verbo docet poeta virum prudentem non ſtatim vlciſci donec ad tranquillitatem redierit.Vnde conſultũ aiunt.Auguſto vt quoties ira ꝑcit' excãdeſceret nihil aut dicat aut faciat priuſq;.xxiiij.literas gręcas ex ordine pronunciauerit:& ita ſancta eſt ſententia & cęteris quadrans:aut ſimili non erit datiui caſus.ſed ablatiui vt ſit:luetis mihi non ſimili pęna:quali nunc afficimini quę videlicet in verbis minoſis cõſiſtit:ſed acriore quę cũ effectu erit:quia ſupplicijs affligemini.Maturate.ſ.nunc.i.facite cũ maturitate & tẽperamẽto ita vt neq; citius neq; ſerius q̃ vtile diſꝑſis nauib' fiat fugã:& dicite hęc.ſ.q̃ dicã veſtro regi.q.d.tm̃ abeſt vt vos timeã vt ne regem qdem veſtrũ verear:dicite ergo regi veſtro:imperiũ pelagi:& tridentẽ ſeuũ.i.magnificum(habet em̃ neptunus ꝓ ſceptro fuſcinã tridentem qua ſignificat̃ triplex eius poteſtas(Quia vero dens & pes maſculini ſunt generis:etiã in eo ſubſtãtiuant̃:vt tripes tridẽs bidẽs:niſi ĩtelligat̃ ouis.eſſe datũ mihi ſorte.i.per ſortem qua Ioui cęlum aut ignis cũ ſuperiore aere:Iunoni aer inferior.Neptuno mare:& Plutoni inferna obuenerunt:ille.ſ.rex veſter:tenet ſaxa immania.i.vaſta & valde ampla:nec cuiq; boniũ afferentia aut cedentia:o eure veſtras domos:hoc eſt tenet ſaxa:appoſitorie:veſtras domos.Aeolus ergo rex veſter:iactet ſe ĩ illa aula.i.regia.ſ.ſaxorũ(& id ironicos)& regnet carcere ventorum clauſo.i.poſtq; occluſerit carcerẽ ventorum q.d.eã illic tyrannidẽ potius ꝙ regnũ habere:nec in dignos qui nobili rege ſubijciant̃:ſed inventos.Itaq; Neptunnus egre ferens in ſuo regno quicq; preter autoritatẽ ſuã geſtũ contumelijs afficit ventos.

Poeta.

Sic ait:& dicto citius tumida æquora placat:
Collectaſq; fugat nubes:ſolemq; reducit
Cymothoe ſimul & Triton annixus acuto
Detrudunt naues ſcopulo:leuat ipſe tridenti
Et vaſtas aperit ſyrtes:& temperat æquor:
Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur vndas:
Ac veluti magno in populo cũ ſæpe coorta eſt
Seditio:ſæuitq; animis ignobile vulgus:
Iãq; faces & ſaxa volãt:furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauẽ:ac meritis ſi forte virũ quẽ
Conſpexere ſilent:arrectiſq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet:
Sic cũctus pelagi cecidit fragor:æquora poſtq̃
Proſpiciens genitor cœloq; inuectus aperto
Flectit equos:curruq; volans dat lora ſecũdo.

SER.

¶Dicto citius ideſt citius q; dici poſſet.Placat:phyſice:nam Neptunnus mare eſt:hoc dixit commotum nũc inducit placatum.Collectas:aut quas colligit & deinde fugat:aut ante a vẽtis collectas fugat & diſſoluit.Cymothoe conueniens nomen nymphæ κυμα enim fluctus eſt & θειγ currere quaſi fluctus currẽs.Elementa em̃ antiqui deos eſſe voluere.

Triton.

Triton deus marinus Neptumni & ſalatiæ a ſalſa aqua dictæ nymphæ filius.Annixus antiquum eſt.Iuniores anniſus & niſus dicunt ſed & alia vſus contra antiquitatem induxit.Illi em̃ parſi nos peperci:illi ſuccepi nos ſuſcepi:vt Succepitq; ignemq;.f.Leuat:leues & nauigabiles facit.Accõmodat autem tempori orationem:nã hic quia periclitãtibus ſubueniendũ erat breuiter loqtur.in.v.autẽ vbi nullũ eſt periculũ latius placat mare.Neptũnus.Perlabit vnd.labit̃ ꝑ vndas.Antiq em̃ ꝓpoſitionẽ nomini ſubtracto verbo addebãt:vt ꝑcurro forũ.Ac veluti hic populum cõmotum cõparat tẽpeſtati.Cice.aũt populo tempe-

ſtatem:vt

ASCEN.

¶Sic ait &c.Docet q̃tũ potuit Neptũni grauiter locuti authoritas docẽs id cęteros potentatus poſſe:dũmodo decentẽ grauitatẽ teneãt.

Donatus.

ſed priuſq; ordinẽ ponã ꝑmittã Donati verba q̃ hęc ſunt.Dicto citi':effect' ſtatim apparet obiurgationis & dilate pene vt dicto citius placidũ fiat mare/& oĩm elemẽtorũ remouet iniuriã.ac veluti:hac cõparatione dat̃ occaſio:vt oſtẽdat cuius meriti & grauitatis debet eſſe q in ciuitate ſua princeps eſt.Nã cũ ventũ eſt ad furorẽ ſi virũ p̃ſtantẽ meriti audiũt:eius dictis acqeſcunt.Seditio vt ppl's furẽs motus grauitate viri quieſcit:ſic mare authoritate rectoris qeuit.Cęlo apto qa dixerat eripiũt ſubito cęlũ Liberauit igit̃ a tẽpeſtate Troianos.Neptũnus ſed euẽtus aliud attulit.Nã illos in libyẽ terrã inimice Iunonis detulit.Ergo ĩ caſum deteriorem deuecti ſunt.Hec ille.


Ordo.

Ordo eſt.Neptũnus ſup.ait ſic.vt premiſſum eſt & placat.i.ſedat equora tumida.i.iflata & ꝓcelloſa:citi' dicto.i.q; dici poſſet.& fugat nubes collectas.ſ.a ventis vt tẽpeſtatẽ citẽt:& ĩducit ſolẽ.i.ſolis aſpectũ amotis.ſ.nubib'.Cymothoe.i.nympha ſignificans fluxũ currentẽ:& triton deus ille marinus annixus.i.annitẽs ſimul detrudũt ſcopulo ſup quẽ.ſ.ſedebãt/naues.ſ.troianorũ:ipſe ꝑ emphaſim.q.d.& deus & rex leuat.i.erigit.ſ.naues/tridẽti.i.tridẽte ſceptro & aꝑit ſyrtes vaſtas.i.capaces & valde amplas:& tempat.i.temperatũ & tranqllũ reddit:equor:atq; ꝑlabit̃.i.molliter ꝑcurrit ſummas vndas.i.ſummitatẽ vndarũ rotis leuib'.i.more rerũ leuiũ celeriter motis:Ac ꝓ & veluti.i.queadmodũ quũ.i.qñ ſeditio eſt coorta ſepe.i.quod ſępe fieri ſolet:in magno populo.Et vulgus ignobile quaſi ſine noĩe & incognitum:ſęuit.i.ſeuitiam & ferocitatem ſuam oſtendit:animis.i.voluntatibus aut animoſitatibus:& faces volãt iã.& ſaxa volãt iam.i.precipitanter iaciuntur:furor ideſt vehemens animorũ motus miniſtrat arma ideſt id ſibi qſq; aſſumebat qd' furor accipere ſuadebat & ita:furorẽ omnia arma ꝓpria viſa ſunt ꝑ tũ ideſt tunc ſi.ſ.populi conſpexere forte:quem.i.aliquẽ aut quẽuis virum grauem pietate ideſt

religione

religione & obſeruantia in deum ac meritis. ſi dico cōſpexere talem virum: ipſi ſilent: & aſtāt auribus arrectis ſcilicet ad audiendū. Ille. ſ. vir grauis regit dictis. i. ordinatiōe animos. ſ. vulgi & mulcet pectora ſic. i. codē modo cunctus fragor. i. vehemens crepitus generatus ex fractione vndarꝝ pelagi. i. maris cecidit. i. ſedatus eſt & reſedit: poſtq̧ genitor. ſ. Neptunus. (quē patrem vocat aut venerationis cauſa aut quia omnium pater a phyſicis dicitur: ſicut in Geor. iiij. dixit. Oceanumq̧ patrem rerum: & p̄cipue in mari pater vocatur) ꝓſpiciens. i. ꝓcul inſpiciens æquora. i. maria: & inuectus. i. qui inuehebatur: cęlo apto: amotis. ſ. nubib⁹ flectit equos ſcilicet marinos: & volās. i. celerrime ꝑcurrens curru ſecūdo. i. ſecūdo flumine & ꝓſpere & cōmode currente dat. ſ. equis lora ideſt habenas ex corio ſecundū ſeruium qui vult curru eſſe datiui caſus ordo eſſet & volans dat lora ſecundo curru. i. ſecundū eum troianis obſequēti: vt ſit metaphora a pediſſequis: aut vt dixi cōmodo quia ſecundum fluctus currenti.

ſtatem: vt ꝓ Milone Equidem cæteras tempeſtates & ꝓcellas in illius dūtaxat fluctibus cōtionū. Magno qa vbi frequens eſt ibi crebra ſeditio. Ignobile: ſtultū: vt nobilē animū prudentem dicimus. Vnde paulopoſt: arrectis auribus ſumpſit traſlationē a brutis. Sic Terenti⁹ Arrige aures Pamphile. Vulgus neutri generis eſt. Inueniť etiā maſculini vt ſpargere voces in vulgū ambiguas. Regula eſt vt ſit maſculini. Nam nomen in us ſecunde declinatiōis maſculini generis eſt: ſed vſurpatum eſt ad formā nominis gręci pelag⁹ quod in ſecūda declinatione neutrū eſt. Furor arma miniſtrat. Sic alibi Rimanti telū ira facit. Grauē: venerabilē: vt contra leuē contemnendū. Dat aūt ei iuſtitiā & peritiā dicendi. Genitor: venerationis eſt vt Tybri pater. Cęloq̧ inuectus aperto: inuectus ꝑ maria cęlo iam exiſtēte aperto. i. ſereno. Curru: nō eſt ꝓ currui: ꝑ apocopen. Sed ars antiqua volebat ꝙ noīatiuus pluralis regat genitiuū ſingularē: vt Datiuus
hę muſę: hui⁹ muſę hi docti hui⁹ docti: & dtūs ſingularis re quartę.
gať a gtō ſingulari. vt hui⁹ docti huic docto. Ergo hic currus huius currus facit & huic curru. Hinc eſt Curruq̧ abſciſa duorū ſuſpendit capita. Secūdo troianis obſequēti. Tra Secūdus.
ctus ſermo a ſequentibus ſeruis. i. pediſſequis. Hinc ſecūda fortuna: qa ſecundū nos. i. ꝓpe nos ſit.



Defeſſi æneade q̃ proxima littora curſu
Contendunt petere: & libye vertũtur ad oras.
Eſt in ſeceſſu longo locus: inſula portum
Efficit obiectu laterum: quibus oĩs ab alto
Frangitur: inq; ſin⁹ ſcindit ſeſe vnda reductos:
Hinc atq; hinc vaſtæ rupes: geminiq; minantur
In cœlum ſcopuli: quorum ſub vertice late
Aequora tuta ſilent: tũ ſiluis ſcæna coruſcis
Deſup: horrẽtiq; atrum nem⁹ imminet vmbra:
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pẽdentibus antrũ.
Intus aquæ dulces: viuoq; ſedilia ſaxo
Nympharũ domus: hic feſſas nõ vincula naues
Vlla tenent: vnco nõ alligat anchora morſu.
Huc ſeptem æneas collectis nauibus omni
Ex numero ſubit: ac magno telluris amore
Egreſſi: optata potiuntur troes harena:
Et ſale tabentes artus in littore ponunt.
Ac primum ſilicis ſcintillam excudit achates:
Suſcepitq; ignem folijs: atq; arida circum
Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flãmam:
Tũc cererem corruptam vndis: cerealiaq; arma
Expediunt feſſi rerum: frugeſq; receptas
Et torrere parant flãmis: & frangere ſaxo.

SER. ¶ Aeneade: nunc Troiani aliquãdo Romani: vt Aeneade
in ferrum pro libertate ruebãt. Curſu vel datiui eſt pro cur-
Topothe- ſui: vt ſit proxima curſui: vel contendunt cum curſu. Ver-
ſia. tuntur: ab Italia eſt enim topotheſia ideſt ficta loci deſcri-
Topogra- ptio. Hic enim locus in africa nuſq̃ eſt: ſed apud aliam Car
phia. thaginẽ: quæ eſt in Hiſpania. Ergo ſilitudo nois facit rem
Relatiuũ congruam. Topographia autem eſt vera loci deſcriptio.
in medio Seceſſu: ſinu ſecreto. Locus ſubaudi quem. Cum autem
poſitum. pronomen in medio duorum nominum quorum vnum
proprium ſit: id pronomen ſequitur genus proprij nomi-
nis: ſic Saluſtius. Eſt locus in carcere quod tullianum appel
latur. Si autem vtrunq; nomen appellatiuũ ſit licenter cui
volumus reſpondemus. Inq; ſinus diuidit ſe vnda in ſinus
reductos. i. replicabiles. Gemini pares: ſimiles: aliquando
duo. Minantur eminent. Sub vertice: circa radices: quæ ad
rectam lineam ſuſpiciũt verticem. Syluis coruſcis. i. ſylua-
rum co. caſus em̃ ſeptimus eſt ꝓ genitiuo. Coruſcis. i. criſ-
pantibus. Iuuena. Longa coruſcat ſaraco veniente abies.
Scęna inumbratio dicta α ϖoτнσ σкнyнσ Antigtus em̃ thea
tralis ſcęna parietes non habebat ſed de frondibus vmbra-
Horror. cula querebant. Poſtea tabulata cõpoſuerunt in modũ pa-
rietis. Horrenti: modo ad odiũ refert: modo ad veneratio-
nem: vt hic: ſic Lucanus Arboribus ſuus horror ineſt. An-
trũ tropus eſt: ꝑ antrũ nigrũ: ꝑ nigrũ vmbroſum ꝑ vmbro-
ſum frõdib⁹ dẽſũ. Viuo naturali. vt viuo pteruer hor oſtia
ſaxo. Nympharũ domus: aut verũ dicit vt ſit hiſtoria: aut
Ancora. ꝑtinet ad laudẽ loci: vt talis ſit: vt nympharꝝ domus credi
poſſit. Hic: ꝓ illic. Ancora: a gręco eſt: & cum ibi non aſpi
retur nõ aſpiramus. Cũ in ceteris potius aſpirationẽ remo-
ueam⁹ vbi adeſt q̃ addam⁹ vbi nõ eſt. Morſu: ſic alibi. Tũ
dẽte tenaci Anchora fundabat naues. Amore: nã oẽs in tẽ
peſtate amãt terrã. Vñ paulopoſt Optata potiunt̃ troes ha
Tellus. rena: Poſuit aũt tellurẽ, que dea terrę eſt ꝓ ipa terra q̃ eſt ele
Harena. mentũ: vt Vulcanũ pro igne. Arena: ſi ab ariditate: nõ aſpi
ratur:

ASCEñ ¶ Defeſſi æneade &c. Deſcribit portũ in quẽ
ſeſe receperunt Troiani: potiſſimũ qui Aenee
tunc coniũcti erant. Nã ceteri ita diſperſi erant
vt neſciret æneas viuerent necne: ſicut & illi de
ipſo dubitabant. Fecit autem aptam digreſſio-
nem in deſcriptione portus ſeu ſtationis vt ve-
ro ſimile ſit naues Aenee potuiſſe illic abſcon-
di dum naues Ilionei ac ſociorum a tyrijs igne
peterentur. Sane accuratius annotandum eſt:
quæ naues cum ænea recepte fuerant. Dona-
tus dicit ſeptem quas Vergilius receptas dicit
fuiſſe vnam in qua ipſe Aeneas erat: & tres de
ſaxis & tres de ſyrtibus ereptas: de quibus vide
licet dictũ eſt. Tris notus arreptas in ſaxa latẽ-
tia torquet: tris eurus ab alto in breuia & ſyr-
tes vrget. Sed incidit queſtio de Achate q hic
Aeneæ comes dat̃ & tñ non erat in illis nauib⁹
nam dictum eſt iam validam Ilionei nauem:
iam fortis Achate. vicit hyems &c. vnde aut
dicendum eſt non eas ſeptem fuiſſe quas Dona
tus commemorat: aut duos eſſe Achatas alte-
rum quem fortem appellat: alterum quem fi-
dum vt ſint epitheta diſcretiua: nam videtur il
le fortis Achates fuiſſe in comitatu Ilionei gye
cloanthi: cayci & orontis. Sed audiamus Do- Donatus.
natum cuius verba ſunt. Defeſſi: licet feſſi nite
bantur proximam terram attingere: ne interea
aliquis caſus emergeret. Contendunt. oſtendit
curſus difficultatem quem feſſi complere nite-
bãtur maxime quia in aqua difficilior greſſus
eſt properantibus curſum. Eſt in ſeceſſu: loci
hæc deſcriptio negocio neceſſaria eſt. Placidi- Port⁹ de-
tas enim fuerat pelagi procuranda propter cor ſcriptio
ruptas naues. Hanc præbebat obiectus laterꝝ.
Secretum vero ꝓficiebat: quia cauendũ erat ꝓ-
pter regiones incognitas. Hoc dabat longitu-
do ſeceſſus Nympharum domus aquarum co
piam pręſtat. Sunt & defenſacula aduerſus ſo-
lem antrum & nemus Tantaq; erat oportuni-
tas loci vt naues anchoris non eſſent retinen-
de: Ab alto a mari mira igitur breuitas que cõ-
tineat omnia neceſſaria. Cum autem locus con
tineatur quatuor partibus ponit duo latera &
ingreſſum. Quartam deinde partem poſuit.
Fronde ſub aduerſa. Semꝑ autem loca ſic poeta
deſcribit: vt ingrediens: ſic facit Salu. Que oĩa
mutabunt̃ ſi vt recedens ſcribat. Addit autem
deſcriptioni duos altos ſcopulos: vt ſit. Vñ la-
tus proſpectus in pelagus appareat ad inquirẽ-
das naues ab Aenea ſeparatas. Opacitas autem
vt minus ab externis conſpiciatur facit. Septẽ
Vna in qua ipſe erat: tres de ſaxis: tres de ſyrti-
bus erepte. Optata: quia contrariam in pertur-
batione pelagi viderant cum nauigia ad imũ
vſq; deprimerentur. Tabentes ſale a contrario
Sal enim conſeruat. Sed inuentus eſt caſus vt
tabeſcat ſale quod ſeruari conuenit. Aqua em̃
maris quamuis ſalſa admittit corruptionem.
Achates ignem fieri curabat vt madidas fru-
ges torreret vt ſic ſiccatæ frangi poſſent. Nõ er
go eſt præpoſtera ordinatio. Neq; dixit coque
re: ſed torrere. Nam meminerat dixiſſe. Omnes
accipiunt inimicum imbrem. Ordo eſt. Aenea Ordo.
de ideſt Troiani ſub Aenea principe Italiam
petentes & ab eo denominati: defeſſi ideſt mul
tum feſſi & defatigati ex longa contra ventos
& procellas reluctatione: contendunt: petere
curſu ideſt per curſum (quo verbo oſtenditur
quã ſperata ſit terra nautis deprehenſis: vt etiã
defeſſi currere faciant naues. Sane mallem cur
ſu ablatiui q̃ datiui caſus cenſere: atq; ita non
dicã quæ proxima curſu) ea ſupple littora quę
ſup. erant ꝓxima. i. viciniſſima: q̃a nullo diſcri
mine

mine habito que prima occurrerent conſtitue-
rāt petere:& vertunt ad oras.i. extremas regio
nes lybie.ſ. ad eam partem vbi carthago.Lo-
cus eſt in longo ſeceſſu.i. tractu ad quem licet
ſecedere ideſt ſeorſum ab alijs incedere:ſupple
quem aut de quo:inſula:quę illic interſita ia-
cet:efficit portum.i.ſpēm portus:obiectu.i. ex
obiectione ſeu oppoſitione laterū.i. quia duo
latera habet oportune oppoſita: quibus.ſ. late
ribus:oīs vnda.i.impetus aquarū frāgit.i. ſepa
rat:ab alto.i.pfundo ſeu medio maris(illic em̄
pfundū eſt)& ſcindit.i.diuidit ſe in ſinus.i.an
gulos littorū:reductos.i.replicabiles:qa nō p-
grediunt aque pp̄ter latera:& quia:vaſte.i.val
de ample rupes:q pro.i. ſcopuli gemini.i. duo
ſaxa equaliter eminentia in aquis: minantur.i.
minas hoc eſt eminētias ſuas extendūt in cęlū
ideſt cęlū verſus:aut ſi hyberbole eſt:in cęlū vſ-
q:hinc & hinc.i.ab vtraq pte.aut gemini ſco
puli minant in cęlum.i.quia tam alte ptendū-
tur vident minari ſe caſuros in ſuſpicientes: nā
his q altiſſimos ſcopulos ſuſpiciūt: videntur
ſummitates eorū mutare & caſum minari ſub
quorū.ſ.ſcopulorū vertice.i.ſummitate reflexa
& pminēte:hoc eſt in radice & pede ſcopulorum:
vbi ab impetu aquarum partim exhauſte ſunt q
vertex ſupincūbere videat his q ad radicē ſunt
ſub vertice ergo ſcopulorū: ſilēt equora tuta.ſ.
ab incurſu ventorū & procellarum: quia venti
accedere nequeant: & om̄is aquarum impetus
priuſq eo pueniant frangit.tum.i. inſuper aut
preterea ſcena.i.vmbraculum aut inumbratio
coruſcis ſyluis.i.habens ſyluas corruſcas.ideſt
criſpantes.imminet.i.incūbit deſup: & nemus
atrum vmbra horrenti.i.contremēti leni agi-

ratur:ſi ab hęrēdo aſpirat:ait Varro. Melior tn̄ prima ſen-
tentia.Sale:aſpergine.Silicis Bene ponit ſpēm:quia in cer-
tis lapidibus inuenit ignis. Excudit: feriendo elicit. Nam Ancho:
cudere eſt ferire.Inde incus quia illic aliqd cudamꝰ.Acha-
tes alluſit ad nomen Lapidis em̄ ſpecies eſt Achates. Facit
illū Aeneæ comitē:quia vt refert Ply.Hic lapis ſi anulo ge
ratur gratioſior ille videtur.Succepit: p ſuſcepit. Rapuit
in fomite.pene Solecophanes eſt.Nā verbo mutationē ſi- Solecophanes.
gnificanti dat ablatiuū.Sed fuit antiqua circa cōes prepo-
ſitiones licentia.Vt eſt conditus in nubē.Contra vero No Prepoſitiones.
ta cōduntur in aluo.Itē ſeua ſedens ſup arma:Cicero. Q
ille in capite ab hoſtium duce acceperat.aut rapuit raptim
fecit in fomite.Cerealia:vt vilia fugiat ad generalia trāſit
Rem ergo vilem auget honeſtate ſermonis: ſic alibi:ne lu-
cernam diceret ſcripſit.Teſta cū ardente videret.ſ.o.Iudice
aūt euphonia dicimus cerealea:& cerealia:cæſareus:& cæ-
ſarius:& typhoea & typhoia.Feſſi:rerum pęnuria fatigati. Feſſus.
Dicimus feſſus animo:vt ter feſſus in valle reſedit.Itē cor-
pore quod magis eſt pprium . Item rebus fortunę. Fruges
errant qui frumenta a frugibus diſcernūt.Cice.Olei & fru
gum minutarum de leguminibus intelligens: ergo frumē Fruges.
ta & fruges vocantur. Fruges autem ſunt a frumine q pars
eſt eminēs guttutis ſub mento Receptas liberatas:vt Me-
dioq ex hoſte recepti. Et torrere.p.ſ.&.fr.ſ.nō eſt hiſteron
proteron.Nam hodie videmus ante ſiccari fruges. deinde
frangi ſaxo:Nam apud priſcos molarū vſus non erat: fru-
ges ante torrebant:& eas in pilas miſſas pinſebant. & hoc
erat genus molendi: vnde pinſores dicti ſunt q nunc piſto Pinſores:
res vocant. Pinſere id teſte Perſio dicitur:vt O iane a tergo Piſtores.
quem nulla ciconia pinſit. Aeneā aūt & in hoc loco & vbi-
q & maxime in.vi.a vilioribꝰ officijs ſegregat vbi ait. At
pius Aeneas arcem quibus Altus Apollo pręſidet:niſi pia
ſit cauſa vt ad humandum ſocium.Nam tūc pius Aeneas
opera inter talia primus hortatur ſocios.

tatione ventorum:aut horrenti.i.placida vt ſentit Seruius appoſitorię antrum ideſt quod antrum nemus eſt
& quaſi antrum imminet ſub fronte aduerſa ideſt oppoſita:& hoc ſcopulis pendentibus.ſ. in morem antri.
Intus.i.in medio ſcopulorum:ſunt ſup.aque dulces:& ſedilia ſaxo viuo.i.naturali:appoſitorie domus nym-
pharum ideſt quam nymphe habitant:aut tam amena vt digna ſit a nymphis habitari. Vlla vincula non te-
nent hic ideſt hoc loco naues feſſas quia ſponte tenentur & vlla anchora ideſt inſtrumentum vncis dentibus
quo in terra non ſaxoſa naues feſſas:aut fluctu agitatas naute alligant:non alligat ſup.eas morſu vnco ideſt
dente incuruo qui terram dum extrahit erodit & quodammodo mordet. Aeneas ſubit huc ideſt ad hunc lo-
cum aut portum:ſeptem nauibus collectis ex omni numero:& troes egreſſi magno amore telluris.ideſt ter-
re potiuntur harena optata.ideſt quam in periculo tanto optauerant: & ponunt ideſt reponunt in littore ar-
tus ſcilicet ſuos:tabentes ſale ideſt aſpergine aque ſalſe:ac Achates vir ille fidus(alludit tamen ad lapidem)
excudit primum. ideſt vbi primum in terram deſcenderat ſcintillam ſilicis ideſt particulam ignis quæ erat
in ſilice aut in venis ſilicis : & ſuſcepit ideſt lente cępit aut ſurſum cœpit(vis enim ignis ſemper aſcendit)
ignem folijs ſcilicet deſiccatis : atq dedit circum arida nutrimenta. ideſt combuſtilia ſicca : & rapuit flam-
mam ideſt rapidam fecit flammam:in fomite ideſt que vt dicitur radicaliter & originaliter erat in fomite:
aut rapuit in fomite:hoc eſt in illo quo ignis fouebatur flammam ad ſe(& neutro modo eſt ſolecophanes:
nam non rapuit in fomitem:ſed eam quæ erat in fomite rapuit ad ſe)tum ideſt deinde Aeneade ſcilicet(non
Aeneas)quia vile eſt miniſterium(feſſi rerum ſcilicet multitudine aut aduerſitate:aut rerum pro rebus:ſicut
fœlix animi)expediunt ideſt expedite efferunt.cererem ideſt frumentum aut panem:corruptam vndis:& ar-
ma ideſt inſtrumenta:cerealia ideſt quibus ceres ideſt frumentum tractatur aut quibus ceres.i.panis fit:& pa
rant torrere.i. deſiccare flammis.ſ.ab achate exceptis:& frangere ſaxo ideſt pinſere aut molere quodammo-
do non tamen proprie:quia mole vſum non habebant.

ASCEN. ¶ Aeneas ſcopulum &c. Poſtq cæterorum
miniſteria deſcripſit tractat officium ducis ſci-
licet Aeneę qui de ſalute ſociorum quos in ſum
mo periculo dereliquerat ſollicitus veriuſq ne
aut ſubmerſi ſint aut in manibus hoſtium incide
rint:ſcopulum conſcendit:vnde cum naues p
ſpicere non poſſet: videret tamen ceruos: con-
uertit ſe ad eos capiendos vt ſocijs receptis epu
lum dare eorumq & animos & corpora refice
Dona. ret.De qua re audiamus Donatum:cuius ver-
ba ſunt reliqui igit ſeipos curabant Aeneas au
tem anxius de ſalute ſociorū labori nō pepcit:
ſed altitudinē ſcopuli aſcendit:non ergo tantū
ad pſpectum deſcripta altitudo ſcopuli q̄tum
ad laudē æneę. Qui aut non pſpexit vim pela
gi aut de refectione corporis non curauit:& vt
ſalutem

Aeneas ſcopulum interea conſcendit:& omnē
Proſpectū late pelago petit:Antea:ſiquem
Iactatum vento videat:phrygiaſq biremes:
Aut capyn:aut celſis in pupibus arma caici.
Nauem in conſpectu nullā:tris littore ceruos
Proſpicit errantes:hos tota armenta ſequūtur
A tergo:& longum per valles paſcitur agmen.
Cōſtitit hic:arcumq manu:celereſq ſagittas
Corripuit:fidus quæ tela gerebat Achates:
Ductoreſq ipſos primū capita alta ferentes
Cornibus

Cornibus arboreis ſternit: tū vulgus: & omnē
Miſcet agēs telis nemora inter frondea turbā.
Nec prius abſiſtit: q̄ ſeptem ingentia victor
Corpa fūdat humi: & numerū cū nauib⁹ æquat
Hinc portum petit: & ſocios partitur in oēs.
Vina bonus q̄ deinde cadis onerarat aceſtes
Littore trinacrio: dederatq; abeūtibus heros:
Diuidit: & dictis mœrentia pectora mulcet.

SER. Moroſa Seruij diſtinctio. ¶ Late petit: inquantum poteſt. Pelago: in pelagus Antea. Ordo eſt: aſcendit ſcopulum requiſiturus antea: Capin: Caycum ſi quemvideat: ſic Teren. Quod plæriq; omnes faciunt adoleſcentuli. Ordo eſt quod omnes faciunt adoleſcentuli: vt animum ad aliquod ſtudium adiungant plæriq; equos alere. Vel quemvacat: vt alibi. Rhæbe diu res ſi qua diu mortalibus vlla eſt. Nemo enim dicit ſi qua vlla. Biremes. Biremes. Naues quæ duplicem habent ordinem remorum Puppibus arma milites enim nauigantes puppibus arma religabant Sic alibi Pacem orare manu prefigere puppibus arma. Errantes: paſcentes: Sic in Buc. Mille meę Cerui. ſiculis errant in montibus agne. Ceruos. hi dicti ſunt παρα τωνκερατου. id eſt a cornibus. Nā & latina nomina aliquādo a grecis ſunt: ſed q̄uis in prouincia conſulari in quam venit cerui non ſint: tamen aut finxit more poetico: vel quia heroicis temporibus vbiq; omnia naſcebantur: vt ipſe Omnis feret omnia tellus. Tota armenta differt ab Totum. Omne. omni. Totum eſt vnius corporis plenitudo: vt totum auditorium id eſt integrum auditorium: omne de vniuerſis dicimus: vt omne auditorium id eſt vniuerſa auditoria. Ergo Agmen. hic tota id eſt omnia. alibi contra: vt omnemq; reuerti per troiam. Agmen proprie eſt ordinata multitudo vt eſt ambulantis exercitus. Nō ergo ſtans dicit̄ niſi vſurpatiue. Vnde longum: vt incedens illud oſtenderet. Corripuit: aut de pharetra aut ab Achate: intelligimus enim eum eſſe ſubſecutū: vt in illo loco. Ni iam pręmiſſus achates afforet. Gerebat: aut tunc: aut quæ gerere conſueuerat. Cornibus: aut ſit pro cornuum: aut in tellige cum: vt Atq; ixioni vento rota cōſtitit id eſt cum vento: & hoc melius. Vulgus: nam ductores iam interempti erant. Miſcet perturbat circūagit Frondeū. Frōdoſū. inſequitur. Frondea pro frondoſa: Frondeum enim totum eſt de frondibus: vt torus frondeus: Frondoſum frondib⁹ ornatum. Septem: finiuit numerum. Nam neceſſitatis erat hęc venatio non voluptatis. Victor propoſiti compos: vt atq; rotis inſiſtere victor. Humi per humum aduerbialiter vt preſſit humi nitēs. Cum nauibus: cacephaton in ſermone. Nam poſt cum ſequitur na. Hinc pro inde. Partit̄: & par Partio. tit inuenit̄ in eadē ſignificatione. Salu. Prouincias inter ſe partiuerāt: vt punio punior: fabrico fabricor ſunt ergo verba in actiua & paſſiua voce actionē ſignificātia: Sunt itidē quę in actiua voce paſſionē ſignificēt: vt vapulo. Rurſus q̄ Nimis cō ciſus ē ſeruius. in paſſiua actionē: vt loquor. Trinacrio: ſiculo. Trinacria em̄ dicit̄ ſicilia ꝓpter tria ακρια. i. ꝓmontoria lilybeum pachynū & pelorum. latine aūt triquetra dicit̄. Heros: vir fortis: Semideus plus ab homine habens: vt ait Hæſio.

Dona. ❡At pius eneas .ſ.interpoſita narrationi fue=rant verba Veneris & Iouis in luctu troiano=rum:nunc ad narrationem redit eo vnde di=greſſus fuerat.ſ.Et iam finis erat.Exacta pro=poſuerat plura ī maſculino & feminino. Hec autem vt complecteret:poſuit neutrum Claſ=ſem in conuexo . exiturus cum ſolo achate. nec oīno inermis fuit vt temerarius:nec om=nino armatus vt timidus.cum ſolis igitur in=quit haſtilibus & vno ſocio . in ſolitudinem ēm iturus debebat eſſe expeditus propter re=quiſitionem celerem & maturū reditum. Ad oīa circūſpectus ſocios oī cautela occultat. Cui rei

SER. ❡Per noctem.decet enim pro cunctis regem ſollicitum eſſe.Alma quia alat.Sic & alma ceres.Nam dicunt phy=ſici omnia per diem creſcere.Nam quod alibi dicit. Exi=gua tantum gelidus ros nocte reponit: pro miraculo di=xit . vt etiam Plynius ſentit.
Loci. Locos.in plurali maſculini & neutri generis eſt.in ſingulari maſculini tantum . ſic etiam iocus iocos & ioca facit.Acceſſerit: prępoſitio de=tracta nomini datur verbo.& eſt hyſterologia.vt hic ac=ceſſerit oras . Cum autem mutatur figura eſt.vt Cuma=rum allabitur oris pro oras. Q ui teneant : iure dubitat. Nam cernit inculta . Exacta.exquiſita . In conuexo. pro œconomia.vt non teneatur veluti claſſis Ilionei . Con=uexo.concauo.Vnde conuexum dicimus cœlum & in=tellige loco.

telligeloco: vt caſtrorum & campi medio ſcilicet hoſpitio. Rupe cauata: ſpelunca per periphraſim. Arborib⁹ atq; vmbris. i. vmbris arborum. Achate: multi multa dicunt: qre comes ſit achates: melius tamen eſt vt ſit a græca etymologia: αχοσ enim cura eſt quæ ſemper comes eſt regum Bina: ſi ad vtrūq; referas bene dictum eſt bina. Si ad æneā bina: ideſt duo: ſicuti duplices palmas. Lato ferro: ideſt lati ferri. Sylua υλη dicunt ideſt elementorum congeriem vnde omnia creantur. Multi volunt æneam in Horoſcopo virginem habuiſſe. Bene igitur ſylua virginis in media habitu venerem facit occurrere: quia venere in virgine conſtituta miſericordes procreantur fœminæ: & viri per illas fœlicitatem conſequuntur. Os habitum: faciem & amictum. Spartanæ: nam ſparta habet venatrices virgines. Threiſſa. Thracia: & eſt ſolutio: nā threſſa facit ſicut creſſa. vt creſſa genus pholoe. Sunt autem ab eo quod eſt thres & cres. Sed threiſſa: quia per ei diphthongum ſcribitur: habet diſſolutionem. Creſſa xͦo quia ſcribitur per η non habet diſſolutionem Harpalice. Hæc collecta multitudine patrem ſuum a getis captum celerius liberauit q̄ de fœmina poſſit credi: Vnde fluuiū dicitur cum celeritate tranſiſſe. Præuertitur: tranſit: & p̄uertit dicitur. Arcum vt credatur venatrix. Habilē: aptū ſexui. Vnuſquiſq; enim habet arcum pro viribus ſuis. Diffundere: vt diffunderet: & eſt græca figura ſic eſt. magnum dat ferre talentū inde da bibere vſus obtinuit: qđ facere non debemus vt duo verba iungantur niſi in poemate. Sinus collecta: vt oculos ſuffuſa nitentes. Heus vocantis eſt aduerbium. alias interiectio dolentis: vt Heus etiam menſas conſumimus inquit Iulus. Errantem: inueſtigantem. Succinctam. inſtructam. vel ſecūdum alios in cingulo habentem pharetram & pellem. Lyncis: fuit rex thraciæ Lynx. Hic triptolemum vt hominibus frumenta monſtraret a Cerere miſſum ſuſcepit hoſpitio: ac mox: vt gloria in ſe migraret occidere tentauit. At Ceres irata illum in lyncem feram variæ pellis conuertit: vt ipſe variæ mentis fuerat. Curſum clamore prementem. Plærumq; duo diuerſa in vnum exitum cadunt: vt hic. Vidiſti etiam ad vocem refertur quod ex æneæ reſponſione patet. Orſus: nunc incœpit. alias finiuit: vt ſic Iuppiter orſus: & proprie poſuit. Hic vero vſurpatum eſt: præteritum enim participium eſt.

Harpali.

Nota locutionē.

Lynx.

Cui rei inſeruit deſcriptio portus. Claſſem in conuexo nemorum. Quāta ergo diligentia fuit qui non antea profectus q̄ ſociorum ſaluti conſuluiſſet. Et cum vno ad incertum pergit. Additur ad laudem a loco tempore & pſona. Nam cum ſeſe femina ad fallendum cōpoſita ſola in ſylua obtuliſſet motus libidine non eſt: q̄uis virginitas pulchritudo & veſtitus accenderet. Accedebat ad caſtitatem congeries calamitatum que etiā libidinoſos coercet. vñ Teren. Nulla adeo ex re iſtud fit niſi ex nimio ocio. Debuit: venus offerre loquendi fiduciam ne improbum videretur: q̄ cum virgine cum ſola tunc eſſe putaretur: miſceret colloquium ſed & ad fallendum quoq; ptinebat: vt non ſolum ſpecie: ſed etiā ſermone imprudentes traduceret. vt ad interrogandi neceſſitatem venire potuiſſet. Monſtrate: interrogatio eſt breuiſſima que tamē neceſſaria ad fallendum continet Dixit & ſigna veſtitus & habitum expreſſit. Breui⁹ autem reſpondet Aeneas: nec tñ a propoſitis oberrat. ¶ Ordo eſt. At. i. ſed eneas pius: voluēs ideſt agitans & reputans ſecum: plurima ideſt plurimas res: p noctem cōſtituit querere. i. indagare explorare aut inquirere: vt primū. i. vbi primum aut cum primum lux alma ideſt que cunctos per laborem alit: data. i. a dijs conceſſa eſt tempore. ſ. matutino: exire ideſt ad exeūdum. & explorare ideſt ad explorandum locos nouos ideſt quos recēter acceſſerint (hinc patere poteſt: locos terre etiam dici: licet pri⁹ dixerit: loca feta furentibus auſtris) cōſtituit dico querere quas oras. i. regiones acceſſerit (non ſponte quia ſtultum fuiſſet petere locos ignotos: ſed) vento ideſt vi ventorum impellentium: & qui teneant ideſt poſſideant ſup. eas oras: ne pro an homines: ne pro an fere. i. belue ſylueſtres quod ideo querere cōſtituit. nam videt inculta ideſt locos incultos: nō. n. ita dudum. Dido i eam regionem venerat: & conſtituit referre ideſt recitare & vt dicūt reportare: ſocijs. ſ. ſuis exacta ideſt exq̄ſita aut

Ordo.

repta: & occulit (ſcius fraudis humane) claſſem ſupple ſuā: i cōuexo nemorū ſub rupe cauata clauſam circum. i. p circuitū. hoc eſt occluſam aut ſeptā arborib⁹: atq; vmbris horrentib⁹: aut vt prius dixit placidis aut horrorē ꝓpter ſolitudinē inducētibus: ipſe: comitat⁹ vno. i. ſolo achate: viro illo fido: ſed ad lapillum vt prius dictū eſt reſpicit: gradit̄. i. īgredit̄: criſpās. i. vibrās (diſtinctim aūt cōſtruent̄ epitheta alterū ante xͦbū & alterū poſt ipm: ne ab vna parte duo ſint ſine cōiunctione media) manu ſup. ſua videlicet altera: bina haſtilia. i. iacula: lato ferro. i. hñtia latū ferrū vt hñt venabula. i. cuſpides venatorie. Cui. ſ. enee: mater. ſ. venus obuia. i. obuiā veniēs. tulit ſe. i. ingreſſa eſt media ſylua. i. p mediā ſyluā: gerēs. i. p̄ ſe ferens: os i. aſpectū & pudorē aut habitū virginis: & arma. i. inſtrumēta venatoria: virginis ſpartane. i. laconice. Nā ex inſtituto & precepto licurgi mulieres ſpartane cogebant̄ virilibus officijs exerceri: Vnde & parthenos mons in laconia dictus eſt q̄ in eo virgines venari ſoleant. parthenice enim virgo eſt. vñ Properti⁹. Multa tue ſparte miramur iura paleſtre. Sed mage xͦginei: tot bona gymnaſij: de hoc mōte lati⁹ in Georgi. ibi pthenios canib⁹ circūdare ſaltus. Virginis ergo ſpartane. i. lacene venatricis. vel ſupple exiſtēs talis qualis harpalice: filia vt q̄dem volūt boree: certe regis thracie: vñ ſubdit: threiſſa. i. threſſa hoc eſt ex thracia: fatigat equos: dū. ſ. patrē a getis liberatura eos inſeq̄bat: & p̄uertit̄. i. antecedit: fuga. i. curſu: aut preuertit̄ hebrū. i. fluuiū illum thracie rapidiſſimum. vñ addit volucrē fuga. i. quaſi volantē p̄cipiti curſu: defluit n. ex montibus niuibuſq; auctus celerrime fert̄. Ideo autē erat ſimilis harpalice aut ſpartane virgini nāq; pro quia: ſuſpenderat humeris arcum habilem. i. aptū virgini: vñ addit de more. i. vt illis moris erat: exiſtens venatrix. i. tāq̄ venatrix: & dederat ventis diffundere. i. diſpergere comā: aut dederat comā diffundere. i. vt coma diffunderetur: ventis. i. per ventos: hoc eſt expoſuit comam ventis diffundendam: exiſtēs nuda genu. i. habens genu nudum: & collecta ſinus fluentis. i. habens ſinus fluentes collectos: nodo. i. īnodum. at ipſa prior inquit heus (quod reuocandi eſt aduerbiū) iuuenes qđ beniuole viro a muliere dicitur cum iā eneas prouectior eſſet: monſtrate. i. indicate ſi vidiſtis forte quā. i. aliquā. mearum ſororū. i. ſimili ſtudio intentarum aut reuera ſororū (id aūt pcunctatur venus vt nō agnoſceret̄: nā voluit effingere morē virginū ac ceteroꝝ meticuloſorum qui dum in nemore dep̄hēdunt̄ et ſi nullā habeāt ſocietatē aut comitiuā percūctant̄: an ne viderint comites: vt minor ſit inuadēdi audacia) vidiſtis ne ergo aliquā mearum ſororū quaſi illic multas habeat: errātē hic. i. in hoc nemore diſcurrentē poſt feras: & ſuccinctā pharetra & tegmine. i. pelle. lyncis. i. illius fere: maculoſe. i. varijs maculis inſperſe: quā ferebant q eā detraxerant: aut p̄mentē. i. retinentē & imorantē clamore ſ. valido: curſū apri. i. porci ſylueſtris: ſpumātis. i. ſpumā emittētis exagitatiōe & ira perciti: q. d. ſe tales habere in vicino ſorores q̄ & lyncē & aprū iuadere audeant.

Sic venus.

Poeta. Sic venus: & veneris cōtra ſic filius orſus.
Aeneas Nulla tuarū audita mihi: neq; viſa ſororum.
O quā te memorē virgo? nāq; haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominē ſonat: o dea certe:
An phœbi ſoror: an nympharū ſanguinis vna:
Sis felix: noſtrumq; leues quæcunq; laborem.
Et quo ſub cœlo: tandē: quibus orbis in oris
Iactemur doceas: ignari homiuūq; locorūq;
Erramus: vento huc vaſtis & fluctibus acti:
Multa tibi añ aras noſtra cadet hoſtia dextra.

Aſcen. ¶ Sic venus. Oſtendit quā eſtimationem de venere non agnita habuerit eneas: quidq; illi rñderit vt Donatus explanat his v̄bis. Dona. O quā te memorē. Cōpleto rñſo explicat ſeriem: eſtimationis: quā de ea habuit. O dea: cū hoc ꝓnunciatum ſit: ſequatur certe an phebi ſoror. Quecūq; ſiue Diana: ſiue nympha. Hec autem enee datur ſcientia religionum: nō enim poſſet aliquid diuinum ītelligere in hominis forma niſi qa pollebat oī ſcientia ſacrorum. Hec ille. Ordo. Ordo eſt. Venus ſup. locuta eſt ſic: & filius veneris. ſ. eneas orſus eſt ideſt incepit loqui. contra ideſt viciſſim aut rñdendo. Nulla tuarum ſororum ſup. eſt audita aut viſa mihi. i. a me: debebat dicere reuerentie cauſa aut dea aut virgo aut domina: nā ineptum eſt nulla dignitatis compellatione quēuis dignitate ꝑditum cōpellare: ſed excuſat ignorantiā ſuā: quia videlicet neſcit qualem cōpellet dicens. O quaſi adderevellet dea aut virgo: ſed dubitans ait: quā. i. qualem ſecundū nōnullos memorem ideſt cōpellē te: alij dicūt q̄. i. quantū ego memorē. i. tui memoriam celebrē ſed inuertunt filum & cōtextum verborū: dicam⁹ ergo ſimpliciter: o virgo quā memorem. i. cōpellē te: hoc eſt an deā an mortalem: q. d. videris qdē virgo vt de illo non dubitē: ſed neſcio an mortalē an īmortalē cēſeā nāq; vultus eſt ſup. tibi: haud. i. nō mortalis. i. qualis mortali competat: nec vox ſonat ideſt repreſentat hominem. i. humanum ſermonē (quo cognito licet more venatricis inceſſerit: concīduit deam eſſe. dicēs) o certe dea. ſed licet neſciam an ſoror phebi. i. diana q̄ venatrix eſt. an vna ſanguinis. i de ſanguine nympharum: tamen ſis felix. i. auxiliatrix: aut reuera felix. i. beata (vt duo optet & illi bene eſſe & ſibi) ſis ergo felix: & leues noſtrum laborē: ſ. indagande regionis huius q̄cunq; ſup: es ſeu phebi ſoror ſeu alia dea leues dicit nr̄m laborē: & ꝓ. i. doceas ſub quo celo. i. in quo climate: & in quibus oris. i. regionibus orbis: qa nō de pte ſed de vniuerſo vt maior ſit cōmiſeratio dubitare ſe ſignificat: & ſi reuera dubitat excuſatur: quia ceca caligine illuc appulſus: cum tñ ſyderum peritus eſſet. nos iactemur tandem. i. poſt tot naufraugia & errores nr̄os: nos enim erramus ignari hoīum & locorū (Hypermeter eſt verſus: in quo ſyllaba abundans ſequenti vocali abſumitur) acti: id eſt impulſi huc vento & vaſtis fluctibus. id eſt procellis: multa hoſtia i. plurimum ſacrificij: cadet tibi id eſt in honorem tuum: an te aras: noſtra dextra. i. cum a nobis mactabitur & aris tibi extructis imponetur & ita nihil dubitat Aeneas eam eſſe deam: quam peritiam habere potuit ſecundum Donatum vt vidimus eo q̄ heros dea matre genitus.

SER. ¶ O quā te. nō dubitat eſſe deam. ſed q̄ dea ſit. Nec vox hoīem ſonat græca figura eſt. O dea cōcluſio ſyllogiſmi Syllogiſmus qui cōſtat ex ꝓpoſitione aſſumptione: & cōcluſione. Nā ſi nec vox. nec vult⁹ mortalis ē: reſtat vt dea ſit. An phœbi ſoror. a loco & ab habitu putat eſſe Dianā. q̄ in ſyluis venat̄. Sanguinis. i. generis. Felix. ꝓpitia. Nam & q dat: Felix. & qui recipit felicitatē felix dicitur. Sic in Buco. Sis bonus o felixq; tuis. Et ī ſeptimo. Quę potui infelix. i. aduerſa troianis. Leues. leuē facias. Quęcūq;. ſeu Diana ſeu nympha. Quo ſub cœlo: ſub qua parte cœli. Vel ſecundum Epicurum qui plures poſuit mundos. Tandem: vacat ad ornatum enim ponuntur. Vacātia. Tandem. Quidem puta. eñ. dū: gētiū locorū terrarum. Locorūq;: hypermetrus verſus vna enim ſyllaba abūdat. qui quotiens fit: debet ſequēs a vocali incipere vt hic. Sic etiam Omina Mercurio ſimilis vocemq; coloremq; & crines: niſi in fine fiat ſynereſis: vt Nec cura peculi ꝓ peculij. Hoſtia ſacrificiū quod fit cum itur in hoſtes. Victima aūt quod fit poſt victoriam. Tamen licenter hæc confundit auctoritas.

Aſcen. ¶ Tum venus &c. Vt q̄ vellet cōuenientius indicaret filio noluit ſe deā fateri: itaq; illi primū occurrit vt argute docet Donatus his verbis. Dona: Haud eqdem Cogebat nō ad interrogata rñdere: quia & ipſa ignorātes cupiebat iſtruere: ſed primo nō primis: ſed nouiſſimis occurrit. Nā ſi oblationem ſacrificij in extremo poſitam tacēdo acceptaſſet cōfirmaſſet ſe deam: qđ cōfutare feſtinat. Tali: nā ſi honorificētiā mereor talis erit: que homini preſtāda nō deo exhibenda ſit. Virginibus tyrijs: quia venus ſuſpicari poterat quib⁹ ſignis illi deam ſe putabāt. Idcirco illa conat̄ auertere. Habitus eñ quo me deam ſuſpicamini non meus eſt inqt: ſed omnium tyriarum virginum: que in his regionib⁹ ſunt. Ergo patrius mos pharetram & cothurnos prebet. Hoc autem facile poterat illa perſuadere: quia eneas ſe regiōes ac homines ignorare dixerat. Punica. r. v. breuis & concinna narratio. Non enī debuit eneas ſub incerto diutius teneri: & ipſa idem volebat. Rñdet aūt eo ordine quo interrogatur. Ille eñ quo ſub celo &. q. o. in. o. hec: punica regna vides & d'ſignato loco dicit pſonas tyrios inqt & ad dit ſupioris conditoris nomē. Fines lybici: illic enī occurrēte pelago aphrice termini claudunt

Poeta. Tū ven⁹. Haud eqdē tali me dignor honore.
Venus. Virginibus tyrijs mos eſt geſtare pharetram:
Purpureoq; alte ſuras vincire Cothurno.
Punica regna vides: tyrios & Agenoris vrbē.
Sed fines Libyci: genus intractabile bello.
Imperium Dido tyria regit vrbe profecta
Germanum fugiens: longa eſt iniuria: longæ
Ambages: ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat ditiſſimus agri
Phœnicum: & magno miſeræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat: primiſq; iugarat
Ominibus: ſed regna tyri germanus habebat
Pygmalion: ſcelere ante alios īmanior omnes:
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius ante aras atq; auri cæcus amore
Clam ferro

Clam: ferro: incautū ſuperat: ſecurus amorum
Germane: factumq; diu cælauit: & ægram
Multa malus ſimulans vana ſpe luſit amantem
Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Coniugis ora modis attollens pallida miris.
Crudelis aras: traiectaq; pectora ferro
Nudauit: cæcūq; domus ſcelus omne retexit:
Tum celerare fugā: patriaq; excedere ſuadet:
Auxiliumq; viæ veteres tellure recludit
Theſauros: ignotum argenti pondus & auri.

clauduntur. Inſuperabile: meminerat em̄ ex perſona ſua dixiſſe. Studijſq; aſperrima belli. Nec eſt hic repetitio eiuſdē rei quoniā & dici neceſſe fuit & ex alterius perſona dictū eſt. Imperiū. d. mira breuitas: ſed que multa cōplectat. Preteritū em̄ & pñs ponit: & que vocaret & quid ageret que illic imperabat. Cōpēdij vero cauſa fuit ne interrogādo rñdendoq; longū fieret: qđ mature debuit fieri. Germanū fugiēs: potuit enim queri qua cauſa impulſa fuerit vt relicta patria mulier: qđ difficile eſt longinqua ſectaret. Longa eſt in hoc addit qa incredibile fuerat tātam interueniſſe cām que cogeret germanā dura ſectari relinquentē eū quē amare debebat. Sed ſūma ſe. Artificioſa narratio. Nā multa ꝑtermiſſuram ſe ſimulat: vt ſpe breuitatis attentius audiret. huic cōiunx: amoris inter cōiuges honeſtas inſerit cauſas Amabat inquit hominē ſecuta iudiciū patris & diuitē & probū intactam multū em̄ differt inter affectū virginis & eius que ſcđo nupſit primis nullis alijs ſed ſolis Sed regna tyri: ex quo intelligitur habuiſſe ſpē faciendi: & factū defendendi: quia rex immanior ſcelere: nō em̄ eſt intelligendū qđ furor medius inter Sicheū & Pigmalionē venit. Nam ſic defendi poſſet Pigmalionis factū ſi nō voluntate ſed furore peccauit: & furens fuiſſet Sicheus. ergo pares. Quapropter ita pronunciandū: vt Sicheus fuerit innoxius pigmalion vero omnibus alij ſceleratior quos in facinus impulit furor. Ergo alij ſi in crimina inciderūt furor cauſa fuit. aut inſania: aut animi dolor: & poſſunt habere veniā facti. Pigmalion vero aliorum cōparatione ſceleratior oſtenditur quia voluntate nō caſu: aut neceſſitate ſcelus admiſit Cecus amore vnā cauſam ponit a vitio nature ꝑfectā Sed cui alia crimina adnectuntur. Nam Sallu. ait Auaricia fidē probitatem ceteraſq; bonas artes ſubuertit. Pro ijs ſuperbiam crudelitatē: deos neglegere & oīa venalia hr̄e edocuit Auaricie ergo crudelitas comes perfidiaq; coniuncta. Non enim poteſt voto potiri niſi ad id per ſcelus venerit. habemus exempla apud poetā hic Pigmalionis: in tertio polymneſtoris. In ſexto qui auro patriam prodiderat. Nihil autem in prima narrationis parte fruſtra poſitū eſt Ditiſſimus a. imitatur peſſima natura opulentiā. Et magno. m. d. a. hic grauat̄ factum vt chariſſimū ſorori virum necarit. Cui pater: vt cōtra iudicium patris fecerit. Clam. grauat factum: Nullus em̄ clam facit: niſi illicitū eſſe ſciat. vel clā. Ne ſi palā innocēs defendi poſſet Ergo clā vt lateret autor. Quis em crederet ſororis virū innoxiū amabilē nullis interuenientibus inimicitijs ab eo ceſum. Ante aras: occidit ꝓpter ſolā auariciā: cū rex nulla inopia vrgeret occidit innoxiū: incautū ſororis virū. Ergo virtute oratoria vnum admiſſum quantis criminū generibꝰ aggrauat poeta & partes cōis loci ingreſſus: q̄ late diſcuſſit nō omiſſa breuitate que ęneę neceſſaria erat: propter tot calamitates feſtinanti. Ille de quo nihil tale ſperabatur. Ille quē nulla vrgebat inopia. qui germanā viro priuare nō debebat: qui affinem ſeruare debuit. Qui contra nature religionem faceret. Contra iudiciū patris rupto humanitatis & affinitatis vinculo. Ante aras: vt ſceleri ſacrilegium adderet. Ante aras. i. dijs ſpectantibus quos humana cede funeſtare nō debuit. Auri cecus: a cupiditate enim impeditus non conſiderauit vbi quid cur & in quem faceret: Factum celauit. Duplici de cauſa. Prima ne manifeſta cede ad autorem aliqua via iretur. Secunda ne re patefacta potiendi auri occaſione priuaretur. Ipſa ſed in. quoniam neq; ſuſpitio in Pygmalionem duci propter affinitatem poterat nec teſtis extabat poſita eſt imago Inhumati: vnde augetur crudelitas q̄ ceſum ſepultura priuauerit. Palentia vt iam illum ceſum intelligat additur. Crudeles aras: hoc per verba. Traiecta: hoc per viſum nudatur. Auaricia.

SER. Honore. i. ſacrificio: & aut vult probare ſe nō eſſe numē ſed hominem: aut qa paphie veneri: que in cypro colitur. thure tm̄ & floribꝰ ſacrificat̄. Dignor: dignā iudico: vt Cōiugio āchiſa veneris dignate ſuꝑbo. i. digne habite. purpureo pulchro aut roſei coloris Cothurno: calcei ſpecies eſt venatorij: quo etiā ſura vincit̄: & aptus vtriq; pedi vnde ſingulari vſus eſt. Punica regna vides. attentum facit. Agenoris. quam fecerunt agenoride. Agenor rex phœnicum fuit ſic illud Euboicis. c. al. oris. i. cumis q̄s ædificarūt: ij qui de chalcide euboie venerūt. Libyci: dubie dicta aperit. Nam & tyrij alibi eſſe potuerunt. Intractabile: inſuperabile: aſperum ſæuum. Germanum fugiens: hoc ſtupuit æneas. Vnde ſue auiditati preſcribit venus dicens: longa eſt iniuria. lon. am. Iniuria. ideſt cauſa ab eo quod ſequitur id quod precedit. Ambages: circuitus. Faſtigia: primordia. ſcit em̄ hiſtoriam Carthaginis longam. Sic Salluſt. de Carthagine ſilere melius puto q̄ parum dicere. Huic coniunx. cum nomina a verſibus abhorrentia inuenit poeta: aut ea mutat: aut aliquid inde mutilat: nam hic Sicarbas dictus eſt. Belus Didonis pater dictꝰ eſt Methres Carthago a cartha: vt lectum eſt in hiſtoria pœnorum. Sichæus primam natura corripit: ſed hic ectaſim facit licētia: que in proprijs nominibus eſt. in quibus licet in quauis parte ſyllabe mutare naturam: idem euenit etiam in appellatiuis: ſi a proprijs ſunt vt Sicano pretenta ſinu que a Sicano rege eſt. Miſeræ datiui eſt Omnibus: Augurijs ſecundum Romanos qui nihil ſine augurijs agebant. Lucanus contentiq; auſpice bruto. Tyri: aduerbium. Ante alios: quos inter medius ve. fu. quaſi dicat Atreo & Tyeſte: vel Eteocle. & Polinice. Sicheum: ſi hic ſecūdum naturam eſt. Ante aras. probat curimpius: quia ante aras. Securus. Contemnens vt ſecuri pelagi atq; mei. ideſt cōtemptores: aut ſecurus erat de amore germane erga maritum: ob quem poſt mortem Sichei interempturam ſe putabat. Nam niſi & ipſa periret auro ille potiri non poterat. Amores in plurali numero ad voluptatem: in ſingulari ad religionem pertinent. Aegram: mœſtā Multa malus ſimulans: ſed quomodo hoc: cū alibi ſit. quis fallere poſſit amantem. Sed oſtenditur nimia illius malitia qui etiam amātem fefellerit. Vana ſpe dicebat enim illum reuerſum. In ſōnis: ſi ab inſomnio eſt erit ſyneresis: vt pecuLi. Si a ſomno erit in ſomnis. ideſt dū ſomnos caperet. Crudeles. Epitheton de cauſa eſt. Nam are pie ſunt. Retexit: oſtendit quid ſit nudat. Suadet: ſecundum naturam duæ ſunt ſyllabæ. Multi vero triſyllabum putant: quod ſi inueniatur diſſolutio eſt vt dicimus æna: & ahena. Hoc autem ſolum huiuſmodi verbum in latino inuenitur. Ignotum: aut quod ignorabat Dido: vel tantum quātum nullus vnq̄ nouit.

Cothurnꝰ Agenor. Sicarbas Methres. Cartha propria nomina. Securus. Amores.

Cecũq;.d.ſtrictim ponit que ſupra diffuſius dicta fuerant. Suadet aũt fugam quoniam neq; vlciſci valet neq;
apud ſceleratum tuta eſſe põt. Auxiliũq;.v.propoſita fuga addit facilitatẽ in tanta theſaurorũ copia hec ille.
Oido. Si qua nos adiecta volemus in ordine ponentur qui talis eſt. Venus ſup.inquit aut reſpõdit: tum.i.tunc quũ
talia audiret: equidẽ.i.ego quidẽ haud.i.non dignor.i.dignam cenſeo aut facio(non negat tamen ſe dignam
eſſe: ſed dicit ſe non dignã reputare pro tunc precipue cui a filio ſacrificetur: itaq; obſcurus vera inuoluit: non
em̃ mentitur nec falſum dicit) me tali honore.i.ſacrificio dijs & deabus debito: non tamẽ vt dixi ſe deam ne-
gat: ſed an putetur dea(noluit em̃ agnoſci ne filius agnita matre diutius immoref: nec ſocijs vt ilioneo & ce-
teris corã Didone agentibus ſubueniat) docet ideo non debere deã cẽſeri ꝙ in venatricis habitu conſpicif di-
cens. Mos eſt virginibus tyrijs.i.a tyro profectis: aut reuera tyrijs: geſtare pharetrã.i.thecam ſagittarũ: & vin-
cire alte ſuras.i.poſteriora tibiarũ ſub poplitib⁹: hoc eſt accipiendo a parte totũ crura genuũ tenus: cothurno:
ideſt altiſſimo calceamẽto vtriq; pedi apto: quali contra: vepres venatores ac venatrices vtũtur: purpureo:
Agenor ideſt purpurei coloris qui ad ornatum adhibetur.q.d.non ideo me deã putes ꝙ hoc habitu incedo: nã mos vir
ginum in hac patria eſt: ſed vt ad interrogata tua reſpondeã. tu vides regna punica.i.penorum que ſunt in
aphrica: erant em̃ non procul a carthagine: & tu vides tyrios.i.populos a tyro profectos: quia dictũ eſt. Vrbs
antiqua fuit(tyri tenuere coloni) Carthago.& vrbem agenoris.i.quam fecerunt agenoride.i.ab agenore re
ge phenicum deducti populi(Cuius genus ſic deducit Landinus: Ex ioue inquit natus eſt epaphus.ex epapho
Sicarbas. belus priſcus: ex belo agenor.ex agenore phenix: ex phenice belus ſecundus qui & methres eſt appellatus: ex
Belidæ quo Pigmalion & Dido ſeu eliſſa & Anna. Dido aũt eam vrbem condidit ſeccundũ poetam quã nunc videre
poterat. Ad claritatem ergo vrbis vocat eã agenoris vrbem non ꝙ agenor eã condiderit aut in eis locis regna
uerit: ſed quia dido que ab eo deſcendit cum ijs populis quorũ maiores aliquando ſub agenore fuerãt eam cõ
didit Eiuſdẽ(inquit idẽ Landinus) phenicis filius fuit philiſtenes ex quo natus Sicarbas (quem poeta ſicheũ
vocat) qui patri in ſacerdotio ſucceſſit & elyſſam que Dido a marone appellatur vxorem accepit. Eſt ab eodẽ
belo priſco & alia ſucceſſio: fuerunt enim ei filij Danaus & egyptus. Aegiptus linceum genuit qui pulſo ſiue
ceſo patruo ſuo danao argis regnauit: reliquitq; abantẽ filiũ(q̃uis ſint qui hunc a priſco belo genitum ſcribãt:
abas genuit Iaſium & iaſius amphionẽ qui orcomeni & pili regnauit: item Talaonem ex quo natus eſt adra-
ſtus. Ex eodem belo agenor eſt: huius filius fuit cylix: ex cylice pygmalion oritur: qui cylicum manu cyprum
occupauit & paphum genuit: qui oppidum de ſuo nomine nuncupatum & in eo veneris templum condi-
dit cynaramq; filium reliquit qui ex myrrha filia: ab ea tamen deceptus adonem genuit) Sed fines.i.extremi
tates aut ore huius regionis ſup.ſunt: libyci.i.a lbycis populis habitate: appoſitorie: genus ſup.populi intra-
ctabile.i.durum: & aſperum quod a nullo tractari debeat(quod addit venus ne mentem inducat æneas pro-
grediendi: & vt potius apud Didonẽ maneat donec abeundi facultas eſſet nam idcirco vt in hoc primo vide-
bimus: diuinũ afflauit honorem) bello.i.per bellum. Dido profecta.i.que deſcendit & migrauit vrbe tyria.i.
a tyrio: tenuit imperium.i.regnum huius regionis: profecta aũt fugiens.i.quia fugit germanum.i.fratrem.ſ.
Pygmalionẽ: iniuria.ſ.que ei illata eſt: eſt longa.i.longo ſermone recitanda(Opus aũt erat aliquid dicere: qa
ſtatim occurrebat queſtio cur ſoror germanum fugerat.nã id non faceret niſi aut impia aut impiũ nec tamen
expediuit pro tempore multa dicere: vnde addit) ambages.i.inuolucra rerum & verborum que aperiri debe-
rẽt ijs qui velint rem a primordio intelligere: ſunt longe: ſed ego ſequar.i.tenebo: ſumma faſtigia.i.capita rerũ
ſcilicet geſtarum cur & quomodo fugerat. Coniunx erat huic.ſ.Didoni ſicheus nomine(vocabaf tamen ſicar
bas. Seruius aũt dicit mutatum eſſe vocabulum propter aſperitatem ſed difficile eſt videre quid aſperitatis ſit
in eo qđ reiecit plus q̃ in qđ aſſumpſit. Quocirca lubet mihi aliam rationem cõminiſci. Nam ſi ſicarbam di
xiſſet: plane conuinci potuiſſet de ignoratione temporis: nam elyſſam ſicarbe coniugem longe poſtea tempo
ra natã cõſtat.qđ ſi quis poete obijceret: dicere poſſet & aliam fuiſſe que prima carthaginis fundamenta iece-
rat & ſicheo nupſerat. Niſi potius dixerimus etiam poetam in tota hiſtoria de Didone dormitaſſe excuſatum
tamen quia opus caſtigare morte preuentus non potuit) ſicheus inquam ditiſſimus phenicũ.i.inter phenices
agri.i.agrorum poſſeſſione.(Si grãmatici petãt duos gtõs a ſuperlatiuo alterũ virtute propria hoc eſt virtute
gradus: alterũ virtute vocabuli rectos poſſint hi dari: nã phenicũ regitur virtute gradus agri virtute vocabuli
dicimus em̃ diuitẽ agri nõ phenicũ in hoc quidẽ ſenſu) erat vt dixi: cõiunx huic & dilectus miſere.ſ.amãti qa
amans ſemp miſere cruciaf.& põt eſſe nomẽ & aduerbiũ: ſed potius cenſuero cũ Seruio nomẽ: vt miſerã dicat
quia dilecto cõiuge viduatã indigne. dilectus ergo miſere Didoni: hoc eſt miſeratione digne: & eſt datiuus re
ſolubilis in ablm̃.i.a miſera Didone magno amore: qa primo(primus aũt quiſq; amor maxim⁹ eſſe ſolet. vñ
ipſa in quarto. Ille meos primus qui me ſubiunxit amores Abſtulit: ille habeat ſecũ ſeruetq; pulchro) Cui.ſ.
ſicheo: pater.ſ.methres aut belus ſecundus: dederat ſup.eã nuptui: intactã.i.virginẽ inuiolatã & iugarat.i.cõ
iugauerat: primis ominib⁹.i.auſpicijs: vel augurijs. Sed pygmalion german⁹ eius imanior.i.ſeuior & inhũa
nior: ſcelere.i.ꝓpter ſcelus comiſſum ante oĩs alios.ſ.fratres inter quos venit furor medius.i.qui per furorẽ me
diantẽ inter ſe fuerũt ſeui: cuiuſmodi fuerũt atreus & thyeſtes: eteocles & polinices quorũ poſteriorũ ſeuitiam
ſtatius deſcribit: ſed pygmaliõ nõ furore percit⁹ ſed auri cecus amore rẽ patrauit: hic ergo pygmaliõ: habebat
dũ Dido ſic cõiugẽ ſuũ ſicheũ amabat aut dũ ei a patre cõiungeref: regna tyri: qa maſculus & maximus natu
ille.ſ.pygmalion exiſtẽs ĩpius: qa violator tẽpli & affinitatis deorũ autoritate cõtracte: & cecus amore auri: ſu
perat.i.adorif & vincit ferro.i.ſicca aut mucrõe: clã.i.ex inſidijs & incautũ ante aras.ſ.deorũ oĩbus modis pur-
gat ſicheũ ab ignauia & imbecillitate: ne forte eneę viro forti diſpliceat Dido ſi prius imbelli nupta fuiſſet. Si
em̃ æneas dixerit qũo ſuperauit vir virũ tã faciliter: rñdet quia clã & ferro.q.d.ſi ꝓuiſus fuiſſet aut armatũ in
uaſiſſet vbi iermẽ adortus eſt: nõ ita ſuperaſſet eũ. At ſi nũc dixerit nõ ꝓuidi eſſe viri ſolũ.i.ſine cuſtode & iner
men incedere: purgat hoc quia ante aras: rebus em̃ diuinis intentũ non decuit armari. vnde in ſcđo huius. Tu
genitor cape ſacra manu patrioſq; penates Me bello ex tanto digreſſum & cede recenti Attrectare nephas do-
nec me flumine viuo Abluero) ſuperat inquã ſecurus amorũ.i.nihil curans de amoribus germane: hoc eſt nul
la pietate motus in germanã licet ſciret eam miſere cõiugem deperire: aut ſecurus.i.certus amorũ germane.i.
ſororis ſue: & ita ſperans eã per impatientiã amoris etiã obiturã: qđ ſperabat vt ſolus rerũ potiref: qđ tamẽ nõ
obtinuit vnde dicef portanf auari pygmalionis opes pelago: nõ que eius erãt: ſed quas ſuas eſſet ſperabat ac iã
tũ ducebat: & ipſe germanus.ſ.pygmalion celauit.i.occultũ & ignotũ tenuit factũ.i.parricidiũ(nam fratrici
diũ non dicimus) & ipſe malus.i.iniquus: ſimilans.i.fingens: multa.i.multas cauſas de abſentia ſichei. luſit.i.
illuſit: amantem.ſ.Didonem: egram.ſ.animo.i.miſere pereuntem vana ſpe: quia dicebat eum propediẽ affore
querens occaſionem obtinendi theſauri: quem vi auferre non audebat: aut nolebat ſperans ſe id propediẽ ſine
tumultu

tumultu inuenta opportunitate facturũ.Sed ipſa imago cõiugis.ſ.ſichei occiſi:inhumati: aut nõ humati:qa
honore ſepulture & exequijs funebribus nondũ affecti:aut multũ humati.i.humo tecti:ne cadauer eius inue
niretur ſed cum Donato dixerim nondum humati ſaltem rite: venit in ſomnis. i .apparuit per inſomnia aut
dum ſomno tenebatur:attollens vt .ſ.videantur:ora pallida.ſ.pallore mortis:miris modis.i.mirabiliter& nu
dauit.i.apperuit & ſignis indicauit:aras crudelis.i.ante quas crudeliter occiſus eſt:vel quarum dij id crudeli≈
ter permiſerant aut iam non vlciſcebantur :& pectora.ſ.ſua:traiecta ferro: & retexit.i.reuelauit & aperuit ſeu
oſtẽdit ſcelus cecum.i.occultum: domus.ſ.eius:hoc eſt quod domi eius patratum erat: omne.i.totum hoc eſt
ſignis quibuſdam ſignificauit didoni quomodo a fratre eius pygmalione ante aras occiſus erat & vbi ſepul≈
tus & ſuadet tum.i.deinde:celerare:ideſt celeriter facere fugam & excedere patria.i.licet patria que chara om≈
nibus eſt.Nam non queuis regio ſed ea dumtaxat in qua natus eſt: ſua cuiq; patria eſt : & recludit.i. aperit &
recludere docet: tellure:ideſt e terra auxilium vie ideſt viaticum ſcilicet veteres theſauros: appoſitorie.pondus
auri & argenti ignotum ideſt aut qđ dido ignorauerat illic eſſe aut ipſum dum viueret poſſediſſe:aut tam ma
gnũ vt nullus vnq̃ tantum nouerit ſicut rem ſine pari inauditam dicimus.

ꝯHis commota fugam dido ſocioſq; parabat.
Conueniunt: quibus aut odiũ crudele tyranni:
Aut metus acer erat. naues que forte paratæ
Corripiunt: onerantq; auro. portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos: vbi nunc ingentia cernes
Mœnia: ſurgentemq; nouæ carthaginis arcem
Mercatiq; ſolum facti de nomine Byrſam
Taurino quantum poſſent circundare tergo
Sed vos qui tandẽ: quibus aut veniſtis ab oris:
Poeta. Quo ve tenetis iter: quærenti talibus ille
Suſpirans: imoq; trahens a pectore vocem.

SER ꝯQuibus aut:Oderant læſi:metuebãt lædendi:nõ ergo
voluntate ſed odio & metu abibant propter hoc in quar≈
to dixit:Quos ergo ſidonia vix vrbe reuelli.Crudele ideſt
crudelis tyramni per hypallagen:Nam in tyrannum iuſtũ
eſt odium pygmalionis . ideſt quas ſuas putabat. Hinc in
quarto. Vlta virũ:Nam que maior potuit eſſe pena. q̃ au
rum propter quod peccauerat perdere aliter falſum eſt vl≈
ta virum. Paratis:nam phœnices a rege pecuniam accipie
bant vt de peregrinis frumẽta coemerent. Naues igitur ad
hoc paratas accipit dido quam cum a fratre miſſi inſeque≈
rentur: illa aurum in mare deiecit : qđ illi videntes reuerſi
ſunt Surgentem erigentem ſe.Noue: Carthago lingua pœ
Carthago norum noua eſt ciuitas:Vt docet Liuius.Mercatiq; ſolum.
pellebat ex libya ab Iarba dido:itaq; callide emit tantũ ſo
li quantum poſſet bubulo corio teneri Verum corium in
tenuiſſimas corigias ſectum tetendit : occupauitq; ſtadia.
xxij.hoc breuiter tangit cum dicit non tegere:ſed circunda
re.Facti de.n.de cauſe qualitate.Tandem:vacat:Et eſt na≈
turalis interrogatio qui eſtis vnde & quo ſic in octauo li≈
cet mutato ordine.Quo tẽditis:& qui genus:vnde domo
Trahens.a.p.v.Subaudi dixit:nam quoties longe reſpon
det:parentheſis eſt: quoties nuſq;.eclyſis.

ꝯHis cõmota fugam dido &c. Pergit venus ASCEñ.
docẽs paucis quomodo dido in eam regionem
venerat ciuitatiſq; fundamenta illic iecerat vt Dona.
graphice declarat donatus his verbis.Odium:
eorum qui nonnullis viribus potuiſſent reſiſte
re.Metus:eorum qui aliquid crudelitatis expe
ctarent . Ergo alij fauebant didoni . ne ille oc≈
cupato auro fieret fortior. Alij propter metum
quibus ferebat occaſio vt carerent ſeuiſſimi ho
minis dominatione.Parate:Si enim aliquid in
nouaſſent in nauigijs dabatur aperta ſuſpitio.
Onerant auro.aurum omne & argentum iuſſe
rat tolli ſicheus: Sed iſti quia maior nauiũ co≈
pia ad omne tollendũ opus fuiſſet:id tulerunt
quod naues capere poſſent.Ergo auro id quidẽ
precioſius eſt& nõ argẽto.Onerant vt plus etiã
q̃ naues ferre poſſent impoſitũ eſſe videatur.
Quãta ergo fuit theſaurorũ copia cũ relicto ar
gentone totũ quidẽ aurum naues ferre poſſent
Auari pygmalionis omne illuc tendit: vt pbe
tur qđ dictũ eſt. Sed quo modo pygmalionis.
Qua illas ſuas futuras animo cõceperat ppter
qđ ſibi ereptas inique ferret.Dux femina ad in
ſultationẽ pygmalionis dictũ : vt ea duce per≈
diderit:qua aſſecuturum ſe putabat. Deuenere
locos:ordina ſic:deuenere locos : Mercatiq; ſo≈
lum.v.n.in.c.m.Nam edificium inſtitui non
potuit niſi prius empto ſolo.Taurino quantũ:
alij dicunt pecuniam tunc ex corio bubulo fuiſ
ſe: & pecuniam dictam q̃ ex pecore originem
duceret:tantũq; fuiſſe in precio loci: quantum
bouis corium conficere potuiſſet:alij fraudem
emptoris ponunt:qui tantũ mercatus ſit quan
tum corio bouis poſſit circundari: at venditor
nihil tale ſuſpicans arbitratus eſt tantũ dediſſe
quantũ integrũ coriũ poſſet occupare.Empto≈
res vero in tenuẽ corigiã illud ſecantes pluſq;
deberent occupantes ſed fabuloſa ſunt omnia:
nam ſi attendatur magnitudo vrbis.& quãta a
Vergi.deſcribit:nõ poterat: niſi latioribus lo≈
cis cõdi:licet poeta hoc credibile faciat dicẽdo
facti de nomine byrſam : quod & lingua greca
vnde fuit Dido: & punica.i.ipſius regionis in
qua res geſta : corium ſignificat.Sed vos:mira
breuitas interrogantis : nec fraude caret. Nam Byrſa.
conatur oſtendere:ſe non eſſe deam:ſed non fallit æneam.Nam cum magna animi laceratione reſpondet.Hec
ille.ꝯOrdo eſt.dido commota his.i.oſtentis ac viſis nocturnis parabat fugam.i.oportunitatem fugiendi:& Ordo.
ſocios.i.comites fuge:aut reuera ſocios: qui tyrannum fugere volebant etiam ſua non ſolius Didonis cauſa:
nam ſequit:cõueniũt.ſ.ſocij quibus erat aut odiũ tyranni crudele.i.incrudelẽ tyrannũ(Si quis tamẽ proprie&
ſine hypallage interpretari volet ſenſus erit.Odiũ fuiſſe crudele.i.acre & crudeliter cruciãs qa inuidia & liuor
torquet eos in quibus eſt)aut metus acer. i. vehemens & vehementer affligens vt conſimili ratione dictum
ſit:odiũ crudele:quia acre: vt dixi:hoc eſt omnes conueniebant & qui eũ oderũt propter iniuriã iam tum illa≈
tam:& qui acriter metuebant ne conſimilẽ inferat:quia vt dicit Horatius: Tunc tua res agitur paries quũ pro
ximus ardet Et ipſi corripiunt ideſt ſimul rapiunt naues que parate ſup.erant forte ideſt a fortuna : & onerant
ſup.eas auro:hoc eſt tantum auri ingeſſerunt quantum naues ferre poſſent opes pygmalionis auari.i.& quas
pygmalion iam ſuas putabat:portantur pelago.i.tranſuehuntur pelagus:femina.ſ.Dido : ſupp.eſt dux.i.du≈
ctrix & princeps:facti.ſ.tam inſignis quia pulchrũ eſt vlciſci auarũ & ſceleſtum hominẽ id aũt dicit ad inſul≈
tationem pygmalionis & in execrationem auaricie eius:& in laudem Didonis quam æneę conciliare:iam du
dũ venus eius rei perita:parat:Ipſi ergo nauibus aurũ auehentes:deuenere locos ideſt venerunt ad locos ſeu lo

ca: vbi. i. deſt in quibus: tu cernes nunc. i. ſtatim: mœnia ingentia. i. valde magna: & arcem. i. propugnacula & caſtella que in ciuitatibus eſſe ſolent: alludit ad arcem capitolinam: carthaginis noue. i. cuius pauloante fundamenta primum erant iacta. ſurgentem ſcilicet opera extruentium eam: deuenere dico locos & mercati ſunt ſolum ideſt terram aut fundum ſolidum in quo arcem & menia extruerēt: appoſitorie byrſam. i. corium (ſecundum Donatum) de nomine facti. i. a facto denominatam: nam mercati ſunt ſolum tantum quantum poſſent circundare tergo pro tergore. i. corio tergi: taurino. i. a tauro detracto: Sed ſupple dicite tandem: vos qui ſup. eſtis aut a quibus oris veniſtis ve pro vel: quo tenetis iter. ideſt quo tenditis: Ille ſcilicet æneas: ſuſpirās & trahens vocem a pectore imo: vt faciunt qui cum merore loquuntur: ſupple reſpondit talibus querenti ſcilicet veneri quam tamen non agnoſcebat: reſpondit autem que ſequuntur: ſed verbum reſpondit aut dixit per eclypſim honeſtam omittitur: honeſta autem eſt: quoties quod ſubauditur facile eſt intellectu: qualia ſunt generalia verba: vt ſunt gero: facio: vt nunc fama minores Italiam dixiſſe: fama ſupple eſt: naues que forte parate: ſubaudi erant: Talia per latium: ſubaudi gerebant. Piſcaris an venaris an ſtudes an ſimul omnia: ſubaudi facis: Item verba ad loquelam ſpectantia nunc ponuntur ſine ſuppoſitis: vt vrbem quam dicunt romam melibe putaui: Extremam vt perhibent: ita aiunt &c. nunc ſuppoſita ſine ipſis vt ſic venus: & hic querenti talibus vbi talibus poteſt regi & a participio querenti & a verbo reſpōdit ſubintellecto: & querenti pōt eſſe ſeptimi caſus in deſignatione ſequele poſiti vt ſit querenti ſupple venere. ideſt dum venus quereret: ſicut talia iactanti. ideſt dum æneas talia iactaret: & datiui vt regatur a verbo ſubintellecto.

ASCEN. ¶O dea &c. hec eſt reſponſio æneę miſerationem excitantis & ad ſingula interrogata veneris breuiter ſed non eo ordine quo interrogauerat reſpondentis quod autem dicit. Sum pius Aeneas argute defendit ab arrogantia per Seruium: nam quod de pietate dicit indicium inquit eſt: vnde ſciemus Aeneam tā inſigni pietate fuiſſe vt vulgo pius agnominaretur. Itaq; dicendo ſum pius æneas: non arrogat ſibi ſed indicat quis ſit: hoc eſt dicit ſe eū eſſe qui vulgo pius æneas appellat. de fama aūt qua dicit ſe ſuper ethera notū: dicere poſſumus cum Seruio: ꝙ cum heros eſſet debebat vera fateri cum et vlyxes apud Homerum dicat famā ſuam ad cœlum vſq; veniſſe. aut de pietate intelligendū eſſe: quam & in deos qui ſuper æthera ſunt & homines exercuiſſet. Aut reuera decere interdū ſe collaudare. Nā ſi rex ignotus inciderit in manus populi qui ipſi regi parcerent cum priuato obeſſent decenter ſe regem fateretur. Cum ergo æneas audiſſet quod dixerat venus Sed fines libyci genus intractabile bello: ne forte ignotus intercipiatur potuit dignitatem ſuam oſtēdere: preſertim coram ea a qua beneficium acceperat: vt ſignificaret ſe non indignum eſſe cui virgo reſponderit tam beniuole. Sed de his audiendus eſt Donatus dicens ſic.

Donatus. O dea: Duo dicit impedire: Vnum quia non vacat: Alterum quia breuitas temporis narrationē expleri non patitur properat redire ad ſuos a quibus in locis deſertis noctu ſeparari non debuit. Beniuolam aūt facit & honorificam cum deam appellat: Et attentam cum multitudinem calamitatum ſuarū proponit & non tamen omnes ſe dicturum: Reſpondet ad omnia ſed non ordine. Primo eñ reſpondet ſecunde. Quibus aut veniſtis ab oris. Et quis narratione totius diei nō poſſe expleri calamitates dixerit: tamen breuitate miranda labores omniū cōcluſit annorum Nam dicendo nos troia antiqua: primā temporis partem poſuit. Dum aūt diuerſa per. e. v. tangit mediam: & forte ſua libycis ponit poſtremā: & ſimul oſtendit ꝙ violentia fluctuū illuc appulerit: & quia cum dea putabat ſe loqui. commendat perſonam ſuam dicendo: Raptos. q. e. h. p. c. v. m. fama medie poſuit nec dixit qua fama nam & multi mala fama noti ſunt ſed qua fama intelligit ponit cum illum religione in deos fama ſuper æthera notus dicit. Cum. n. laborib⁹ meis eſſem notus toti orbi fama nominis mei ſine fine decurrens ad cœlum venit Italiam quero. ad id Quo ve tenetis iter: & ornaturus genus addit: qđ nō queſitum fuerat. Et gen⁹ a Ioue ſūmo Matre dea libēter auditur ꝙ gratias agat matri quaſi abſenti data fa-

ta: ergo

Aeneas.

¶O dea ſi prima repetēs ab origine pergam
Et vacet annales noſtrorum audire laborum:
Ante diem clauſo componet veſper olympo.
Nos troia antiqua (veſtras ſi forte per aures
Troie nomen ijt) diuerſa per æquora vectos
Forte ſua libycis tempeſtas apulit oris.
Sum pius Aeneas: raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum: fama ſuper æthera notus.
Italiam quero patriā & genus ab ioue ſummo
Bis denis phrygiū conſcendi nauibus æquor.
Matre dea monſtrante viam: data fata ſecutus.
Vix ſeptem conuulſæ vndis Euroq; ſuperſunt.
Ipſe ignotus: egens libye deſerta per agros
Europa atq; aſia pulſus nec plura querentem: Poeta.
Paſſa venus medio ſic interfata dolore eſt.

SER. ¶O dea. ita perſeuerat: in opinione ſua: vt illi tamen quā do ꝙ concedat. Si veſtras forte per aur. tr. no. ijt. vel illud eſt quod ſuperius dixit an nympharum ſanguis. v. Que non omnia ſciunt. & moriuntur ſecundum Ariſtote. vt fauni & panes. Ab origine: a raptu Helenæ. Pergam: perſeuerem ideſt vniuerſa dicam. Annales. Hiſtoria eſt eorum temporum quæ vidimus: aut videre potuimus dicta ab ιστορειν ideſt videre. Annales ſunt eorum annorum & temporum que noſtra ætas non vidit. Sed confunduntur vt hic: vbi annales pro hiſtoria ponuntur. (Pluris eſt autoritas cicerōis, & Gelij.) Clauſo: ſecundum poetas qui dicunt nocte claudi: die aperiri cœlum. Componet. finiet. Antiqua: nobili: vt Terra antiqua. ideſt nobilis: nec enim poterat eſſe noua. Forte ſua. caſu ſuo. ideſt quo ſolent eſt autem nomen a nominatiuo fors. Teren. Fors fiat. Libycis: hoc iam audierat. Oris. datiuus eſt pro accuſatiuo: vt ſupra. Pius: non arrogantia: ſed indicium eſt non enim ſcientibus: ſed neſcientibus de ſe loquitur: vel vt heroes loquitur quibus ꝙ mentiri turpe erat: tam vera reticere. Deniq; Vlyſſes quoq; in homero ait ſuam famam vſq; ad cœlū veniſſe: Hoſte: optima elocutio pluſq; ſignificat de plurali ad ſingularem trāſire. Hora. Et hinc multa cane apros in obſtantis plagas trudit. Patriam diſtinguit ab Italia: nā prouincia non patria eſt: ſed ciuitas: licet Salluſtius ſcribat Hiſpaniam antiquam ſibi patriam eſſe ſed illic ad laudem pertinet: non ad veritatem. Tria ergo querit prouinciam: ſcilicet Italiam: patriam corynthum: Vnde dardanus fuit. Genus ſcilicet quia ex Ioue & Electra dardanus natus troiane gentis author: Phrygium: helleſpontum. Conſcendi: bene dictū quia terra. vt aiunt phyſici inferius eſt elementū

aqua

aqua Nam continens ſupra contentum eſt Matre dea: tangit hiſtoriam. quam poetice ſcribens non poteſt aperte po
Lucanus nere Propterea Luca. non meruit eſſe in numero poetarum quia hyſtoriam & non poema vtdetur componere. Nam
Venus ſtella. Varro in ſecundo rerum diuinarum ait: ex eo quo a Troia eſt profectus Aeneas Veneris per diem ſtellam ſempervidiſſe: donec in laurentum agrum veniret: vbi non eſt amplius viſa: quare cognouit terras eſſe fatales. Ergo & alibi. Nuſq̄ abero. Et iamq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer idæ Data fata: a Ioue. Conuulſe: aut ſuperſunt vndis euroq; cōuulſæ: aut conuulſæ vndis & euro: quia ſupra eſt laxis la
Deeſt q̄ſi. terum compagibus. Ignotus: deeſt quaſi. Nam cōtrarium dicit Fama ſuper æthera notus. Subtrahit enim alias hanc dictionem: vt medias inter exultat amazon. nam volſca fuit. Europa atq; aſia: aut orbem in tres partes diuiſit: & ab ſolutum eſt. Aut ſi Europam tantū & Aſiam intelligimus inuidioſe loquitur: vt Venus Cunctus ob. i. t. c. o. quaſi dicat per troiam aſia careo per Italiam. Europa. Paſſa ve: vel propter ſuum vel propter filij dolorem.

ta: ergo nō voluntario a p̄ria diſceſſerat: Sic preterita ſtrictim tāgit: & in p̄nti imorat̄: vt maiorem moueat miſericordiā. Bis. d. oſtendit magnū numerū. Sunt aūt ſi dolentis animū excutere volumus ſepatatim ſingula cogitāda. vix oſtendit quanta difficultate euaſit. Ignotus: ſūma in humanis miſeria. in alienis terris nullius habere notitiam Augetur aūt ſi ſit egēs. Nam ſi non egeret: nō eſſet ei cuiuſq̄ noticia neceſſaria: ad hec duo mala ignotus & egens additur tertiū ſolitudo vt nihil advictū ſuppeteret: nec inueniret̄ qui daret. Europa atq; aſia: tacuit de Aphrica: quia in ipſa erat. Venus autem ſermonem interrupit: vel quia norat cuncta: vel quia non libenter audiebat: vel quia maturandum: quoniā ante noctē via monſtranda erat: Hec il
le. Beroaldus aūt dicit in Seruium ſic. Et ſi Ser BERO.
uio in hac re Iſidorus lib. i. etymologiarū ſuffra
gatur: tamē apud me pluris eſt autoritas cicero Hiſtoria
nis & Gellij qui vt opinor & Seruio & Iſidoro Annales

doctiores extiterunt. etem̄ Gellius in quinto illos arguens: qui de hiſtoria & animalibus idem qđ ſeruius tradiderunt: inquit annales omnino id eſſe qđ hiſtorie ſint: hiſtorias non omnino id eſſe qđ annales ſint tanq̄ alterum ſpeciale nomen ſit: alterum generale: itaq; hiſtoria erit rerū geſtarum expoſitio. Annales vero libri ſunt id qđ factū quoq; anno geſtum ve ſit continentes: hiſtoria quo conſilio qua ratione res geſte ſint. demonſtrat habet affectus: auditorem commouet. Annales aūt nudi ſunt nihil habent incitamenti. nec cōmouere quicq̄ poſſunt: ſimpliciter ſine vllis ornamentis. ſine fuco ſine affectibus res geſtas continentes, de quibus annalibus ita ſcribit cicero lib. ij. de ora. Erat hiſtoria annaliū confectio res omnes ſingulorū annorū mādabat literis pontifex maximus. efferebatq; in album. & proponebat tabulā domi p̄tās vt eſſet populo cognoſcendi. hiq; annales maximi nominant̄ Vergilius itaq; omniū rerū peritiſſimus ex perſona Aeneę tanq̄ pontificis dixit in primo. Et vacet annales noſtrorū audire laborū. nā cum pontifex annales conficiat. & æneas a poeta perinde ac pontifex inducat̄. merito annales appellat hiſtoriā rerū ſuarū. & hic Maronianus verſus a Macrobio cum diligentia lectus eſt & eruditiſſime expoſitus enucleatuſq;: a Seruio aūt parum curioſe examinatus penſitatuſq;.
Palla. veſtiū ἀποτουπαλλειν.Velamē cycladē Achanto.Virgultū flexuoſum herbacāthū vulgo dictū Cui⁹ imitatiōe veſtis ornat̄.
Herbacāthum. Argiuæ a vicinitate.ſic ēt mycenis.Nā ſparta na fuit.Eſt aūt omen futurę infœlicitatis.cū Dido adulte re ſuſcipit munera Incōceſſos.fato & legib⁹ Hymenęos.
Hymeneus. Eſt hymenæus deus nuptiarū.vel qdā iuuenis fuit q die nuptiarū oppſſus ē ruina.Vñ expiatiōis cā noīat̄ in nuptijs.ſed falſum ē.Nā vitari debuit nomē extincti. Ergo hymenæ⁹ vir fuit atheniēſis.q iter bella ſæuiſſima ꝟgines liberauit.ꝑpterea nomē ei⁹ ī nuptijs iuocat̄ q̄ſi liberatoris virginitatis.
Talaſſio. ſic Talaſſio apud romāos.Nā cū plebei⁹ i raptu ſabinarū virginē pulchrā duceret ne ei auferret ab alijs Talaſſionis eā ducis eē ſimulauit.cuius noīe fuit puellæ tuta virginitas.Ledæ.vel qđ ipa filię.vl' qđ ei iuppiter dedit.Sceptrū ilione.Mūera. offert apta pſonę ſicut latino i ſeptio.Maxia:ātiqt⁹ ēt fœmiæ regnabāt. pſertim prio genitæ.vñ ait maxia.Hęc vxor Polymneſtoris fuit.Monile:qđ & ſegmentū dr̄.iuue.Segmenta & lōgos habit⁹.licet ſegmētatas veſtes dicamus.vt ipſe & ſegmētatis dormiſſet paruula cunis Baccatū.ornatū margaritis Dr̄ aūt hoc margaritū & hęc margarita& hęc margaris vt hęc nais.Sunt q ſeparāt gemmas & margaritas.
Gēmæ. Margaritæ. Cice.Nullā gēmā aut margaritā.Et gēmas dicūt diuerſi coloris Margaritas vero albas.vel gēmas integras.Margaritas ptuſas.Duplicē.vel latā. vel duplicē gemmis & auro Hec celerans celeriter facere cupiens.

Ordo. Ordo eſt.Eneas pmittit.i. anteq̄ cena cum apparatu ſuo totaliter extructa eſſet. aut priuſq̄ Dido ſocijs ad littora miſit vigiti tauros &c. & id potius placet:q̄ vt cū Seruio dicam miſit prerapidum & non pmiſit quia ipſe ſecut⁹ nō eſt.Nā licet ipſe ſecutus non eſt alij tñ q donа Didonis attulerunt ſubſecuti ſunt pmittit ergo anteq̄ Dido ſuos mitteret rapidū achatem ad naues.ſ.quas ipe in littore derelīqrat: pmittit dico licet paulopoſt abituros eos ſciebat miniſtros Didonis.n. ꝑ qa: qa amor patrius.i.paternus nō eſt paſſus mentē.ſ.enee:cōſiſtere.i.quieſcere & trāquillā eſſe. tractum a mari.cui ſepe fluctuatio mentis comparatur: premittit dico:ſup.vt (q̄ particula honeſte reticeri ſolet)ferat.i.afferat:aut nūciet & dicat: Aſcanio.ſ.filio ſuo Iulo:hec.ſ.que dicta & facta ſunt:quaſi vero ipſum iam tunc ad imperium deſtinatū conſiliorū ſuoꝝ comitem eſſe cerit.& vt ducat ipm ad menia.ſ.carthaginēſia.Nā ſup.oīs cura parentis chari.i.redamati a filio ſtat.i.cōſiſtit in aſcanio.preterea ipe iubet ferre.i.afferre munera.i.pcioſam ſupellectilē vnde munera faciat:erepta ruinis iliacis.cum iā in man⁹ hoſtiū vētura eſſent id autem dicit ne a ſuis iniuſte abſtuliſſe.aut a grecis ob ꝑditionē ea accepiſſe dānetur.munera dico videlicet pallā.i.chlamydē muliebrem: rigentē.i.vix plicabilē.ſignis aureis.& velamē.i.cycladē achāto croceo.i.flexuoſū in more achanti:& crocei coloris.circūtextū.i.qđ circū textū erat in fimbrijs palle.appoſitio ornatus helene argiue potius diceret ſpartanæ.ſed argi ſpartis vicini ſunt quos.ſ.ornat⁹.illa.ſ.helena.extulerat mycenis:ꝑ amyclis.cū.i.qñ ipſa peteret pgama.i.troiā.& hymeneos.i.thalamos matrimoniales incōceſſos.i. negatos a dijs & legib⁹.qa alteri nupſerat.extulerat dico pallā appoſitionē.donū mirabile.i. admiratione dignū.mřis lede.i.qđ a leda mře aliqñ dono accepat & iō vt re chariſſimā & pcioſiſſimā relictis ceteris extulerat eam pallā.ꝑterea.i.inſup ſup.ferre iubet ſceptrū.i.regalē virgā.qđ.ſ.ſceptrū ilione maxima natarum priami que.ſ.inter filias ſe reginam gereret geſſerat olim.ſ.cum troia vigeret.& vt ferat monile.baccatum.i.baccis hoc eſt vnionibus ſiue margaritis ornatum.collo.i.quod ilione collo geſſerat & vt ferat coronam duplicē gēmis & auro.i.que ex duobus conſtabat ex auro.ſ.& gemmis.i.lapillis pcioſis.Achates celereans.ideſt celeriter peragens hec.tendebat iter ad naues.

At cytherea nouas artes:noua pectore verſat
Conſilia:vt faciem mutans & ora:cupido
Pro dulci Aſcanio veniat:doniſq̄ furentem
Incendat reginā:atq̄ oſſibus implicet ignem
Quippe domū timet ābiguā:tyrioſq̄ bilingues
Vrit atrox Iuno:& ſub nocte cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis affatur amorem
Venus. ¶ Nate meæ vires:mea magna potentia:ſolus
Nate patris ſummi qui tela typhoea temnis:
Ad te confugio:& ſupplex tua numina:poſco.
Frater vt Aeneas pellago tuus omnia circum
Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ
Nota tibi:& noſtro doluiſti ſæpe dolore.
Hūc phœniſſa tenet Dido:blandiſq̄ moratur
Vocibus:& vereor quo ſe Iunonia vertant
Hoſpitia:haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis:& cingere flāma
Reginam meditor:ne quo ſe numine mutet:
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.

Cytherea:

¶ At cytherea nouas artes &c. Interea inqt ASCEn. dum ꝑ Aſcanio omiſſus accelerat Achates Venus verita ne dido a iunone ſollicitata quicq̄ mali enee moliatur vult eā capere amore enee quo circa cupidinem deū amoris qui ſe in mille formas tranſmutare nouit.qui & filius veneris eſt.rogat vt pro Aſcanio ad Didonē ductus illi occultum iſpiret amorem.quod & factum eſt.Vnde dicetur alibi.Ardet amās Dido.Donatus dicit hoc loco ſic.At cytherea.i. Dona. dū hec gererentur: Neceſſaria metuentis veneris deliberatio cuius eſtus augebat conſideratio loci tēporis & perſonæ.Erant ab achate perficienda iuſſa.Et periculoſum credere nepotem eidem piculo in quo erat eneas:ne tota ſimul progenies interiret.Nam q̄uis troiani eſſent humane ſuſcepti metuebat fallax natura Tyriorū & ſtimulus iunonis ne ipſa opportunitatē loci & occaſionē tpis nacta terra opprimeret quos mari extinguere non poterat.Artes ergo noue.i.cōſilia elaborata exquiruntur:vt Aſcanius non pergeret:& tamē achates iuſſa faceret:fallit ergo omnes & pfert enee amorem ſibi concilians Didonem: nam neq̄ eneas irate reſiſtere potuiſſet exigua ſubſtantia.Neq̄ cōuulſis nauib⁹ & i hyeme effugere.Nate:breuiter oīa conſilia ſua exprimit & q̄uo fieri poſſet oſtēdit:& honeſtū facile & neceſſariū demonſtrat.Nec vi. vendicat ſibi neceſſitudo parentum qcqd liberi pñt.Et docet inter filios & parentes tale debere eſſe volēdi & nolēdi ſtudiū:vt i multis licet corpib⁹

voluntas

volūtas vna & neceſſitudinis vinculū id iſtin ctū integrūq; pduret. Tela.ty.facile oñdit eē qđ petit qđ em potuit iouis fulmē cōtenere: facilius poterit femine mentē poſſidere ergo ita dixit.ne ille excuſaret ꝓpter iunonē. Fecit ergo beniuolū filium dicēdo nate. item ꝙ po tior eſſet ioue: & ꝙ eſſet potētia ſua. Ad te.q. d.non eſt alter qui tantū: aut debeat aut poſſit Supplex: admonuit pietatis vt filiū: rogauit vt deū: quid igitur acceſſit oneris.cū eſt roga tus ab ea que auctoritate parentis iubere po terat. Frater vt.e.fecit beniuolū & attentum. Nunc facit docilem ſubiuncta narratione to tius negocij: dixit frater tuus vt appareat ope ram non in extraneo exponendam. ſed in fra tre eſſe neceſſariam. Ergo honeſtū & pium.vt frater pro fratre laboret: preſertim in cauſa ſa lutis. Adiungit labores vt moueat cōmiſera tionē.& oñdit iniuſte pati.& deformat pſo nā aduerſarie.q̄ pſequat̄ inoxiū. Nota ti.hoc ad laudē cupidinis ptinet.maximū.n.crimen eſſet eius ſi fratris periculum neſciret. Doluiſti. Si preterita doluit. debet cauere ne rurſus dolenda ſuccedant. Dido tenet. oſtendit faci litatē petitiōis: nam ſi iam enee affecta eſt.nō eſt opus initio amoris in quo magna eſt diffi cultas.ſed augmēto. deſideratur autē augmē tum: quia timetur iuno a qua amor talis poſ ſet abrumpi.ergo opus erat tali amore.q non poſſet abrūpi a iunone. Cardine hic fidem fa cit.cum fores clauduntur.& tribuit firmitatē Ergo dixit Tāto ceſſabit.c.r. Erat enim in po teſtate abſoluere amorem.quem volūtate ſu ſceperat: ſed diuinitus impactus nō poſſet hu mano arbitrio ſūmoueri: aſſerit ergo neceſſa riū remedium quo oīs illa factio ſuccumbat. Mecum: tanto amore amet quāto mater amat filium cuius amor nullius violentia numinis valet abrumpi. Capere ante. oſtendit melius eſſe ventura propulſare: q̄ ijs q̄ venerint reme dia querere. Pueri.p.oſtendit incōmutationē forme etatis cōmutationē non fore difficilē.

SER. ¶Cytherea: ab inſula q̄ tm̄ in plurali declinat̄: vt ſunt al ta cythera. Artes mediū vocabulū eſt. Nā & bonas artes & malas dicimus. Faciem & ora: Periſologia eſt. Furētē incendat & furere faciat. Ambiguam.i.quā habitat mu tabilis fœmīa vt ſuſpectas habuiſſe domos carthaginis altæ Bilingues. Fallaces ad mētē & nō ad linguā retulit. Sub. Sub nocte Circa noctem & cum tempus ſignificat accu ſatiuo ſeruit vt Aut vbi ſub luce denſa inter nubila ſeſe d.r.r. Amorē: latini dum cupidinem appellant eo ꝙ facit amorem: ſed hic imitat̄ grecos: qui eodē nomine vtrūq; vocāt. Diſtinxit tñ epitheto. Pingitur puer: quia turpidi nis eſt ſtulta cupiditas vt inter quas curam Climene nar Cupido. rabat inanem: itē qa imperfectus eſt in amantibus ſermo vt incipit affari mediaq; in voce reſiſtit. Itē alatus qa ni hil amantibus leuius vel mutabilius: vt ipſa oſtendit Di do. Sagittæ dant̄: vel qa ipſæ icertę veloceſq; ſint Et hoc ratio in reliqs numinibus ꝓ poteſtatū qualitate format. Meę vir. Quia venerea voluptas exerceri ſine amore nō pōt: vel ſcđm Symonidē q dicit cupidinē ex ſola vene re natum Alij tñ ex ipſa & Marte. Alij ex Vulcano. Alij Chai & primæ rerū naturæ filiū dicūt. Patris ſūmi.i.Io uis. Typhœa Multi Typheia legūt.vt Cerealia & cerea lea: Non aūt dicit qbus Typhœus vſus eſt. Sed qbꝰ Iup piter in Typhœū: a ſpolijs & virtute: vt Scipio aphrica nus. Hoc aūt agit facile eū poſſe cōtemnere Iunonē q cō tēnit Iouē. Numina: poſſibilitatē vnꝰ aūt deus plura ha bet numina. Frater cōciliatio a q̄litate pſonæ. Iacteturq;: vacat ꝙ O dijs: iuſta cā petitiōis oñdit odiū primā corri pit. Odi ꝟo verbū ꝓducit: ſic liquor & liqtur Noſtro do luiſti ſæpe dolore aut eo quo & ego. aut doluiſti: qa me dolere vidiſti. Quo: ideſt i quā partē: Iunonia: carthagi nēſia vbi colit̄ iuno: aut hoc vereor ꝙ enee carthago in Hoſpitiū patuit: vt eſt timeo Danaos & dona ferentes. Tm̄: aut ne i tm̄ quidē.i.breui occaſione ceſſabit: aut nō poterit in tanta reꝝ oportunitate ceſſare: vt ſit notū pro uerbiū res in cardine eſt.i.articulo. Quo: vel vacat: vel pronomen eſt. Supprimit aūt recte nomē Iunonis: ne il lius frequēti cōmemoratione cupidinem terreat: Vel ſit aduerbium quo.i.in aliquā partē. Mecū.i.cū officio ve nereo nec pōt intelligi quēadmodum ego. Nam aliter a matre. aliter a Didone amatur Aeneas.

Ordo. Maxima cu. nolebat mittere aſcaniū: ne duorū ſollicitudine frāgeret̄: vel is mitteret̄ qui exoriēte tumultu ſibi p etatē cauere non poſſet. Ordo eſt. At.i.ſed: Cytherea.i.venus verſat.i.agitat pectore. ſ.ſuo artes no uas.i.quales ꝓ enea nōdū exercuerat: & noua cōſilia: vt videlicet cupido mutatus faciē.i.totius corporis facturā: & ora.i.eā ptē q̄ vulgo facies dr̄: hñs mutata.i.in ſilr̄tudinē aſcanij trāſfigurata aut transformata veniat ꝓ aſcanio dulci.i.loco aſcanij qui enee dulcis eſt & vt incendat donis reginam furentem. i. alioq captā vehementi amore. dictū.n.eſt obſtupuit primo aſpectu ſidonia Dido. vult aūt incēdi donis q̄ Achates allaturus eſt: & vt īplicet ignē.ſ.amoris: oſſibꝰ.i.medullis: qa dicet̄ in quarto. Eſt mollis flāma medul las interea & tacitū viuit ſub pectore vulnus. Quippe.i.qa certe ipſa timet domū ambiguā.i.cuiꝰ ē ambigua fides: qa a femina regit̄: ſed vt in quarto dicet̄ variū & mutabile ſemp femina & tyrios bilingues i.fallaces aliud mēte aliud ore continētes: ſunt enim bilingues.i.aliud hic & aliud illic dicētes fraudulēti quaſi ſerpentinis linguis q̄ triſulce ſunt appropiātes: Iuno atrox.ſ.in troianos: vrit.i.incendit curis: & cu ra.ſ. veneris recurſat.i.redit celeriter in aim veneris: ſub noctem.i.paulo ante noctē id.n.ex more facit cu ra: vt quo tp̄e alij ſe qeti dant ſolliciti ſe crucient. Ergo qa id ea de cauſa conſtituerat. ipſa alloquit̄ amorē aligerū.i.alas gerentē: & velocē: his dictis.i.ꝟbis ſeqntibus. vñ nomen eſt hic dictū & nō participiū: o na te.ſ.cupido fili: mee vires & mea magna potētia: qa ſine amore parū faceret venus: & o nate qui ſolus tēnis.i.cōtēnis: tela pr̄is ſummi.i.iouis typhoea aut typhoia.i.q̄ Iuppiter in typhoea gigantē iniecerat hoc eſt fulmina q̄ cupido cū ipſe ignis ſit non timet: alitur.n.non ledit talibus telis (Sane a ntō typheꝰ deduci debet typheeus: qđ fortaſſis & hic ſcribēdū eſt: aut id mutauit poeta ꝓpter frequētiā vocaliū: & diphthō gum reſoluit aut more latino qui oe ſcribūt & e ꝓferunt vt ſit typhoeus i principali & typheꝰ in deriua tiuo: aut more greco q oi ſcribūt & i ꝓferunt: vt ſit typhoius triſſyllabū in primitiuo: & tetraſyllabum in deriuatiuo: priſcianꝰ ſentit typhoea ꝓ typhoeia poſitū: i multis tñ nō vitauit poeta hmōi vocaliū cōcurſum: vnde tegeee & eeeq; inſula circes &c. Preterea ſi poſſeſſiuū in primitiuū reſoluat̄ erit licentioſa locu tio: quia duo gt̄i diuerſa ſignificātes vni ſine coniunctione dabuntur vt ſit tela typhoei patris ſūmi: non n.typheus pr̄ ſūmꝰ eſt: ſed dici pn̄t tela typhei qa paſſus eſt: & tela iouis q ea intulit: vñ meliꝰ p poſſeſſiuū locutꝰ eſt licet nō frequēs ſit tale loquēdi genꝰ quale eēt lego cōmentarios ꝟgilianos ſeruij.i.quos ſeruiꝰ edidit i Vergiliū) ego.ſ.dea & mater tua cōfugio ad te: & poſco ſupplex cū iperare poſſem: tua numina.i. opes numinū tuoꝝ. Nota ſūt ſup. tibi: aut nota ſup. res ē tibi: hoc ē tu noſti aut nota recito tibi. vt.i.qualr̄ eneas frater tuꝰ iactet̄ pelago circū oīa littora: odijs.i.propter odia. iunonis iniq (Scđm ſeruiū legit̄ iacteturq; q̄uo nō alia de cauſa addereturq; q̄ vt ſyllaba tur producat̄ nā ea licētia qua i principio tertij pedis qties ſit vltima dictiōis recētiores crebro vtunt̄: maiores pciꝰ vſi ſūt: q nō oino vacare velit poſſet & ſic

conſtruere:

construere:q̃ pro et.& nota ſup.ſunt:aut res eſt nota tibi:vt frater tuus Eneas &c.&.i.ſimul doluiſti ſepe noſtro dolore.i.quo nos.i.ego & filius meus doluimus hoc eſt cōdoluiſti nobis & ꝓpter nos: Dido phe niſſa.q.d.de genere penoꝝ qui verſipelles ſunt & id callide facit:cum.n.a ſpecie & pſona ipa accuſare nō poſſumus:ad genus recurrimus:ſicut cōtra in purgatione dixerat Ilione⁹ Parce pio generi:Dido ergo phe niſſa.i.ex phenicia profecta:tenet.i.q̃ſi in ptāte habet nūc hūc.ſ.fratrē tuū Eneā:& moraᷓ.i.detinet:blādis vocibus quibus parū fidei adhibendū eſt.Nā tūc p̄cipue blandiūᷓ mulieres dū decipere volūt:& vereor quo.i.in quem exitum vertant ſe hoſpitia Iunonia.i.carthaginenſia quibus Iuno preſidet:ipſa em̄ haud i.non ceſſabit tantum.i.tantum aut tantiſper dum Eneas illinc abitum parabit:cardine.i.ab inſtitutione principali rerum.ideſt non deſinet Iuno agere qđ inſtituit ēt tantillo tp̄e:& ita legendū eſt vt Seruius tm̄ non tanto vel legendo tanto ordo erit.ipſa Iuno(quā ꝓpter odiū nō nominat:aut q̃a dixerat odijs Iuno nis inique:& quo ſe Iunonia vertāt hoſpitia:fruſtra repeteret)haud.i.nō ceſſabit:tāto cardine reꝝ.i.cum res ad tm̄ cardinē pduxerit.i.cū iā caput totius odij ſui in ciuitatē ſuā impulerit:quaſi ſoricē ī muſcipulā illexerit.Donatus tn̄ ad Didonē referre videᷓ vt patuit.vt ſit Dido nō ceſſabit amare tanto cardine.i.tā ta firmitate & fide rerū q̄ quaſi in cardine voluūᷓ:quocirca.i.q̃a vereor quo ſe iunonia vertāt hoſpitia ego meditor.i.concipio aio:capere reginā.ſ.didonē dolis.i.arte cupidinea:& cingere.i.irretire flamma.ſ. amoris:ante.i.priuſq̃ a iunone ſup.in odiū Enee vertatur & in eius perniciem quicq̃ faciat: ne mutet ſe quo.i.quouis numine:potiſſimum tamē de iunonis veretur:ſed teneatur mecū.i.vti ego:magno amore enee ideſt indiſſolubili amore amet eneam vt ego que eius mater ſum:ita vt iunonis inſpiratio non tan tum poſſit quātum vis ceci amoris:& p hanc fictionem docet poeta nullum eſſe tantum mortalium ani mis furorem ac venerei amoris: Verum Seruius vult vt ſit mecum non meo amore nec quo ego amo: ſed meo hoc eſt veneris commercio. Nam non idem amor in amica & in matre eſt:ſed nihil tam laſciuos amores conciliat q̃ ven⁹.

Qua facere id poſſis:noſtrā nūc accipe mentē.
Regius accitu chari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat mea maxima cura
Dona ferens pelago:& flāmis reſtantia troiæ:
Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta cythera
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.
Ne qua ſcire dolos:medius ve occurrere poſſit
Tu faciem illius:noctem non amplius vnam:
Falle dolo:& notos pueri puer indue vultus.
Vt cum te gremio accipiet lætiſſima Dido
Regales inter menſas:laticemq̃ lyæum:
Et dabit amplexus:atq̃ oſcula dulcia figet:
Occultum inſpires ignem:fallaſq̃ veneno:

SER. ¶Qua facere.i.quō. Accipe:audi vt ecōtra.Da.i.dic vt da Tityre nobis:da non indebita poſco.Mente: diſpoſi tionem.cōſiliū.Accitu:Euocatione & eſt quartæ declina tionis.Vrbem ſido.quā tenent ſidonij.Mea maxima cu. & æneas cura eſt:ſed Aſcanius maxima cui regnum Ita liæ romanaq̃ tellus debētur:& vbi aſcanius maxima cu ra Veneris introducitur:vt veneris iuſtiſſi na cura. Item hunc tegere & dire valeam ſubducere pugnæ: Sopitum ſomno:vnū quidē eſt ſopor & ſomnus:ſed mō ſopitū ir rigatum intelligimus.Idalium:cypri nemus eſt:i quo op pidum breue:& paulopoſt:Idaliæ lucos item idaliumq̃ nemus.Sacrata ſede:vel templi:vel oppidi. Ne qua:qua vacat.Medius:importunus:incongruus. Et faciem illi⁹. Faciem pro vultu poſuit.Nullus enim poteſt accipere fa ciem alterius ſed vultum.qui p mentis qualitate formaᷓ Non amplius.v.Artis eſt non omnia dicere: neq̃enim di ctur⁹ eſt diſceſſum cupidinis:neq̃ acceſſum Aſcanij.Pue ri puer arguit a facili Regales: nam in illa intemperan tia facilis amori eſt aditus. Hinc Terenti⁹.Sine cerere & baccho friget venus Latex:aqua eſt proprie que intra ve nas lateat.ſed hic pro vino quod latet intra vuā: At lyeū pro lyæium dixit.Occultum:diffinitio amoris eſt:ignis occultus.

Idalium. Facies.

ASCEn. ¶Qua facere id poſſis i noſtram nunc acci pe mentem. Eandem rem proſequitur Ve nus: cuius orationis eſt hec proſecutio: in qua docet viam qua cupido qđ petit perage re poſſet:vtitur ergo omi artificio ad perſua dendum:nam oſtendit honeſtū eſſe vt pro fra tre cōtra iunonem iniquam: & vtile vt ſcili cet fratris ſaluti conſulat:& facile:quia viam docet:& ne forte cupido ſe iouis vltionem ti mere excuſet:p̄miſſum eſt q̃ ſolus tela patris ſummi contemnere poteſt.Rogat ergo vt pro Aſcanio quē ipſa tantiſper in locis ſibi ſacris molliter fotura eſt ad didonē deduci velit & ad eam deductus arte ſua illam in Eneam in flammare.Donatus ſic.Hunc ego: ne diceret cupido quid fiet de Aſcanio ſi ibo. Sopitum: nam illa etas multum profundeq̃ dormit: er go erit ſat temporis ad capiendos mulieris a nimos.Deſignat etiā tempus & locum amo ribus aptum.Noctem enim erat ſpacium bre ue:ſed erat properandum. ne longi temporis opera eſſet neceſſaria:quia Aſcanius longiori ſomno teneri non potuit. Ordo eſt. Accipe.i. intellige ſicut da.i.dic:noſtram mentem.i.cō ceptum noſtrum: qua ſcilicet via & ratione (non dices qua mente:nam qua plenū eſt: in telligitur tamen via aut ratione ſicut Si qua fata ſinant &c.)tu poſſis facere id.ſ.quod me velle dixi:Puer regi⁹.i.filius regis:cui regnū heſperie debetur parat ire ad vrbem Sidoniā (hic ſecunda corripitur que fere producitᷓ vt Teucrū memini ſidona venire:& ſidonia di do).i. carthaginē a didone ſidonia cōditam: accitu.i.aduocatu & citatione:genitoris ideſt patris Enee chari ideſt qui illi charus eſt.puer dico regius: appoſitorie: mea maxima cura quia ſcit illi regnum vt dixi a fatis ꝓmiſſum (vnde iuppiter At puer Aſcanius &c.) parat ire ad vrbem ſidoniā ferens ideſt afferens ſe cum dona.reſtātia.i.que reliqua ſunt pelago i.poſt iacturam factam in pelago.q̃a dictū eſt Arma virū tabuleq̃ & troia gaza p vndas & flāmis troie.i.poſt incendiū troie Iliacis ere pta ruinis ego recondā.i.abſcōdā & reponā: hunc.ſ.puerum regiū.ſopitum.i.irrigatum & imerſum:ſomno.ſ.profundo:recondā dico in ſede ſacrata.ſ.veneri:aut ſuper alta cythera i ſulam vicinam Lacedemoni cōtra ſpartam: in qua Veneri templum a Phenicibus conditum dicunt:aut ſup idalium nemus illud in cypro:vbi ēt tē plū habuit ven⁹.ſed antiqſſimum in aſcalone vrbe Syrie:ne qua.i.ne aliqua ratione poſſit ſcire ideſt per

Dona.

Ordo.

cipere

cipere dolos i.fraudem noſtram:ve ꝑ vel poſſit occurrere medius.i.īportunus.Eſt aūt duplex ſenſus:aut enim iō non vult puerum ſcire dolos:ne imiteť:qa vt dicit Iuuenalis:nec tu pueri cōtēpſeris annos.Sed tibi peccaturo obſiſtat puul⁹ īfans:aut meli⁹ iō ne puer neſciat celare ſi ſcierit:&ita occurreret forſan medius ita vt viſis geminis aſcanijs Dido fraudem dphenderet. Tu mutatus faciē.i.vultum illius:ſ.pueri Aſcanij:hoc eſt habens ꝑ trāſmutationem vultum &ſimilitudinem faciei illius:vnam noctē.i.ꝑ ſpaciū vni⁹ noctis(Oīa.n.verba actm̄ & ablm̄ tpis regūt:ſed actm̄ pcipue:dū rn̄deri pōt ad ꝙdiu aut q̄dudum. & cum ſit tps continuum.vtcūq; Valla reclamet)non amplius.ſ.ꝙ ꝑ vnā noctem:& poniť abſolute.falle.ſ.didonē:dolo.i.deceptione:& tu puer.habent enim Cupido & Bacchus ꝑpetuam iuuentam. īdue vultus pueri.ſ.Aſcanij:notos tibi quia cum eſſet fratris filius potuit eum ſatis noſſe.Vt cum.i.quandoDido letiſſima/propter dona & aduentum tanti hoſpitis & pulchritudinē pueri.accipiet te gremio.i.ī gremiū ſuum(id autem eſt inter femora ſicut ſinus inter brachia: Vnde iocunda eſt poete fictio: quia illic naſciť fere mulieribus cupido) accipiet dico te gremio inter menſas regales.i.regali luxu ſplēdidas & opiparas q̄ certiſſimum cupidini aditum parare ſolent:& inter laticē.i. liquorem latentem in vuis: lyeum ꝓ lyeiū i.bacchicū:hoc eſt inter vina & cū ſup.dabit āplexus & figet.i.firmiter imprimet oſcula dulcia.i.ſuauia: tu inſpires ſup.tunc amorem occultū & fallas veneno.i.incendio amoris qđ ꝑ venas vt venenū diffluit. vnde eſt in quarti principio.Vulnus alit venis & ceco carpitur igni.

ASCEn. ⁋Paret amor dictis.Nullo dato reſpōſo niſi fortaſſis ſolo nutu cupido mr̄is pcepta obiuit.in qua re docenť filij parētū pceptis obtēperare debere:vſq; adeo vt parētes ſolo nutu certiores fiāt vt qđ iuſſerint facturi ſint. docet ergo quō ſe cupido in vultū Aſcanij tranſformauit.

Dona. de qua re Donatus ſic.Paret:nō rn̄det.quid.n.pſone matris vel maxime ī tali cā rn̄deret.& tps facta non fabulas exigebat.Ergo ſe officioſum mr̄i pſtat.Gaudēs.vel vt filiū exprimeret ad prēm eūtē.vel qa plena volūtate iuſſa mr̄is īplebat.At ven⁹ natura puerorū tāgiť q ſecuri⁹ & diu dormiūt.ſi etiā accedant alia oblectamēta.vt receſſus. flores.& odores:& mollicies Opacitaſq; vmbrarum. Duce achate.ergo hunc fallebat.& letus portabat dona.Quia non frangebatur onere munerum nec tedio viarum.Cum venit execut⁹ eſt iuſſa mature.quia preuenit conuiuium.& venit cum iam diſcumberent in aptiſſimo tēpore.Mediam nā is locus potior apud veteres fuit.Nā Salluſti.ita ſertorij cōuiuium deſcribit.vt ipſum qa potior fuit collocaſſet in medio.

Beroal. Beroaldus autē in Seruiū quātum ad diffinitionem triclinij dicit ſic. Errauit ergo

Tricliniū Quintilianus qui in vndecimo triclinium ꝓ cenatione & conclaui poſuit ſic ſcribens.Vix eo limen egreſſo triclinium illud ſupra conuiuas corruit.his verbis haud dubie Quintilianus triclinium appellat id quod Cice.conclaue nominauit in ſcđo de oratore:vbi idē qđ Quintilian⁹ exemplum referens inqt:hoc īterim ſpacio conclaue illud vbi epulareť Scopas cōcidiſſe.In eodē quoq; exemplo enarrando Valerius maximus ita ſcribit eo momento tpis triclinium in quo Scopas epulabatur collapſum eſt.vbi tricliniū pro cenatiōe apertiſſime poniť ꝙ ſi vera eſt opinio Seruij errauit etiam Vitruuius architectus qui in ſexto docet quēadmodum triclinia partim eſtiua: partim hyberna ſint edificanda & in quā celi partem vertenda.In expoſitione itaq; triclinij Seruio in parte ſuffragor namq; ī eo ꝙ ait triclinium Sterni ſolitum fuiſſe: quoniā antiqui tribus ſtratis lectis epulabantur homini aſſentior.Vnde & apud Pli.legimus triclinia Rome fuiſſe argētea:que ꝓculdubio pro ipſis lectis diſcubitorijs ac tricliniaribus accipiuntur.Nam & Liuius idem ferens:ait lectos eratos ab exercitu aſiatico romam adductos. ꝙ autē inficiať Seruius nuſq̄ triclinium pro cenatione reperiri:in hoc ab eo apertiſſime diſſentio:& vt diſſentirem monuit me vetuſtiſſimorū ſcriptorum authoritas:quos teſtes citaui:quibus magis profecto credendum eſt q̄

Tricliniū ſeruio.Triclinium itaq; vt breuiter cōcludā: ipſos lectos

⁋Paret Amor dictis charæ genitricis: & alas Poeta.
Exuit: & greſſu gaudens incedit Iuli.
At Venus Aſcanio placidam ꝑ membra q̄etem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos: vbi mollis Amaracus illum
Floribus: & dulci aſpirans cōplectitur vmbra.
Iāq; ibat dicto parens: & dona Cupido
Regia portabat tyrijs duce lætus Achate:
Quum venit aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediamq; locauit.

⁋Paret Amor. vt ſupra pro cupidine amorem poſuit. SER. Et alas exuit:Laus magna Aſcanij per tranſitum.Si cupido alis tantum depoſitis aſcanius fuit.Placidam.Epitheton eius eſt:vel ad diſcretionem eius quietis:quæ in ſomnijs perturbatur.Fotum:ſublatum a fouendo. Amarac⁹: hic puer regius vnguentarius fuit qui caſu lapſus dū ferret vnguenta maiorem cōfuſione odorem creauit.Vnde optima vnguenta amaracina dicuntur.Hic poſtea in herbam Sampſucum conuerſus eſt:Quā nūc amaracum dixit.Iamq; ibat:Cum vix venus iſta dixiſſet.Sane: nec feſtinantibus perſonis:neq; minoribus eſt reſpondendi facultas vt hoc loco cupidini:vt Mercurio ſupra: idem in quarto:vt in ſeptimo furiæ:Cum venit:aut pro cumveniret:aut cum ſit aduerbium temporis pro dum:Nec em̄ poteſt cōiunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sane ſciendum cum & dum malo errore a romanis eſſe confuſa.Auleis: velis pictis quæ ideo aulæa dicta ſunt: ꝙ primum in aula Attali regis aſię:qui populum romanū ſcripſit hæredē inuenta ſunt.Ideo etiam in domibus tendebantur aulæa:vt imitatio tentoriorum fieret.Sub quib⁹ bellantes ſemper habitauere maiores: vnde in thalamis hoc fieri hodie conſpicimus.Varro tamen dicit vela ſolere ſuſpendi ad excipiendum puluerem: Quia vſus camere ignorabatur.Horatius Inter ea ſuſpenſa grauis aulæa ruinas in patinas fecere.t.p.a.Quantum non.a.c.ex. a.Cum vero a nomine græco deſinēte in η fiat deriuatio conuertitur in æa:vt αυλη aulæa αιτνη æthnæa Superbis nobilibus.Aurea:ſi Dido pulchra ſpōda eſt ſeptimus caſus.Fitq; ſyneręſis:& eſt ſpondæus.Sponda:ſtipadia antiqui non habebant:ſed ſtratis tribus lectis epulabantur Vnde triclinum ſterni dicitur. Cice.Strui triclinia: & in foro ſterni iubebat.Errant ergo q tricliniū dicunt ipſam baſilicam vel cœnationem.Mediam: qui maioris locus eſt.Salu.Igiť diſcubuere ſertorius inferior in medio: ſuꝑ eum.T.Fabi.hiſpanienſis ſenator.Ex proſcriptis ī ſummo antoni⁹.Et ī īfa ſcriba ſertorij verſius & alter ſcriba. Mecœnas:in imo:Medius inter Tarquinium & Deatiū Perpenna.

ipſos lectos diſcubituros ſignificat:& ipſam cenationem:& in vtraqꝫ ſignificatione eleganter & erudite vſurpabimus hec & ille. ¶Ordo eſt Amor.i.cupido deus amoris:paret.i.obtemperat & obedit dictis.i.mandatis Ordo. quia tamen dixerat.ſupplex tua numina poſco:potius dictis ꝗ͂ iuſſis dicit poeta:genitricis chare: vel que illi precipue chara eſt:vel quia ſua cuiqꝫ genitrix chara eſſe debet:vt ſit generale epitheton Vnde vis quoqꝫ eſt in vocabulo genitrix vt ideo merito chara ſit quia genitrix & exuit alas:pingitur eñ alatus:& ipſe gaudēs.i.letus incedit.i.ingreditur: cū volare ſoleat greſſu.i.inceſſu Iuli.i. quo Iulus ingredi ſolet:nā dñs peculiaris eſt inceſſus:Vnde prius:& vera inceſſu patuit dea.At.i.ſed venus irrigat.i.infundit per vapores Aſcanio.i.in aſcanium quietem placidā.i.non vehementē que illi officiet ſed qua recreentur mēbra. ſ.ſingula : & dea.i.cū eſſet dea tollit.i.in ſublime fert ſup.ipſum fotū.i.moliter cōplexum:gremio.ſ.ſuo in altos lucos Idalie.ſ.ſylue:vbi amaracus.i.herba in quā amaracus puer conuerſus eſt mollis.ſ.attactu & aſpirans floribus & dulci vmbra. i. ſuauiter fragranti:complectitur illum.ſ. puerum aſcanium.Cupido ibat iam parens.i.obediens dicto.i.mandato aut æneę aut veneris:& ipē letus portabat dona regia:aut regalia:aut ad regē pertinētia:tyrijs.i.ad tyrios & hoc achate duce.i.ducēte:aut letus achate duce.Cū.i.quando venit.i.aduenit:aut cū.i.quādo venit.i. adeſt cū mūeribus:regina aurea.i. pulcherrima aut auro veſtita(Vix eñ patit̄ verſus vt cōſtruat̄ aurea ſponda .ſnā ablatiuus prime in a productū deſinit:qđ hic corripitur niſi forte ſyneresis fiat)cōpoſuit iā ſe ſuperbis .i. magnificis & precioſis auleis.i. ornamentis parietū in aula attali primū inuentis que vulgo tapeta dicunt̄: cū ea ſint que ſubſternunt̄ ſcabellis aut ſedibus & locauit ſe mediā ſponda.i.in triclinio:cū eſſet domina conuiuij:is eñ locus regi conuiuij debet̄.Quia vero nō dixit mediā ſpondaqꝫ locauit:ſed ſponda mediāqꝫ locauit:& ꝗa alibi ſepe ſyneresim facit poeta:vt ereis & ferreis diſſillaba ponēdo:ego audere cōſtruere ſic regina cōpoſuit.i. cōpoſuerat iā ſe aurea ſpōda.i.ſuper ſpondā aureā(quia diſcūbebant ſuper lectos diſcubituros.vnde tricliniū dictū de quo Horatius in primo ſermonū. Sepe tribus videas lectis cenare quaternos)ſup.in auleis ſuperbis. ideſt nobilibus aut magnifice ornatis:& locauit ſe mediam.ſ. in aurea illa ſponda & toto triclinio.

Iam pater æneas:& iam troiana iuuentus
Conueniunt:ſtratoqꝫ ſuper diſcūbitur oſtro.
Dāt mãibus famuli lymphas: cerereq̄ꝫ caniſtris
Expediunt:tonſiſqꝫ ferunt mantilia villis.
Quinquaginta ītus famulæ ꝗbus ordine lōgo
Cura penū ſtruere.& flāmis adolere penates:
Centumqꝫ aliæ:totidēqꝫ pares etate miniſtri.
Qui dapibus menſas onerēt:& pocula ponāt:
Necnon & tyrij per limina læta frequentes
Conuenere:toris iuſſi diſcumbere pictis:
Mirantur dona Aeneæ :mirantur Iulum
Flagrantiſqꝫ dei vultus: ſimulataqꝫ verba:
Pallamqꝫ & pictum croceo velamen achanto
Precipue infelix peſti deuota futuræ
Expleri mentem nequit : ardeſcitqꝫ tuendo
Phœniſſa:& puero pariter doniſqꝫ mouetur:
Ille vbi complexu æneæ colloqꝫ pependit:
Et magnum falſi impleuit genitoris amorem
Reginam petit:hæc oculis: hæc pectore toto
Heret.& interdum gremio fouet inſcia dido:
Inſideat quantus miſeræ deus:at memor ille
Matris acidaliæ:paulatim abolere ſicheum
Incipit: & viuo tentat præuertere amore
Iam pridem reſides animos:deſuetaqꝫ corda

SER. ¶Pater:Religioſus: quia pater omnium deorum epitheton eſt vt oſtendit Vergilius. Vbiqꝫ .Oſtro: vnde tingitur purpura:& ꝓ purpura poſuit.Dāt famuli:Hūilis character ισχνος.dicitur. Tonſis minutis vel villoſis Maiores enim mappas habuere villoſas . Mantillia a manibus ante lotis dicta : vt Torale a toro . Nam Hora per apocopen dixit: ne turpe.Toral. Ordine:diſpoſitione:nam Cice.in œconomicis.Quid vbi ponendum ſit: Nec enim debent vniuerſa cōfundi:Penum differt a cellario. Cellarium paucorum dierum

Aſcen. ¶Iam pater æneas.Deſcribit cōuiuiū apparatūqꝫ eius ſplēdidiſſimū de quo Donatus ſic. Iā Donatus. pater æneas . Diſcernit ipſe & troiani ſedibus purpureis.Dant:deſcribit familie ordinē.Caniſtris :mos apud veteres fertur fuiſſe : vt panis nō argenteis: ſed vimineis vaſculis inferretur. Longo ordine : vbi fuerant quinquaginta ad quarū curā pertinebat procuratio celarij & deorum penatū cultus:illas ſine dubio viciſſitudo longo ordine tangebat: Centum alie eleganter atqꝫ breuiter diuitias expreſſit laudauitqꝫ. Voluit eñ demonſtrare ducentos & ſexum & etatem diſcernere:Numerus autem non eſt res magna in rege ſed parilitas etatis que oſtendit quāta illi ſeruorum eſſet multitudo ex qua ducenti pari etate eligi potuerint digni:qui curarent ſupradicta.Necnon ſupra oſtrum troiani qui magis eſſent honorandi ſederūt.Tyrij vero inveſtibus pictis.Mirantur: per hoc oſtenditur regina:ꝗꝗ ditiſſima viri vxor fuiſſet talia nunqꝫ habuiſſe cū hec ipſa & ſui Tyrij mirent̄. Alius intellectus eſt Mirantur dona æneę.i. mirantur talia æneā vel habere vel donare potuiſſe. Mirantur ergo ſubſtantiam animi largientis . Ardeſcitqꝫ tuendo:contrarium poſuit . Nam conſiderationi intenta faſtidium incurrere debuit. Falſi : magna res vt etiam pater deceptus ſit. Inſideat quantus. Tanto libentius imprudens complectebatur.Quantum neſciebat qualem deum amplecteretur.Infelix:Quia benignum animum exhibebat: quem deberet inimicum exhibere:cum ex eo pararetur ſibi mors Abolere:prius enim debebat amouere amorem priſtini viri et paulatim quia cum vehementer hereret:non poterat vno impulſu dimoueri: iccirco autem Didonem caſtam : diuitem pulchrā: deceptam inducit per cupidinem vt non ſolum didonis verumetiā eneę exiſtimationem oſtenderet.Ne illum ignobilis femine proiecti pudoris ſponte amaſſe:aut prouocata muneribus videatur. Aut ille malis ſubmerſus innumeris de amoribus illicitis cogitaſſe. Beroaldus autē BERO. notat Seruium in eoqꝫ penum aridius deſcribit ſic . Conueniebat erudito grammatico diffinire quid ſit penus : deinde differentiam peni & cellarij demonſtrare.enimuero ex verbis Seruij nemo intelligit quid ſignificet pen9.quod profecto interpretatiōe digniſſimum eſt : cum in eo non pauci per inſcitiam a veritate deerrauerint quaquidem in re eandem caſtigationē me retur

retur ſeruius: qua apud Gellium quiſpiam in-
ſolens ac oſtentator grammaticus taxatur qui
de varijs generibus penoris varijſq; declinatio
nibus inſolenter diſſerens a phauorino interro
gatus quid eſſet penus muſſitabat atq; halluci
Penus nabatur: quo circa cum ſeruius quid penus ſit
non dixerit: nec ſatis erudite a cellario diſtinxe
rit. exiſtimaui me facturū opere precium ſi illa
Penariū que de penu legi: que didici: que vigilando de
prehendi: que a Seruio non traduntur: in me-
dium afferrem & his commentarijs intexerem
ad adiuuādam ſtudioſorum ſcholaſticorū eru
ditionem. Eſt itaq; penus vt Cice. in ſecūdo de
natura deorum elegantiſſime docet omne quo
veſcuntur homines Cui ſuffragatur. Feſtus ſcri
bens penora dici res neceſſarias ad victum quo
tidianum. Penarium vero vt inquit Varro ap
pellarunt locum in quo penus ſeruabatur. Cice
ronis ac Feſti authoritatem corroborant verba
Sceuole iuriſconſulti qui ad demonſtrandam
penum ita ſcripſit: penus eſt inquit quod eſcu-
lentum aut potulētum eſt. Ceterum vnde ipm
penoris nomen deducatur commodiſſime de-
clarat Phauorinus apud Gellium his verbis.
Que longe vſionis gratia contrahuntur & re
conduntur: ex eo ꝙ nō in promptu ſint: ſed in-
tus & penitus habeantur penus dicta ſunt &
apud iuriſconſultos titulus eſt de penu legata
vbi que appellatione penus intelligantur: co-
pioſiſſime diſputatur. Preterea officium fuerat
diligentis commentatoris illud quod a gram-
maticis ac literatoribus queri ſolet de Vergi-
liano verſu non tacere: vtrum ſcilicet legendū
ſit quibus ordine longo Cura penum ſtruere:
vel longam penum: vtrunq; enim legi ſolitum
eſt: huc adde ꝙ cellarium vix vnq̄ in ea ſignifi
catione quam tradit Seruius: reperitur: videtur
enim cellarium illa figura dici q̄ panarium gra
narium penariū: vt pro cella ac repoſitorio po-
tius accipiatur q̄ pro ipſis rebus reconditis: quē
admodum inquit Var. panarium dicitur vbi

dierum eſt: Vnde & in cellam imperatum frumentum di- exponit.
cunt. Penum vero longi temporis. penus in maſculino & Seruius
fœmenino inuenitur quarte declinationis. In neutro tertiæ Penus
veluti pecus pecoris. Horatius. Portet frumenta penuſq;.
Et Plautus in maſculino dixit. Niſi mihi annu⁹ penus da-
tur. Et Lucillius in fœminino: vt & vxori legata penus.
Perſius aūt oſtendit quartæ eſſe declinationis. Vt in locu-
plete pœnu defenſis pinguibus vmbris. Struere: compone
re: vnde ſtructores epularum dicuntur: Adolere: colere: ſed
adolere proprie eſt augere: in ſacris autem adolere per bo-
num omen dicitur. Nam in aris non adoletur quicq̄ ſed cre
matur. Pares non in numero: ſed in etatis parilitate eſt ad- Dapes.
miratio. Dapibus: hæ regum ſunt. Epule priuatorum Po- Epule.
nant. ſecundum antiquum loquitur morem. Iulum: ad con
uiuas refert. Dei: ad poetam. Simulata. Compoſita in aſca-
nij ſimilitudinem: Infelix propter caſum futurum. Tuen-
do: dum intuetur. Omnis autem gerundij modus ab acti-
uo: ſiue a paſſiuo ſit ſimiliter profertur: vt cantando tu il-
lum: ideſt dum cantas: Et frigidus in pratis cantando rum
pitur anguis: ideſt dū incantatur Vbi poſtq̄. interdū quan
do interdum in quo loco. Magnum: arduum: Difficile eſt
enim immitari filij affectum. Petit: petere eſt: non ſolum Petere.
adire: verum etiam īſidiari: & ſic nunc intellige. Fouet ſuſti
ne. Inſideat: legitur etiam inſidat. Matris: ideſt eius prece- Accidali⁹
ptorū. Acidalie. venus inijcit curas αχοσ.n.cura: vel ab aci
dalio fonte qui eſt in orcomeno boetiæ vrbe: in quo ſe gra Gratiæ
tie lauāt: quæ Veneri ſacre ſūt: ipſius em̄ & liberi filiæ ſūt.
& iure. Nam gratiæ fere per horum numinum munera con
ciliantur. Sunt autem nudæ: quia gratiæ ſine fuco eſſe de-
bent: ideo connexe quia inſolubiles eſſe oportet. Hora. Se-
gneſq; nodum reſoluere gratiæ. ꝙ vero vna auerſa pingi-
tur due autē nos reſpicientes: eſt quia profecta a nobis gra
tia duplex ſolet reuerti: Vnde illud. Nec te certaſſe priorē
pœniteat. Abolere ordo eſt naturalis vt primo vellamus
herentia: deinde inferam⁹ noua. Sic Terē. Vt metū in quo
nunc eſt adimam: atq; expleam animum gaudio Viuo:
aut viui hominis: aut vehementi. Preuertere: preoccupa-
re propter iunonem. Reſides: pigros ad amandum: iuraue-
rat em̄ nulli eſſe nupturam. Contra vero qui inſtant indu-
ſtrios dicimus.

panis ſeruatur. granarium vbi granum reconditur: & penariū vbi penora cuſtodiuntur. hoc ita eſſe docet do
Cellariū natus ſcribens. Cellarium dici a ponendis celandiſq; rebus eſculentis & potulentis: Quin. & iuriſconſultus di
geſtis de legatis apertiſſime oſtendit Cellarium ipſum eſſe locum non res: Cuius verba hec ſunt. Item Cellariū
iunctum eidem diete ab herede meo ei concedi volo: apud Collumellam titulus eſt quemadmodum villica
tractare debeat penora ſiue cellaria: que quidē inſcriptio: ſi non eſt ſubdititia indicat Cellaria idem eſſe qd' pe
nus & fere congruit cū ſignificatu Seruij Cellarius vero maſculino genere dicitur is qui preeſt cellario & peno-
ribus recondendis: de quo videtur intellexiſſe Plautus inquiens: Sū promus condus procurator peni: de hoc
Martialis: hinc cellarius experitur artes: & Columella in. xij. quibus inquit ſtudium fuit piſtoris & coci non
minus cellarij diligētiā ſuis preceptis inſtituere: & alibi: vt cibus inquit & potio ſine fraude a cellarijs prebeat̄.
Ordo ē. Ordo ē. Pater æneas & iuuētus troiana: cōueniūt. i. ſimul veniunt iam ad cōuiuiū. ſ. didonis & diſcūbit ab oī-
Super. b⁹ ipis ſup oſtro. i. purpura ſtrato. ſ. ſup tapeta (nā ſup nūc accuſatiuo iungit̄ apud hūc autorē tn̄ etiā ablatiuo
vt frōde ſup viridi: & gemina ſup arbore ſcindūt) Famuli dant māibus lymphas. i. aquas lympidas & puras:
& expediūt. i. expedite miniſtrāt: caniſtris. i. accipiendo e caniſtris cererē. i. panē per metonymiā: & ferūt. i. affe
runt: mantillia: quibus manus tergerentur: villis tonſis. i. quibus villi erant tonſi: vt prōptius tergerent: fa-
mule. i. ancille aut miniſtre erant intus: quinquaginta. ſ. numero quibus erat: cura ſtruere. i. inſtruere & diſpo-
nere longo ordine. penum. i. vt dicunt victualia: & annuā prouiſionem & adolere. i. collere penates. i. intimos
lares flammis. i. ignibus (Si proprie accipiuntur penates ſenſus eſt ꝙ illis officium erat flammis hoc eſt igni-
bus ſacris incenſis: colere & venerari deos domeſticos: ſed ſi per metonymiam penates accipiuntur pro rebus
domeſticis quibus preſunt: ſenſus eſt eas flāmis purgare penates: ne aut a carie aut tineis alij ſue' vermibus cō
ſumant̄ ita vt & eduliorum ne corrumpantur: & veſtium ac ſimilium rerum ne abſumant̄ curā habeant. Ve-
rum quia de preſenti miniſterio loquitur ſenſus verus eſt quinquaginta illas famulas diſpoſuiſſe vt ex cellarijs
ac penu edulia debite promantur: & vt penates. i. edes flammis illuſtrentur: vt noctem funalia vincant) Cen
tum alie ſup. famule & totidem miniſtri. i. famuli pares etate ſup. qui. i. ideo vt: onerent menſas dapibus. i. ci
barijs regalibus & ponant. i. propinent: pocula. i. potum aut ponant. i. diſponant pocula. i. vaſa potoria. Nec-
non. i. inſuper: &. i. etiam tyrij frequentes cōuenere per limina leta. i. leticiam indicantia & ſplendida: iuſſi diſ-
cumberet oris. i. letis: pictis: non erant ergo tanti precij nec tante dignitatis quanti & quante tori in quibus diſ
cumbebant troiani de quibus dictum eſt. Stratoq; ſuper diſcumbitur oſtro & ipſi tyrij: mirātur dona ænee &
mirantur Iulum. i. cupidinem quem putabant eſſe iulum: & id dicit ex perſona tyriorum: & mirantur vultus
flagrantis. i. ardentis ac reſplendentis dei (poteſt aūt flagrantis dici accuſatiui caſus vt coniungatur cum vul-
tus: & genitiui cum dei: ſed hoc ex perſona ſua dicit poeta qui norat deum eſſe) & verba ſimulata. i. per ſimu-
lationem licet ipſi ignorabant prolata (nam ſi ſciuiſſent ſimulata eſſe non fuiſſent mirati) & mirantur pallā. i.
indumentū

indumentum mulie bre Didoni datum & velamē pictum achanto croceo.i.figuram quidem achanti habēs
ſed colorem vnde erat auri.Precipue.i.principaliter.pheniſſa.i.phenicum regis filia dido:infelix:quia deuo- Deuotus.
ta.i.deſtinata & addicta(Sepe enim malo addicti deuoti dicuntur vt morti aut exitio:ſed etiā pro bono vt p
reip.ſalute deuoti dicuntur:vt decij pater & filius.Et quia xpo deuoti ſumus vt pro eius fide mori velimus:
ideo nō inepte xpani nominis profeſſores deuoti dicti ſunt quaſi martyrio.i.confeſſione ad mortē addicti)pe
ſti future.i.peſtifero amori:qui medullas eius exedit & ad mortem eā impulit: nequit expleri mentē.i.habere
mentem expletam:hoc eſt ſatiatam:& ardeſcit.i.ardore incēditur tuendo.i.inſpiciendo:& id actiue: & moue-
tur.i.excitatur ad amandū pariter puero.i.eo quem puerum eſſe putabat donis.ille.ſ.cupido in forma & ſpe-
cie aſcanij pueri:vbi.i.quando pependit ſup.in collo & complexu æneę & impleuit.i.plenis indicijs ſignifi-
cauit amorem falſi.i.ſimulati genitoris:non enim erat genitor:ſed frater petit.i.oritur & per inſidias viſus ag
greditur reginam:ad hec.ſ.regina:heret.i.affixa eſt & conglutinata illi oculis & toto pectore:& ipſa dido in-
ſcia.i.haud ſciens ꝙ cupido eſſet:fouet interdum gremio.hoc eſt ſentit illic vim amoris: qd honeſta fictione
poeta(vt dixit)īuoluit.Quantꝰ q̄ magnꝰ putas deꝰ amoris inſidiat aut īſidiat miſere.ſ.didoni quaſi dicat nō
dubium quin maximus cū ad hoc eo venerit: at.i.ſed ille ſcilicet deus amoris.ſ.cupido memor matris acida-
lie.i.veneris.hoc eſt mandatorum eius:incipit abolere.i.delere & in deſuetudinem ferre:ſicheum.ideſt memo
riam ac amorem ſichei prioris coniugis: & tentat ideſt conatur preuertere ideſt preoccupare aut a deſidia &
ignauia auertere:amore viuo:aut de viuente aut vehementi:quia dicetur in quarto.Eſt mollis flamma me-
dullas.Interea & tacitum viuit ſub pectore vulnus:animos reſides: ideſt ſegnes & iacentes nulloq; amore ex
citatos iam pridem: ideſt iam a pluſculo tempore: ſcilicet a morte Sichei: & corda deſueta:ſcilicet ab officio
amoris hoc eſt incipit amouere amorem defuncti: qui eam ſegnē faciebat:& inſerere amorē ęneę viuentis qui
eam agilem faciat & acriter inſtiget:nec torpere ſinat.

Poſtq̄ prima quies epulis menſæq; remotæ:
Crateras magnos ſtatuunt:& vina coronant.
Fit ſtrepitus tectis: voceq; per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi:& noctem flammis funalia vincunt:
Hic regina grauem gemmis auroq; popoſcit:
Impleuitq; mero paterā:quā Belus & omnes
A Belo ſoliti: tum facta ſilentia tectis.
Dido. ¶Iuppiter(hoſpitibꝰ nā te dare iura loquūt)
Hunc lætum tyrijſq; diem troiaq; profectis
Eſſe velis.noſtroſq; huius meminiſſe minores.
Adſit lætitiæ Bacchus dator:& bona Iuno.
Et vos o cœtum tyrij celebrate fauentes.
Poeta. ¶Dixit:& in menſa laticū libauit honorem.
Primaq; libato ſummo tenus attigit ore
Tū Bitiæ dedit increpitās.ille impiger hauſit
Spummantē pateram:& pleno ſe proluit auro.
Poſt alij proceres:cithara crinitus Iopas
Perſonat aurata:docuit quæ maximus atlas.
Hic canit errantem lunam: ſoliſq; labores:
Vn̄ hoīm genus & pecudes:vn̄ imber: & ignes:
Arcturū:pluuiaſq; hyadas: geminoſq; triones.
Quid tantū oceano properent ſe tingere ſoles
Hiberni:vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

SER ¶Poſtq̄ prima quies. Propter regalē affluentiā. Cōtra ſu-
pra.Poſtq̄ exēpta.f. Menſe ſub externa perſona morē po-
nit romanorū:apud quos duę menſe errāt:altera epularū al
tera pomorū Crateras ē hic crater grecū nomen.Latine hec
cratera dicit Perſius ſi tibi crateras. Vina pro poculis per
ſynecdochē.Coronāt.aut implēt vſq; ad marginē: aut qa
antiqui pocula coronabāt. Vn̄ eſt & magnū cratera coro-
na induit.Tectis.i.ad tecta.Legit etiā Fit ſtrepitus tectis:
Atria. Atria romani duabus tantū epulis in atrio veſcebant.Vn̄
per cōtrariū Iunenalis. Quis fercula ſeptē ſecreto cœnauit
auus.& ibi pecunias habebāt. Vnde qui honoratiores ſer-
uierant

¶Poſtq̄ prima quies epulis.Oſtendit morem ASCEn̄.
exterarū gentiū & cetera que in conuiuio dicta
& facta ſunt de qbus Donatꝰ differit ſic.Poſtq̄ Donatus
prima q.cōuiuij prolixi mos deſcribit. Nā cō-
fectis epulis ſtudiū bibendi proſequūtur.Funa
lia:Faces ex funibus procreate. Grauē laudat a
pōdere & a materia.Deīde ꝙ maiores Didonis
vſi ſint & durāte merito tranſierit ad Didonē.
Facta ſcilentia rem diuinā actura ſilentiū indi
xit.Iuppiter:rogatiouē & eius virtutē narrat.
vt oſtendat pleno voto troianos excepiſſe.Cū
initam ſocietatē teſtimonio hoſpitalis iouis cō
firmet.Cum aūt ipſa eſſet ſidonia quaſi mor-
tis ſue preſagio:Tyriorū ſolum & troianorum
meminit: & merito diei meminit quo cōfirma
bat ſocietatē per ſacra & cōuiuium. Triſte aūt
fuit tenebras nominare vel noctē vel maxime
quia cōtinuationē diei nocti cōiūxerat: nondū
itum erat ad requiē. Noſtroſq; huius:& ſic fa-
ctum: vt etiā nunc duret de actibus Didonis
fabula:Bacchus. vinū ſine quo leticia in cōui-
uijs eſſe nō pōt.Nam ſi alibi eſt:Bacchus & ad
culpā cauſas dedit:id nō vini vitiū eſt:ſed hois
vino vti neſcientis.Bona iuno :nā norat illam
inimicā troianis: ergo vt ſit bona & beniuola
tyrijs ne eſſet aliqua incolarū aduerſus peregri-
nos emulatio.In menſa:in conuiuijs em cū hu-
iuſmodi honorificentia numinibus:exhibetur
pro ara mēſa ſuccedit.Prima:vel quia libabat
vel quia potior omnibus fuit: vt pote regina:
Sūmo tenus:ſummis labris vt religionis & nō
vini cupidā demonſtraret.Increpitās:clara vo
ce exhortans. hunc aūt elgit quia ſciebat eum
vini amatorē. Vnde ſequitur ille impiger hau
ſit.Et pleno ſ.p.& pateram inquit vacuā fecit:
& cum auide biberet.& tantum infunderet quā
tum fauces trāſmittere nō poſſent:perfudit etiā
ſe. Poſt ītellige ritum executi ſunt poſt acta cō
uiuia poſt conſecrationē fœderū. Ludorū autē
fit deſcriptio:quibus reges per voluptatem ad
producendam potationem vtuntur.Ludi autē
didonis nihil turpe factu :nihil ob ſcenum di-
ctu habuerunt. Nam cithare artem inter hone
ſtas numerari conſtat per hanc Orpheus pluri-
mum potuit.Hanc graues & prudentes amant.
Hanc diligūt muſe:quibus tradētibus in vſum Cytharæ vſus.
hominum venit. Hec in agonibus ideſt in ſa-
cris certaminibus coronatur Ais ergo hone- Ordo.
ſta:Conuiuium quoq; non diſſimile. ¶Ordo
eſt.Poſtq̄ prima quies ſupple facta erat epulis:
& menſe ſcilicet priores:hoc eſt lances:aut qua
dre

dre priores erant ſup. remote: ipſi conuiue ſup. ſtatuunt ſcilicet ante ſe. crateras. i. vaſa potoria magnos. i. valde capacia: & coronāt vina. i. coronam imponunt poculis iam vini plenis. Strepitus ideſt vehemens ſonitus pedum fit tectis: ideſt per tecta ab his qui miniſtrando curſitabant & vina afferebant: & ipſi volutant: ideſt iactant: vocem. ſ. leticie ſignificatricem: vt fit in epiphania domini dū reges bibūt: per atria ampla: ideſt magna & ſunt quas vulgo ſalas vocant: lychni: ideſt lucerne ardentes aut lampades: incenſi pendent laquearibus aureis qđ plus eſt q̄ ſi aurata diceret & eſt hic ſyneresis qualem diximus illic. Aurea compoſuit ſponda: laquearia autem ſunt connexiones trabium in cameris cenatorijs ſepe inaurari ſolite: lychni igitur incenſi dependent a laquearibus aureis: & funalia: ideſt funes ſeu chorde cerate & incenſe: vincunt flammis: ideſt lumine ſuo: noctem: ideſt tenebras & caliginem noctis depellunt: Regina ſcilicet Dido popoſcit hic. i. hoc tempore: quo ſic omnes indulgebant genio ſuo: abundantius potando: pateram: ideſt vas potorium patulum vulgo tarſia dicitur: grauem gemmis & auro quia gemme erant auro incluſe (quem morem romanos accepiſſe dicit Iuuenalis ſic. Nam vitro vt multi gemmas ad pocula tranſfert A digitis) & impleuit mero id ē puro vino: quam ſcilicet pateram Belus ſcilicet magnus ille aſſyriorum rex: & omnes. ſ. deſcendentes a Belo: videlicet vſq; ad patrem Didonis qui etiam Belus dictus eſt: ſoliti ſupple ſunt implere ſic tum: ideſt deinde ſilentia facta ſupple ſunt tectis (niſi ſint nominatiui caſus in deſignatione ſequele pro ablatiuis poſiti: quomodo ſepe ab eccleſiaſticis poſiti leguntur) vt ſit facta ſiletia pro factis ſilentijs: aut dicamus vt ſup. facta ſunt ſilentia tectis. i. per tecta: dido dixit o iuppiter: nam. i. quandoquidē: loquuntur. ſ. omnes mortales diuinarum rerū periti: te dare. i. ꝙ tu das: hoſpitibus. i. recipientibus & receptis hoſpitio: iura. ſ. hoſpitalitatis Vnde lycaona perfidum in lupum vertit: quia ergo tu das iura hoſpitibus. ideſt quibus hoſpites inter ſe amicitiam colāt & fidem ſeruēt: & ſe mutuo accipiant: precamur. ſ. vt velis hūc. i. preſentem diem eſſe letum. i. hylarem & felicē boniq; ominis atq; candido lapillo notādum: tyrijs. ſ. meis quaſi recipientibus hoſpitio: & profectis troia ideſt troianis (ſed forte religioſum viſum eſt dicere troianis: quaſi iuppiter cum illis regnū auferre promiſerit in illos iratus ſit: vnde maluit dicere profectis troia. q. d. ſi locum illum odio proſequeris: iam hi amoti ſunt: & ſi hos proſecutus eſſes odio: non eſſent troia profecti ſed illic cū tam multis milibus extincti: & velis noſtros minores. i. poſteros noſtros: meminiſſe. ſ. ob magnum bonum qđ ex hac hoſpitalitate ciuitati obuēturum ſpero huius. ſ. diei adſit bacchus dator leticie. i. vini qđ letificat cor hominis: & adſit iuno bona. i. placata & benigna & vos o tyri celebrate cetum. i. conuiuium: & cōuentum ac coitionem amicitie. i. cum fauore ſecluſa inuidia quaſi in partem regni recipiantur troiani dixit inquam dido. & libauit. i. obtulit & dicauit in menſa ne putetur derelicto conuiuio ad ſacellū aut templum abſceſſiſſe: honorem laticum. i. vinum qđ principatum inter latices omnes obtinet & ipſa attigit prima tanq̄ ſacerdos & regina: ſicut tunc ijdem ſummi pontifices & reges multi erant attigit dico libato. i. poſtq̄ libauerat (vt ſit ablatiuus ab imperſona

li in

cuos ſe receperant inciderat vt troiam ductus cohortaretur ad ſuſcipiendum equum illum illeſum patefactis portis: ad quod etiam troianos induxit: non tamen tam facile induxiſſe niſi & dij inimica portenta adiecissent: nam Laocoon ſacerdos qui haſtam in equum intulerat cum liberis ſuis ante aras abſumptus eſt: creditumq; eſt id in vltionem læſi doni deam intuliſſe. Miro ergo artificio omnia pertractat poeta. Nam Troianos principes vſq; ad penitentiam clementes inducit: citra tamen inſipiētiam & improuidentiam: quæ virtus ſummopere in iulio cꝗſare & in auguſto: quos author prꝗcipue a genere eorum laudare pretendit: a Plynio & Suetonio alijſq; multis commendatur. Simulq; ſemper ad hoc tendit vt oſtendat troiam fato deletam vt ex reliquijs Roma conſtitueretur olim. Nam nihil potuiſſent mortalium fraudes in prudentiam troianorum: niſi deorum inimica portenta acceſſiſſent dijs autem iubentibus aut certis indicijs voluntatem ſuam ſignificantibus: pij animi nō quare id velint aut iubeant inquirunt: ſed quod velle intelligunt faceſſunt. ſed audiamus Donatum. Donatus. Ecce: ſemper ponit ecce Vergi. vbi ſignificat ali- Ecce. quod malum repentinum. Dum igitur illa diſputāt aliud interuenit q̄d ab equi tentatu auerteret. Primus autem aduentus efficit: vt res in preſentia omitteretur: ſimulata deinde oratio penitus religione nos aſtrinxit: ne Mineruꝗ dona fedaremus. Accedente maxime violatoris morte. Ecce rem improuiſam exoriri oſtendit: quꝗ magis mouet preſertim cum aſſint ſigna nocentis. Qui ſe conſilium ſinonis fuit preuenire: ne equi fraudes auerterentur. Hoc ip̄m paratꝰ etiā mortē ſubire: nā nō fit facinus magnū ſine magno periculo. Vndiq;. v. exp̄ſſit hoīm morē q̄s em̄ nō cupiat hoſtem ſuū captū videre accipe deſtruxit grꝗcorū perſonam omni occaſione & defendit ſuā. Nam totam rem in deorum aduerſum ſtudiū reuocat: vt oſtendat grꝗcos: tum inſidijs tum deorum iniuſto fauore victoriā obtinuiſſe. Ordo eſt. Ecce. q. d. ex impro- Ordo. uiſo cum proceres ſic dubitarent cum plebe an equus inducendus ſit qui pro portis ſtetiſſe videtur: nam & priamus ipſum inſpiciebat: id nō facturus decore ſi tam diſtaret a portis vt quiſq; inſidias moliri poſſet: paſtores dardanidæ. (Queres q̄uo paſtores hic dicātur dardanidæ. cum glorioſi & incliti ſoleant dardanidæ dici: verum dicemus etiā plꝗbœios dardanidas vocatos ſi modo dardani virtutem imitati ſint dicemus etiā interēptis paſtoribus ruſticis vrbanos paſtorum munuſq; obijſſe q tunc pecus diu intra ciuitatis muros īcluſum eduxerāt. Nā & nobiliſſimi quiq; paſtores habiti ſunt vt alexāder ſeu paris: vn̄ Statiꝰ Soluerat œbalio claſſem de littore paſtor Dardanꝰ īcautas blāde populatꝰ amyclas: & Anchiſes q paſtor cū Venere ad ſymoēta coiuit dū Aeneā genuit) Paſtores igitꝰ dardanidꝗ aut vrbani: aut q dardani v̄tutē diu patriā ꝓtegēdo imitati fuerāt: trahebāt iterea. ſ. dū hꝗc fierēt ſup. cū magno clamore: iuuenē. ſ. Sinonē reuinctū. i. iterū atq; iterū vinctū ne forte elaberet: nō ergo vacat re: ſed ſignificat diligentiā ruſticorū q ſecuri nō ſunt ēt ſi ſemel vinctꝰ fuerit hoſtis: manꝰ. i. hn̄tē manꝰ vinctas poſt terga: q fidēs animi. i. hn̄s aīm cōfidentē: atq; paratꝰ in vtrūq;. i. ad vtrāq; fortunā. ſeu v̄ſare. i. euertere dolo. i. ꝑ dolū. ſ. Troiā: aut legēdo dolos v̄ſare. i. verſute ꝑtractare & exeq: dolos. ſ. ceptos: ſeu occūbere. i. ſubmittere ſe morti certe. i. dubitādeꝰ obtulerat vltro. i. ſpōte & nō exq̄ſitus: nec ꝑ inſidias captus: veniētibus. i. quos ad ſe capiendū venire p̄uiderat: obtulerat dico ſe ignotū. i. quē nō nouerāt eſſe grꝗcū: aut q bene latuiſſet vel aufugiſſet ſi voluiſſet: ſed obtulerat ſe vltro vt strueret hoc ip̄m. i. vt caperet & captꝰ apiret achiuis. i. grꝗcis Troiā. ſ. ꝑ immiſſionē equi. Iuuētus troiana. i. multitudo iuuenū troianorū: ruit. i. celeriter accurrit: vndiq;. i. ex omni parte: circūfuſa. i. ꝑ circuitū confuſe diſperſa: ſtudio viſendi. i. vt videret eū: & certant. i. certatim contendunt (. ſ. iuuenes troiani: mutat aūt numerum: quia iuuentus collectiuū eſt) illudere. i. illuſionē & contumeliā facere: capto. ſ. Sinoni iuueni: ad hoc aūt iuuenē potius q̃ virū ſubornarūt grꝗci q̄a ſciebant ꝗtati iuuenili citius ignoſcere atq; indulgere ſolere mortales q̃ viri: verū pueri improbi ſunt per ꝗtatē) Accipe. i. intellige nūc inſidias danaū. i. danaorū hoc eſt grꝗcorum & ꝓ. i. diſce oēs inſidias danaum ab vno crimine. i. audi hoc crimen diligentius: quia eo intellecto noris etiam cætera a grꝗcis per inſidias acta. Nam vt ideſt poſtq; ipſe turbatus & inermis ſtetit in medio conſpectu ſcilicet Priami &

mi & cęterorum principum ei aſtantium: atq; poſtq; circunſpexit oculis: hoc eſt circũgerendo & obuertendo egerrime oculos aſpexit (non ergo vacat oculis: quia & mente rem circũſpicere poſſumus: & non ſemp oculorum motu inſpicimus. Fecit autem ſpondaicum verſum poeta vt ſignificaret animum languidum & merore grauem) Circumſpexit ergo oculis agmina phrygia idest phrygum agminatim circũſtantium: & inquit: heu (optandi aduerbium in malum ſicut o & ſi in bonum) quæ tellus idest terra: & quę equora.i. maria poſſent accipe.i. immergere & deuorare me.q.d. vtinã aut terra aut mare me ingurgitet: aut ſi ſup. neutrũ datur: qd reſtat deniq; mihi miſero.q.d. nihil niſi miſerrima queq;: vel ſic: aut ſi id optare non debeam quid reſtat deniq; mihi miſero.q.d. (minus optandũ) cui.ſ. mihi miſero: neq; locus eſt vſq; ſaltẽ tutus aut vbi viuere pmittar apud danaos: inſuper ipſi dardanidę.ſ. apud quos ſpem meã repoſueram: infenſi.i. quos nunq; offendi: aut infenſi.i. infeſti quaſi multum offenſi: poſcunt penas cum ſanguine: quod nunc vulgo dicitur cõfiſcationem vite & rerum: hoc eſt ſummum & extremum ſupplicium.

Aeneas.

Quo gemitu conuerſi animi: cõpreſſ⁹ & oĩs
Impetus. hortamur fari quo ſanguine cretus:
Quidue ferat: memoret quæ ſit fiducia capto.
Ille hæc depoſita tandem formidine fatur.

Sinon.

Cũcta eqdẽ tibi rex (fuerit qdcũq;) fatebor
Vera (inquit) neq; me argolica de gẽte negabo
Hoc primũ: nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit: vanũ etiã mendacẽq; improba finget.
Fando aliquid: ſi forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen palamedis: & inclyta fama
Gloria: quem falſa ſub proditione pelaſgi
Inſontem infando indicio: quia bella vetabat
Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent.
Illi me comitem & conſanguinitate ꝓpinquum
Paup in arma pater primis huc miſit ab annis.
Dum ſtabat regno incolumis: regnũq; vigebat
Conſilijs: & nos aliquod nomenq; decuſq;
Geſſimus: inuidia poſtq̃ pellacis Vlyxi
(Haud ignota loquor) ſupis conceſſit ab oris:
Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahebam:
Et caſum inſontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me fors ſi qua tuliſſet:
Si patrios vnq̃ remeaſſem victor ad argos:
Promiſi vltorem: & verbis odia aſpera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc ſemp Vlyxes
Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere voces
In vulgũ ambiguas: & quærere conſcius arma.
Nec requieuit enim donec chalcante miniſtro.
Sed quid ego hæc aũt neqcq̃ ingrata reuoluo:
Quid ve moror: ſi oẽs vno ordĩe hẽtis achiuos
Idq; audire ſat eſt: iamdudum ſumite pœnas.
Hoc ithacus velit: & magno mercenẽ atridæ.

ASCEñ. Quo gemitu conuerſi animi &c. Dat troianis (vt dixi) vbiq; pietatem & clementiam quaſi illã ab origine traxerit domus Iulia quæ vſq; ad penitentiam clemens predicatur: dat autem grecis artificioſam perfidiam: vt minus ſit dedecus circũuentis & maius circũuenientibus. Sed Donatũ audiam⁹ ita differentẽ.

Dona. Quo gemitu bonitatẽ Troianorũ oſtẽdit q ꝓ ſupplicio vltimo qd ſperabat ſolo gemitu eius ꝓ pœna contenti ſunt. Hortamur fari: vim ꝓpoſitionis habet & tria ꝓponit: ad quæ Sinonẽ reſpõdere cõueniret. Cũcta promittit oĩa vera dictu rũ q nulla in parte fuerat veritatẽ detracturus. Tibi rex aſſumit fiduciam confitendi aput eũ qui & cognoſcendi facultatem haberet. Commendat autem ſe q vera pollicetur & q regem appellat: captat beniuolentiam. Fatebor aliud eſt q̃ referam.

Fateri. Referre. Referimus cum dicimus aliquid ſimplex & poteſt proferri ſine tormentorũ metu. Fatemur autem cum prodimus id quod ſit contrarium confitenti: & poſſit tormentis exprimi e pectore negantis: & repete bis fatebor cuncta & fatebor quodcunq; erit Argolica: de gente: ad id quo ſanguine cretus. Græcus ſum. Ac ſi dicat hoſtis ſum. Nec ſi.m.f.ſ. F.v.e.m. q.i.f. Potuit eripere mihi fortuna priorem fœlicitatem. At non poterit me mendacem fingere. Hoc argumento perſuaſit vt Troiani crederent reliqua: & ne videatur incredibile q ipſe ſolus ex omnibus grecis remãſerit: ad hanc partem ducit ex alto principiũ: & narrat rẽ omnibus notam & magna ex parte veram qua expoſita ſubiũgit falſa. Palamedis: eadem dicit quę Seruius de palamede. Et nos aliquod: de pręterita eius florenti fortuna: & de preſenti miſeria ſibi comparat beniuolentiam. Cõmendat etiã Palamedis memoriam dicendo quia bella vetabat vt amico viuenti preſtarent quod defuncto non poterant. Superis.c.a.o. non dixit mortuus eſt: ne eius memoria digna poſt hominũ finem viuere minoraretur. Vitam in te. vt illi qui cupiunt mori & non viuere. Idq; aut ſat eſt vbi ad cardinem venit in quo mendaciorum cõſtitit affectus: negauit ſe dicturum ne vltro omnia referendo daret ſuſpitionem falſitatis ait igitur cum ſciat ſe periturum melius eſſe ne ſecreta Græcorum prodat. Neq; enim propter vnum hominem debeo omnes meos prodere. quid ve moror: cur differo pœnas meas poſt relationis beneficium continuo moriturus: Vlyxes em omne malũ videbit intuliſſe: q me quo liber pacto querebat occidere. Hęc ille: cætera ex ordine patebunt qui talis eſt.

Ordo Quo.ſ. Sinonis gemitu: animi.ſ. troianorum conuerſi ſup. ſunt ad cõmiſeratiõnẽ.ſ. & oĩs ĩpetus.i. moleſtatio: illuſio & inſultus cõpreſſus ſup. eſt) nos.ſ. primores & proceres (In opere enim pio perſonam ſuam cõmiſcet: q hęc oĩa loqtur Eneas. in illuſione aũt tm iuuentutis troiane meminit) hortamur fari. idest damus animum vt fetur: quo ſanguine cretus ſit: ve pro vel: quid ferat. idest

SER. Sanguine parentibus: nã græcũ eſſe cõſtabat. Memoret q.ſ.f.c. aut dicat quę tanta ſit captiuo fiducia: vt audeat dicere inſuper ipſi: aut memoret.i. meminerit in captiuo veriloquium fiduciam eſſe vitæ. Vnde reſpondet fatebor vera. Alij memorem legunt.i. hortabamur ad loquẽdum memorẽ.i. qui ſuæ fictionis meminerat. Quodcũq;: quicũq; caſus

caſus ſequatur me: Primum: maximum apud me verum dicere. Sinon auctolicus quidam fur fuit: qui ſe varias for mabat in ſpecies. Habuit autem filium Siſiphum vnde na tus eſt Sinon: & Auctoliam vnde Vlyxes: conſobrini ergo ſunt: nec immerito illi dat & fallaciam & proditionis offi cium: ne multum diſcedat a fabula: nam ſecundũ Eupho rionem Vlyxes: hoc fecit: Finxit: compoſuit. Eſt autem omnis eius oratio dyaſyrtica: nam & negocium exprimit: & Troianorum inſultat ſtulticiæ vt hic finxit. Vanum fal lacem: & vanum etiam qui ſine vtilitate mentitur. Men dax qui tantum ad decipiendum. Vanus apud idoneos ſtultus inuenitur. Iuuena. Sic libitum vano qui nos di ſtinxit othoni. Fando aliquid: artificioſe premittit verã vt ſubiungat falſa. verum enim de palamede dicit. De ſe au tem falſum. Ex hac hiſtoria partim dicit partim ſupprimit partim intelligentibus relinquit. Palamedes enim vt ait Apolonius ſeptimus a Belo cum delectum per græciam ageret: ſimulantem inſaniam Vlyxem duxit ĩ nuitum: fere bat ille ſalem iunctis diuerſæ naturæ animalibus: vt Pala medes obiecit illi filium. Suſtulit aratrũ Vlyxes ne eum le deret: hoc argumento illum non inſanum oſtendit: & ad bellum ductus habuit iuſtam cauſam doloris: miſſus dein de in Thraciam vlyxes nihil aduexit frumenti. Increpitan tiq́ palamedi reſpondit non ſua negligentia id eueniſſe. neq́ illum ſi illuc proficiſcatur quicq́ aducturum: profe ctus palamedes plurimum frumenti aduexit: vlyxes inui dia motus adulterinam priami nomine epiſtolam ſcripſit in qua agebat palamedi proditiõis gratiam & commemo rabat ſecretum auri pondus eſſe tranſmiſſum dediteq́ capti uo ferendam: eoq́ cæſo epiſtola ad regem eſt portata: cor ruptiſq́ ſeruis aurum in tentorium inuexit: Citatus eſt pa lamedes: epiſtola in conſpectu principum lecta. Simula bat reo adeſſe vlyxes ſuadebatq́ vt aurum in tentorio ſi eſſet inquireretur. Reperto autem auro palamedes lapidi bus obrutus eſt. Hic prudens fuit: nam & tabulam luſoriã ad comprimendas ocioſi exercitus ſeditiones teſte Varro ne inuenit: ſecundũ quoſdam inuenit literas. Certum au tem conſtat inueniſſe eum. x. i. c. cum. h. Gloria propter de lectum & frumenta. Falſa. p. falſo crimine proditionis & rem notam per trãſitum dicit. Sciendum ſane factum hoc & troianos ſciſſe. ſed Sinon callide quaſi ignorantibus quę vera ſunt dicit vt fidem ſequentibus faciat. Infando pro pter aurum clam ſuppoſitum. Vetabat: hoc falſum ſed ad commendationem Sinonis. Caſſum. priuatum vacuum. Pauper hæc fuerat cauſa militandi. Teren. Cum hinc egẽs profugiet aliquo militatum regnũ: nam vnus de regibus fuit. Nos: pro ego ad euitandũ ia ctantiã dixit. Nomẽ glo riã. Inuidia ꝑpter aductũ frumentũ. Pellacis: p blanditias decipientis. Pellicere enim blandiendo elicere. Mecum in tellige a pricipio tacuiſſe. Poſtea impatiẽtia doloris erupiſ ſe. Si qua qa eſt bona & mala. Promiſi: p cõtrariũ. i. mina tus ſum. Minamur mala. ꝑmittim⁹ bona: cõtra Hora. Atq vultus erat multa: & p̃clara minãtis. Prima. Nam ſecuta ſunt oracula: & Calcãthis aſcita factio. Labes: ruina a lapſu Criminib⁹: cauſis: vt ſupra ſpgere voces. Cice. Spargere ve nena didicerunt. Ambiguas: ne ſi apte ageret: accuſatio vi deret. Cõſcius: aut pacti ſceleris: aut doloꝝ: vt in. iiij. Obli tus ſue ſui eſt ithacus. Arma: fraudes. Sũt em̃ arma inſtra cu iuſlibet rei. Ergo inſidiantis arma fraudes ſunt. Enim aut vacat: aut pendet ſenſus ex poſterioribus. Donec calchãte miniſtro: arte vtiť ſemiplena dicendo: vt cogat interroga re auidos audire troianos: & intelligiť. Deſtinat arę p apo ſiopiſim. Ingrata: nec vobis placitura nec mihi grãm con ciliatura. Oẽs. q. d. etiã eos q̃ vobis ꝑdeſſe diſponũt. Vno ordine. vno reatu ex antiqua tractũ ſciẽtia: qa in ordine di cebanť cauſę ꝑpter multitudinẽ: vel tumultũ cũ erat ann⁹ litium. Iuuenalis Expectandus erit qui lites incohet annus Iamdudum: q̃primũ. Hoc ithacus: callide vitam impetrat oſtendens mortem ſuam hoſtibus eorum gratam. Mercen tur: quia ſacrorum eſt vt victima fugiens vbicunq́ inuen ta fuerit occidatur ne piaculum committatur: Ithacus: p ithacenſis: principale pro diriuatiuo.

Sinon. *Vanus.* *Mendax.* *Palamedes.* *Pellax.* *Pellicio.* *Minari.* *ꝑmittere* *Arma.*

rat: ideſt afferat & memoret quę fiducia ſit ca pto ideſt cum captus ſit quid fiducie habeat q́ ſpem ſuam apud troianos repoſuiſſe videatur (eoſq́ incuſet crudelitatis q́ penas cũ ſangui ne poſcant. Ille fatur formidine depoſita ideſt quam ſe ſimulabat deponere tandem. i. poſt aliquantulum more: quaſi non poſſet animum reſumpſiſſe cum tamen dictũ ſit q́ erat in vtrũ q́ paratus ſeu verſare dolos ſeu certe occũbere morti: Fatur igitur & inquit o rex. Equidem. i. ego quidem: fatebor tibi cuncta ſcilicet quę di cam vera: quodcũq́ fuerit ſiue ꝑ me ſiue cõtra me neq́ (quod primũ contra eſt) negabo me de gente argolica ideſt gręca: ſed hoc primum ſupple ſcire & credere te velim nec ideſt & non & ſi ideſt q̃q́ fortuna finxit ideſt effecit ſino nem hoc eſt me qui ad te loquor: miſerũ ideſt iniqua ſorte & conditione affectum & ita mi ſeratione dignum: tamen ipſa improba. i. quã tumuis improba: quę bonis mala & malis bo na retribuit: nunq́ finget. i. efficiet etiã vanũq́ ꝑ ideſt mendacẽ qa in res ſuas. i. quas confer re poteſt: habet fortuna imperiũ: ſed non eſt in animos noſtros animiq́ vires: quocirca nemo cogiť eſſe vitioſus nemo vanus nemo mendax & ſi mori cogatur multi & egeſtatem ferre plu rimi. Incipit ergo fari & rem detegere & a ve ris incipit eaq́ quaſi ignorantibus recitat: cum certiſſime ſciat Troianos ea ſcire. vt per ea in ducantur ad credenda quę poſtea illaturus eſt falſa: moris enim eſt: quoties audimus vera enunciare ab eo qui neſcit nos ea ſcire: bonam opinionem de fide illius in his quæ neſcimus habeamus. dicit igitur. Si fando aliquid ideſt cum aliqua re loqueremini. q. d. puto q́ cũ tro iani ſcitis parum audiſtis de hoc homine: ſed ſi fando aliquid ideſt de aliqua re: nomen & in clyta gloria (hoc nimiũ ſubtiliter addit: quaſi ſe illi viro bene adhuc optare ſignificaret q́ pa cem perſuadere niſus ſit: quam cum acceptare nollẽt gręci ad hoc dedecus omnes peruenerint vt re infecta turpiter redire cogerẽtur) palame dis belide. i. de genere beli qui ſeptimus ab eo fuit peruenit forte ad veſtras aures. q. d. tũc po teſtis ſcire an vera dicam quem. ſ. palamedem pelaſgi ideſt gręci: demiſere. i. demiſerunt neci ideſt ad necem depreſſerũt inſontem ideſt licet eſſet inſons: ſed ſub proditione falſa ideſt diſſi mulata: dicebant enim eum ꝑditorem: indicio ideſt teſtimonio ꝑditionis eius infando. i. dete ſtando: quia ſcilicet vetabat bella: hoc eſt ideo quia dehortabatur a bello & cohortabatur ad pacem: Vlyxes accuſauit eum proditiõis ſicq́ damnatus eſt. & quem lugent nũc caſſum ideſt priuatũ lumine ideſt aura vitali aut ſupera re gione ant viſu qui non niſi viuentibus eſt & p cõſequẽs vita. Pater ſcilicet meus. q. d. nõ odio troianorum ſed paupertate coactus: miſit me huc ideſt ad hanc ciuitatem debellandam. in arma gerenda ab annis primis ne aut ipſe pro prio odio veniſſe putetur. miſit inquam me co mitem illi propinquum conſanguinitate: per quod conciliat ſibi Troianos quibus nomen Palamedis gratum non dubitabat cum Vly xi inuidioſum eſſet miſit autem tunc dum pa ter aut Palamedes ſtabat incolumis regno ſci licet græcorum non ſuo: & dum regnum ſcili cet græcorum vigebat conſilijs ideſt per conſi lia honorũ & prudentiũ virorũ: & nos. ſ. græca iuuẽtus geſſimus aliquod nomẽ & decus: quaſi id omne amiſſum nũc doleat. Poſtq̃ ipſe ſup. pa lamedes conceſſit. ſ. ad regionẽ mortuorum ad inferos:

inferos:ab oris ideſt regionibus ſuperis inuidia ideſt p inuidiã: vlyxis pellacis.i.quoſlibet vt vult in perniciẽ & fraudem & in aſſenſum tam nefandi facinoris pellicientis:haud. i. non:loquor ignota.q.d. ne putetis me forſan mentiri aut ex inuidia contra vlyxem loqui(quod dicit ꝑpter ea quę poſtea ab vlyxe paſſus eſt:aut q͂a ſignificauit iam ſe conſanguineũ palamedis)ego loquor nõ ignota: quia oẽs gręci id nũc ſcimus & poſſem id p oẽs gręcos atteſtari(non aũt dicit id troianos ſcire:quia fruſtra prius dubitaſſet fando aliq͂d ſi forte tuas peruenit ad aures Belide nomen palamedis)Ego afflictus.ſ.caſu amici cõſanguinei & ductoris:trahebã vitã in tenebris & indignabar.i.egre ferebã:mecũ.i.in animo meo:nã publice non audebat caſum.i. mortẽ amici inſontis.i.innocentis.Nec ego demens.i.factus poſtea demẽs ex impatiẽtia aut dolore:tacui.i. non ſemp tacui ꝗ̃uis primũ mecũ dũtaxat indignabar:& ꝓmiſi.i.minatus ſum ſicut minari eſt aliq͂n ſupbe ꝓmittere me vltorem.ſ.fore:ſi qua.i.aliqua fors.i.fortuna aut caſus tuliſſet.i.attuliſſet.ſ.occaſionẽ & oportunitatem:& ſi ego victor.i.voti compos cũ reliq͂s:remeaſſem vſq̃.i.quouis tpe futuro ad argos patrios.i. quę mihi patria eſt(Declinat̃ aũt hoc argos & pluraliter hi argi argorum)& moui.ſ.in vlyxem:aſpa odia.ſ.contra me verbis ideſt contumelijs aut minis.Prima labes ideſt occaſio mali eſt ſupple aut ꝓuenit mihi hinc.i.ex hac re: & vlyxes ſup.cępit:aut terrere.i.terrebat ſemp hinc.i.ex hac re:aut poſt hanc rem:nouis.i.magnis aut inauditis: criminibus.i.criminationibus:& ſpargere.i.ſpargebat.aut cępit ſpargere hinc. voces ambiguas.i. dubias: quia nondũ audebat manifeſte mortem minari.q.d.quaſi etiã ipſe Sinon in p̃cio fuerit ꝓpter virtutẽ & fidem ſuã apud gręcos.Et ſpargebat voces ambiguas non in ꝓceres qui factionem eius noſcitabãt: ſed in vulgum.i. vilem popellũ(aut latine locutus eſt apud quos noĩa ſecunde in us neutra non ſunt preter pelagus gręcum vocabulũ.nã & alij vulgũ dixerũt:aut more plautino impitũ dat ſermonẽ ei q a primis annis armis nſeruierat: ſicut plautini ſerui iubarem papauerem gutturem ꝓnunciant.Alij dicunt poetam in vulgus ꝓtuliſſe.& s litteram aſſumpſiſſe q̃uo m abſumitur q modus apud Enniũ:Lucretiũ:Lucilliũ: cęteroſq̃ vetuſtiores nimium frequens eſt:ſed Seruius & alij grãmatici id in poetã corrigentes immutauerunt:ſicut vbi ſcriptum(inq͂unt)erat hic ſpecus horrendus ſcripſerunt horrendum.& vbi erat inter ſe coijſſe viros & decernere ferro:ſcripſerunt cernere.Sed hæc controuerſia grammaticorum nihil de ſententia poete immutat: & ipſe conſcius ſcilicet mali facti querere ideſt quęrebat aut querere cœpit arma ſcilicet ſibi ſolita:hoc eſt fraudes quibus me quoq̃ deleret:nec enim requieuit donec compoſitam rupit vocem. & me deſtinat are(quod hic non dicit fruſtraq̃ ſe dicturum innuit:vt non videatur id velle dicere aut ideo veniſſe vt id dicat: ſed vt auidiores redderet troianos ſciendi cum dicere nollet:quod etiam effecit)calcante vate illo diuino quo plurima geſſerant gręci: nam & Achillem vt Statius docet per eum in aula Lycomedis regis ſcyri inuenerunt inter puellas latitantem:miniſtro ideſt illi ad hoc quod volebat obſeq̃ẽte: volebat addere deſtinauit me are: ſed quaſi id fruſtra diceret renuit dicere.Sed quid ego autem reuoluo ideſt commemoro hec ſcilicet mala mea & infortunia: ne quicq̃ ideſt in nullo aut nullo modo ingrata hoc eſt ipſis qui ea libenter audiũt: cum mala noſtra ſoleamus libenter recitare his quos ſperamus nobis condolituros:ve pro vel quid ideſt ad quid moror ideſt demoror & differo penas & mortem meam:ſi habetis ideſt reputatis omnes achiuos ideſt gręcos vno ordine ideſt æquali affectione:hoc eſt capitali odio:& ſi ſat ideſt ſatis eſt vobis audire id ſcilicet quod dixi:nec aliud commiſerantes facturi eſtis: ſumite iamdudum ideſt quamprimum:aut ab eo tempore quo iamprimum audiuiſtis me gręcum eſſe:penas ideſt ſupplicia de me.Itachus ideſt itachenſis vlyxes:ſeuiſſimus hoſtis veſter: velit hoc ſcilicet vt ſumatis de me pęnas & atride qui illi ſuffragantur. mercentur ideſt emant magno ſcilicet precio: aut ideo ne vt ſeruius ſentit piaculum ſit victimam poſtq̃ aufugerat ſuperuiuere contra morem ſacrorum. Erat autem Sinon deſtinatus are vt dicetur: aut ideo ne quę dicturus eſt Sinon troianis dicat: dicturus enim eſt quomodo per ſuſceptionem equi minerua placetur & troia incolumis maneret:& per eius violationem periret:ne ergo equum beniuole ſuſcipiant cognita per Sinonem re omni optarent atridæ vt quamprimum de eo ſumerent troiani vltionem.Et licet troiani non intelligant cur id dicat: intelligunt tamen eum ſignificare ſibi commodam fore Sinonis vitam cum eius mortem tantopere cupiant hoſtes.Hoc autem dicto ſubticuit quaſi qui ſe verebatur fruſtra plura locuturum.

ASCEñ. ¶ Tum vero ardemus &c. Notũ eſt poete verbum Nitimur in vetitum ſemper cupimuſq̃ negata:quo circa cũ ſe Sinon ſignificaret nolle dicere:aut nõ optare id quod occepat perdicere cũ ſe fruſtra dicturũ vereat̃ ardebant troiani fraudis & doli ignari rem oẽm peraudire:& q͂d innuit̃ ſed nõ dicit̃ admonebãt Sinonem vt pgeret:ſed priuſq̃ nos pergamus Donati verba

Dona. recitemus quę hęc ſunt. Tum vero:hoc conſiliũ noſtram cupiditatem audiendi accendit. Ignari;nam noſtra ſimplici natura pendentes græcos illum vera dicere putabamus.Sed illi oẽs ſunt doloſi: vnde ſociauit illud & crimine ab vno diſce omnes. Pauitans aut pauorem ſimulans aut pauitans ne lingua titubante in curſu inſidiarum detectio naſceretur quam iam videbat in tuto eſſe. Sępe fugam: cum hoc falſum eſſet:parat cauſam qua ſit credibile ſcilicet bello feſſi Eeciſſentq̃ vtinam recte optare ſimulat Nam & troianos placabat & ſibi commiſerationem captabat Sepe illos .a. non conſilium facto ſed euentus voluntari defuit. Sanguine verum dicit de Iphigenia Falſum addit de precepto Apollinis miſcet ergo vera vt credantur falſa Argolica:ne credatur potuiſſe litari alienigena.Nec quærenda erat virgo cum exercitus fœminis careret. Vulgi quę vox cum enim

generalitatem

¶ Tum vero ardem⁹ ſcitari: & quærere cauſas Poeta.
Ignari ſcelerum tantorum: artiſq̃ pelaſgæ.
Proſequitur pauitans: & ficto pectore fatur
¶ Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta Sinon.
Moliri: & longo feſſi diſcedere bello.
(Feciſſentq̃ vtinam)ſæpe illos aſpera ponti
Intercluſit hyems: & terruit auſter euntes.
Præcipue cũ iã hic trabibus cõtextus acernis.
Staret equus:toto ſonuerunt æthere nimbi.
Suſpenſi eurypilum ſcitatum oracula phœbi
Mittim⁹: iſq̃ adytis hæc triſtia dicta reportat.
Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa:
Cum primum iliacas Danai veniſtis ad oras.
Sanguine querendi reditus: animaq̃ litandum
Argolica. vulgi quæ vox vt venit ad aures:

Obſtupuere

Obſtupuere animi: gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor. cui fata parēt: quē poſcat Apollo
Hic ithacus vatem magno calchāta tumultu
Protrahit in medios: quæ ſint ea numīa diuū
Flagitat: & multi mihi iam crudele canebant
Artificis ſcelus: & taciti ventura videbant.

SER. ¶ Ardemus. feſtinamus. Cauſas ꝓpter quas eius interit⁹
a græcis expectaꝛ̄. Pelaſgæ. quia artis mediū eſt. Pauitās
quaſi pauens. Ficto. p. fictis verbis. Nā nūq; fingitur pe=
ctus. Sæpe. ſ. hoc ſecundū Homerū verū eſt. Feſſi fauorē
conciliat: cum dicit illos feſſos virtute troianorū ponti:
recte: nā hyems etiam tēporis eſt. Euntes: ire cupiētes: vt
Cum canerē reges. Habetur enim ſtatuiſſe aliquid ꝓ in=
choatione. Præcipue: contra illud ne dicerēt numina eſſe
plcata. æthere: pro aere. Suſpenſi: ſolliciti: vt noſtroq; in
limine pendens: qa nec tēpeſtas poſt dona mutabaꝛ̄: aut
ad nimbos refertur diſtinctione mutata: Scitantē: pro ſci
ſcitaturum alij ſcitatū legunt. Oracula templa de quibus
Adytū. dantur oracula: Adytū: eſt locus templi ſecretior: ad quē
nulli eſt aditus niſi ſacerdoti. Sanguine. p. u. &. u. cęſa Cū
primum Hic diſtinguendū quia & ſemel ad troiā ventū
Iphigenia. eſt: & anteq̄ ad eam veniret de iphigenia eſt ſacrificatū:
Cum em̄ græci ad Aulidē veniſſent. Agamēnon Diane
ceruum ignarus occidit. Dea vero irata flatum ventorū
remouit. Cum igiꝛ̄ nec nauigare poſſent: & peſtilentiā ſu
ſtinerent oracula conſulta deam Agamēnonio ſanguine
placandam dixerunt. ergo cum ab vlyſſe per nuptiarum
ſimulationē adducta Iphigenia in eo eſſet vt immolarēt
numinis miſeratione ſubrepta eſt: & cerua ſuppoſita ipa
in tauricā regionē ad regem Thoantē trāſlata: ſacerdoſq;
Dianæ dictinæ facta: cum deam ſecundū morē ſanguine
humano placaret: agnouit Oreſtē fratrem: qui carendi fu
roris cauſa cum amico Pylade cholcos petierat: & cū his
occiſo Thoāte ſimulachrum ſuſtulit abſconditum faſce
lignorum. Vnde & Faſcelis diciꝛ̄ nō tm̄ a face cū qua pin
gitur propter quod & lucifera: diciꝛ̄: & aritiā detulit ſed
cum poſtea romāis crudelitas diſpliceret: q̄q̄ ſerui imola
rentur ad laconas ex diana tranſlata: vbi ſacrificij conſue
tudo adoleſcētulorū verberibus ſeruatur qui appellanꝛ̄
Bomōice Bomonicę. quia aris ſuperpoſiti contēdebant qui plura
poſſent ꝟbera ſuſtinere Oreſtis oſſa ab aritia Romā trāſ=
lata ſunt: & condita ante templū Saturni: quod eſt ante
cliuum capitolinū iuxta concordię templū Virgine cęſa
non vere ſed vt videbaꝛ̄: & ſciendū in ſacris ſimulata ꝓ
veris accipi. Vnde cum de aīalibus q̄ difficile inueniunꝛ̄
eſt ſacrificandū: de pane: vel de cæra fiunt & pro veris ac
cipiūtur. Hinc eſt etiā illud ſparſerat & latices ſimulatos
fontis auerni: nā & in templo Iſidis aqua ſparſa de nilo
eſſe dicebaꝛ̄. Argolica: qa occurrebat occidi potuiſſe ca=
ptiuū Cui fata parent: cui p̄parēt mortē. Magno tumultu
ad factionem tegendā. Numina diuū: ꝓ oraculis poſuit:
& querit mō non quid dicāt: nā planū eſt: ſed quis debeat
immolari. Multi crudele canebant: multi bis intelligēdū
ideſt multi videbant taciti: multi etiam dicebant ne ſit
contrarium canebant taciti.

gn̄alitatē ꝓpoſuiſſet: qa res incerta erat vnuſ=
quiſq; timebat ſibi. excuſat aūt calchātem q
falſa dixerit. Nā oñdit vim eē paſſum. Remo
uet a ſe odiū: qa greci aſſenſere de eo: nō qm̄
odiſſent: ſed vt ipſi interitu q incertus erat li=
berēꝛ̄. Ordo eſt. Nos ardem⁹. i. ardēter cupim⁹ Ordo.
tū ꝟo. i. maxime tūc: quaſi cū prius negligen
ter & ſimulanter tū ad verum ardemus ſcita=
ri. i. ſciſcirari: & q̄rere. i. inq̄rere cās. ſ. ob quas
ithac⁹ velit et atride magno mercētur mortē
eius. Nos inq̄ ardem⁹ id ſcitari & īquirere ex
ſiſtentes ignari tātorū ſcelerū. i. q neſciuimus
tm̄ ſcel⁹ poſſe in quēq; cadere vt tm̄ mali ſub
tali ſpecie p̄tēderet: & ignari artis pelaſge. i.
grecanice: cuius eſt mētiri & fallere Ipe ergo
admonit⁹ aut vidēs eos id p̄cipe ꝓſeq̄tur pa=
uitās. i. pauitāti ſiīis: tremēs. ſ. ac palpitās & fa
tur pectore ficto. i. ſimulato/qa videbaꝛ̄ pe=
ctore anxio & meroris pleno & ab Intimo pe=
ctore loq cū ōia fingeret nō ergo dicā ficto pe
ctore ꝓ fictis verbis: nā ꝟba nō erāt ficta ſed
vera licet falſum cōtinerēt: pectus aut ſimula
tum aliud p̄tendensq̄ erat. Fatur ergo ſic. da=
nai. i. greci cupiere ſepe moliri. i. cū mole &
difficultate attētare fugā. i. turpē aditū & ita
moliri qa ſup̄bis aīs & gn̄oſis turpe eſt fugā
facere: & hoc troia relicta: & ipſi feſſi longo
bello cupiere diſcedere lōgo bello aut troia:
& vtinā feciſſent q. d. tūc. n. nec ipis tm̄ dede=
coris nec mihi tm̄ mali obueniſſet: ſed hyēs.
i. tēpeſtas: aſpera. i. incōmoda & ꝓcelloſa: pō=
ti. i. maris ītercluſit. i. coercuit ab īgreſſu ma=
ris: illos. ſ. danaos & auſter. i. vent⁹ ipetuoſus
terruit eos eūtes. i. irevolētes: aut iā ire īcipiē
tes. Precipue iā cū hic equ⁹ cōtext⁹ trabibus
acernis. i. ex acere arbore aſſumptis: ſtaret. i.
erectus eſſet tunc em̄ nymbi i. nubes ventoſe
ſonuerūt toto ethere. i. aere ſup̄iore aliquāto
que res ſeuā tēpeſtatē futurā indicat: Callide
aūt inducit mētionē eq: vt Priam⁹ īterroga=
ret cur extructus eſſet. Nos ſuſpēſi. i. dubij &
ſollieiti: mittim⁹ euripylū vatē illū & augurē
Herculis & gaſiopes filiū q troiā venit Home euripil⁹
ro teſte: īferior tn̄ calchāte fuiſſe dr̄. ſcitatū. i.
inquiſitū oracula phebi. i. reſpōſa. Apollinis.
& is reportat adytis. i. oraculis & ſecretis lo=
cis dei que nemini p̄terq̄ ſacerdoti adire licet
hec dicta. i. reſpōſa: triſtia. ſ. tūc oīb⁹ grecis &
poſtea p̄cipue Sinoni (Refert aūt ꝟba ī forma
quoꝶ hiſtoriā tāngit Serui⁹. Inuena. tn̄ & Ho
rati⁹ reuera ceſam atteſtanꝛ̄ iphigeniā) O da
naivos placaſtis. i. ſedaſtis vētos placatis dijs
qui eos excitarūt: aut dea. ſ. Diana ſanguīe. i.
effuſione ſanguinis. ſ. iphigenie & virgine. ſ.
iphigenia ceſa. i. occiſa aut reuera aut ſimula
tione quadā: occiſa. ſ. loco eius cerua reditus
ſunt querendi ideſt acquirendi vobis ſangui
ne: & litandū eſt ideſt oportet litare. i. optatū
a dijs impetrare: anima argolica. i. oblatione
anime aut vite alicuius greci: hoc eſt ſicut nō
potuiſtis p̄ ſeuitia tēpeſtatū claſſē appellere troiā. donec virginē Diane mactaſtis/ita nec redibitis priuſq̄
hominē grecū obtuleritis: q̄ vox. i. q̄ ſentētia oraculi: vt. i. poſtq; peruenit. i. increpuit & allata eſt ad au=
res vulgi (quia ꝓceres parū verebanꝛ̄ cum queuis aīa ſatis foret) animi. ſ. vulgi obſtupuere: & ſanguis ge
lidus. i. timore frigefactus: aut potius mēbra gelida & pallida relinquēs: cucurrit per oſſa ima. i. interiora
circum p̄cordia: verebanꝛ̄ em̄: cui fata parent. i. deſtinent aut p̄parent mortē: & quē Apollo poſcat: hic. i.
hoc loco aut hoc tempore: ſed potius hoc tēpore niſi locus ꝓ tēpore accipaꝛ̄. Itachus. i. itachēſis Vlyſſes
protrahit calchāta vatem. i. diuinatorē & ſecretorū diuinorū interp̄tem ac futurorū prophetam: protrahit
dico in medio ſup. cum magno tumultu: ne videlicet aliquid inſuſurrare ſed omnia palam agere videaꝛ̄:
que circūſtantia rei fidem facit: quia omnes intelligūt id eum aſtu feciſſe quē aſtutia ceteros anteire no=
ſcunt & flagitat ideſt cum flagitatione & murmure valido rogat: que ſint ea numina ideſt oracula: aut vo
luntas diuum ideſt quid aut quem ſibi dij per talia oracula poſcant: & multi canebant ideſt aperte annū=
ciabant: ſcelus mihi crudele ideſt factionē artificis ſcilicet Vlyſſis: hoc eſt multi addicebāt mihi mortē ex

factione Vlyſſis: quia cognoſcebant vbi ad vlyſſem res relata eſſet: cum ille mihi inimiciſſimus eſſet. ꝙ ego is eſſem qui morti addiceretur & ſup. multi taciti ideſt tacentes videbant ventura ideſt que euenirent: & ita ſecundum Seruium repetendum eſt vocabulum multi. Ego tamen potius ſic expoſuero vt canere non ſit vocale ſed mentale: hoc eſt predicere animo. tracta methaphora a vaticinijs q̃ carmine eduntur. Vnde Horatius in arte: dicte per carmina ſortes & cantor Apollo: vt ſit ordo: multi canebāt ideſt vaticinabantur animo ſuo mihi iam crudele ſcelus ideſt facinus: artificis. ſcilicet vlyſſis & pro ideſt ipſi taciti ideſt nihil dicentes: videbant ideſt conſiderabant: ventura ideſt que euenirēt. Sed priuſq̃ reliqua cō-

Calchas. ſtruamus premittam que de calchante collegit Landinus: ea autem hec ſunt. Hic vates fuit Teſtoris filius ſic dictus) vt greci grammatici volūt. απο τησ καλχησ. id autem eſt πορφυρα ϖορφυρειη autē eſt μεριμνειν ideſt accurate excogitare. Quoniam hic accurate futura excogitaret. Hic apud troiam ex numero paſſerum a ſerpente voratorum quot annorum obſidio troie futura eſſe predixit. Poſt vero troianum bellum aiunt illum cum amphilocho Amphirai filo terreſtrį itinere colophonem que vrbs carie eſt peruenisse: & cum apud phanum clarij Apollinis: quod ante eam vrbem eſt in mopſum augurem preſtantiſſimum incidiſſet: pre merore mortuū eſſe: Heſiodus ſcribit Calchantē Mopſo ꝓpoſuiſſe vt diceret quot ficus ea que adderat caprificus ferret: ac Mopſum dixiſſe decies mile vnaq; ampli⁹ ac cum vera de numero dixiſſet: Continuo calchantem e vita migraſſe: Pherecides autem ſcribit pregnante ſue oblata calchātem interrogaſſe Mopſum quot illa porculos in vtero gereret: & mopſum reſpōdiſſe tres atq; ex illis vnā feminam & cum vera dixiſſet: illum pre dolore mortuum. Sunt qui dicunt calchantē ſuem propoſuiſſe: & Mopſum Caprificum ac mopſum vera dixiſſe: Calchantem vero minime: & pre merore mortuū & Sophocles in quodam loco ſcribit cum Helena repoſcerēt. tunc calchanti fata mortem decreuerūt. cum preſtantiorem augurem offendiſſet. Sed hic calchantis mortem tranſfert in Ciliciam. Refert preterea Strabo ꝙ in agro ſaunio qui non procul a ponte eſt. Circa tumulum quem Drion vocāt Baſilice due monſtrāt. vna quidem calchantis in ſummo vertice cui petentes oracula nigrantem ſacrificant arietem & ſtrata in pelle dormiunt. Altera podalyrij in infima montis radice poſita.

¶ Bis quinos ſilet ille dies. Proſeqr̄ reliqua

ASCEn. de ſe acta Sinon. de quibus Donat⁹ ſic. Fugi

DONA. non culpam criminis. ſed innocens crudeliſſimam mortem Ne ea gauderet inimicus. & ne quis querat quomodo potuerit fugere. addit vincula rupi. Limoſoq; la. limus em̄ & lacus ſuffragabātur ne poſſent inſequentes intrare. Poſuit & noctem nam & tenebre adiuuabant In vlua timiditatem maximā ſimulat. vt cū in loco eēt ad quem nulli eſſet aditus: tn̄ i eo quereret latebras. Vluā dicunt rem quā vulgus budam vocant. ſed nihil intereſt que ſpecies ſit herbe modo illū occultare poſſet. Vela darent. vt oſtendat ſuos pluſq̃ troianos timuiſſe. Nec mihi ponit conſultationēquam in lacu habuit. Hinc enim niſi nauigarēt erat periculum vite. ſi nauigaſſent priuabatur antiqua ideſt magna patria vel antiqua. i. cuius affectum diuturnitas temporis accumulauerat & filijs. & parente. & ſingula ſingulis dedit: patriā dixit antiquam. natos dulcis expectatum patrem in quibus rebus occurrunt peiora ꝙ greci illos eſſent occiſuri propter ſuā fugam piandā. quod erat neceſſariū Hec aūt omnia dicta ſunt vt faceret veriſimilia q̃ fingebat. Per ſuperos. quos nō latet veritas. Per ſi qua eſt que. r. ſciebat apud ſe nō eē fidē. vn̄ arbitrabat apud nullos eſſe. Et cū perſona ſua eſſet odioſa qa hoſtis mouet miām a ſuis calamitatibus Priamus autem vt omnia vera eliceret depoſita regia auctoritate vt amicus

Ordo. cum hoſte locut⁹ eſt. Ordo eſt. ille. ſ. Calchas ſilet dies biſqnos. i. decē & ipē tect⁹. i. ſecret⁹: recuſat ideſt renuit: prodere. i. perdēdum pronunciare: aut indicare quemq;. i. quēuis vnū ſua voce (id autem callide fecit ne ſi ſtatim ꝓnunciaſſet factio vlyſſis apparuiſſet: ſed diu recuſando ſignificauit ſe nullum morti addicturum: niſi premonit⁹ ſit a dijs. Aut egit ex conſcientia cū nollet Sinonē quē bonū & inſontem ſciebat licet eū Vlyſſes odio proſeqret addicere morti: & id ita eſſe intelligendū manifeſtat ſequens v̄ſus: vbi dicitur: non ſua ſponte: ſed actus magnis clamoribus Itachi rupiſſe vocem. Callide ergo hoc recitat a Sinone in commendationē ſui cum etiam Calchas tam diuveritus ſit eū prodere. licet Vlyſſes maximopere efflagitaret) aut opponere. i. obijcere

Biſquinos ſilet ille dies: tectuſq; recuſat
Prodere voce ſua quēq̃: aut opponere morti.
Vix tandem magnis itachi clamoribus actus
Compoſito rupit vocem: & me deſtinat aræ.
Aſſenſere omnes: & que ſibi quiſq; timebat:
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.
Iamq; dies infanda aderat. mihi ſacra parari
Et ſalſe fruges: & circum tempora vittæ.
Eripui (fateor) leto me: & vincula rupi.
Limoſoq; lacu ꝑ noctem obſcurus in vlua
Delitui: dum vela darent: ſi ſorte dediſſent.
Nec mihi iam patriā antiquā ſpes vlla vidēdi:
Nec dulces natos: exoptatumq; parentem
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia: & culpā hāc miſerorū morte piabūt.
Quod te per ſuperos & conſcia numina veri.
Per (ſi qua eſt quæ reſtat adhuc mortalibus vſq̃
Intemerata fides) oro: miſerere laborum
Tantorum: miſerere animi nō digna ferentis.

¶ Biſquinos dies: biſqnis etiā dieb⁹ ſilet dicim⁹: Tect⁹: aut multitudini ſe ſubſtrahens: aut tegēs cōſiliū ſuū vix SER. tandē: aut iunge & vacat tandē aut ſepara & eſt exaggeratio a ſynonymis vt abijt exceſſit. Compoſito ex pacto Rupit vo. erupit in vocem dictum per cōtrarium: Nam rumpere ſilentium eſt loqui: vt quid me alta ſilentia cogis rumpere. Rumpere enim vocem eſt tacere. Et quæ. ſ. q. t. Aſſenſere ergo non quia mihi eſſent inuiſi. Parari: infinitus modus pro indicatiuo: & eſt figura propria hiſtoricorum vt Sallu. Equitari iaculari: vt poetarū eſt Nuda genu: & toruum clamat Nam quod ait Cice. Bellicū canit non eſt figura: Nam eſt ſoni nomen. Salſe. ſ. Sallu. Et far quod dicitur mola ſalſa: qua & frons victimę & foci aſpergebantur & cultri. Fit autem ex horna fruge & horno ſale. Hora. Et horna fruge. Vittæ quibus victimę coronātur

Rūpere ſilentiū. Rumpere vocem. Mola.

ronantur.Leto.non ſacrificio inuidioſe locutus eſt.Vincula rupi:atqui ſolutæ ſunt hoſtiæ cum piaculū ſit aliq̄d in ſacrificio eſſe ligatum.Vnde vnum exuta pedem vinclisq̄ in veſte recinctis.Ergo vincla religionis intellige: vt & vinclis innaret chlœlia ruptis.ſcilicet fœderis.Sed dices:vnde iſte ligatus fuerit:nō enim troiani ligauerūt cum vltro ſe obtulerit.Vnde intelligendum eſt a græcis magis ligatum.Quia & conſuetudo illa quam ſupra diximus erat in ipſo tempore ſacrificiorum.Antea em̄ ligabantur.Iuuenalis.Sed procul extenſum petulās quatit hoſtia funem.Limoſoq̄ lacu:Vtitur circunſtantijs quib⁹ fuga veriſimilis fiat.Sæpe autem ſub aliorum perſonis poeta cauſas exequitur nobilium:vt hic Marij:infra aūt Pompeij.vt iacet ingens littore truncus.Per no.o.rem tē-

Marius. poris ad perſonam tranſfert:vt matutinus venit& eſt honeſta locutio.Si forte dediſſēt.nec negat nec affirmat eos nauigaſſe ne aut eis det ſecuritatem:aut ne falſum ſit qd' dixerat non poſſe nauigare Græcos niſi homine immolato.vt illorum ſit quicquid elegerint.Et artis eſt in anguſtijs argumētorum vti incertis ſermonibus.Antiquā: charam:Commemorat autem liberos& parentes:vt oſtēdat non ſe deſeruiſſe:vt vilem ſed mortis fugiſſe terrore Fors & pœ.forte & pœnas.Alij iungūt forte &:vt ſit forſan.Elicit miſericordiam oſtendens non habere cauſam redeundi poſt mortem ſuorum.Effugia nam fuga & effugium dicimus ſicut lana & lanitiū:vt ſit tibi la.cu.Piabunt:expiabunt.& μεσοῦ eſt. Nam plærūq̄ impiare ſignificat.Per ſiqua:dyaſirtice irridet:Nō digna: indigno luctu affecta.

obijcere morti:& ipſe actus ideſt īpulſus: tandem ideſt poſt longam dilationem & multā vlyſſis expectationē: vix ideſt cum difficultate:actus tamē:magnis clamoribus ideſt flagitationibus Ithachi.ideſt Ithacheñ.vlyſſis rupit vocem:qui enim cum pudore aut remordente conſcientia loquunt: rauceſcunt ita vt vocem rumpere videantur & effractam efferre aut dicamus cum ſeruio:rupit ideſt erupit vocem ſilentium rumpēdo: compoſito ideſt ex induſtria aut pacto:aut factione precōpoſita:& deſtinat ideſt deuouet & adiudicat me are ideſt ſacrificio faciendo diane:omnes ſcilicet greci:aſſenſere ideſt aſſenſum ꝓbuerunt: &tulere ideſt libenter paſſi ſunt ſup.ea q̄ q̄ſq̄ timebat ſcilicet in ſe poſſe conuerti.conuerſa ſup.eſſe:in exitium vnius miſeri ſcilicet mei qui miſer ſum.non ergo letabantur de malo ſinonis:ſed de liberatiōe propria.Et iā dies īfanda ideſt deteſtanda quo per ꝓditionem& factionem litari ſperauerāt:ſacra parari ideſt parabantur mihi ideſt in perniciem meā: aut de me:niſi ſint facra ideſt preparatoria ad ſacrificium parabantur mihi:& ideſt ſimul fruges ſalſe ideſt mola ex farina & ſale facta & vitte ideſt tenuia ſerta:ſup.parabantur mihi circum tempora ideſt ambitum capitis inter auriculas & v̄ticē. Ego fateor.ideſt licet piaculum videatur niſi factioſe contra me proceſſum ſit tamē verum dicam:ego eripui me etō.id eſt exitio & morti.non dicit ſacrificio quaſi non verum ſit ſacrificium quod ex factione inſtitutū eſt:& rupi vincula:& ego obſcurus delitui p̄ noctem obſcuram:aut quia rebus nox abſtulit atra colorē omniaq̄ noctu fuſca videntur:ego quoq̄:obſcurus ideſt ſuffuſcus& in obſcuro verſatus delitui per noctem: in lacu limoſo.ideſt cenoſo:in vlua ideſt herba illa paluſtri:ad quam nemo acceſſit:quia fundus limoſus erat:delitui īquit ideſt multum latui aut deorſum latui tantiſper ſup.dum darēt vela:ſi forte dediſſent vela quod addit:quia dubitabat an nondū placato numine vela dare poſſent.Nec vlla ſpes eſt mihi iam videndi patriam antiquam ideſt charam: nec dulces natos ideſt liberos:& parentem exoptatum quem ſuperſtitem eſſe veriſimile fecit poeta dū iuuenem dicebat.Quos ſcilicet patrem & liberos meos illi ſcilicet infenſi danai repoſcent ideſt exigent ad penas ideſt ad ſupplicia:quia forte mactabūt patrem aut liberos loco mei:ob noſtra effugia ideſt quia nos effugimus:& piabunt.ideſt purgabunt hanc ideſt meam culpam que tamē culpa non eſt:morte miſerorum ideſt innocentium & miſeratione dignorum:q̄ ideſt quocirca aut propter quod.ego oro te ſcilicet o rex:qui etiam liberos habes & ſentire potes que ſit affectio in eos per ſuperos ideſt per deos celeſtes obſecro.& per numina conſcia veri ideſt per deos auctores & conſciosveritatis quam nunc profiteor:q̄a auctores veritatis deberent veridicum tueri:& oro te per ſup.fidem intemeratam.ideſt adhuc integram & inuiolatam:ſi qua ideſt aliqua fides eſt que reſtat mortalibus adhuc ideſt vſq̄ ideſt in quouis loco:intemerata ideſt obſecro & obteſtor per omnia hec miſerere animi ſcilicet mei:ferentis ideſt patientis.non digna ideſt indigna.q.d.ſi noris q̄ fidelem & integrum habeam ī troianos animum poſtq̄ tantū fraudis mihi a grecis illatū eſt.dares vtiq̄ dextram:meiq̄ miſereris.& quia de factis nihil adducere potuit oratorie ad animum ideſt voluntatem confugit.Donatus autem intelligit ſiqua fides.ideſt credulitas eſt vſq̄ quam ſciebat ſibi non adhiberi.ego tamen mallem de fidelitate intelligere.



ASCEn. ¶His lachrymis vitam damus. Oſtendit vt dixi ſummā clementiā in troianis principibꝰ fuiſſe: quaſi eam ex ea traxerit domus Iulia: quomodo proditor ille in gratiam ſuſceptus ſit: vtq; que maxime interrogari optabat interrogatus ſit a Priamo de equi cauſa: de qua

DONA. re Donatus ſic. Noſter eris aperta beniuolentia cum recipiat eum ꝓ ciue Mihi. ſ. regi qui poſſem tormentis inquirere veritatem & ſimpliciter quero. Mihi: qui te ſeruaui: & ī meorum numerum recepi. Quo molem. Breuiſſima ꝓpoſitio ſed perfecta. Queſitum eſt cur equus eſſet factꝰ Cur tāte magnitudinis Quo auctore. vtrum religionis an belli cauſa. Ille dolis. q. d. natura ſua & arte pelaſga & mandatis ſuorum & oſtēdit nullū grecū carere dolis. Vos eter. iurauit ſed ſubtiliter: nam troianos fallit: & nō ꝓdit arcana ſuorum adhibuit iuſiurandum quia non videbatur veriſimile illum ſuorum ſecreta ſine tormentis prodere. Teſtatus eſt igiť nō propter narrationis veritatem.

¶His lachrymis vitā damꝰ: & miſereſcimꝰ vltro — Aeneas.
Ipſe vero primus manicas atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamꝰ: dictiſq; ita fatur amicis.
¶Quiſqs es amiſſos hic iā obliuiſcere graios — Priamꝰ.
Noſter eris: mihiq; hæc ediſſere vera roganti
Quo molē hāc īmanis eq ſtatuere? qs auctor?
Quidve petūt? q̄ relligio? aut q̄ machina belli?
¶Dixerat. ille dolis inſtructus & arte pelaſga — Aeneas:
Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.
¶Vos æterni ignes: & non violabile veſtrum — Sinon.
Teſtor numen (ait) vos aræ enſeſq; nefandi:
Quos fugi: vittæq; deum quas hoſtia geſſi:
Fas mihi graiorū ſacrata reſoluere iura.

Fas

Fas odiſſe viros: atq; omnia ferre ſub auras:
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.
Tu modo promiſſis maneas ſeruataq; ſerues
Troia fidem: ſi vera feram: ſi magna rependā.

SER. ¶ Miſereſcimus vltro. aut per ſe plenum eſt. aut cohæret ſequentibus quia non poteſt primis. Dicimus em̄ miſeroi illam rem. & illius rei miſereor. non aūt illi. Vltro nō ſponte. nam iam rogauerat. ſed inſuper abvltra. qa pluſq̄ rogauerat præſtiterunt: Manicas. a. a. aut epexegeſis eſt arctas manicas aut vtrūq; habuit. Quiſquis es. licet hoſtis ſis. & ſunt. vt habemus in Liuio. verba imperatoris trāſfugam recipiētis in fidem. Quiſquis es noſter eris. itē vigilas ne deum gens verba ſunt quibus pōtifex maxim⁹ vtitur in puluinaribus quia variam ſententiā ſuo inſerit carmini. Hinc iā aut ex hoc tempore aut ex hac oratione aut ex eo φ te dicis vlyſſis factiōe laboraſſe. Ediſſere ve. hic diſtinguendū vera enim audire deſiderat. Quo. qua cauſa quæ in cōiecturali ſtatu ſæpe queritur cui reſpōdet ne recipiarī portis. Quis auctor reſpondet Calchas attollere iuſſit. Quid ve. p. vt placerī Minerua. Ignes aut ararum quas fugit. Vt ſit execratio ꝓpter poſteriora. Vos arę. Aut ſolem & lunā ſignificat. Execratio aūt eſt aduerſorum depræcatio: iuſiurandū vero optare proſpera. Teſtor: modo iuro: alibi Teſtificor: vt Teſtor i occaſu vr̄o Veſtrum numē: ſydera em̄ ſecundū philoſophos dicunt̄ elementa & habere proprias poteſtates. Enſes: inuidioſe aut pluralem tranſtulit: Teren. Non perpeti mereticum contumelias. Vitte: vel q̄ habentur in honorem deorum aut q̄ habent ipſa ſimulachra vt virgineas auſi diuæ cōtingere vittas. Geſſi. pene geſſi. Fas petit veniā a dijs ne videatur proditor. Tacuit aūt hæc anteq̄ audiret noſter eris. Si em̄ voluntate ꝓditor eſſet: occurrebat illud Cice. Nemo vnq̄ ſapiens ꝓditori credendū putauit Sacrata. r. iu. ne incidat in ſacramenti pœnam. Sunt em̄ tria militię genera. (Militum genera.) Plærumq; enim euocati dicunt̄. & non ſunt milites ſed pro milite. Sallu. Neu quis miles ſiue pro milite: item ipſe ab ijs omnes euocatos & centuriones: plærūq; tumultuarij hoc eſt qui ad vnū militent bellum: plærūq; ſacramento rogati: quia poſt electionem in rempu. iurāt: & hi ſunt qui habent plenam militiā nam quinq; & viginti annis tenentur: hæc tria genera tangit Vergi. ſacramenti in hoc loco. Tumultuarij vt ſimul omne tumultu coniurat trepido latium: Euocationis Mittitur & magni venulus Diomedis ad vrbem. Odiſſe viros: & hoc diaſirtice: nā & ad grecos & ad Troianos poteſt referri. Si, qua. t. propter ea quæ latent in equo. Legibus vllis. ſ. græcorū propter illud noſter eris. Si Troianorū qa græcus. Troia: nam quod rex promittit: videtur reſ. promittere.

pigricies & deſidia:tam ſera.ideſt tā tarda moratur.ideſt detinet vos alij ſcilicet greci ſocij noſtri:rapiunt & ferunt: ideſt aſportant pergama ideſt res troianorum incenſa.i.quorum vrbs incenſa eſt:vos itis.ideſt venitis nunc primum a celſis nauibus:dixit ſcilicet androgeos (vel androgeus ſed vt ſyllabam producat maluit androgeos dicere)& ipſe delapſus in medios hoſtes ſenſit extemplo ideſt illico:enim pro quia quia neq; ideſt non fida ſatis.i. quibus confidere poſſet reſponſa dabantur ei:& ideo obſtupuit:& repreſſit.i.traxit retro.i. retrorſum premēdo pedem cum voce:Veluti.i.quemadmodum is qui nitens. i. figens pedem humi.i.per terram preſſit anguem ſentibus aſpris pro aſperis cauſa metri.i.habēte ſentes aſperos: hoc eſt ſpinas aſperas& acutas:& q trepidus.i.feſtinus cum tremore refugit repēte ideſt eueſtigio ſup. anguem attollentem.i. attollendo caput pre ſe ferentem & colligētem iras & tumentem. i habentem tumētia:colla cerulei coloris: haud.i. non ſecus.i.aliter:ergo eodē modo: androgeos tremefactus viſu ideſt dum nos videret hoſtes.abibat ideſt abire parabat: ſed nos irruimus ſcilicet in eum & circunfundimur denſis armis ſcilicet caterue eum comitantis & nos ſternimus eos paſſim ignaros loci & captos formidine:fortuna aſpirat ideſt fauet & annuit atq; arridet primo labori atq; id quidem fortuna ſolet in eos quos perdere vult atq; Chorebus ſcilicet iuuenis captus amore exultans hic ideſt hoc loco & tempore.i. in hoc facto ſucceſſu & animis ſcilicet ex ſucceſſu ceptis:inquit o ſocij ſequamur ſupple ea qua prima fortuna monſtrat .iter ſalutis:& qua dextra.ideſt virtus noſtra bellica oſtendit ſe: ea enim duo ad victoriam neceſſaria ſunt:fortuna & virtus: Mutemus clypeos ideſt ſcuta noſtra: & aptemus nobis inſignia ideſt arma certis indicijs inſignita& nobilitata Danaum ideſt grecorum iam interfectorum: aut qui reiectis clypeis aufugerāt & ſi quis dicat id non eſſe virtutis ſed doli reſpondet quis requirat ideſt diſcutiat in hoſte ideſt in facto qđ fit contra hoſtem dolus ſupple ſit an virtus: quaſi dicat nullus(Et id dicit vt iuuenis & cecus amore: vnde male merentur de poeta qui hanc ſententiam de mente eius dictam cenſent:quia vt prius dixi ſententie dande ſunt ſecundum affectionem loquentium non ipſius poetæ:qui loquentes inducit)ipſi ſcilicet Danai dabunt arma ſcilicet contra ſe aut quibus eos inuademus:& ipſe fatus ideſt locutus ſic:induitur galeam androgeo(ſecundū atticam linguam genitiuus eſt vt atteſtatur Ser.etiam in.vi.ad illud in foribus letum androgeo)latine androgei:comantem.i.criſtis aut coma ornatam:& induitur inſigne .ideſt ornamentum decorum clypei . ideſt clypeum decore inſignitum:& accommodat lateri enſem argiuum ideſt grecanicum:ripheus facit hoc ideſt conſimile:& ipſe ſupple facio hoc:ſecundū quoſdam ſed videtur indecorum.vnde licet dicturus eſt vadimus immixti Danais haud numine noſtro:& licet martio furore ſe percitū dixerit.nec ſat rationis in armis:tamen nō dicerem eo dolo tantū virum vti voluiſſe:Vnde non diſtinguam ſed conſtruam ſic: & ipſe dymas facit hoc: & omnis iuuentus(per qđ ſe ſatis excludit)leta.i.exultans ſucceſſu:facit hoc ideſt accommodat ſibi arma grecorum:hoc eſt quiſq; armat ſe ſpolijs recentibus.i.armis quibus recenter hoſtem ſpoliauerat.

Vadim⁹ immixti Danais haud numine noſtro.
Multaq; per cæcam congreſſi prelia noctem
Cōſerimus: multos Danaū demittimus orco:
Diffugiunt alij ad naues:& littora curſu
Fida petunt:pars ingentem formidine turpi
Scandūt rurſus equū:&nota cōduntur in aluo.
¶Heu nihil inuitis fas quenq; fidere Diuis.
Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus a templo caſſandra:adytiſq; mineruæ:
Ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra:
Lumina(nā tenebras arcebant vincula palmas)
Non tulit hanc ſpeciē furiata mēte Chorebus:
Et ſeſe medium iniecit moriturus in agmen.
Cōſequimur cūcti:& denſis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Obruimur noſtrorū:oriturq; miſerrīa cædes
Armorum facie:& graiarum errore iubarum.

Tum

¶Vadimus immixti.Narrat reliquam fortunæ aleam docetq; nihil inuitis fas quemq; fidere diuis:& q̄ſitas artes atq; aſtutiā obfuiſſe iuuenibus qui & a ſuis & ab hoſtibus qui ſua arma agnoſcebant obruebantur Vnde donatus.Diffugiunt. a.nam qui non penitus turbati erant fugiebant ad littora:qui autem erant amentes timore ſcandebant rurſus equum. Heu nihil fauebat nobis noſter dolus:ſed inefficax redditur qui quicq̄ humana induſtria aduerſus dei voluntatem molitur: quod oſtenditur in Caſſandra:ſed ſingula notentur verba:Ecce ideſt dum bene ac proſpere noſtra certamina procederent repente apparuit qđ multiplici indignitate & ſcelere noſtros actus turbaret. Trahebatur per publicum que paterno merito ac ſuo ne cū honeſtis quidem officijs multorum decuit offerri. Crinibus ſcilicet quod fuit virginalis verecundie factum inimicum trahebatur virgo virorum plurimorum manibus trahebatur ſacerdos manibus impiorum: trahebatur a templo &ab ipſius deæ penetralibus rapta& manibus poſt terga conſtrictis: & q̄uis hec perferret tendebat ad cœlum oculos: cum non poſſet manus quod faciebat fruſtra: querebat enim in celo vltores deos quibus aduerſantibus imperium ceciderat: & eos quorum cum dom⁹ eſſet ilium templis ſuis prodeſſe noluerunt:aut non potuerunt.Collige ergo in Caſſandram crimi-

Aſcen. Donatus.



na ꝗ regaliſq; v̄go ꝗ paſſis crinib⁹ quos habuit ad ornatū ꝗ per publicum ꝗ peruincta ꝗ a plurimis. In deos vero ꝗ a templo ꝗ ſacerdos ꝗ a conſpectibus deæ. Horum alterum affinitatis cauſa: alterum religionis quia antiſtes eſſet deorum mouere debebat æneam. Non tulit etiam Chorebus & reliqui illi morituro ſuccurrunt. Hinc error armorum qui ante iuabat nocere cepit: nam a ſuis putati greci telis. ideſt lapidibus & ſimilibus cedebātur. Tum. d. compendium adhibet: vt non tantum ereptam virginem diceret: verumetiam multos hoſtes ob eam rem occiſos & connexuit precipuorum nomina: & aliorum numerum generaliter poſuit. Illi etiā alia calamitas vt ab hoſtibus cognoſceremur qui acrius etiam q̄ hoſtes mouebantur quia ſe deceptos viderant. hec ille. ¶ Ordo eſt. Nos vadimus immixti. ideſt multum & quaſi in medio eorum mixti Danais. ideſt grecis: numine: ideſt

Ordo.

Tum Danai gemitu atq; ereptæ virginis ira
Vndiq; collecti inuadunt: acerrimus aiax:
Et gemini atridæ: dolopūq; exercitus omnis:
Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt: zephiruſq; notuſq; & lætus heois
Eurus equis: ſtridunt ſylue: ſæuitq; tridenti
Spumeus: atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam: ſi quos obſcura nocte per vmbram
Fudimus inſidijs: totaq; agitauimus vrbe.
Apparent primi: clypeos mentitaq; tela
Agnoſcunt: atq; ora ſono diſcordia ſignāt.

¶ Immixti: invacat. Numine em̄. vel dijs contrarijs: quia in ſcutis grecorum Neptunus: in troianorum minerua erat depicta

SER.

depicta fida.ſ.ſibi. Turpi:epitheton eſt timoris. Sal. Car-
bo turpi formidine italiã atq; exercitũ deſeruit. In al.nun-
dum eunt:ſed cum venerint idcirco in aluo & non in aluũ
dixit: vt eſt conditus in nubem Heu.n.i.f.q. Sequitur em̄
Caſſandrę captiuitas ſacerdotio fidentis & armorum pate-
factio. Priameia:patronimicum:ſed ſpẽs poſſeſſiui: Pria-
mis vero tm̄ patronimicũ ſicut priamides. Fruſtra. ſecun-
Furioſus dũ Epicurum. Furiata:furioſus a quo furor nunq̄ recedit.
Furiatus Furiatus qui furit ex cauſa. Periturus:melius vt ad effectũ
eius referatur ſicut de Tarconte. Et medios fertur moritu-
rus in hoſtes. Q̄uis vicerit culmine: tecto quod ante culmis
tegebatur Miſerrima:quia inter ciues. Gemini: duo & ex-
cuſatur quia fratres:nã ꝓprie gemini ſunt eodẽ partu nati.
Exercitus.o.excuſatio victi. Aduerſi.i. econtrario ſtantes.
heois:corripuit eã que longa eſt:quia ſeq̄tur vocalis. Hoc
raro fit quia nec ꝓpriũ vt diana nec cõpoſitũ: vt ſudibuſ-
ve preuſtis. Stridũt.ſ. excurſus poetę q̄ vltra tres verſus ꝓce
dere nõ debet niſi ſit vitioſus. Spumeus:ſpumoſus. Obſcu
ra.n.ꝑ.u.i.ꝑ vmbrã obſcurę noctis. Fudimus fugauimus:
alibi interemimus. Mentita quę nos gręcos eſſe mentieban
tur & ſenſum rei inanimatę dedit. Signant: deſignant:aut
per vocem:aut per ſymbolũ quo vtebatur exercitus.

ideſt voluntate & nutu deorum: haud ideſt nõ
noſtro ideſt nobis propitio aut fauorabili ſed
inimico: aut numen pro commodo poſuit ꝙ
numina afferre ſolent:nos congreſſi per cęcam
ideſt tenebroſam & nos execantem noctem id
eſt caliginem fumi & vmbrarum: conſerimus
ideſt conſerendo manus conficimus:multa pre
lia:& demittimus ideſt deorſum mittimus. or
co ideſt ad orcum ideſt infernum omnia vrgen
tẽ:multos danaũ.i.danaorũ. hoc eſt ex danais
quia plures reſtabãt. vñ potius multos Danaũ
q̄ multos danaos dixit. Alĳ.i.partim qui.ſ.nõ
occidebãtur:diffugiũt ad naues & petut curſu
littora fida.i. in q̄bus plus q̄ in armis confide-
bant & pars.i.partim ſcandũt rurſum.i. denuo
equum ingentẽ (quod mirũ eſt: quia dictũ eſt
ꝙ q̄ in eo erant demiſſi eſſent ꝑ funẽ: quocirca
non videt̃ q̃uo conſcendere poterant: ſed illius
dicti nõ immemor adiecit ingentẽ: vt ſit licet
difficilis eſſet aſſenſu q̄a ingẽs: tñ aſcendebãt)
turpi formidine.i. propterea ꝙ turpi formidi
ne eſſent capti:nec ſcirent quo ſe reciperent aut
diffugere poſſent:& condunt̃.i. abſcondunt̃ in
aluo nota.i.in qua prius fuerant occulti. Heu dolentis eſt interiectio:nihil.i.nõ aliq̄d fas nõ eſt quemq̄ fidere
ſcilicet ſibi aut fortunis ſuis:aliquid diuis.i.dĳs aut numinibus inuitis.i.nolentibus aut refragantibus. Ecce
q.d.id exemplo noſtro oſtendã:nã dũ ſic diffugerent gręci recollecti ſunt per planctũ Caſſandre:ecce.n.quaſi
ex inſperato: virgo priameia.i.filia priami caſſandra:trahebatur a templo & adytis.i.penitioribus locis quæ
quia regis filia & vates in ſuprema ſaltem neceſſitate adire permittebat̃:crinibus.i.capillis. paſſis ideſt diffu-
ſis:hoc eſt aut per crines paſſos quod impium eſt:aut habens crines paſſos: eo ꝙ ſic ad templum confugerat
iuxta quod dictum eſt in primo. Interea ad templum non eque palladis ibant Crinibus iliades paſſis peplũq;
ferebant:aut quia reluctando illi crines paſſi erant:trahebatur dico:tendens. ideſt extendens & dirigens fru-
ſtra (quia dĳ non miſerebantur: vnde in eodem primo Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. Fruſtra ergo in
uocabat deorum auxilium qui eam cum troia perire volebant ſaltem morte corporali) lumina ardẽtia ideſt
reſplendentia aut micantia ob iram & indignitatem facti.ad cęlos: vbi ſcilicet dĳ quorum auxilium implo
rabat erant:lumina inquit:nam vincula ideſt manice aut ligę:arcebant ideſt conſtringebant:& impediebant
ne extenderentur:palmas ideſt manus teneras:quia puellares. Chorebus ſcilicet procus aut ſpõſus eius: mẽte
furiata ideſt furore capta:non tulit ideſt non perpeſſus eſt:hanc ſpeciem ideſt hoc tam triſte ſpectaculum:aut
ſpeciem ideſt decorem virginis tam miſerabiliter tractę:& ipſe periturus ideſt certus mori: iniecit ſe in me-
dium agmen ideſt cetum hoſtium:nos cuncti ideſt omnes ſimul conſequimur ſcilicet chorebum: & incurri-
mus denſis armis ideſt in denſa arma hoſtiũ:vt ſit octauus caſus datiuus localis:aut per denſa arma noſtra vt
ſit ſeptimus caſus inſtrumentalis videlicet. ſed prior expoſitio preſtat. Nos obruimur hic ideſt loco vbi incur
reramus primum ex alto culmine ideſt pinnaculo delubri ideſt templi vnde trahebatur virgo telis noſtrorũ
ſcilicet amicorum hoc eſt controianorum & cedes ideſt occiſio & proſtratio ac ſtrages miſerrima ideſt miſe-
ratione digniſſima oritur facie ideſt imagine & ſpecie hoc eſt propter apparentiam armorum que nos indica
bant gręcos eſſe (erant enim induti arma græcorum vt premiſſum eſt) & pro ideſt errore iubarum ideſt criſta
rum graiarũ.i.græcorũ hoc eſt quę in clypeis gręcorum erant. Tũ ideſt inſuper aut deinde Danai collecti vn-
diq; ideſt ex omni parte gemitu & ira virginis erepte ideſt quam chorebus eripuerat aut potius erepte ex tem
plo quæ gemebat & conuiciabatur (quia enim gemitus erat in virgine & ipſius virginis debet & ira eius di-
ci vt per iram iratę verba ideſt conuicia intelligamus) ipſi inquam collecti vndiq; inuadunt ſup.nos videlicet
aiax acerrimus & atride gemini.i.duo qui fratres non tñ gemelli erant.ſ.agamẽnon & menelaus: & oĩs exer-
citus dolopum.i.ſociorum pyrrhi:inuadunt dicit ceu.i.veluti venti aduerſi.i.ex aduerſo concitati: videlicet
zephirus & notus & eurus.i.ventus ille orientalis:letus equis eois.i.orientalibus quibus aduehi ſingit̃:con-
fligunt quondam.i.quouis tp̄e:turbine.i.impetu aut globo ventorũ:rupto.i.diſſoluto ſylue ſtridunt.ſ.poſt
diſſolutionem:& nereus.i.deus aquarum:ſpumeus.i.ſpumoſus & ſpumis aſperſus:ſęuit tridenti.i.fuſcina ſce
ptro neptũni:atq; ciet.i.concitat & cõmouet equora.i.aquas maris prius ęquas:imo fundo.i.ab ipſo fundo q̄
imus eſt. Illi etiam quos nos fudimus.i.diſiunximus & dirupimus:ſi quos fudimus inſidĳs per vmbram no
cte obſcura:& agitauimus tota vrbe: apparẽt primi.ſ.inter nos inuadentes (q̄a alĳ heſitabant an hoſtes eſſent
eo ꝙ a ſuis quoq; obruebant̃) & ſup.agnoſcunt clypeos.ſ.ſuos aut mentitos (ergo mendaciũ etiã in facto eſt:
quod & Auguſtinus aſſerit. Vnde in Bucoli. Nec varios diſcet mentiri lana colores) & tela mentita.i.quę nos
Mẽdaciũ. gręcos eſſe mẽtiebant̃ (vt Seruius interp̄tat̃: & ita ſenſũ rei inanimate dedit: & accepit actiue: vt nũc fere capit̃
aut quę nos mẽtiti eramus:hoc eſt mẽdaciter aſſumpſeramus & id paſſiue:qđ quia rarũ eſt cõcedamus Ser-
uio) & ſignãt.i.deſignãt aut notãt ꝑ ſymbolũ.i.per cõem (vt dicunt) clamorem gręcis oĩbus & ſolis notum
quia vigilibus & conflicturis conſignari ſolet:aut ſignãt ex clamore bellantiũ ora diſcordia ſono.i.idiomate
aut loquela:aut modo clamandi qui q̄buſlibet nationibus ꝓprius eſt. Legendũ Obruimur noſtrorum ne ſyl-
labam mendoſam ponamus. & licet Seruius innuat ibi. Et lętus eois diphtongon corripi: credidero tamen
ſcribendum eſſe heois:nam græce εωοσ dicitur matutinus & orientalis & primam corripit: cum eois eadem
producat:tam apud græcos q̄ noſtros.

Ilicet obruimur numero:primuſq; Chorebus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram

¶ Ilicet obruimur numero. Docet magnitu-
dinem ſtragis quæ ſubſecuta eſt:& qui in eo cõ ASCEñ.
flictu perierãt. purgatq; ſe ꝙ cum alĳs non oc- Ilicet.
cubuerit: fatis ipſum alio recipiẽtibus ideſt ad
maiora reſeruantibus. Vnde Donatus dicit Donatus.

ſic. Ilicet: vbicunq; ponitur ilic et: extrema omnia occidere: vel occidiſſe ſignificatur. Chorebus deniq; primus inſidiarum author primus interficitur: & ante ipſius mineruæ aram occubuit propter cuius ſacerdotem defendendam eramus collecti. Iuſtiſſimus vnus perierunt Innoxij: & ſcęleratis ius vincendi datum eſt. Vi-
Viſumeſt ſum: vbi ponitur hoc non iuſtum iudicium: ſed prauę voluntatis ſtudium & libido ſignificatur. Confixa. a. ſ. auget commiſeratio Interfici enim durum eſt: ſed durius a ſuis interfici: exaggeratur quod dixerat Heu nihil inuitis. f. q. f. d. Nec te tua. p. p. Seruauit. in fine deos tantum fuiſſe a troianis alienos vt etiam panthus occumberet vir pius grauis religioſus cum ipſis inſignibus ſacerdotis. Iliaci. quia videbat vel crimini vel eſſe poſſe dedecori ꝙ tot tãtiſq; cadentibus euaſerit iurandi religionem vltro

ante obſtiectũ

Procumbit: cadit & ripheus iuſtiſſimus vnus
Qui fuit in teucris: & ſeruantiſſimus æqui:
Dijs aliter viſum: pereunt hypaniſq; dimaſq;
Confixi a ſocis: nec te tua plurima panthu
Labentem pietas nec appollinis infula texit:
Illiaci cineres & flamma extrema meorum
Teſtor in occaſu veſtro: nec tela nec vllas
Vitauiſſe vices Danaum: & ſi fata fuiſſent
Vt caderem: meruiſſe manu. diuellimur inde
Iphitus & pelias mecũ: quorum Iphitus æuo
Iam grauior: pelias & vulnere tardus Vlyxi.

Protinus



Protinus ad ſedes Priami clamore vocati.
Hic vero ingentem pugnam: ceu cætera nuſq̄
Bella forent: nulli tota morerentur in vrbe:
Sic martē indomitū: danaoſq; ad tecta ruentes
Cernimus: obſeſſumq; acta teſtudine limen.
Hærent parietibus ſcalæ: poſteſq; ſub ipſos
Nituntur gradibus: clypeoſq; ad tela ſiniſtris
Protecti obĳciunt: prænſant faſtigia dextris.
Dardanidæ contra: turres ac tecta domorum
Culmina cōuellunt: his ſe (q̄n vltima cernūt)
Extrema iam in morte parāt defendere telis.
Aurataſq; trabes veterum decora alta parentū
Deuoluunt: alĳ ſtrictis mucronibus imas
Obſedere fores: has ſeruant agmine denſo:

SER. ¶ Vnus precipuus. Aequi: ęquitatis. Dĳ al. u. magna indignatio: ſed nihil ſacrilegum æneę datur. Teſtor. teſtificor. & deeſt vos. Vices: pugnas: quia per viciſſitudines pugnabatur: vt docet Salluſti. Item pœnas. Horati. viceſq; ſuperbę. Te maneant ipſum. Meruiſſe. m. i. fortiter dimicaſſe: hi enim merentur occidi. Bene autem fatis imputat ꝙ euaſerit. cum tam tenex tam debilis occiſis iuuenibꝰ ſecū euaſerāt. Ingētem. p. quia in domo Regia maior ſpes predę erat. Acta applicata. Poſteſq;. ſ. i. Si circa portam in poſtibus ſi circa feneſtras ſub poſtes Ad tela: contra tela. Tecta: participium eſt: vel eandem rem bis dixit. His: ꝓpter quæ pugnabatur Luca. in pugnam fregere rates. Decora: ab eo qđ eſt decus. Obſedere: modo pro pręſidio tenebant.

ante obiectū quod metuebat oppoſuit. habet enim maiorem fidem quod anteq̄ exigatur offertur. Habet & bone conſtantię firmum teſtimonium non exorta: ſed oblata purgatio. Et ſi fata fuiſſent vt caderem. q. d. ſi fata ꝑmiſiſſent interitum meum. Meruiſſe. m. i. ita ſine aliquo reſpectu me ſalutis pugnaſſe: vt meruerim ab hoſtibus interimi. Diuellimur: inuiti neceſſitate adacti impellimur abire: oſtendit autem meruiſſe manu mori cum prius cum paucis: nunc vero ſolus pugnaret. Clamore: non ſpecialiter ab aliquo: ſed clamore pugnantium quo indicabatur eſſe opus auxilio ad defendendam regiam. apud quam acrius pugnabatur propter gloriam & predam. His ſe. ad excuſationem quare pulchra deſtruerent. Scale: nō ſolum q̄a in plurali declinantur: ſed quia plures eſſent. hec illle. ¶ Ordo eſt. Ilicet ideſt precipue illic: obruimur numero ideſt multitudine ingruentium: aut numero ideſt non ſinguli: ſed multi ſimul: ſed prior ſententia eſt conuenientior & honorabilior: vt non virtute ſed numero inferiores cenſeantur troiani: & chorebus iuuenis ille procumbit ideſt grauiter cadit: ad aram diue armipotentis ideſt palladis in cuius manu bella ſunt & victorie: procūbit dico ictus ſupple dextera penelei illius græci: cuius nominis expreſſio fidem rei facit: quaſi certe loquatur poeta & ripheus iuſtiſſimus vnus ideſt precipuus aut vnus iuſtiſſimorum quod metri cauſa dicere non potuit vt multi ſint iuſtiſſimi. i. in equali & eodē ſummo gradu iuſtitie. aut vnꝰ i. ſolus iuſtiſſimus: q fuit in teucris & ſeruātiſſimus i. obſeruātiſſimꝰ equi. i. eq̄tatis & iuſtitie & id ſup. ſecundū iudiciū hominū: ſed dĳs aliter viſum ſup. eſt: quia cadit. i. ſuccūbit & terrā oppetit: quaſi vero dĳ iuſtū permiſiſſent occubuiſſe ſi eis talis viſus fuiſſet (quod q̄dem in laudē æneę vergit q̄ quia a dĳs iuſtus approbatus eſt: etiā ſeruatꝰ eſt. Vñ venus in primo haud credo inuiſus cęleſtibus auras vitalis carpis. verū cū fide nō conſonat: q̄a deus permittit etiā iuſtiſſimos tp̄aliter affligi ponēs eis coronā eternā: ſed nos hic poetā interp̄tamur nō diuinas literas) & hypanis & dymas pereūt confixi a ſocĳs. ſ. de culmine tela iaciētibus: nec o panthu (more greco vocatiuo s abſtulit) tua pietas. i. religioſus & pius cultus in deos: plurima. i. q tibi plurimus fuit: & infula apollinis. i. qua caput tuū qui ſacerdos apollinis eras redimebatur texit ideſt protexit & defendit te: quia etiam perĳſti obrutus telis tuorum aut noſtrorum: loq̄tur enim æneas: qui vnus ex troianis eſt: & quia forſitan occurrebat nunc tacitis animis dubitatio quomodo igitur æneas euaſerit: addit. o cineres iliaci ideſt troiani: & o flamma extrema meorum ideſt quæ extremo loco meos abſumpſiſti: quia cum extremis pugnauerat æneas: ego teſtor ideſt proteſtor aut deos aut vos qui quod dico teſtificari poteſtis: me nec vitauiſſe tela nec vllas vices ideſt pugnas aut ictus qui viciſſim dantur: Danaum ideſt græcorū ideſt quas vices a Danais expectabam. hoc eſt teſtor vos quia intulerim me in omnia tela: & obiuerim omnes vices ictuum & ſi fata ideſt deorum voluntates: tuliſſent ideſt ita ordinaſſent aut voluiſſent: vt caderem ideſt perirem aut occiderer: teſtor me meruiſſe manu ideſt tantam ſtragem dediſſe manu mea. vt dĳ viſi eſſent mihi paria feciſſe ſi ꝑcuti me quoq; iuſſiſſent quaſi dicat equum videri vt qui gladio ferit gladio pereat. Senſus ergo eſt: tametſi euaſi nō id ideo effectum eſt ꝙ preterfugerim aut græcos non offenderim: ſed q̄a fata noluerint me tunc interire. Nos diuellimur inde ideſt ex ea pugna. Iphitus (Sunt qui ſupra legunt Ephitus: ſed alius eſſe poteſt) & pelias ſupple diuelluntur mecum (Sunt tamen qui conceptionem caſuum eſſe velint: vt ſit Iphitus & pelias mecum diuellimur: pro eo quod eſt ego & Iphitus & pelias diuellimur inde. Sed rarum eſt id genus conceptionis. Nam Hora. in arte dixit Tu quid ego & populus mecum deſiderat audi. non: quid deſideramus. atq; ita mallem quaſi zeugmatice conſtruere: vt ſit nos diuellimur inde: & Iphitus & pelias mecum ſupple diuelluntur) quorum Iphitus ſupple erat iam grauior æuo ideſt ætate: hoc eſt ſenior & pelias erat tardus ideſt tardus effectus & impeditus. vulnere vlyxi ideſt ab vlyxe illato quaſi dicat ſi qui adhuc mihi comites ſuperfuiſſent quibuſcum bellaſſem non fuiſſem digreſſus: nec digreſſi ſumus in fugam ſed vocati protinus clamore ad ſedes priami ideſt ad regiam: Vero pro ſed nos cernimus hic: aut nos cernimus vero ideſt præcipue & quaſi ad verum hic ideſt in regia Priami: pugnam ingentem ideſt valde magnam ceu ideſt veluti: cætera bella nuſquam ideſt non vſq; non forent ideſt eſſent vſquam ideſt acſi nunquam alibi bella fierent a cæteris: & nulli morerent̄ in tota vrbe preterq̄ ad ſedes Priami. Cernimus enim ſic martem indomitum. ideſt impetum belli ab indomitis fieri. & danaos ruentes ad tecta: & cernimus limen ideſt ingreſſum regię obſeſſum ſcilicet a grecis: teſtudine ideſt phalange: hoc eſt ex ſcutis protectione contra tela & lapides acta ideſt facta in morem teſtudinis: quæ eſt ſpecies muri circumuexi aut circumuoluti in morem teſtudinis: quæ teſtam deſuper habet circūlatam ſcale (quia plures erant) hęrent ideſt affixe ſunt parietibus: & nitūtur. ſ. aſcendentes: gradibus. i. ꝑgradus. aut gradatim: ſub. i. tendētes ab inferiore parte ad ipſos poſtes: & ipſi ꝓtecti obĳciūt ſiniſtris. i. ꝑ ſiniſtras manꝰ clypeos ad tela. i. cōtra tela & prenſant. i. prēdere frequēter tentāt: faſtigia. i. culmina aut ſummitatem murorum dextris. ſ. manibus. Dardanidę. i. troiani. contra. i. repugnantes & cōtra grecorū conatꝰ molientes: conuellunt. i. abſtrahunt vt deĳciāt turres. i. materiā turriū: & culmina ideſt

ſummitates

ſummitates domorũ aut turriũ tecta.i.coopta tegulis aut lapidibꝰ(eſt ego hic pticipiũ)&parãt ſe defendere his.i.hmõi,ppter q̃ pugnabaſ̃ telis:qa ea,pijciebãt in hoſtes q̃ hoſtes poſſidere affectabãt: qñ.i. qñquidẽ. cernunt vltima.i.excidiũ aut exitiũ.iã in morte extrema.i.q̃ꝓxime imminẽte.&deuoluũt.i.deorſum voluunt in hoſtes aſcendẽtes.trabes auratas.i.auro tectas & obductas appoſitorie:alta.i.ſublimia & ſupba decora.i. ornamenta:parentũ veterũ.i.maiorũ & priſcorũ regum troianorũ. Alij obſedere.ſ.cuſtodientes imas fores:ne ruptis illis irruerent Danai mucronibus.i.enſibus acutis.ſtrictis.i.euaginatis & denudatis;& ipſi ſeruãt.i. cuſtodiunt has.ſ.fores imas agmine denſo.i.denſe conſtructo aduerſus irrupturos.

Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis:
Auxilioq; leuare viros: vimq; addere victis.
Limen erat.cæcæq; fores:& peruius vſus
Tectorum inter ſe Priami:poſteſq; relicti
Sæpius andromache ferre incomitata ſolebat
Ad ſoceros: & auo puerũ aſtyanacta trahebat
Euado ad ſummi faſtigia culminis:vnde
Tela manu miſeri iactabant irrita teucri:
Turrim in precipiti ſtãtem:ſummiſq; ſub aſtra
Eductam tectis:vnde omnis troia videri
Et Danaum ſolitæ naues: & achaica caſtra:
Agreſſi ferro circum qua ſumma labantes
Iuncturas tabulata dabant: conuellimus altis
Sedibus:impulimuſq;:ea lapſa repente ruinã
Cum ſonitu trahit:& danaũ ſup agmina late
Incidit:aſt alij ſubeunt: nec ſaxa nec vllum
Telorum interea ceſſat genus.
Veſtibulũ ante ipſum:primoq; in limĩe pyrrhꝰ
Exultat telis & luce coruſcus ahena.
Qualis vbi ĩ lucẽ coluber mala gramina paſtus
Frigida ſub terra tumidũ quẽ bruma tegebat
Nunc poſitis nouus exuuijs:nitiduſq; iuuenta
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolẽ: & linguis micat ore triſulcis.
Vna ingẽs piphas: & equorũ agitator Achillis
Armiger automedon: vna omnis ſcyria pubes
Succedũt tecto & flãmas ad culmina iactant.
Ipſe inter primos correpta dura bipenni:
Limina perrumpit:poſteſq; a cardine vellit
Aeratos:iamq; exciſa trabe firma cauauit
Robora:& ingentem lato dedit ore feneſtram.
Apparet domus intus:& atria longa pateſcũt.
Apparent priami: & veterũ penetralia regum:
Armatoſq; vident ſtantes in limine primo.

ASCEñ. ❡Inſtaurati &c. Recitat Aeneas q̃uo etiã ꝓ ſocero hoc eſt rege Priamo pugnauerit vtq; pyrrhus regiam expugnauerit interea dum ex alia parte irruentibus obſtaret & in eos turrim dejiceret de qua re quia in negocijs pluſq̃ in verbis conſiſtit Donatus pauca dicit quę hęc ſunt. primoq; in limine pyrrhus. Dona. Ferocem naturam huius oſtendit & qui plene victorie fiduciam cerneret. Qualis vbi deſcripturus hoſtem natura ferum etate inſolẽtem:ſucceſſu ſuperbũ & ſpe ęneas hoſtilem animum in aduerſarium gerẽs huic animali illum comparandum putauit. Seuiebat vt ſerpens qui vomit venena:qui neſcit aliquãdo miſereri:q captat tẽpora qbꝰ ꝓcedat aut lateat. Hac igitur comparatione pyrrhum deformat. Nam vt ſerpens non virtute ſed veneno confidit:ita huic non arma ſed inſidie ad victoriam profuerunt nec vnq̃ in plijs viſus eſt:niſi cum alienis dolis procurata eſt victoria. Dura limina que facile ſupari non poſſent. Poteſt tamen videri dixiſſe duram bipennem.i.idoneam que frangere potuerit firmitatem eratorũ poſtium alluſit autem de oſtio ad feneſtrã. Sed debuit dicere cauernã factã ĩ oſtio per quam non ingrederetˀ ſed videret interiora. Ergo videbantur intus armati. Intercepta autẽ ſpe clauſa ante domus nũc ꝓtinus patuit. Sic ille. Ordo. Ordo eſt. Animi ſupple nr̃i ſunt ſup. inſtaurati.i.in ſtatũ priſtinũ reducti: ſuccurrere ideſt ad ſuccurrendum tectis regis ideſt regie aut aule priami:& leuare ſcilicet ab onere & preſſura viros ideſt viriliter obſiſtẽtes:auxilio.ſ.noſtro & addere vim.i.virtutem aut vires:victis ideſt his qui vincebãtur aut qui alioquin victi erãt. Limẽ.i.introitus p poſticũ.i. poſteriores fores quas hoſtes ignorabãt. Vnde addit:& fores cęce.i.occulte & ab hoſtibus nõ viſe nec note:& vſus peruius.ideſt tranſitus per quem via media erat quę vſui cedebat:tectorum ideſt domorũ priami inter ſe.vt ab altera in alteram tranſire liceret:& erãt poſtes.ſ.domorũ: hoc eſt alia edificia: relicti a tergo.i. ſegregata a regia: & domicilio ipſiꝰ regis:aut poſtes relicti.i. cõmunes & nondum occupati: in quos ſingulis ius eſſet cũ iter per eos haberent ſaltem permittente rege id filio & nurui. ſupple qua.i. per quam viam:andromache quę erat vxor Hectoris infelix.aut propter euẽtum hoc eſt ꝓpter mortem hectoris aut quia non potuit exorare quod orabat. Oraſſe enim videtur vt pater filium intra mœnia contineret:& ne id Hector reſciret ibat incomitata:vñ dicit ſolebat incomitata ferre ſepius ad ſoceros.ſ.ſuos ſe & trahebat.i.trahẽdo(cum paruus adhuc & imbecilis eſſet nec tãtum ſequi poſſet:erat em̃ longiſſima)ducebat auo.i.ad auum eius Priamum:aſtyanacta puerum.i.filium ſuum & Hectoris adhuc puerum (declinatur autem hic aſtyanax huiꝰ ctos.huic cti.hunc cta.&c.)trahebat dico puerum & ſolebat ferre ſe:dum regna Priami manebant. Ego euado.ſ.e telis hoſtium per hunc paruum aditum:ad faſtigia.i ſublimitatem ſummi culminis.i.tecti:aut precipue arcis. Vnde.i. de quo: miſeri teucri iactabant tela irrita:ideſt nihil ꝓfutura:cum arx defendi nequiret:nos aggreſſi

ferro

❡Inſtaurata animi regis ſuccurrere tectis Auxilioq; le.vi. SER. Leuare:iuuare. Vim:virtutem. Victis. Qui vincebanſ̃:vt Qua vectus ab. Limen:per poſticum ingreſſus eſt. Nã fores anteriores obſeſſæ erãt. Eſt aũt poſticũ neutri gñis. Hora. Atria ſeruantẽ poſtico falle clientẽ. Nã antica & poſtica in fęminino gñe augurale eſt:Cæcę:nõ oĩbus notę. Vſus: eſt verbum iuriſconſulticum:via actus:vſus. Dum donec trahebat:quia puer:vt paruũq; nepotem Ipſa trahit. Euado ideſt

do ideſt vado & evacat: vt emortuus. Iactabāt: quaſi ſpargebant nihil profutura: Pręcipiti: alto: vnde quis preceps dari poteſt. Caſtra vbi exercitus ſit ibi caſtra dicuntur. Vnde & nos caſtra mouemus. Summa extrema vt ſupremum ſummum dicimus. Labātes: faciles ad reſolutionem: & eſt ordo turrim conuelimus impulimuſq;. Telorum.g. telum enim dicitur ἀπὸ τοῦ τηλόθεν quicquid longe iaci poteſt: q̄q; legimus de gladio. at non hoc telum mea quod vi dextera verſat & ſequitur conſurgit in enſem. Dicitur autem a longitudine: vnde & Muſtellam dicimus. Veſtibulum: veſtibulum dicitur prima ianue pars. dictum autem vel ꝙ ianuā veſtiat: vt videmus cameram duabus ſuſtentatā columnis: vel quoniam Veſtę conſecratum eſt: Vnde nubentes puellę limē nō tangūt ne numini dicatū locum calcantes ſacrilegium committant. Luca. Tranſlataq; vetat contingere planta. Singula enim domus ſacrata ſunt dijs: vt Culmina dijs penatibus Maceries: que ambit domum hercęo Ioui. Pyrrh⁹ pyrrh⁹ dict⁹ a colore come. q latine byrr⁹ dr̄ a colore quo tingebat̄. Gramia pa. legim⁹ & ſylua paſt⁹ arundinea: nam aliud eſt paſcūtur vero ſyluas: ſed ſciendū eſt ꝙ licet hoc in vſu ſit: rarum tamen eſt apud antiquos. Paſtus autem pro qui paſcebatur: quia vt ſupra diximus in hoc latinitas defecit. Bruma. i. hyems dicta quaſi βραχειαημερα. i. breuis dies: eſt autem vt hic indicat locus ge. fœ. numeri ſingularis. Lubrica ter. Lubricū dicitur: & qđ labitur dū tenet̄: vt piſcis ſerpens: & locus in quo labimur vt ſeſe oppoſuit ſalio per lubrica ſurgens. Periphas: nec vltima accentum habet: ne fœmininum ſit: nec prima quia vltima longa eſt: ergo media habebit accentum. Armiger automedon pyrrhi. Nā achillis auriga fuit. Scyria. p. ſcyros vna eſt ex Cycladibus in qua Licomedes pater Deidamiæ regnauit. Succedunt tecto: pro ſub tectum cedunt: & eſt figura: quia mutatus eſt caſus. Bipenni: hoc nomen ſeruauit antiquitatem. Nam veteres pennas dicebant & non pinnas. Vellit: non deijcit: nam ſequitur paulopoſt. Labat ariete cre. ſed mouet: vt cynthius aurem vellit & admonuit. Ingentem lato dedit ore feneſtram. Epitheto auget tapinoſim vt ſolet. Armatoſq; vident ſtantes: Vt ſupra. Strictis mucronibus imas obſedere fores.

Telum. Veſtibulum. Domuū ſacratio.

ferro ideſt inſtrumentis ferreis circum ideſt ꝑ circuitum: ſup. ea parte qua ſumma tabulata. ideſt connexiones tabularum (ſolaria vulgus appellat) dabant iuncturas labantes aut vetuſtate aut ad lapſum dependētes: aut vt Serui⁹ dicit faciles ad reſolutionē: conuellimus. i. ſimul diuellimus: altis ſedibus. ideſt iuncturis ſuis q̄ in alto erant: turrim ſtantem in precipiti. ideſt precipitio & loco alto vnde quis preceps dari poſſet: nec haberet quod offenderet preter humum: & eductam ſub aſtra ideſt ad aſtra ideſt aut fere vſq; ad aſtra vt ſuſpiciētibus ab humo videri ſolebat: ſummis tectis ideſt culmine qđ in ſummo erat: cōuellimus dico: & impulimus ſupple in hoſtes. ea ſcilicet turris lapſa ideſt diſſoluta a ſedibus ſuis: trahit repente ruinam ideſt caſum cum ſonitu: ſcilicet vehementi: & incidit late ſuper agmina Danaum. aſt ideſt ſed. alij ſcilicet Danai ſubeunt: ideſt ſubintrant locum & munus oppreſſorū: nec ſaxa ſupple ceſſant interea: nec vllum genus telorum ſupple aliorum: ceſſat interea ſcilicet dum ſic alij ſubirent. Pyrrhus filius Achillis exultat telis & coruſcus ideſt reſplendens luce ahena ideſt fulgore armorum ereorum: ante ipſum veſtibulum ideſt introitū regie & pro ideſt ipſo limine ſcilicet regie: exultat ſupple exiſtens talis: qualis coluber vbi ideſt poſtq;: ipſe paſtus mala ideſt pernicioſa alijs gramina. quia venenū generantia exultat ſup. in lucem. ideſt ad lucem & ſolē egreſſus quem ſupple colubrum bruma frigida ideſt hyems tegebat ſub terra: exiſtētem: tumidum ideſt inflatum veneno. ſ. & ſupple qui nouus nunc. i. innouatus: exuuijs ideſt vetere pelle poſitis ideſt depoſita inflatus enim veneno & deinde per arctum foramen conſtringēs ſe pellem deponit: & qui nitidus iuuenta. i. cute iuuente apta conuoluit arduus ideſt erectus ad ſolem: terga lubrica. i. pingui lubrico perfuſa (quale in anguilis & ſerpentibus eſt qui propterea contineri vix poſſunt (vnde & via lubrica dicitur in qua propter pinguem humorem ſuperfuſum pes difficulter conſiſtat) & hoc pectore ſublato ideſt ſurſum lato & erecto: & micat ideſt more micātium crebrū & incertū motū facit: ore. ſ. ſuo linguis triſulcis: non revera in tris ꝑtes ſulcatis & fiſſis. ſed potius ita celeriter motis vt triſulce videant̄ (Eſt aūt micare digitis celerrime motis a diuerſis diuinare numerū erectoꝝ ab vtriſq; aut oībus ſi plures ſunt qđ cū fit nūc ſinguli nunc bini nūc plures in vna manu erecti cōſpiciuntur: vnde ſimilitudinē lingue ꝑ rictū colubri celerrimie mote ſumpſit) Periphas grecus ille: ingēs. i. valde magnus: & automedon armiger. i. miniſter arma gerēs in vſum dn̄i: agitator. i. auriga q olim agitator erat: equorū achillis: q̄bus. ſ. curr⁹ de quo ip̄e depugnabat. trahi ſolebat: & oīs pubes ſcyria. i. quę ex ſcyro inſula cū pyrrho venerat. Erat em̄ pyrrhus fili⁹ deidamie filie lycomedis regis. ſcyri: quā vt ſtatius in achilleide docet: achilles cōpreſſerat noctu in bachanalibus ſub ſpē puellari lycomedi creditus a thetide matre: oīs ergo pubes. i. iuuētus ſcyria q̄a ipſe pyrrhus iā pubeſcēs erat: ſuccedūt vna. i. pariter: qđ in vituperiū pyrrhi dicit̄ q vt pater nō niſi ī prius ab alijs victos inſultū fecerat: tecto. i. ad tectū: & iactāt flāmas ad culmina. i. ſummitatē tectorū. Ipſe. ſ. ſeuus hoſtis ſic exultās ꝓrumpit inter primos. i. cū primis: limina. i. obſtacula in primo ingreſſu: dura q̄a ex ligno veteri & diu idurato: & hoc bipēni correpta. i. celeriter aut vtraq; manu rapta: q; ꝓ & vellit. i. dimouit poſtes eratos. i. ere munitos fores ſuſtinētes: a cardine. i. ab angulo vbi eſt q̄ſi cor ianue: & cauauit. i. ꝑforauit iā robora firma. ſ. prius: aut fortia: & hoc trabe exciſa. ſ. bipenni: & dedit ingentē feneſtrā. i. apturā in medio foriū in ſiſitudinē feneſtre: ore. i. hiatu: lato. i. habēte latū os & hyatū. Dom⁹. ſ. regia appet intus: & atria longa pateſcunt: & penetralia priami & veterū regū. i. quę ſoli priami & ceteris regibus troianis penetrare olim licebat: apparent. i. conſpiciuntur & patere incipiunt hoſtibus: & vident armatos ſtantes in primo limine: & cū eos ſolos videret inſtat vi patria pyrrhus &c. vt in ſequentibus videbimus.

At domus interior gemitu miſeroq; tumultu
Miſcetur: penituſq; cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant: ferit aurea ſydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant:
Amplexæq; tenent poſtes: atq; oſcula figunt.
Inſtat vi patria pyrrhus: nec clauſtra nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent: labat ariete crebro
Ianua

¶ At domus interior. Ad excitandam commiſerationem recenſet muliebrem vlulatum quem tunc vero ſimile eſt factum cum facta tali feneſtra hoſtes conſpicerentur. vnde Donatus. Plangebant fœmine & ſummis vlulatibus prodebāt hoſtibus ſuam formidinem qua augebatur illis ſpes: ergo inſtat vi patria. p. Quis enim non prouocaretur audiendo talia. deſcriptio autem regie auget nobilitatem & amplitudinē fœlicitatemq; priami. Veterū regum: vt oſtenderet regnū priamo a maioribus ſuis ꝑueniſſe. Quantus autē dolor vt vna nocte cōciderit

ASCEn. Donatus.

cte conciderit quod per infinitos reges multis etiam ſeculis ſeruatum fuerat. Nec ipſi cuſtodes vigiles: de qbus dixerat imas obſedere fores poſſumus etiam cuſtodes ipſos poſtes intelgere, quoniam cuſtodes a cuſtodiendo appellantur cum igitur omnia deficerent. Fit via vi: vis inquit ianuam patefecit: vis aditum ad interiora tenenda recluſit. Vidi. h. & reliqua: Rñdet ad id queq; ipſe miſerrima vidi fuit ergo cędis eorꝝ hominū ſpectator: quos venerat defenſurꝰ. Qua deficit ignis oia ignis occupauerat: ſed cū cōſumptis rebus ignis extinguaṫ danai occupabāt ea loca in quibus non dixit nō fuit ignis ſed iam deficiebat. Superbi ornatu artis & materia. Ordo eſt. At ideſt ſed: domus interior: vbi. ſ. fœmine & infantes erāt miſcetur. i. confunditur gemitu & miſero tumultu & edes caue. i. tecta camerata: vlulant. i. vlulatū dant penitꝰ. i. pene intus ī penetralibus: plāgoribus fœmineis. i. femininis & muliebribꝰ cloār ferit ſydera aurea micantia. Ser. dicit ſtultos qui ad ſydera in laquearibus depicta referunt: ſed nō penitus abſurdū eſt: nam in cameris ſolet cęlū depingi ſupra verticem verꝝ mallem ad ſydera cœleſtia referre: vt clamor ſublatus ad æthera ad hoſteſq; perueniſſe dicatur: tum ideſt deinde matres pauide: non ſolum pauentes: ſed naturaliter pauide errant. i. diſcurrunt palantes: i. errantes: ingentibus tectis. i. per ingentia tecta: & amplexe poſtes: tenent ſup. eos atq; figūt oſcula: vti rei chare quam derelinquere cogunṫ mulieres ſolent. Pyrrhus inſtat vi. i. violentia: patria. i. paterna qua pater eius achilles in tali ſucceſſu inſtare ſolebat: nec clauſtra nec ipſi cuſtodes valent ſufferre ideſt ſuſtinere vim & impetum eius: ianua labat. i. ꝓcumbit: ariete. i. machina bellica cornuta fronte in morem arietis facta crebro ideſt frequenter impulſa: & poſtes procumbunt emoti cardine ideſt ex loco in quo fixi erant via. i. tranſitus aut acceſſus fit vi ideſt violentia: inuitis troianis: & ipſi danai immiſſi rumpunt ideſt rumpendo obſtacula faciunt aditus. i. acceſſus & trucidant primos ideſt quos primos offendunt obſtantes & complent loca late milite. i. agminatim irrumpunt. Amnis ſpumeꝰ. i. ſpumoſus nō ferṫ ſic. i. tā violenter in arua: furens cumulo ideſt īpetu multo aquarum: cum ideſt quando trahit armenta. ideſt pecora magna: cum ſtabulis per omnes campos: & hoc cū ideſt poſtq; exijt. ſ. alueum ſuum: aggeribus. i. rebus aggeſtis: ruptis. i. diſſipatis & cum euicit gurgite ideſt impetu aquarum: moles oppoſitas ideſt obices: non dico ſic fertur vt gręci ferebantur in aulam Priami. Ipſe ideſt ego vidi neoptolemū. i. nouum militem pyrrhum furentem cede. i. occiſione quam exultās victoria & improbus annis faciebat: vnde ſignanter neoptolemū hic dicit: & vidi geminos atridas. ſ. agamemnonem & menelaum ſup. furentes cęde. i. in limine ideſt in primo ingreſſu obuios. ſ. quoſq; trucidantes. Vidi etiam hecubā Priami coniugem: & centum ideſt plurimas nurus ideſt coniuges filiorum eius: & vidi Priamū fedantem. i. imbuentem ſanguine ſcilicet ſacrificiorum: per aras ideſt ſuper ipſas aras: ignes quos ipſe ſacrauerat. Quinquaginta thalami ideſt camere nuptiales in quibus nurus erant: erāt ſupple illi: (quem numerum etiam Homerus celebrat) & tanta ideſt tam magna ſpes nepotum erat ſupple illi. aut ordo eſt: quinquaginta thalami: appoſitorie ſpes tanta nepotum procubuere illi ideſt in damnum & dolorem illius & poſtes ſuperbi ideſt ſuperbe extructi & magnifice decorati: auro barbarico ideſt a barbaris ablato: & ſpolijs. ſ. barbarorum illis affixis: procubuere ideſt procubuerunt Danai tenent ideſt occupant ſupple ab ea parte qua ignis deficit ideſt deeſt aut propter obſtaculum amplius cremare nequit.

Ordo.

Ianua & emoti procumbunt cardine poſtes:
Fit via vi rumpunt aditus: primoſq; trucidant.
Immiſſi danai: & late loca milite complent.
Non ſic aggeribus ruptis cū ſpumeus amnis
Exijt: oppoſitaſq; euicit gurgite molles:
Fertur in arua furens cumulo: cāpoſq; ꝑ omnes
Cum ſtabulis armenta trahit: vidi ipſe furentē
Cæde neoptolemū: geminoſq; ī limine atridas
Vidi Hecubā centūq; nurus: priamūq; ꝑ aras.
Sanguine fœdantē quos ipſe ſacrauerat ignes.
Quinquaginta illi thalami ſpes tanta nepotū.
Barbarico poſtes auro ſpolijſq; ſuperbi
Procubuere: tenent Danai qua deficit ignis.

¶ At domus īterior. De albano excidio locus eſt. Tumultus quaſi timor multus dicitur. Miſero: bene additū quia eſt etiam terribilis. Miſcetur: ꝑturbatur. Cauæ ædes: tecta camerata. in ſingulari tēplum tm̄ ſignificat: in plurali templum & domū. Ferit: ſecundū philoſophos qui dicunt vocem corpus eſſe. Aurea ſy. Multi ſtulte ad laquearia referunt. Pauidę: pro pauētes. Pauidus. n. qui ſemper timet pauens qui ex cauſa. Amplexe. q. t. p. Ex apollonio qui inducit Medeam patrem ſalutaſſe: dum domū reliquit Vi patria: Eſt teſtimonium generis ſui: vt de Hercule Salue vera Iouis proles. Non ſic: grauius vaſtata eſt troia q̄ agri fluuiorum eruptione vaſtentur. Cumulo augmento. Vidi: vt Queq; ipſe miſerrima vidi. Geminos: duos. Nam eodem partu nati proprie gemini ſunt. Vidi Hecubam centū: aut numerus pro numero eſt: aut quia Barbari nō ſingulas ſed plures habebant vxores Aut nurus ideſt fœminas. Luc. cultus geſſere decoros: vix nuribus rapuere mares. Quos ipſe ſacrauerat ignes. Latenter oſtendit: nil prodeſſe religionē Quinquaginta thala. Illi celebrati ab Home. & bene: de thalamis verum expreſſit numerum. Poteſt. n. vnus thalamus plures habere coniuges. Barbarico aut multo aut vere Barbarico: barbarorum. n. eſt copia Spolijſq; ſuperbi: Hic. n. erat antiquorum mos. vnde ait in ſeptimo. Captiui pendent currus: curuæq; ſecures.

SER. Aedes. Pauidus. Gemini. Nurus.

Forſitan



Forſitan & priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbs vbi captæ caſum conuulſaq; vidit
Limina tectorũ: & mediũ in penetralib9 hoſtẽ
Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circũdat nequicq̃ humeris & inutile ferrum
Cingitur: & denſos fertur moriturus in hoſtes
Aedibus in medijs nu doq; ſub ætheris axe
Ingens ara fuit: iuxtaq; veterrima laurus
Incumbens aræ: atq; vmbra cõplexa penates.
Hic Hecuba: & natæ nequicq̃ altaria circum
Præcipites: atra ceu tempeſtate columbæ
Cõdẽſe: & diuũ amplexæ ſimulachra tenebãt.
Ipm aũt ſumptis priamũ iuuenilibus armis
Hecuba. Vt vidit [quæ mens tam dira miſerrime coniũx
Impulit his cingi telis: aut quo ruis: (inquit)
Non tali auxilio nec defenſoribus iſtis
Tempus eget: non ſi ipſe meus nunc afforet hector.
Huc tantem concede. hæc ara tuebitur omnes:
Aeneas. Aut moriere ſimul. [ſic ore effata recepit
Ad ſeſe:

¶ Forſitan &c. Poſt excidium multorum troianorum & captionem regie Priami: affectabat vt vero ſimile eſt dido audire exitum Priami: quem nunc recitaturus eſt: vnde Donatus dicit ſic. Forſitan & Priami: bono compendio vtitur vt vltro ſuggerat quod interrogari poterat. Debebat enim eo tempore quod omnibus quietem deſtinauerat vti breuitate. Exponit igitur quomodo ſanguine aras fedauerat. Vrbis. u. ca. cum iam nihil eſſet reliqui de vrbe Regiaq; ſua: nullaq; omnino ſpes reſtaret: ſtatuit ſapiens: & forti animo rex quacunq; morte captiuitatem fugere Arma capit: non vt peteret victoriam: ſed vt in armis poſitus viriliter occumberet: ponit autem & hominem & arma inutilia: quoniam ipſe ſenex iam diu arma nõ ſumpſerat. Vnde illa rubigine contabuerant & inutilia reddita erant His armis: autorem mortis querit: non amentia ſed ſapientia vt morte captiuitatem fugiat ergo ſapientiſſimus poeta decorum in hoc rege ſeruauit. Dedit & conuenientem naturam mulieri & regine & vxori. Recepit. quam imbellis eſſet ex eo apparet q̃ mulier anus: eum ab incepto ſeuocauit. Ecce autem. el. Voluit mori Priamus: vetuit vxor: at caſus attulit ſibi quod cupiebat. ¶ Ordo eſt Tu requiras ideſt requirere poſſis forſitan & ideſt etiam que fuerint fata Priami: & incipit narrare dicẽs. Vbi ideſt poſtq̃ priamus ſup. vidit caſum. i. ruinã & excidium vrbis. ſ. troie capte. ſ. a grecis: & vidit limina tectorꝫ cõuulſa. i. a ſedib9 ſuis ſimul auulſa & vidit hoſtẽ mediũ
pro in

ASCEñ.
Donatus
Ordo.

pro in medijs: penetralibus ipſe ſenior circundat nequicq̄ ideſt fruſtra & ad nihil cõmodi: humeris trementibus: euo.i. pre ſenio non pretimore: arma deſueta.i. deſita diu & cingit̄ ferrū inutile.i. quo tunc ꝓſpere vti nequiret: & fertur moriturus in denſos hoſtes. Ingens ara fuit in medijs edibus: & ſub nudo axe ętheris.i. ſub dio: in ꝑambulacro regię: ſicut in clauſtris religioſorum conſpicimus aream circumſeptam porticu: & laurus veterrima ideſt vetuſtiſſima (ab antiquo: nam veter dicebatur vnde abuſiue veteri in ablatiuo fit) erat iuxta.i. ꝓpe aram incūbens are.i. inflexa ſupra arā & cõplexa penates vmbra.ſ. ſua. Hecuba & nate.i. filie & nurus ſup. erant hic nequicq̄.i. fruſtra circū altaria: condenſe.i. cõpreſſe qđ timoris indiciū eſt. & ipſe amplexe.i. amplectentes tenebant: hoc eſt amplexu ſuo tenebant: ſimulachra diuū.ſ. penatium: ceu.i. veluti columbe ſup. conuolāt precipites ſupple in aut ſub tempeſtate atra.i. nymboſa & ipſis inimica. Autem pro ſed vt.i. poſtq̄. Hecuba ſup. videt Priamū iam ſenem armis iuuenilibus ſumptis ideſt poſtq̄ ſumpſerat arma iuuenilia: inquit o miſerrime coniūx ideſt marite: quę mens tam dira ideſt ſaluti tue tam aduerſa aut tam furiata: nam dire etiam furie ſunt: impulit te cingi: his ideſt iuuenilib⁹ & tibi inutilibus telis: aut quo ruis ideſt p̄ceps abis: Tempus.ſ. preſens.i. ſtatus rerum preſentium: nō eget tali auxilio quale.ſ. tu afferre potes: nec iſtis ideſt inutilibus & decrepitis cuiuſmodi tu es defenſoribus ſed ſup. longe preſtantiore & preſtantiorib⁹ non ſi ipſe Hector meus ſcilicet filius: afforet.i. adeſſet ſupple egeret tali preſidio quale ipſe preſtare poſſit: cū ſerum ſit. Concede tandem ideſt poſt diuturnē amentiam tuam huc.i. ad me: hec ara tuebitur ideſt proteget oēs ſup. nos aut moriere ſimul.i. nobiſcum: ipa effata ideſt elocuta ſic: ore.i. etiam geſtu oris & non ſolis indicijs: vt vecordes mulieres quę in tali caſu eloqui neſciūt: ſolent (aut vacat ore) recepit ad ſeſe & locauit longeuum ideſt longi ęui maritum: in ſede ſacrata in qua.ſ. ſummus pontifex ſedere ſolebat. Alludit ad primores Rome qui dum vrbs a gallis caperetur in inſignibus ſuis pro foribus ſedebant. Autem pro ſed ecce.q.d. preter ſpem & commodum. polytes vnus natorum.i. filiorum Priami: elapſus de cęde Pyrrhi. quā.i. pyrrhus faciebat in alios & in hunc facere parabat: fugit per tela per hoſtes longis porticibus ideſt per porticus longas: & ipe ſaucius ideſt vulneratus: luſtrat ideſt oculis circumſpicit: atria vacua.i. in quibus iam nullus remanſerat ad quem ſe reciperet. Pyrrhus ardens inſequitur illum vulnere ideſt telo quo vulnus faciat infeſto ideſt vim illaturo & tenet manu iam iamq̄ ideſt in Proximo eſt vt teneat & vix quicq̄ intereſt: & p̄mit ſtaſta.ſ. infeſta: vt.i. poſtq̄ ſup. Polytes euaſit tandem ante oculos & ora parentum.ſ. Priami & Hecube concidit: & fudit vitam cū multo ſanguine in quo ſedes anime atq̄ vite a nonnullis creditur.

Ad ſeſe: & ſacra longæuum in ſede locauit.
Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde polytes
Vnus natorum Priami: per tela: per hoſtes
Porticibus longis fugit: & vacua atria luſtrat:
Saucius: illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur iā: iamq̄ manu tenet: & p̄mit haſta.
Vt tandem ante oculos euaſit: & ora parentum
Concidit: ac vitam multo cum ſanguine fudit.

SER. ¶ Forſitan &.p. bono vſus eſt ordine: vt primo reipu. deinde regis poſtremo priuati ideſt ſua narraret fata. De morte autem priami varia tradūtur. Alij enim dicunt q̄ a pyrrho in domo captus ſed inde in ſigeum tractus ad tumulū Achllis cęſus eſt. Nam in rheteo ſepult⁹ eſt Aiax. Tūc eius caput conto affixū Pyrrhus circuntulit. Alij iuxta aram hercęi Iouis extinctum tradunt: hinc Luca. hercęas mõſtrator ait nō reſpicis aras. Hanc opinionem proſequitur poeta: ſed & illam prelibat. vt ſuo loco dicetur. Medium ho. hypallage ideſt in medijs ędibus: Nam ſi medijs legeris nō ſtat verſus niſi eliſos vt inter ſe coijſſe viros & decernere ferro. Recte autem non armat Priamū niſi in extremis periculis. Aeuo: non timore. Circūdat non em̄ apte cohærent: ſed oneri ſunt Inutile: ipſe inutilis. Nam ferrum eſt de his quæ a cõiunctis ſumunt epitheta vt venenum ſub axe: ſub dio. quod impluuiū dicit̄. Axis aūt eſt plauſtrū ſeptentrionale aut pars ſeptentrionis aut ſpūs quo mundus mouetur: vt docet Luca. Veterrima: vſurpatum eſt Ergo hoc tātum vti licet: ſi neceſſe ſit. Nequicq̄ aut ſecundum Epicureos: aut ꝓpter vim bellicam. Altaria Superorū ſunt: arę inferorū ara. αϖοτησ αρασ dicit̄.i. a p̄ſepibus. Vnde cõtra imp̄catio καταρα dicitur. Dira modo ꝓprie. Dira em̄ eſt deorꝝ ira. Ergo q̄ mens dira.i. infuſa ex deorū ira. Ruis: aut feſtinas aut incedis ſeniliter. Ore: abundat. Vulnere. bonū ſchema vulnus ꝓ telo. Cum ſanguine: ex opinione eorum qui ſanguinem ſedem vitę volunt alibi ſeqtur eos qui ipſum ſanguinem vitam volunt. Vt purpuream vomit ille animam.

Priami mors. Veterrimus. Altare. Ara. Dira.

ASCEN. ¶ Hic priamus &c. Docet finem & exitum vite Priami alludēs ſubinde ad res Romanas vnde Donat⁹. Hic pri. voluit fortuna vt mors polyte eſſet in cõſpectu ſuo: vt inde mors ſua oriretur. Dij ſcilicet preſentes ad quorum ſe ſuffragium contulerat: & ſi eſt in cœlo aliqua pietas quæ nefaria commiſſa vindicet. Qui nati. Nō culpat Pyrrhum q̄ occiderit ſed q̄ cędem in conſpectum paternum reſeruauerit: nā ſtulte reprehenderet: quod iure belli licebat. At nō ille: conatur priuare eum omni gloria & nobili genere q̄ non ſit filius Achillis: quod probat q̄ in ſe nō ſeruauerit iura quę ſeruauerat Achilles. Reddidit corpus: quod iniuſte retinuiſſet. Sola enim anima debetur hoſti. Corpus autē quoniam in nullius eſt ꝑtāte: dimittitur ſepulturę. Reddidit ergo quoniam contra humanitatis iura id tenebat. Sic fatus eſt deſideriū manifeſtum mortis q̄ poſt contumeliam etiam armis iuuenem ſenex prouocet. Telum imbelle: confirmat quod dixit inutile ferrum. Sine ictu

Dona.

Hic Priamus q̄q̄ in media iam morte tenetur:
Non tamē abſtinuit. nec voci ireq̄ pepercit.
¶ At tibi pro ſcelere (exclamat) ꝓ talib⁹ auſis Priamus.
Dij ſi qua eſt cœlo pietas: quæ talia curet:
Perſoluant grates dignas: & præmia reddant
Debita: qui nati coram me cernere lætum
Feciſti: & patrias fœdaſti funere vultus.
At non ille: ſatum quo te mentiris: Achilles
Talis in hoſte fuit priamo: ſed iura fidemq̄
Supplicis erubuit: corpuſq̄ exāgue ſepulchro
Reddidit Hectoreū: meq̄ ī mea regna remiſit.
¶ Sic fatus ſenior: telumq̄ imbelle ſine ictu Aeneas.
Conicit:

Coniecit:rauco quod protinus ære repulſum.
Et ſummo clypei nequicq̄ vmbone pependit.
Cui Pyrrhus referes ergo hæc & nuncius ibis
Pelidæ genitori:illi mea triſtia facta.
Degenereq; Neoptolemū narrare memento:
Nūc morere.hoc dicēs altaria ad ipſa trementē
Traxit:& in multo lapſantem ſanguine nati
Implicuitq; comam læua:dextraq; coruſcum
Extulit:ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
los rutilorum.r.a.a.& Diua ſolo fixos.o.a.t. Omnia fir.
nam nō ſufficit Romano more vnū vidiſſe auguriū niſi
firmetur ex ſimili:nā ex diſſimilibus poſterioribus diſ⸗
ſoluuntur priora:vnde eſt Quantū chaonias aquila ve⸗
niente columbas.Nam ea illis plus poteſt.Læuū ꝓſperū
eſt qa cœleſte:ſiniſtrum autem quātū ad auguria a ſinen ſiniſtrum
do eſt:qd' nos agere aliquid ſinat.Multa cum luce:ſcd'm
theologicā rōnem:quæ aſſerit flāmarum tractus nimbū
eſſe deſcendentis numinis:alibi ſecundum phyſicam vt
vento impendente videbis Flāmarum longos a tergo al Reprehē⸗
beſcere tractus.Facē:lumen quod vtiq̄ꝫ ex facibus naſciť ditur ſer⸗
Idæa.ſ.ꝑ qd' ſignificatur troianos Apud Aeneā congre uius.
gatos petituros idam.Cum lu.oñdit claros:ſcintillæ reli
ɛ̃tæ ſignificant in varijs locis remanſuros:de locis lōgus
limes:errorem ꝑ ſulcū longū maris æquor arandū præſi
gnificat:Sulphure.ſ.diuini ignis odor ē . Ex fumo mors
Anchiſæ oñditur.Cedo equidē.q.d.& ſi moriturus ſim.
Victus:a ſuo propoſito diſcedens.Se tol.augurum ver⸗
bum qui viſo augurio ſurgebant extemplo.Veſtroq̄ꝫ in
nu.in vobis habeo Troiam:Comes:tātum ad ſolatium
itineris:nam moriturus erat.

ASCEn. ⁋Dixerat ille . In hac parte recitat eneas vt
pietatis officio erga patrem functus ſit / eūq̄ꝫ
in humeris extulerit/& Aſcaniū per manum
attraxerit.ſequente quidem ſed non perſeq̄n⸗
te cōiuge que dijs ita volentibus in via ſub⸗
lata eſt/oñdit ēt ſe ſumma religiōe deos ob⸗
ſeruaſſe qppe quos ne attrectare qdem aude⸗
bat:ſed patri pio & īpolluto efferendos com⸗
DONA. mittebat. De qua re dicit Donatus ſic. Ergo
a.Nam

⁋Dixerat ille:& iam ꝑ mœnia clarior ignis Aeneas
Auditur:propiuſq̄ꝫ æſtus incendia voluunt.
Ergo age care pater ceruici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo hūeris:nec me labor iſte grauabit.
Quo res cūq̄ꝫ cadent:vnū & cōmune periclum
Vna ſalus

Vna ſalus ambobus erit: mihi paruus Iulus
Sit comes: & longe ſeruet veſtigia coniunx.
Vos famuli que dicã animis aduertite veſtris.
Eſt vrbe egreſſis tumulus: templũq; vetuſtum
Deſertæ cereris: iuxtaq; antiqua cupreſſus:
Relligione patrum multos ſeruata per annos.
Hanc ex diuerſo ſedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape ſacra manu: patrioſq; penates.
Me bello ex tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus: latos humeros: ſubiectaq; colla
Veſte ſuper: fuluiq; inſternor pelle leonis:
Succedoq; oneri. dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit: ſeqturq; patrem nõ paſſibus æquis.
Pone ſubit coniunx: ferimur per opaca locorũ:
Et me quem dudum non vlla iniecta mouebãt
Tela: neq; aduerſo glomerati ex agmine graij:
Nunc omnes terrent auræ: ſon⁹ excitat omnis
Suſpẽſum: & pariter comitiq; oneriq; timentẽ.

SER. In errata mãifeſta lapſus Seruius. egredior.

¶ Etiam. ſ. dum negat dum oſtenduntur auſpicia. Ergo quia aſſenſiſti & incendia appropinquãt. Age aduerbiũ hortãtis eſt adeo vt ſæpe plurali iũgat: vt age facite hoc. Ceruix i ſingulari numero collum in plurali ſuperbiam ſignificat. Longe valde. nã ſequitur Pone ſubit cõiunx. Vrbe ablatiuũ dat: ſic Hora. egreſſum magna me excepit aritia Roma Sallu. accuſatiuum dat. raro egreſſa ſuos fines. Tumulus nunc terra tumens alias ſepulchrum. Recte autẽ turbatis dat plura præcepta: ſcit em̃ eſſe timoris comitem obliuionem. Cereris: optime ponit̃ huius deæ tẽplum ante vrbem. nam eſt dea ruſticorum. Librate autẽ Cereris templum & vetuſtum dixit. Nam illic vt putabãt hoſtes non erat viris aditus & Aeneas ſciebat eẽ ꝓfa natũ: nec prędæ ſpe duci hoſtes poterant. Deſertæ. an a ſacerdote qui in. vi. inducitur extinctus: vt Cererique ſacrũ poli: an propter decennalem obſidionem. an a filia deſertæ vt Nec repetita ſeq. c. p. m. Relligione: timore. ſic Terẽ. Nã mihi nihil eſſe relligio eſt dicere. i. timor. & eſt reciprocũ. vnde Vergilius Multoſq; metu ſeruata per an. Conexa enim ſunt timor & relligio. Stati. Primus in orbe deos fecit timor. Cape. Non dat ſed hortatur. nã ipſe ait ſibi nefas eſſe tangere cum ſit cæde pollutus: ſcit em̃ græcos ex pollutione palladij piaculum cõmiſiſſe. Viuo ſemper fluenti. i. naturali vt viuoq; ſedilia ſaxo. Eſt autẽ augurale verbũ. Latos. aut more heroũ ſe laudat aut ſternẽdo latos facit. Succedo oneri. figura eſt. Implicuit. puerilem expreſſit timorem. Pone. aduerbium & habet accẽtum i vltima. Opaca. Nã dixerat. arboribuſq; obtecta. r. & eſt op. l. veluti ſtrata viarum. Et me. naturalia plus timet vir fortis & nõ bellica arma. Vnde ſeqtur Comitiq; oneriq; timentem. Excitat. conſternat ſubito.

Metus & religio.

a. Nã cũ ipetraſſem paternũ aſſenſum qđ difficillimũ fuit arripui ſubitã occaſionẽ: & oib⁹ difficultatib⁹ quas obijcere potuiſſet anchiſes occurrit. Nã ſe illũ ſenem & ipeditũ laturum pollicetur & omnia cõia ipſius futura oſtendit: qa nuſq; illum deſeret & ne q̃rat qđ de filio & de vxore faciat iuuabo inquit filiũ auxilio dextre: & vxor veſtigia mea ſectabitur: quod vero ait ſolus Iulus ſit co. Et longe. ſ. v. c. Fuit conſilium vt tutior fieret fuga: Nam ſi plures fuiſſent cõgregati non facile latuiſſent Implicuit: exprimit cãm & factum nam puer pris fugiẽtis equare paſſus nõ poterat. Exprimit ẽt laborẽ ſuũ ꝙ in tanta celeritate patrem ferret: filiũ traheret. Ordo ẽ. Ille. ſ. pater anchiſes: dixerat. i. finiuerat ſermonem: & ignis. i. crepitus & fragor ab igne ꝓcedens: auditur iã clarior quia vicinior erat: & incendia voluũt i. aduoluũt: propius. i. vicinius ad nos: eſtus i. calores ex incendijs prouenientes: aut eſtus voluunt incendia propius: quia ex eſtu fiunt incẽdia: ꝑparant̃. n. materie ad incẽdia: & incẽdia augent eſtus. Ergo age adhortandi eſt aduerbiũ: o chare pater imponere. i. ſine vt iponaris (eſt em̃ imperatiui modi verbi paſſiui) ceruici nr̃e. i. in ceruicem noſtram. ipſe. i. ego ſubibo humeris. i. p hũeros meos: nec iſte. i. quẽ tibi ipendã labor: grauabit me. i. moleſt⁹ fuerit mihi Q uocũq; (eſt. n. Tmeſis. i. interciſio). i. i quãcũq; partẽ aut euẽtũ res cadẽt vnũ & cõmune periclũ pro periculũ: & vna ſalus erit ambobus. ſ. nobis paruus iulus ſit comes mihi. i. comitetur me comprehenſus dextera: & coniunx ſeruet veſtigia longe: ne cumulo prodantur oẽs: vos famuli aduertite aĩs vr̃is. ſup. ea q̃ dicã. tumulus. i. colliculus: qdam eſt egreſſis. i. offendit̃ ab ijs q egreſſi ſunt vrbe. ſ. nr̃a: hoc eſt troia: & tẽplũ vetuſtũ Cereris deſerte. i. neglecte cũ agricole decẽnio pulſi fuerint: & cupreſſus antiqua: ſeruata. i. obſeruata & venerata multa religione patrũ. i. maiorũ noſtrorũ: eſt iuxta. ſ. hunc tumulum & hoc tẽplum. Nos veniem⁹ ex diuerſo. i. diuerſis ptibus in hanc vnam ſedẽ. i. cõueniemus in hũc vnũ locũ: tu genitor cape. i. accipe ſacra: que enee panthus cõtulerat añ cedem factã p eum manu. ſ. tua: quaſi ea eneas alio q̃ manu porrigeret: aũt potius oñderet ſolũ: & cape penates pr̃ios manu: quia nephas eſt me digreſſum ex tanto bello & recenti cede. i. occiſione multorum: attrectare. i. contingere ſup. ea & eos donec ego abluero. i. piauero/me flumine viuo i. ſemp fluenti Ego fatus. i. elocutus hec. ſ. predicta inſternor latos hũeros. i. lati humeri inſternũtur mihi. (Nec eſt arrogantia ꝙ ſibi latos humeros det/quia ſignificat ſe eos dilataſſe ex tranſuerſo eos porrigendo) & inſternor colla ſubiecta. i. que patri ſubieci/ſup. i. deſuper veſte & pelle fului leonis/& ſuccedo oneri. i. ſuſcipio patrẽ in hũeros ſuper pellem & veſtem illã/Iulus. ſ. filius puus implicuit. i. inſeruit ſe dextre. ſcilicet mee/id autem pueri erat timidi naturaliter & p noctẽ ituri/& ſequit̃ patrẽ paſſib⁹ nõ eqs. i. inequalib⁹/qa lõge breuiorib⁹. ſed plurib⁹ & crebriorib⁹/alit̃ patrem dimiſiſſet/coniunx ſubit pone. i. a tergo ſed ſatis prope/nos ferimur. i. trahimur ipetu horroris per opaca. i. opacitatẽ locorum/& omnes aure terrent tunc me quem vlla tela iniecta dudũ neq; graij. i. greci glomerati. i. in formã glomeris circum me collecti ex agmine aduerſo non mouebant dudum (Mira ex contrarijs declamatio/quia prius tela & graij non mouebant/& nunc aure quib⁹ nihil imbellius terrent Per qđ ſignificatur id deos feciſſe vt Creuſam auferant) & omnis ſonus excitat. ſ. ad fugam aut ad horrorem me ſuſpenſum. i. pplexũ/& timentem pariter comiti. ſ. iulo/& oneri. ſ. pr̃i (Notũ eſt ꝙ timeo tibi eſt timeo pro te ne qđ tibi mali eueniat) Beroaldus in

Ordo.


Beroald⁹

dus in Seruiũ dicẽtẽ ꝙ ceruix in nũero ſingulari dr̃ collũ &c. dicit ſic Miror ĩ errata tã manifeſta tã turpia lapſũ eẽ Seruiũ aliogn eruditũ/vix.n.talia refellẽda ſunt/cũ ſeipſa refellãt/ac ſibiĭpſis ſint repugnãtia & cõtra ỽitatẽ reluctent̃/nãq; vetuſtiſſimi illi ſcriptores pluralr ceruices appellabãt ꝓ parte colli/nuſq; cer-
Ceruix. uicem primus aũt Hortẽſius credit̃ dixiſſe ceruicẽ ſingulari numero / vt authores ſunt Quintilianus & Varro: ſi vera fuerit Seruĭj ſnĩa in ſolecíſmũ ĩcidiſſe dicent̃ priſci ſcriptores: q ceruices ſepiſſime: Ceruicem nõ tã ſepe vſurparũt: in ſolecíſmũ incidit Cicero ſcribens in vatiniũ ĩflato collo: tumidis ceruicibus intuliſti. & alibi fregeris in carcere ceruices. vbi ſine cõtrouerſia ceruices pro mẽbro hoĩs accipiunt̃. errauit ẽt Cato cuius verba hec ſunt: ſi caput aut ceruices dolent: ea lotio calido lauito. errauit Celſus dicens: Cucurbicule ceruicib⁹ admouẽdo. & alio in loco. In ceruicib⁹ blãdule poſite. qd multa; veteres pluraliter tm̃ ceruices dixerũt. vt teſtis eſt. Quintilianus in. viĭj. ꝑterea exẽplũ Ciceronis. qd' ꝓ ſe allegat Seruius cõtra ipſum facit. nam ſcribit cicero Verrẽ multorũ fregiſſe ceruices. cum iuberet eos decollari. non aũt ſuperbiã vt Ser. opinat̃. Quinĩmo ceruix in ſingulari ꝓ ſuꝑbia ſepe ponit̃. vñ dr̃ hõ dure ceruicis. & a btõ Hyeronimo ĩ iterꝑtatiõe ĩſtrumẽti veteris dictũ eſt. Ꝓpl's iſte dure ceruicis eſt. huc adde ꝙ ceruix nõ ſignificat collũ. ſed partẽ colli poſteriorẽ: que exterior eſt. vt docet Ariſtoteles in primo de aĩalibus: vt author eſt Ply. in. xi. multis vertebratiſq; orbiculatim oſſib⁹ flexibilis ad circũſpectum articulorũ nodis iungit̃. & vt refert Celſus in. viĭj. ſeptẽ ỽtebre in ceruice ſunt qnetiam ceruix non ſolum dicitur de animalibus. ſed etiam de rebus alĭjs Pompo. mella. Sedet in ceruice peninſula cyzicum.

ASCEn. ¶ Iãq; propinquabã. Docet ereptã eſſe fatis volentibus Creuſam. vtq; illã q̃ſiuerit ꝑ oĩa ĩacceſſa troie in qua re duo facit. purgat. n. ſe ne coniugem deſeruiſſe culpet̃: & cõciliat ſibi animum didonis. que iãdudũ vulnus alit venis & ceco carpitur igni. Ereptã autem fingit a corybantib⁹. i. mr̃is deũ Cybelis ſacerdotibus ab ea ad hoc miſſis. vt ipſa poſtea manifeſtabit. occurrens in vmbris Enee. Donatus
DONA. dicit ſic male amicũ. amicum non poteſt dici quia non ſeruauit vniuerſos. Nec rurſus inimicum quia preſtitit inimicum. Ipſe vrbem oſtendit affectum puri matrimonĭj. Ordo eſt.
Ordo. Ego ꝓpinquabã iamq; portis (vñ pathos eſt qa in portu hoc eſt in loco ſalutis iacturã fecerit. idem

Iãq; propinquabam portis: omnẽq; videbar
Euaſiſſe viam: ſubito cum creber ad aures
Viſus adeſſe pedũ ſonitus: genitorq; ꝑ vmbrã
ꝓſpiciẽs [nate (exclamat) fuge nate: ꝓpinquãt Anchiſes
Ardẽtes clypeos: atq; æra micantia cerno.
¶ Hic mihi neſcio quod trepido male numẽ Aeneas
amicum
Confuſam eripuit mentem. nãq; auia curſu
Dum ſequor: & nota excedo regione viarum:

Heu miſero



Heu miſero coniunx fato ne erepta creuſa
Subſtitit: errauit ne via ſeu laſſa reſedit:
Incertum: nec poſt oculis eſt reddita noſtris.
Nec prius amiſſam reſpexi: animūq; reflexi:
Quā tumulū antiq Cereris: ſedemq; ſacratam
Venimus: hic demū collectis omnibus vna
Defuit: & comites natumq; virumq; fefellit.
Quē non incuſaui amens hoīmq; deorumq;:
Aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe:
Aſcaniū Anchiſenq; patrē teucroſq; penates
Commendo ſocijs: & curua valle recondo.
Ipſe vrbē repeto: & cingor fulgētibus armis.
Stat caſus renouare omnes: omnemq; reuerti
Per troiam: & rurſus caput obiectare periclis.
Principio muros obſcuraq; limina portæ
Qua greſſum extulerā repeto: & veſtigia retro
Obſeruata ſequor: p noctem & lumine luſtro:
Horror vbiq; animos ſimul ipſa ſilētia terrent:
Inde domū ſi forte pedem ſi forte tuliſſet:
Me refero: irruerāt danai: & tectū oē tenebant:
Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
SER. Voluit: exuperant flāmæ: furit æſtus ad auras.

Creber ad au. hyſterologia. Nate: ſingula pronunciā da ſunt: quia perturbatis non datur iugis oratio. Propinquant non dicit: qui propter ſequentem de coribantibus œconomiam. Cerno: qui altius ītuentur Aeneæ dant Male amicum. Nam nō cum mea vtilitate fauerūt vxori illam in miniſtram deorum matris adducentes. Mentem: memoriam vt paulo poſt. Nec prius amiſſam reſpexi. Fato ne erepta. Ordo eſt. Fato erepta Creuſa ſubſtitit ne errauit ne viā: nō em̄ dubitat fato ne eſſet ſublata: cum audierit: nō hæc ſine numine diuū eueniunt. Reddita: nam poſtea vmbram vidit nō ipſam. Natum: qui maxime illam per ætatem debebat deſiderare. Deorūq;: hypermeter verſus. Vidi. cre. bene ſe his verſibus commēdat futurus maritus. Valle re. oſtenditur iam nimia multitudo. Stat. placet. Obſcura: aut per obſcuram noctem: aut poſticum intellige. Retro. obſeruat ſeq. relego mea veſtigia. Lumine luſtro: oculos circumfero. Ipſa: quæ nō debēt pcipue inter hoſtes: ſed vt dixi naturalibus tantum cedit. Si forte: iteratio auget dubitationem. Irruerant: quos Venus cohibuerat. Ilicet. confeſtim & ilico ſed metri neceſſitate variatur Vento: Qui auget flāmas. Faſtigia: modo de ſummitate alibi de imo: vt forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæres.

rit: idē de Orpheo dictū Geor. iiij.) & videbar euaſiſſe oēm viā. ſ. piculoſā iam dico cū. i. qn̄ creber ſonit⁹. i. ſtrepitus pedū: viſus eſt adeſſe ſubito & genitor. i. pr̄ pſpiciēs. i. porro aſpiciēs p vmbrā exclamat o nate fuge: fuge īquā nate: ppinquāt ſup. hoſtes (nō. n. i tali tumultu dicim⁹ q: cū nō alij q̄ hoſtes putādi ſint nō tn̄ erāt) & ego cerno (vel Anchiſe vbum vel enee poſt anchiſe admonitionē: ſed Serui⁹ adiudicat enee qđ & mihi placet: quia illis viſis erepta ē illi mēs) ego igi͛ eneas cerno clypeos ardentes. ſ. corybantū & era micātia. i. reſplēdētia: qualia aſſumpſerāt nō vt nocēat: ſed vt terrorē icutiāt. Hic. i. hoc loco: aut tpe: neſcio qđ numen. i. qs de⁹: male. i. non ſatis amicū. i. fauorabile eripuit mihi trepido: mentē cōfuſam. i. attonitam & multis pplexā. Nā dū ſequor curſu. i. currēdo: auia. i. loca iacceſſa vbi nō erat via: ſaltē trita & cūctis patēs: & dum excedo. i. aňeo īſequētes: regione viarū nota. i. pptere a q regionē norā & currere poteram vbi alij vix īueniſſenr viā. heu dolētis iteriectio: incertū ſup. eſt mihi ne p an Creuſa coniunx erepta eſt mihi miſero. i. eā miſere amanti: fato. i. voluntate deorū: ne p an: ſubſtitit. i. manſit ſtans: an errauit via. i. p viā illi incognitā ſeu reſedit. i. remāſit ſedens laſſa. i. defatigata: icertū inquā eſt: nec eſt reddita poſt. i. poſt illa aut poſtea noſtris oculis: niſi. ſ. i vmbris vt dicet: in qbus eam pprie nō vidit nec cōtingere potuit/ſed audiuit/dūtaxat. Vnde ipſa nō eſt reddita/quia non in ppria pſona ſed in vmbris occurrit/ Vnde nō eſt cōtrariū quod ſequit͛. Nec reſpexi. i. retroſpiciēdo annotaui prius & pcepi/amiſſam. i. q amiſſa eēt nec reflexi/ſcilicet ab inſtituto currēdi ad tumulū vt patrē & filiū ſaluem/animū ſcilicet ereptū a numine male amico vt dictū eſt/pri⁹ dicit q̄ nos venimus ſup. ad tumulū antique cereris & ſedē ſacratā/hoc eſt ad tēplum. Ipſa vna. i. ſola (vt deorum voluntate id factū cēſeat) defuit hic. i. hoc loco/omnib⁹ ſup. alijs collectis. demū. i. tandē: qa ex diuerſo conuenerant/& ipſa vna fefellit comites & natū & virū/quia ſi affuiſſet omnes ſimul aufugiſſem⁹/q̄ nūc ſui inqrēde morā nobis fecit. Ego amēs. i. fact⁹ ſine mēte aut pp̄ter īpatientiam amiſſe cōiugis: aut qa erepta fuerat quē hoīm & quē deorū nō incuſaui. i. criminat⁹ ſum. q. d. nullū nō icuſaui: ergo icuſaui: omnes hoīes & oēs deos: qa cōiugē amiſerā: aut quid vidi crudelib⁹. i. mihi triſtius ī vrbe euerſa. q. d. ēt nihil. quo dicto cōciliat ſibi ſummopere animū didonis cū ſe tantopere cōiugem amaſſe ſignificet: Ego cōmendo ſocijs aſcaniū. ſ. filiū meū & anchiſen: & teucros. i. troianos penates: & recōdo ſup. eos in valle curua: ne ab hoſtibus inuadantur. Ipſe. i. ego ſolus: repeto vrbem: & cingor armis fulgentibus: quod amētis erat: niſi aut mori affectaſſet qđ nō placet aut aſpici & agnoſci a cōiuge. Stat. i. placet & decretū eſt mihi. renouare oēs caſus quos pri⁹ obiueram: & reuerti p oēm troiā: & obiectare. i. frequēter obijcere: rurſus caput piclis. p piculis. Ego repeto principio. i. in primis muros & limina porte obſcure. i. occulte & ſecrete nec omnibus note: aut caliginoſe. qua. i. p quam extulerā greſſum. i. egreſſus fueram: & ſequor retro. i. retrorſum: veſtigia obſeruata. i. obſeruādo veſtigia mea que feceram egrediendo: & luſtro. i. circunſpicio per noctem: lumine: ſcilicet oculorum: horror ſupple eſt vbiq;: vel horror & ipſa ſilentia terrent ſimul vbiq; animos ſupple meos. Ego refero me inde: ideſt ab eo loco domum ſupple meam: ſi ſupple Creuſa: ſi dico forte tuliſſet pedem ſupple domum ideſt ſi forte eo rediſſet: & ſup. cum illuc veneram: danai irruerant: quos venus prius cohibuerat: aut quia tunc primum extrema loca peruagati erant & tenebant omne tectum: Bene mutat tempus: quia prius irruerāt. ſed adhuc tenebant. Ilicet. i. illico aut confeſtim ignis edax. i. conſumptiuus voluitur ad ſumma faſtigia: ideſt culmina domus: flamme exuperant. i. euincunt domum; eſtus. i. flagror: furit. i. vehementer crepitat & exilit ad auras: per quod ſignificat͛ magnifica domus.

ASCEn. ¶ Procedo.&c. Eandem rē proſequit̃ æneas:
vt.ſ. Creuſam coniugem ſuā per alia loca diſ
quiſiuerit / narrans ſubinde que illic viderit
& vt vmbram Creuſe tandem offenderit: de
DONA. qua re dicit Donatus ſic. Dardanis: laus cōmu
nis a genere. Veneris nu. Laus propria ipſius
Sum ego liberata ab hominum infirmorum
ſeruitute: & ei dee collocata: ex qua ſe ortos
omnes dij gloriantur & habitabo in locis ori
ginalibus. Magna ergo conſolatio: qui vxo=
rem nec captiuam nec occiſam īuenit: ſed de=
tentam vounltate eius dee qua nulla eſt po=
tior. Nati cōis: nā & illo poterit leuare vxo=
ris amiſſionem: & etiam admonet ꝓpter no=
uerce ſuſpitionem vt magis indulgeat filio.
Ac propterea hoc nouiſſimum collocauit: vt
magis pectori īfixum relinqueret nō tñ aper
tius hoc dixit ne ſi aliter ſentire videretur: re=
Ordo. ceſſuri animum lederet. Ordo eſt. Ego proce=
do ad ſedes.i. regiam Priami & reuiſo arcem:
quia prius eam viſerat: & iam phenix & dir᷒
vlyſſes lecti.i. electi cuſtodes ſcilicet predarū
aſſeruabant predam ſup. in porticibus vacuis
& aſylo ideſt loco immunitatem preſtanti a
quo neminē abſtrahere licebat. Iunonis. ideſt
qui erat in tutela iunonis. portic᷒ autem ſunt
quos nōnulli ambitus vocāt: gaza troia. ideſt
troiana: (Eſt enim triſſyllabū Troia) hoc eſt
theſaurus Troianus aut opes Troiane erepta
adytis ideſt locis ſacrarijs ꝗ nulli p̄terq̄ ſum=
mo ſacerdoti adire olim licebat: nunc incēſis:
gaza dico videlicet menſe deorum vt tripo=
des: & crateres.i. pocula ſacrificatoria ſolidi
auro.i. facta ex ſolido auro: & veſtis captiua
i. exuuie & ſpolia opima dijs conſecrata: con=
geritur huc.i. in hūc locum: hoc eſt in porticū
& aſylum Iunonis: vndiq̄.i. ex oī parte pueri
& mr̄es pauide ſtāt circū.i. ī circuitu / lōgo or
dine: & iplēt aures.ſ. meas aut auras: ſed meli᷒
aures: qa mugitib᷒.i. ploratib᷒ & vlulatib᷒ ta
citis.i. ſūmiſſis: qd̓ qa fieri vix potuit alij de=
leuerūt & tacitis &c. Quinetiā.i. īſup ego auſ᷒
ſup. exiſtēs iactare voces.i. clamare ꝑ vmbrā:
temeritatis.n. fuiſſet: ſi viſus clamaſſet: imple
ui vias clamore: & ego meſt᷒ ingeminans ite=
rū atq̄ iterū vocaui nequicq̄.i. fruſtra. Creu=
ſam.ſ. repetendo illud vocabulum. Simulacrū
infelix.i. infeliciter mihi raptū & vmbra ipſi᷒
Creuſe: viſa eſt mihi querēti ſup. eā: & furen=
ti ſine fine.i. mō aut mēſura: ſup. ī tectis vrbis
viſa īquā ē añ oculos vmbra ei᷒: & imago ei᷒
maior nota.i. ꝗ ea eēt quā norā: hoc eſt maior
erat imago eius ꝗ̄ ea ipſa cuius imago erat.
Ego ſup. obſtupui: & come.i. capilli ſteterunt:
& vox heſit.i. adheſit faucib᷒. (Corripit hic
& alibi in ṽbo ſteterūt mediā vt ſubitū hor=
rorē depingeret: ſicut diximus ī Bucolic. illic
Matri longa decē tulerunt faſtidia menſes: &
in Georgicis illic: Miſcuerūtq̄ herbas & non
īnoxia verba.) Tūc ſupple Creuſa aut imago
eius: affari ſup. cepit aut affabat̃ ſic & demere
ſup. cepit: aut demebat curas his dictis. O dul
cis cōiunx.i. marite: qd.i. ad qd. iuuat.i. dele=
ctat te: indulgere.i. indulgenter operā dare: la
bori īſano.i. aut magno aut fruſtra ſuſcepto:
Hec nō eueniunt ſine numine.i. nutu & volū
tate diuū: nec fas eſt te aſportare.i. abducere
hinc creuſam comitē.i. ſociā itineris tui: aut
ille.ſ. magnus regnator olympi videlicet Iup
piter ꝗ fata cōdit: ſup. nō ſinit.i. ꝑmittit (Alij
haud legūt: vt ſit haud ille ſinit verū alibi ꝗ̄=
q̄ poſitu leges aut ſecūdo loco vbi congrue=
ret nec:

Procedo ad Priami ſedes: arcemq̄ reuiſo.
Et iam porticibus vacuis Iunonis aſylo
Cuſtodes lecti Phœnix & dirus Vlyſſes
Prædam aſſeruabant: huc vndiq̄ troia gaza
Incenſis erepta adytis: menſæq̄ deorum
Crateresq̄ auro ſolidi: captiuaq̄ veſtis
Congerit̃: pueri & pauidæ longo ordine mr̄es
Stāt circū: & tacitis implent mugitibus aures.
Auſus quinetiam voces iactare per vmbram
Impleui clamore vias: mœſtusq̄ Creuſam
Neq̄cq̄ ingeminās iterūq̄ iterumq̄ vocaui.
Quærenti & tectis vrbis ſine fine furenti
Infelix ſimulachrum: atq̄ ipſius vmbra creuſæ
Viſa mihi ante oculos: & nota maior imago.
obſtupui: ſteterūtq̄ comæ: & vox faucib᷒ hæſit:
Tunc ſic affari & curas his demere dictis.
¶ Quid tantū inſano iuuat indulgere labori — Creuſa.
O dulcis coniunx: non hæc ſine numine diuū
Eueniūt: nec te hinc comitē aſportare creuſam
Fas: haud ille ſinit ſuperi regnator olympi.
Longa tibi exilia: & vaſtū maris æquor arandū
Ad terram heſperiam venies: vbi lydius arua
Inter opima virum leni fluit agmine tybris:
Illic res lætæ, regnumq̄, & regia coniunx
Parta tibi: lachrymas dilectæ pelle Creuſæ.
Nō ego myrmidonū ſedes: dolopū ve ſuꝑbas
Aſpiciam: aut graijs ſeruitum matribus ibo
Dardanis: & diuæ Veneris nurus.
Sed me magna deum genitrix his detinet oris
Iamq̄ vale: & nati ſerua cōmunis amorem.

¶ Priami: pr̄is ei᷒: Arcē: ne vel illuc cōfugiſſet. Vacuis:
magnis: nā illic erāt oīa. Aſylo: tēplo vnde nullus poſſet — SER.
extrahi dictū aſylum quaſi aſyrū. Hoc nō erat oībus tem — Aſylum.
plis niſi qb᷒ cōſecratiōis lege id eēt cōceſſum Primo aūt
apud Atheniēſes ſtatutū eſt ab Herculis filijs quos inſe=
quebant̃ ij qui erant a pr̄e oppreſſi ſicut docet in. vij. Sta.
Fama eſt defenſos acie poſt buſta paterni Numinis Her=
culeos ſedē fundaſſe nepotes. Hos Romul᷒ imitat᷒ eſt: vñ
eſt Quē Romul᷒ acera ſylū Rettulit: & nō ſtatuit. Phœ=
nix: Achillis magiſter. Huc. ꝓ illuc. Gaza. cenſus lingua — Phœnix.
ꝑſica: & caret. p. n. Captiua ve.i. captiuorū. Lōgo or. lon= — Gaza.
ga multitudine ſic ī. vij. vñ oēs lōgo or. p. Nā ordine lin
qt: Voces iacta. nā ī tenebris viſus nō valebat: ſed cōtra=
riæ erāt latere cupiēti. Tectis: ꝑ tecta antiptoſis ē. Infelix
mihi & nō ſibi ꝑ ſimulachrū aut apotheoſim oñdit. ſimu
ſachra. n. deoꝝ ſūt: vmbrę īferorū. ſic Vly. Apd̓ Homerꝰ
vmbrā Hercul̃ cernit. Maior: qa vmbra maior ē ī corpo
re. Quid. t. cōſolatio eſt: ſeqt̃ & diuinatio: ꝗ animis a cor
pore liberatis dat̃. Inſano magno vt īſani feriāt ſine litto
ra fluct᷒ Numie di, fati neceſſitate. Nā vt ait Sta. ſūt ꝗ̄ dij
fant̃ vel ꝗ̄ idubitāter eueniūt. Nec te hīc comitē aſ. cr. ca — Nota.
ret ſcanſiōe. Vñ multi demūt hīc: multi aſ. Si aūt vis fide
ſeruata

ſeruata ſcandere ſit cōuerſio.vt eueniunt nec te hinc comitem:& ſcandiť p ſynalœphā:aliter nec eclypſim: nec ſynalœphā:nec hiatu recipit.Arandū:hoc dixit:qa legimus ſubtrahiturq; ſolū.Heſperiā.v.ly.qa & hiſpania hæ ſperia diciť:p ſequētia Italiā oñdit.Lidi⁹ ethruſcus:nam

Lydus. Lydus & Tyrrhen⁹ duo fratres fuerūt q cū ambos ꝓuincia nō ferret:ſortibus cōmiſerūt vt alter cū parte ppľi ad nouas ſedes quærendas exiret.Euenit ergo Tyrrheno: q de ſuo noīe thuſcos Tyrrhenos vocauit.Lydia aūt dicta in qua frater remanſit.Vnde nunc Lydius dixit:

Tuſci. Thuſci autem dicti ſunt ꝓpter frequentiam ſacrificiorum ab eo qđ eſt θυειν.Ibi enim a tage eſt aruſpicina reperta. Hinc Lucan⁹.Sed cōditor artis Finxerit iſta tages.Lachrymas. qa captiua nō ſum nō aūt quia habeas vxorem paratam.

Seruitū. Seruitū.vt ſeruiā.Modus gerundiuus eſt.Dardanis. laus a maioribus.Nurus:laus a cognatione. His:in qbus colitur.Iamq; vale:recedentis ſignificatio eſt.Vñ de mor-

Vale. tuis diciť:vt ſalue maxīe palla æternūq; vale.Serua.ꝓpter futuram nouercam.

ret nec:vt repetať negatio prius poſita) Longa exilia ſup.reſtant tibi:& vaſtum.i. amplū equor.i.campus equus:maris eſt arandum.i. ſulcandum ſed nauibus non aratro tibi:tu venies ad terram heſperiā.i.Italicā: vbi tybris lydius.i.tuſcanus aut tyrrhen⁹ cui⁹ acole a lydia ꝓfecti ſunt:fluit leni agmine.i.fluxu aqrum quod in bonum & cōmodū accolarū vergit qa vbi impetus vehemēs eſt vt in rhodano vix poſſunt naues retrahi:addiť & alia la⁹ quia fluit iter opima.i.pinguia arua: no ignauorū:ſed virum pro virorum.que tertia laus ē: Res lete & regnum & coniunx regia eſt parata tibi illic.i.ad tyberim in italia: pelle.i.depelle igitur lachrymas Creuſe dilecte. i. quas effundis ob amorē mei que ſum tibi dilecta: ego non aſpiciam ſuperbas ſedes myrmidonum.i.illorū Theſſalorum ſociorum Achyllis.ve pro vel dolopum ſociorum.ſ.pyrrhi:& ego dardanis ideſt dardani neptis & ab illo inclyto viro iouis filio oriūda:& nurus diue Veneris:non ibo ſeruitum matribus grai̇s.i.non abducar captiua:ſed magna gēitrix deū me detinet his oris.i.regiōib⁹:Iāq; vale & ſerua amorē cōis nati.ſ.Iuli Aſcanij.quē cōmendat affectione materna ſed in gratiam Iulie domus quaſi dijs volentibus regnū ēt in Italia vbi & aliam coniugem & alios liberos habiturus eſt æneas Aſcanio debeatur.

Aeneas Hæc vbi dicta dedit lachrymātē & mľta volētē
Dicere deſeruit:tenueſq; receſſit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago:
Par leuib⁹ ventis:volucriq; ſimillima ſomno.
Sic demum ſocios conſumpta nocte reuiſo:
Atq; hic ingentē comitum affluxiſſe nouorum
Inuenio:admirans numerū:matreſq; viroſq;:
Collectam exilio pubem:miſerabile vulgus:
Vndiq; conuenere animis opibuſq; parati:
In quaſcunq; velim pelago deducere terras:
Iamq; iugis ſummæ ſurgebat lucifer Idæ:
Ducebatq; diem:danaiq; obſeſſa tenebant
Limina portarum:nec ſpes opis vlla dabatur:
Ceſſi:& ſublato montem genitore petiui.

ASCEN. ¶ Hec vbi dicta &c.Concludit hoc loco hūc ſecundū in quo inſidias dixit danaū. caſuſq; ſuorū.& precipue Priami & nunc Creuſe mortem quia vt dixi in ſingulis ſex prioribus libris ad finē operis mortē alicuius memorat.

DONA. Donati q ſingula poete dicta diligenter penſitat verba ſunt hec.Hec vbi dicta. ingratum facin⁹ fuiſſet.niſi demōſtraſſet & plura ſe fuiſſe dicturum.& ad illius dicta reſponſurum.ac diuti⁹ eam retenturū.niſi ipſa deceſſiſſet Ter conatus.demōſtrat proprie volētē am plecti. qđ corporale nō fuerat. Conat⁹:ibi.n. ponit conat⁹ vbi effectus nō ſequitur.Ingentem nume.ꝑter eos quos dimiſerat inuenit aduenisſe multos alios.Hoc aūt dictū ne ſolus patriam deſeruiſſe videatur.Lucifer idē. noua deſcriptione vſus eſt diei naſcentis.Nam ante ipm exoritur lucifer.hūc ſequitur lux.q diē plenū confirmat.ergo non tantum nuncius venientis diei eſt.ſed fid⁹ certuſq; ꝓductor.Danaiq; obſeſſa tenebant limina po.hoc ſignum erat illos potitos eſſe victoria & lux contraria ſaluti ſue & ſuorum erat. Ergo ſpoliatus omni ſpe. Ceſſi veluti neceſſitate coactus per Laocoontis exitium per diligentiam matris que mihi deos potius q grecos inimicos oſtendit per incendium ex filij mei vertice.per hortationem patris & religioſas voces vxoris.Ceſſi.potioribus neq; debui niti.qui toties repugnantibus dijs fruſtra certaui. Ordo eſt. Vbi

Ordo. i.poſtq ſup. Creuſa dedit hec dicta ipſa deſeruit qa ablata a miniſtris dee ſup.me lachrymātem & volētē dicere multa & receſſit.ideſt euanuit. in auras tenues ideſt vix palpabiles ego ſup.ſum conat⁹ ibi ideſt eo tempore quo aufugeret.ter dare collo ſup.eius brachia.circum ideſt p circuitū circūplectēdo ea.ſed imago compreſa fruſtra quia cōtineri nequibat. effugit ter manus ſup.meas.exiſtēs par.i.ſimilis.& comparabilis ventis leuibus & ſimillima.ſomno.i.deo inſomniorum aut fantaſmati. volucri.i.cito & aduolanti & auolanti.Et ego reuiſo ideſt iterum viſo ſocios.ſ. quos in monte ida dereliquerā ī valle reconditos.ſeu vt hiſtoriam habere volunt.poſt habitā Troiam habitauit in ide montibus vbi Sceptin vrbem habuerat.donec creſcente multitudine grecis formidoloſus factus aufugere conatus eſt.vt autem fatalem fugam oſtenderet Vergilius non vi humana.ſed dijs iubentibus eā factam docet.reuiſo in quā demum.i.tandē aut nouiſſime poſt longam expectationē.ſic.i.certior factus qa cōiugē amiſſam & a dea abreptā recuperare nō poſſem.& hoc nocte conſumpta.i peracta Atq; ego inuenio hic.i.hoc loco vbi meos dereliquerā.aut hic.i.mō:ingentē.i.valde magnū numerū.comitum nouorū.i.recētiū. affluxiſſe.i. ex omni parte in morē fluctuū aduenīſſe.inuenio inquā admirans.ſ.poſtq inueneram vnde tot ſalui euaſiſſe poterāt.

SER. Siſis tui & tibi. ¶ Effugit imago.teneri.n.nō pōt imago.Nam quod in vi.dixit:Da dextram miſero:Auxilium ſignificat.Somno:ſic & Cice.ſimillimū deo iudico.Nam ſomni debuit dicere.Demum nouiſſime. Admirans: cum inueniſſem admirat⁹ ſum.Exilio:ad exiliū:nam donatus cōtra metrum ſenſit dicens ex Ilio:nam ilium habet primam longam.Vulgus:magnum eſt quod addidit vulgus.Idæ.nā ſic Troianis videtur:ſic alibi in ibi deſerit heſperus oetā. Inde enim vel oriri vel occidere ſydera dicimus: vnde videri aut incipiunt aut deſinunt.Ducebatq; diem:quia lucis eſt præuius.Ceſſi.deeſt igitur:Montem ſcilicet idā: vt apparet in nono.

ſiſſe poterant.ingentem dico numerum:appoſitorie matres.i.matronas & viros.ſ.eorum maritos & pubem collectam exilio.i.ad exilium obeundum mecum.vulgus miſerabile.i. miſeratiõe dignum qđ perſoluit que non rapuit.aut imbelle & inerme:& ita purgatur Aeneas.ſi quis obijciat quia ſi ingentem numerũ inuenerat debuiſſe collecta manu redijſſe ad defendẽdam patriam.ad qđ dicit multos quidẽ fuiſſe. ſed miſerabile vulgus.nec qui animo bellandi aut defendende patrie cõuenerant.ſed collectam exilio pubem.Ipſi ſup.cõuenere vndiqꝫ.i.ex oĩ parte.parati animis & opibus.i.facultatibus ſuis.ſup.ſeq in quaſcũqꝫ terras ego velim deducere ſup.ipſos.pelago.i.per pelagus.Iamqꝫ.i.& iam lucifer.i.ſtella matutina lucem ferens ſurgebat.i.oriebatur.iugis.i.ſup verticẽ.ide ſumme.i.montis ſiluoſi in phrygia.vbi vt dixi Aeneas primas ſedes habuiſſe perhibetur.& ducebat.i.ferebat diem.danai.i.greci tenebant limina portarum obſeſſa.ne.ſ.qui aufugerant collecta manu ingrediãtur ciuitatẽ vĩdicaturi.per hoc autem purgatur etiam Aeneas quia ſignificatur feciſſe periculũ & exploraſſe quidnam greci agerent . ſed compertum habuiſſe.qa nec vlla ſpes opis.i.auxilij contra grecos aut opis recuperande:dabatur.& ideo ſubdit ceſſi.i.locum dedi fatis & tot monitis de quibus docte locutus eſt Donatus.& petiui montem . ſcilicet idam quo difficilis ſit grecis aſcenſus & hoc genitore ideſt patre meo Anchiſa. ſublato ideſt ſurſum lato ideſt & in humeris meis rurſus portato:aut potius a miniſtris cum iam miniſtri adeſſent.nec vlla vis vrgeret.ab alij lis ſurſum lato. ¶Et hec in ſcđm huius dicta ſufficiant.

Monoſtichon in tertium æneï.

Tertius a troia vectos canit æquore teucros:

Quæ tertio æneidos libro contineantur . Per modeſtinum Iureconſultum.

POſt euerſa phrygũ regna : vt fuga cœpta moueri:
Vtqꝫ ſit ĩ thracen p̃io deuect⁹: Ibiqꝫ
Mœnia condiderit polydori cæde piata.
Regis & hoſpitiũ : vt phœbi reſponſa canebãt
Cœptum iter in cretẽ:rurſus noua fata repta:
Naufragio vt fuerit ſtrophadum compulſus ad vndas:
Inde fugã atqꝫ iterũ enarrat præcepta Celenus:
Liquerit vtqꝫ Helenum præceptis ordine fatis:
Supplicem achemenidem polyphemo vrgente recepit
Amiſſumqꝫ patrẽ drepani:atqꝫ hic deĩde qeuit.

ASCEn. POſt euerſa phrygũ regna &c. Iuxta morem in ſuperioribus obſeruatũ. anteqꝫ ad inſequentis libri explanationẽ progrediamur premittem⁹ argumentorũ ordinem atqꝫ elucidationem.Ordo itaqꝫ monoſtichi.i.illius ſolius verſus materiã totius tertij complectentis eſt hmõi.Tertius ſup.liber eneidos canit teucros.i.Troianos vectos equore.i.pelago.cum &per terras ſed vehiculis auehi poſſent vectos dicit a troia:cuius.ſ.euerſionẽ in ſcđo recitauit Aeneas. Reliquorũ aũt verſuũ qui diſtinctius argumẽtum exprimunt ordo & explanatio talis eſt. Aeneas ſup.enarrat poſt regna phrygũ.i.Troianorũ euerſa i.penitus deſtructa & e fũdamẽtis verſa.qa dictum eſt Neptũnus muros magnoqꝫ emota tridenti Fundamenta q̃tit . enarrat dico vt.i.qualiter(que particula ab ĩperitis ablata inſerẽda eſt.qa aliter verſus nõ ſtaret nec ſententia cohereret.quã prius poſitam indicat copulatiua cõiunctio cum dicit vtqꝫ ſit &c.)fuga ſup.ſit cepta.i.ĩcepta . moueri.i. ꝑmotum fieri.hoc eſt qualiter fugere ceperit. de quo Seruium ad principium tertij videbimus.qꝫ pro & enarrat ſup.vt.i.qualr ipſe ſup. ſit deuectus primo in Thracen.i. in Thraciã (declinat̃ aũt hec thrace thraces.&hec thracia thracie.&dicit ſignanter deuectus.qa pri⁹ antandrũ petijt qꝫ thraciã. ſed nõ eſt ĩ eã deuect⁹ nauib⁹ ſicut ĩ thraciã)qꝫ pro &.vt ſup.ipſe cõdiderit ibi.i.in thracia mœnia.ſ.enei oppidi & hoc cede.i.occiſiõe polydori:illius filij Priami quẽ polymneſtor thracie rex occiderat auri cecus amore:piata.i.purgata exequijs celebratis Vnde dicetur. Ergo inſtauramus polydoro funus &c.& enarrat hoſpitiũ.ſ.polymneſtoris regis:de quo dicetur Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra Linquere pollutum hoſpitium &c.& ſup.enarrat:vt.i.qualiter rñſa phebi canebant.i.vaticinabantur & indicabãt quo fugere deberent canendo Dardanide duri.q̃ vos a ſtirpe parentum Prima tulit tellus.eadẽ vos vbere leto Accipiet reduces.antiquã exq̃rite matrem.&ſup.enarrat. iter ceptũ in cretẽ.aut vt iter ceptũ eſt in cretẽ.ceptũ aũt erat errore anchiſe.qui aiaduertẽs teucrũ ex creta oriũdũ putauit illuc redeũdũ eẽ.cũ oracula italiã ſignificarẽt dicẽdo dardanide duri &c.Illinc.n.Dardan⁹ ort⁹.Iterũ aũt grece declinauit creten a nĩo crete.q latinis creta eſt.& enarrat ſup.noua facta.i.icõmoda fatalia.hoc eſt miſerãdã luẽ ac peſtilentiã eẽ repta rurſus ĩ creta.ſ.aut enarrat vt noua fata repta ſint rurſus ĩ creta.& vt.i.qualr ipſe fuerit cõpulſus.naufragio.i.tẽpeſtare naufragiũ faciẽte ad vndas ſtrophadũ illarꝫ inſularum in qbus harpyas offendit(ſunt q legant ſtrophadas ꝓ ſtrophodicas niſi ſit dura appoſitio . qa ſtrophades non ſunt vnde.legat̃ ergo poti⁹ ſtrophadũ)& enarrat fugã iterũ inde.i.a ſtrophadu vndis factã atqꝫ enarrat p̃cepta celenus.q̃ eſt vna harpiarũ.dictura Q ue phebo pater oĩpotens.mihi pheb⁹ apollo ꝑdixit.vobis furiarꝫ ego maxima pando &c.Declinat̃ autem hec celeno hui⁹ celenus.ſicut ſappho ſaphus.que apud Ouidi.an niſi legiſſes authoris nomina ſapphus.& clio clius.Vnde Ouid.Non mihi ſunt viſe clio.cliuſqꝫ ſorores &c.& ideo legendum eſt precepta celenus.non celeno.non eñ celeno enarrat hec omnia ſed eneas.& enarrat vt.i.qualiter ipſe eneas liquerit helenũ filiũ Priami in epiro regnãtem.& hoc fatis.i.rebus fataliter venturis.preceptis.i.prius acceptis & intellectis:narrante.ſ.heleno vate . ordine.i.ꝑ ordinem.& ſup.narrat vt recepit achemenidem comitem infelicis vlyſſi qui ab vlyſſe iuxta antra polyphemi derelictus erat:ſupplicem.i.ſuppliciter orantẽ:recepit dico.i.in locum tutum hoc eſt in nauem ſuã ſuſcepit:polyphemo cyclope.ſ.vrgente.i.impellente eos ad fugam:ideo enim ſuſcepit eum:quia cauendum ſignificauit a polyphemo:vnde dicturus eſt eneas Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto. Supplice ſic merito &c.qꝫ.pro &:narrat patrem.ſ.anchiſen:amiſſum.i.defunctum & mortuum drepani.i. in illo oppido ſicilie:vnde dicturus eſt.Hinc drepani me portus & illetabilis ora Accipit &c.atqꝫ quieuit deinde hic.i.in hac re.ſ.in morte patris.Vnde dicet poeta:factoqꝫ hic fine quieuit.



P.Vergi.Maronis Aeneidos Liber.iij.

Aeneas.

P Oſtq̄ res aſiæ: Priamiq;
euertere gentem
Immeritā viſum ſuperis:
ceciditq; ſuperbum
Ilium: & omnis humo fu-
mat neptumnia troia:
Diuerſa exilia: & deſertas quere terras
Auguriȷs agimur Diuum: claſſemq; ſub ipſa
Antādro: & Phrygiæ molimur mōtibus Idæ.
Incerti quo fata ferant: vbi ſiſtere detur.
Cōtrahimuſq; viros: vix prima īcœperat æſtas

ASCEn̄

P Oſtq̄ res aſie. Enarraturus errores ſuos quos Dido ſecundo loco petierat ne ꝓlixiuſcula narratione de excidio troiæ ſatiati longam de erroribus recitationem auditores faſtidirēt. excitat eorum animos magnifica proponendo: facit itaq; magnificum exordium in quo vt Donatus argutiſſime declarat quatuor egregia decidiſſe aut euerſa eſſe paucis conqueritur. & totidem mala futura eſſe: vt ex eodem dicere poſſumus: cuius verba ſunt. Narraturus errores ſuos optime incepit ab recedendi de troia neceſſitate. Non tamen omittit excuſationem ſuam qua vult eſſe firmatum nam tam grecis: ſed dȷs aduerſantibus ob nullam culpam periſſe imperium troię Poſtq̄ res aſie: ponit quatuor aduerſa preteṙita quibus affligebatur: & totidem futura vt ſpes acerba futurorum augeret mala preterita. Preterea ſunt interitꝰ ilienſis imperȷ. Euerſio familie priami quod maxime dolet propter vxorē

Dona.

que filia priami fuit Cum vero dicit viſum ſu
peris: oſtendit nō meritis troianorum: ſed deo=
rum intolerabili prauitate eueniſſe: vt regnum
funditus interiret. Superbum nobile: vt non
leuis res videretur cuius interitū dolebat. Om
nes: eſſet enim ſolatium ſi aliquid ſemiuſtum
& ſemidirutum relinqueretur. Fumat: oſtendit
omnia fuiſſe conſumpta. Nam omnibus incen
dio abſumptis: ſolum fumum reſpirat terra. Er
go repete ſic: poſtq̄ res aſie: poſtq̄ viſum ſupe=
ris: poſtq̄ cecidit ſuperbū iliū. Poſtq̄ omnis hu
mo. f. n. t. Atq; habes quatuor preterita: futura
autem ſunt alia quatuor & ꝙ auellerentur a pa=
trio ſolo: ꝙ quererent deſertas terras: & ꝙ
eſſent incerti quo irent: & vbi poſſent ſiſtere.
Nam hoc ipſum incertum pena eſt cum labo=
rum finis nuſq; appareat. Vix: Nam fugitiui
maturum tempus expectare non poſſunt: & qa
definita loca nō habuimus nauigauimus quo
fata ducebant. Littora nam patria perierat: &
commuto terram locum ſtabilem & certum. &
ſequor incerta maris. Et campos: non ſine ſum
mo dolore videt latitudinem camporum: in
qua menia diruta iacebant & tria poſuit: que p
naturam ſuam non potuerunt perire: littus por
tum campum. Cum ſocijs. n. q. p. et. m. d. Ta=
Ordo. cuit patrē: quia iam eum nominauerat. ¶ Or=
do eſt. Poſtq̄ viſum ſup. eſt ſcilicet bonū: hoc
eſt placuit ſuperis euertere res aſie. i. imperium
quod troiani in aſia habuerāt: & poſtq̄ viſum
eſt ſuperis euertere gentem. i. progeniem & do
mum priami immeritam. i. que nō meruiſſe vi=
debat̄ hominibus qa pia & religioſa fuerat aut
reuera immeritam ſed ideo euerſam vt romana
ex ea oriat̄ (vn̄ venus in p̄io ad Iouē Certe. hīc
romanos olim voluētibus annis: hinc fore du
ctores reuocato ſanguīe teucri: Qui mare: qui
terras omni ditione tenerent Pollicitus: que te
genitor ſentētia vertit? hoc equidē occaſū troię
triſtiſq; ruinas Solabar fatis contraria fata repē
dens. Quia ergo romana gens exoriri tam glo
rioſa non poterat niſi troiana occumberet: non
enim preſtantiorem potuit habere originē: nec
poterant due ſimul eſſe monarchie & ſumma
rerum imperia: viſum eſt ſuperis equum: Pria
mi euertere gentem immeritam: vt romana
exurgeret. Nec propterea iniuſti fuerūt qui exci
dium tanta gloria extulerunt: cum etiam ſecun
dum poete ſententiam mori malum non ſit ſal
tē culpe. vnde illud eſt. Vſq; adeo ne mori mi=
ſerum eſt: Nec ſi chatholice loqui volumus in=
iuſtus eſt deus qui iuſtos interdum temporali=
ter affligi ſinit. verum quia non potuit alia via
commode oriri gens romana: q̄ immerite gen
tis euerſiōe & egregij pietate viri innumeris la
borib⁹ acclamatū eſt in primo: tāte molis erat
romanam condere gentē) & poſtq̄ Ilium. i. pre
cipuum oppidū in troia: ſuperbū. i. magnifice
& ſuperbe extructū: aut glorioſum ſeu inclytū:
cecidit. i. corruit ī cineres: & omnis troia neptū
nia. i. a neptūno fabricata (fumat vt quidā vo
lunt pro fumauit: ſed melius eſt vt ſit fumat)
. ſ. adhuc: quia poſt caſum ꝑdurauit fumus cū
primū fuga ex ida moliret̄ æneas: fumat aūt nō
ad auras e fumarijs: ſed hūo. i. in terra aut poti⁹
de terra vnde fumus oriebatur (quia ſi in terra
vellet dicere diceret humi: ſed ſignificantius di
xit humo vt ſit pro aduerbio de loco quo ſigni
ficatur natura fumi: cuius eſt aſcendere & vlti=
ma ruia troie: cui⁹ fumus ab humo exurgebat)
poſtq̄ inquit hec contigerūt: nos agimur. i. im
pellimur auguriis diuū. i. portentis deorū (vt
que

Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat:
Littora cū patriæ lachrymās: portuſq; relinquo.
Et campos vbi Troia fuit: feror exul in altum
Cum ſocijs: natoq;: penatibus: & magnis dijs.

POſtq̄ res Aſiæ. Secundum interrogationem di SER.
donis poſt inſidias grecorū & caſus ſuorum ꝓ Fuga.
prios errores narrat quos pertulit āteq̄ ad aphri Aenæ
cam perueniret. Fuga ſua hec eſt: linquens iliū
idam tendit inde Antandrum vrbem: iuxta quā
conditis nauigijs Thraciam tenuit: vbi Aeneum condidit
Hinc in Delum prodigijs territus venit. a Delo autem erro
re patris circa auguria venit in Cretam: atq; inde peſte fa
tigatus ex reſponſo penatum venit ad ſtrophadas inde
preteruentus maritima grecie in Epirum profectus Hele
ni hoſpitioq; ſuſcipitur. Ab epiro venit in Calabriam: il=
linc q; aduentu diomedis territus nauigauit ad ſcyllam: &
charybdī: que ęthne vicine ſunt: atq; circuita magna ſicilię
parte drepanū venit vbi ſcd'm poetam perdidit patrem: in
de venit ad Didonem. Poſtq̄ hac dictione ſequentia dictis
connectuntur vt poſtq̄ altos tetigit fluctus ſic enim dictis
ſequentia copulantur. Res imperia: vt res Agamemnonias
Aſie. q. d. tertie partis orbis. Nā phrygia in Aſia eſt & iliū
in phrygia minore. Priamiq;: non eſt iteratio: nam potuit
alterum eſſe ſine altero: vt vel tota phrygia euerteretur vel
ſolum ilium. Immeritam nam Laomedontis paridiſq; cul
pa tota gens perire non debuit. Superis: laus Ilij qd' nō niſi
dij ſubuertere potuerint: Quotiens aūt non apparet ratio
ſic viſum interponitur Hora. Sic viſum veneri cum amorē Sic viſum
oſtenderet non eſſe pulchritudinis & accuſatio in deos ha=
bet aliquam venerationem: aliter ſacrilegium eſſet. Super= Ilium
bum: nobile. Vergi. in neutro ponit. Hora. in feminino: nō
ſemel Ilios vexata. Eſt aūt ciuitas. troia vero prouincia in
qua eſt Ilion: ſed ponitur pro vrbe: vt Et campos vbi troia
fuit. Humo: ab humo: & ſignificat ſolum quoq; patrie ar=
ſiſſe: qūo autem dixit fumat & cecidit: quia aut poetice tē=
pus pro tempore poſuit: vt meminiſſe horret luctuq; refu=
git: aut certe naturam rerum expreſſit: nam ruina in breui
fit. Fumus vero longo permanet tempore. Nam quod ait Fumus
Probus circumflectendā ſyllabam: vt ſit fumat pro fuma= Pone
uit non procedit quia pone tantū in vltima habet accentū
vt ſignificet retro. Diuerſa exilia: non refertur ad id quod
gens troiana ſit ſparſa per diuerſum orbē: Sed ad diuerſa lo
ca que actus augurijs adijt æneas. Deſertas a dardano intel
lige: nam vbiq; fertiles demonſtātur. Augurijs vt fuit flā=
ma in capite aſcanij: ſtella currens: & creuſæ verba: que di=
xit ad terram heſperiā venies ſub ipſa antandro: iuxta an
tandrū. eſt aūt ciuitas phrygię dicta antandros vel ꝙ de an antādros.
dro inſula eam condiderunt coloni quaſi αιητιανδρον. Vel
quia greci venientes per Thraciam cepere Polydorū: pro
cuius precio hāc a Priamo vrbē acceperūt: que ex facto no
men accepit q̄uis huic opinioni nō aſſentiat̄ Vir. Fertur tn̄
ꝙ poſt acceptū preciū greci occiſum poſt dirutā Troiā & in Hecubæ
mare precipitatū: cuius viſo cadauere mater dū captiua ab in canem.
ducit̄ flendo in canē cōuerſa eſt. hoc fingit̄ ꝙ nimio dolo=
re grecis inaniter cōuiciabat̄ phrygię ide ad diſcretionē cre
tenſis. Molimur paramus & bene petit loca in quibus & la
teret & nauigia prepararet. Incerti quo fata fe. qa nihil īcer
tius eſt nauigatione q̄uis locum certum nobis propona=
mus Contrahimus: congregamus ex diuerſis populis qui
auxilio venerant. Vix mox: vt vix e cōſpectu ſicule tellu=
ris in al. Ve. da. Prima: aut vernū tempus: aut quia eſt etiā
adulta: & preceps. Anchiſes: ſeruat prepon. Cum ſocijs duo
diuina poſuit. & duo humana. Non meminit patris. quia Penates
ſecundum Vergi. non venit in Italiam. Penatibus &. m. d. Magni dij
Varro eoſdem dicit penates & magnos deos. Nam in baſi
ſcribebatur: magni dij. Vel honoris cauſa dixit. Nam dij
magni ſunt Iuppiter. Minerua: & Mercurius qui Romę co
lebantur. Penates autem apud laurolauinum: Vnde appa
ret non eſſe vnum.

que per crinē flagrantē Iuli & per ſtellam que facem ducebat portendebanṫ:item per monita hectoris & creuſe:que illi a dijs acceperant:Preterea per oracula deorū non recte intellecta : per reſponſa heleni : per harpyarum minas& per alia multa: que quidem licet iam tum quum fugere inciperet futura erant:nunc tamē quum ea narrat preterita ſunt:nam niſi ad futura reſpiceret,non diceret:diuerſa exilia:cum neq; dij neq; homines hactenus diuerſa exilia pronunciauerint)agimur autem dicit ne vltro patriam deſeruiſſe culpetur .agimur : ergo querere diuerſa exilia:ideſt in quibus exules & extorres degamus: & terras deſertas.ideſt quas poſtea deſeruimus:vt thraciam cretam ſiciliam,&c(nec placet vt de italia a dardano deſerta cum Seruio intelligam tūc em̄ non diuerſa exilia ſed ſolam Italiam intelligeret ſe iuſſum petere: verum cum fugam obirent troiani incerti erant quo fata ferant. Nam hector dixerat quidem fugiendum ſed non quo . dicens ſolum pererrato ſt; tues que deniq; ponto.Creuſa vero dixerat etiam locum ſed dubie quia lydium tybrim a colonis nominauit:cum lydia longe ſit ab italia:caſſandra vero anchiſæ expreſſe ſignificauerat Italiam petendam. Vnde dicet in hoc tertio.Sola mihi,tales caſus caſſandra canebat. Et ſepæ italiam ſepæ itala regna vocare. Sed quis ad heſperie venturos littora teucros Crederet? aut quem tunc vates caſſandra moueret? Dij preterea penates pauloante dixerant.Eſt locus heſperiam &c.Que verba Illioneus in primo repetijt ſed que hic dicentur geſta ſunt ante ea que in primo dicta ſunt loquitur ergo nunc æneas de ea ſcientia quam habebat cum fugam inciperet:per quā cum neſciret quo fata ferant vbi ſiſtere detur:coactus eſt diuerſa exilia & terras deſertas querere)& nos molimur.ideſt cum mole & difficultate paramus claſſem ideſt collectionem nauium : ſub ipſa antandro vrbe illa phrygie: declinatur autem hec antandros.Nam in um neutra ſunt : & ſub montibus Ide phrygie:quia etiam ida in creta eſt:ſed claſſem parabat inter antandrum & Idam montem molimur dico exiſtentes incerti:quo fata ferant ideſt auehant nos: & ideo moleſtum & difficile erat parare claſſem cum etiam incerti eſſent vbi detur ſiſtere ideſt ſubducere claſſem & finire errores : & nos contrahimus ideſt congregamus viros : quorum in primo meminit:Ilioneum.cloanthum.ſergeſtum.gyan.leuca ſpim achaten atq; alios :Prima æſtas ideſt verna tēperies vix inceperat:&.i.iam : vel & tū iam(habet em̄ elegantiam hoc loco particula &)anchiſes pater (Seruat decorum patri q̄ diu vixerat gubernacula tribuens)iubebat dare vela fatis ideſt ſecundum fata: aut vt fata indicabant quum.i. qū ego lachrymans(ergo inuitus deceſſit)relinquo littora patrie: & portus patrie & relinquo campos ſcilicet arabiles(quia iam ignis omnia exederat) vbi troia fuit: Et ego feror exul in altū ſcilicet mare:cum ſocijs:cum nato:cum penatibus & magnis dijs.De quibus Seruium vidimus.



ASCEñ. ¶ Terra procul vaſtis colitur ma.&c. Thraces
arant:&c. Docet q̃uo coactus ſit diuerſa quere-
re exilia quia videlicet nõ permittebat̃ cõſiſtere
nec in thracia vbi primas ſedes & enũ oppidũ
locauit:nec in creta :nec in Sicilia Recitat ergo
primo q̃uo in thraciã delatus illic oppidũ edifi
cauerit:& abire coactus ſit propter ſcelus com-
miſſum in polydorũ filiũ priamij:De q̃ re dicit
Dona. ſic Donatus. Terra procul.optime ignorãti Di
doni terrã exponit:in qua ſitus loci & incolarũ
perſona & oportunitas: cum propter propin-
quitatẽ laborẽ longioris itineris leuaret: & pro
pter fertilitatem indigentibus poſſet opitulari
Quoniam aũt thraces amiſerant Lycurgũ re-
gem videbatur ꝙ nullus aduerſarius veniẽtes
prohibere poſſet. Firmabat autẽ ſpem religio
federis diuturnitate tẽporis roborata. Feror. nã
non ſuo conſilio venit. Fatis iniquis: hoc exi-
tus rerũ non initia docuerũt. Sacra: primo inuo
cabam auxiliũ maternũ. Deinde aliorũ deorũ
qui auſpicio nouorũ fundamentorũ eſſent ne-
Ordo. ceſſarij. ¶ Ordo eſt. Terra mauortia.i.bellicoſa
&patria mauortis ſeu martis qui thracũ lingua
gradiuus dicitur.ſ.thracia:colitur procul.i.late
aut longiuſcule a troia : campis vaſtis.i.valde
amplis:thraces arant(ergo thraciam ſignifica
uit)regnata.i.ea q̃ regno gubernata ſunt:quon
dam.i.olim ſup. ab licurgo thracum rege acri:
ideſt ſtrennuo& bellicoſo:& ita regnata erit ac
cuſatiui caſus pluralis numeri & neutri generis
aut ſic potius Terra mauortia regnata quondã
acri lycurgo collitur qđ vulgo dicitur cultiuat̃
hoc eſt ſubigitur & aptatur ſationi ab agrico-
lis:procul in vaſtis campis ſupp. quam terram
(Moris enim vergiliani eſt reticere relatiuũ in
deſcriptione locorum : ſicut vrbs antiqua fuit
tyrij tenuere coloni:Eſt in ſeceſſu lõgo loc⁹ &c.
Eſt locus heſperiam graij cognomine dicũt&c)
Thraces arant dictio aũt regnata videt̃ potius
feminina & nominatiui caſus : quia cetera no-
minatiui caſus ſunt.dic ergo: terra inquam re-
gnata acri lycurgo appoſitorie:hoſpitium anti
quũ troię.i. troianorum qui iure hoſpitalitatis
olim a thracibus accipiebantur:& eos viciſſim
accipiebant(vti moris erat apud veteres apud
quos pauciores q̃ nunc ſunt erant caupone.i.di
uerſoria mercenaria)& penates ſocij ideſt con-
federati & amici: dum fortuna.ſ.proſpera fuit
(quo verbo mortalium fidẽ taxat)ego feror.ſ.
auguijs actus diuum:aut vi ventorum huc. i.
in hanc terram: hoc eſt in thraciam.& loco pri
ma menia ſcilicet eni oppidi in littore curuo.i.
quod ſemper curuum eſt.loco dicit ideſt ſtatuo
ingreſſus.i. auſpicatus aut incipiens : fatis ini-
quis ideſt malignis & mihi non fauentibus vt
illic maneam aut iniquis : ideſt mihi non con-
ceſſis cũ alio vocarer & ego fingo nomen enea
das ideſt voco populos illius ciuitatis eneadas
de meo nomine Ego ferebã:i.offerebam matri
ſcilicet veneri:dioneę.i.ex dione nympha geni
æ. Alij dicunt obſcenos dici ab oſcis: qui eſſent p opuli malis moribus. Meritos: pro magnitudine petitionis cōuenientes: vel meritos ſecundū interiorē ſacrorū ſcientiā. Dij ꝓhibete poterant hec eſſe vera & nō vera hocq; cognoſcebat Anchiſes: qđ ex verbis eius apparet: Nā cū dicit Dij ꝓhibete minas: oñdit nihil fuiſſe depoſitū, ſed prohiete inquit minas ne oriretur fauor diuinus. Auertite ca. vt ſi vere eſſet caſus eiuſmodi qui potuiſſet exiſtere auerteret̃. Ergo ſingula ſingulis dedit ſupra dixit ꝓhibete hic auertite vt ꝓhiberetur naſci qđ nō erat. Auerteret̃ aūt qđ credebat̃ ingruere. Formidatus: nō fugerunt: quia feſſi indigebant refectione: & fuit occaſio vt ludos celebrarent in honorem eius dei cui tantū debebāt. Ergo nō luxus fuit cauſa

Ordo. ludorū egētibus & peregrinātibus: ſed gratulatio ſeruate ſalutis. Hec ille. Ordo eſt. At. i. ſed anchiſes pater. ſ. meus ſed honorificētius dicit pater abſolute q̄ ſi dicat pater meus qa honoris gratia videt̃ totius claſſis pater ac patronus: vñ ſēper omnia ad eū referunt̃: vocat. i. inuocat de littore: ī quo. ſ. erāt magna numīa: nō ergo harpyias: qđ indecorū fuiſſet: & hoc palmis. i. manibus: paſſis. i. extēſis & ſolutis: & indicit honores Meritos. i. congruos & expiatorios: aut qui mereant̃ expiationē: & ſup. dicit aut vocat dicens: dij ꝓhibete minas. i. ne eueniāt que minat̃ dira Celeno: O dij auertite talē caſum. i. tā dirā famē: & vos placidi ſeruate pios. i. religioſos & veſtri cultores hoc eſt Troianos: tū. i. deinde: poſt ſacrificia & preces: iubet diripere funē. i. retinacula nauium ſup. ab littore: & laxare. i. explicare ventis rudētes. i. funes velorū & antennarum excuſſos. i. extenſos noti. i. venti illi tendunt & implent vela: nos fugimus. i. celeriter auehimur vndis ſpumātibus. ſ. ex ſulcatione celeri. fugimus dicit ea qua ventus & gubernator vocabant curſum: zacinthos illa grecie inſula:

paposītio nemoroſa. i. ſyluoſa: apparet iam ſup. e medio fluctu: & dulichiū & ſame & neritos ardua ſaxis que ſunt inſule grecie: e quibus Vlyxes ſocios in bellū Troianū adduxerat: ſup. apparēt: nos effugimus ſcopulos ithace regionis illius appoſitotie ad cōtēptū: (Nā appoſitio tribus de cauſis fieri ſolet: tollende videlicet equiuocationis gratia: aut ſpecificationis: aut ꝓprietatis attribuende: ea aūt nūc laudē nūc vituperiū habet) regna laertia. i. in quibus regnabat Laertes pater Vlyxis: & execramur. i. vt vulgo dicunt maledicimus & deteſtamur cū imprecatione malorū: terrā altricē. i. nutricē aut alumnā ſeui vlyxis Mox &. i. etiā: cacumina. i. ſummitates nymboſa. i. in quibus iugiter ſunt nymbi. i. nubes & venti: leucate montis candentis ſaxis

leucate rupes (e quib' q ſe precipitē in mare dederit fert̃ liberari a nimio amore: Vñ ſapho Ouidiana. Cur nūc nō ignibus eqs Vreris? Ambrachie terra petēda tibi eſt Phœb' ab excelſo quātū pr̄ aſpicit equor Acteū populi leucatiūq; vocāt. hinc ſe deucaliō pyrrhe ſuccēſus amore Miſit & illeſo corpe preſſit aquas. Nec mora iuſſus amor tetigit letiſſima pyrrhe Pectora deucaliō igne leuatus erat Declinat̃ aūt leucas leucatis: & leucates ſeu leucata leucate) cacumina inquā leucate ſup. aperiunt̃. i. apparēt mox per zeugma ab inferiore: & Apollo formidatus. i. tēplū apollinis formidatū nautis: qa piculoſum eſt eo ꝓpter ſcopulos accedere: aut tēplū Apollinis formidati nautis qa ei de nautis illic ſacrificiū fiebat: aperit̃. i. clare videt̃ nos feſſi. i. defatigati: petimus hūc. i. tēplum huius apollinis etiā formidati: & ſuccedimus parue vrbi. i. in paruā vrbē. ſ. Ambrachiā. ancora iacit̃ de prora puppes ſtant littore. i. ad littus: qa obuertūt pelago proras qui in terrā nō tutā aduenīūt: & nos potiti tādē tellure inſperata. i. qua nō ſperabamus potiri: luſtramur. i. expiamur Ioui. i. in honorē Iouis & incēdimus aras votis & celebramus littora actiaca ludis iliacis. i. Troicis: quos illic auguſtus poſtea celebrauit in cuius gratia hec finxit poeta. Socij nudati exercēt paleſtras patrias. i. quales in patria exercere ſolebāt: & hoc oleo labēte. i. eos lubricos faciēte aut defluente: vngebant̃ em̄ priuſq̄ paleſtrā inirent: & contra ventos & vt lubrici elaberentur nec comprenderentur: iuuat. i. delectat eos euaſiſſe tot vrbes argolicas. i. grecas: & tenuiſſe fugam per medios hoſtes ſcilicet grecos.

Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus feſſi: & parue ſuccedimus vrbi.
Anchora de prora iacitur: ſtāt littore puppes.
Ergo inſperata tandem tellure potiti:
Luſtramurq; Ioui: votiſq; incendimus aras:
Actiaq; iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente paleſtras
Nudati ſocij: iuuat euaſiſſe tot vrbes
Argolicas: medioſq; fugā tenuiſſe per hoſtes.

SER. Paſſis: ſolutis. Magna. Iouem Mineruam: & Mercurium ſecundum ſamothracas. Meritos congruos. i. expiatorios. Vnde ſequitur dij prohibere minas. Caſum: bene etiam ſi contingat caſum eſſe credit non vltionem. Pios: propter facta ab eis ſacrificia. Vocabāt poterat & ī ſingulari poni: ſed honeſtior ī plurali eſt. locutio zacynthos inſule grecię ſunt Same cephaleniæ eſt. Nā ſamos in aſia eſt. Laertia regna: Same. irriſorie cū premiſerit ſcopulos Vt immania ſaxa Veſtras Samos eure domos. Leucas autem mons eſt altiſſimus in promon Leucas. torio Epiri iuxta ambraſiam: quam Auguſtus nicopolim appellauit victis illic Antonio & Cleopatra: & templum Nicopolis. Apollini in promontorio actiaco condidit: & ludos inſtituit actiacos, Poeta āt in honorem auguſti ea que fecit dat eius origini Dicit em̄ Aeneam ibi ludos celebraſſe: & alibi inducit illum promittentem templum Apollini: quod fecit auguſtus vt Tum phœbo & triuie ſolido de marmore templum Conſtituam Formidatus: vel quia ibi loca ſaxoſa erant: velvt quidam putant: quia moris erat aliquem de nautis ei immolare. Feſſi propter hoc ergo formidatum petimus. Parue. u. ābratie. Potiti: ablatiuus ei dat̃ ſed figurate etiam gtūs. Terentius aūt in accuſatiuo dixit Patria potitur commoda. Luſtramurq; Ioui: purgamur vt Ioui ſacrificemus vel expiamur. Piaculum em̄ commiſſum fuerat in thracia īmolato tauro nā q̄uis multa eſſent ſecuta ſacrificia tamen intelligebatur iratum numen nō ceſſantibus malis Piaculo aūt cōmiſſo celebrabant̃ ludi. Nā cū iracundia matris deū Romani laborarent. & eam nec ſacris nec ludis placare poſſint quidam ſenex ſtatutis ludis circenſibus ſaltauit que ſola fuit cauſa placationis. Vnde prouerbium eſt: Senem ſaltare. ad omnia ſecūda: ſaltat ſenex. Actia: propter Auguſtū dicit qui vt dixit illic ludos ſtatuit agonales Patrias paleſtra maxime apud Atheniēſes celebratur. Sed Troiani preter Dardanū & teucrū etiā ab Athenienſibus originē trahunt: propterea q; Mineruā colunt. Hinc dixit Neu populū antiqua ſub re. t. Antiqua. i. ab athenienſibus tradita. Fugā. t. feliciter euaſiſſe. Tenere eſt implere: vt Ni teneāt curſus. i. impleant: & pōt intelligi ſcđm cōem ſenſum ob hoc luſtratos. i. expiatos ſacrificaſſe & ludos celebraſſe: quia hoſtiles terras proſpera nauigatione tranſiſſent.

Interea magnū ſol circumuoluitur annum:
Et glacialis hyems aquilonibus aſperat vndas

ASCEñ. Interea mag. &c. Docet qūo ab ambrachia ī butrotū peruenerūt: illicq; Helenū filiū Priami regnantē cū andromache hectoris olim cōiuge inuenerūt

Acre



Aere cauo clypeũ magni geſtamen Abantis:
Poſtibus aduerſis figo: & rem carmine ſigno.
Aeneas hec de Danais victoribus arma.
Linquere tũ port⁹ iubeo. & cõſidere traſtris.
Certatim ſocij feriunt mare: & æquora verrunt.
Protinus aerias phæacum abſcõdimus arces:
Littoraq; epiri legimus: portuq; ſubimus
Chaonio: & celſam Butroti aſcẽdimus vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat auras.
Priamiden Helenum graias regnare per vrbes.
Coniugio æacidæ pyrrhi: ſcæptriſq; potitum:
Et patrio Andromachen iterũ ceſſiſſe marito.
Obſtupui: miroq; incenſum pectus amore:
Compellare virum: & caſus cognoſcere tãtos:
Progredior portu: claſſes & littora linquens.
Solennes tum forte dapes: & triſtia dona
Ante vrbem in luco falſi Simeontis ad vndam
Libabat cineri andromache: maneſq; vocabat
Hectoreũ ad tumulũ: viridi quẽ ceſpite inanẽ:
Et geminas cauſam lachrymãs ſacrauerat aras.
Vt me conſpexit venientem: & troia circum
Arma amẽs vidit: magnis exterita monſtris
Diriguit viſu in medio. calor oſſa reliquit.
Labitur: & longo vix tandem tempore fatur.
Magnũ

inuenerunt: Vnde dicit Donatus ſic magnum Donatus.
deeſt per. Aeneas hec. Breuis titulus vberẽ continet latitudinem. Aeneas poſuit: Aeneas ſcripſit. Nã fuit memorabile ad illa eũ loca venire potuiſſe tutũq; fuiſſe: vbi erat periculũ manifeſtũ habuiſſe arma ſublata victoribus & in ipſorum ſedibus oſtentationis cauſa poſuiſſe addidiſſe quoq; epigramma qđ & ſuam gloriam teſtaretur. Et illorum qui victores receſſerant ludibria: fecit fortune beneficio: vt apud victores arma ipis erepta publice locaret Priamiden Helenum: mira res a perſona q frater paridis victus regnaret inter victores a loco: vt troianus in grecia a numero non per vnam vrbem: ſed per plures: a fortuna vt regnaret potitus Pyrrhi coniugio ac ſceptro. Ergo incredibile vxorem Pyrrhi euerſoris troie hominem ex priami genere habere: & cum Pyrrhus vita ceſſiſſet andromachen iterum patrio marito ceſſiſſe. Ergo obſtupuit æneas potiuſq; miratus ſit Monſtris Monſtrum fuit vt quo tempore manibus parẽtaret æneas appareret: vt & ipſe mortuus putari Poſſet Calor oſſa. r. Nam turbata mente recedit calor. Eſt aũt ſapiẽs conſilium poete tractãtis perſonam mulieris ſoluentis inferias mortuo & illius amorem retinentis ex confuſione autem mentis: quia perfecte videre non potuit incidit in errorem ne eſſet mortuus Prior vidit mulier prior loquitur Aeneæ verecundia intemerata reſeruatur. Ordo eſt. Sol circunuoluitur interea. ſ. dum ludis intenti erant ſocij ſuper magnum annum: hoc eſt per circulũ ac orbem anni ſolaris & hyems. i. tempeſtas: glacialis. i. glaciem congelans: exaſperat vndas: aquilonibus. i. ventis illis frigidiſſimis. Ego. ſ. abiturus: figo clypeũ cauo ere aut qui erat ex cauo ere: eo q incuruus eſſet aut cũ clangore tube ex cauo ere facte: clypeum dico geſtamen magni abantis greci: non autẽ troiani de quo dictũ eſt in primo. Et qua vectus abas qđ ex titulo patebit: Ordo.

bit:figo inquit poſtibus aduerſis.i.contra nos
poſitis:& ſigno rē carmine.i.titulo vnius ver-
ſus.qui ſic perficit.Ego ęneas fixi aut cōſecraui
iſtic hec arma rapta de danais victoribus troiæ
Aut æneas fixit hic & cōſecrauit hec arma ra-
pta de danais victoribus.i.q ſe victores gloriā
tur:ſed dictū eſt victoreſq cadūt danai: victus
aūt videt cū androgeo. Ego iubeo tū.i.deinde
linquere portus& cōſidere trāſtris.i.per tranſtra
vt remis incūbant: Vñ ſequit ſocij feriūt mare
certatim.i.cū certamine: & verrunt.i.inuertūt
equora remis.ſ.ſuis:nos abſcōdimus pretereū-
do.ſ.ꝓtinus arces aerias.i.altas : pheacū.i.cor-
cyrā inſulā inter epirū&calabriā vbi Alcinous
rex pheacū qui Vlyxē hoſpitio ſuſceperat re-
gnabat:& legimus.i.ex ordine pernauigamus.
littora epiri&ſubimus.i.ſubintramus regionē
illā portu chaonio.i.per portū chaoniū: alij le-
gunt:portuſq ſubim⁹ chaonios.&ita abſumit
s litera cū vocali quo more m abſumi ſolet q
abſumptio frequētiſſima eſt apud Enniū Luci
liū lucretiū & ceteros antiquos : nec rara videt
fuiſſe apud vergiliū : ſed mutata a grāmaticis
aut poetis illis qui opus caſtigandū ſuſceperāt:
& aſcēdimus celſam vrbē Butroti.i.butrotum
ipſum:que vrbs celſa eſt(Ordo tñ eſſe pōt ſubi
mus & aſcēdimus vrbē butroti portu chaonio
qui eſt in chaonia pte epiri que olim moloſſia
dicta eſt)Fama rerū incredibilis.i.difficilis cre
ditu qa rerū incredibiliū.occupat aures.i.incre
puit aurib⁹ noſtris: hic.i.cū eſſemus in hoc por
tu:videlicet helenū Priamidē.i. priami filiū re
gnare per vrbes graias. i.grecas coniugio. i.per
cōiugiū Pyrrhi eacidæ.i.ꝓnepotis eaci:qa æa
cus genuit Peleū: Peleus Achillem : Achilles
Pyrrhū: & potitū ſup.eſſe ſceptris.i.regalib⁹ di
tionibus in diuerſis vrbibus que per ſceptra ſi-
gnificant & Andromachē: hectoris olim cōiu
gem ceſſiſſe.i.iure adueniſſe&cōceſſam eſſe:ma
rito patrio. i. qui erat de patria prioris mariti:
aut de patria mea(vt ad Aeneā referat)iſta aūt
viſa ſūt incredibilia:&ideo obſtupui:& pectus
ſup. meū incenſum eſt miro amore.i.deſiderio
& affectu:compellare pro compellandi. i.allo-

℄ Magnū ſol.Erat annus triginta dierum.ſ.lunaris. Vñ in SER.
uenitur in aliquibus vita nongentorū annorū. ſ.lunariū.
Poſtea repertus eſt ānus ſolaris:qui eſt.xij.mēſiū : poſt quē Anni.
annū eſſe magnū voluerūt omnibus plāetis in eundē recur
rētibus locū qui ſcd'm Ciceronis Horrēſiū cōtinet.xij.mi-
lia noningētos quinquaginta quatuor ānos:ſed de hoc va
ria eſt opinio & Mētoris & Eudoxi & Ptolemei.Quin idē
Cice.in lib.de na. deo.eū putat eſſe triū miliū annorū. Hic
ergo dixit Magnū vt excluderet lunarē:& ſolis:vt exclude
ret magnū.Abantis: hūc cū Androgeo occiſum intelliga-
mus.Victoribus irriſio eſt vt Victoreſq cadūt danai.Ar-
ma:ſubaudi cōſecrauit.Pheacū : Corcyrā dicit inſulā inter
Epirum & calabriā vbi regnauit Alcinous . Abſcōdimus.
Nauticus ſermo:& mira eſt vſus celeritate: vt ante abſcōdi
tā q viſam dicat.Qua curſum qui fugit nullū ſibi locū ꝓ-
ponit:ſed ſequit ventū & gubernatorē qui vēto obtēperat
Chaonio:vt ſubeūt muro.Nā ſi chaonios legeris difficilis
eſt ſcāſio nō eliſos.Vrbē butroti.Vt fontē timaui. Eſt hec
vrbs in Epiro: Cuius pars eſt chaonia ante Moloſſia appel
lata. Incredibilis fama.i.rerū incredibiliū. Patrio ma. atq
thebana fuit;Sed aut poſuit ꝓuinciā ꝓ patria:vt Italiā que Patria.
ro patriā: & Sal.Hiſpaniā ſibi patriā eſſe. Vel ſcd'm ius lo-
quit. Nā vxor domiciliū viri ſequit. Nā & ceſſiſſe de iure
verbū eſt.Cedi em̄ hereditas dicit.Fuit autē mos regū legi
timā vxorē nō hñtiū vt aliquā captiuā pro legitima habe
rent.Sic & Pyrrhus hāc habuit: & ex ea Moloſum ſuſtulit.
Deinde cū Hermionē Menelai& Helene filiā iam Oreſti de
ſponſatā ducere vxorē vellet: in tēplo Delphici Apollinis
occiſus eſt.Sed moriens precepit: vt Andromache Heleno
daret propter ſupradictū beneficiū.Moloſa aūt hec deinde Nota.
ab heleno chaonia dicta eſt a Chaone fratre ſuo:quem ipſe
imprudēs in venatione interemit.Linquēs:finitus eſt ver-
ſus participio qd' raro fit apud latinos. Apud grecos vero
eſt vitioſiſſimū.Solēnes:legitimas āniuerſarias. Triſtia do
na:tale eſt illud. quē ſemper acerbū : Semper honoratū ſic
dij voluiſtis habebo In luco nūc ponit ſine religione:Nā in
ipſis habitāt manes piorū qui lares viales ſunt ſic in ſexto
dicitur. Nulli certa domus lucis habitamus opacis. Falſi ſi
mulati.Ad tumulum:ad cœnothaphium Viridi herboſo:
Geminas vnam marito:alteram filio aut geminas:qa infe
ri pari gaudent numero : Monſtris rebus inſperatis . Diri-
guit.v.in.m.dum me cernit obſtupuit. Calor oſſa re.Exti-
muit: vt Soluuntur frigore membra.

quendi virū.ſ.Helenū & cognoſcere pro cognoſcendi tantos caſus.i.foruita rerū euenta:ego progredior por-
tu.i.de portu:linquēs claſſes & littora.i.claſſes ad littora appulſas. Andromache:libabat.i.ſacrificabat ad pla
candum forte.tūc.ſ.cū aduenirē:quia fortuitū erat non q libabat ſed q tūc libabat dapes ſolēnes. i.legitimas
& āniuerſarias:& dona triſtia.i.funebria & a d luctū pertinētia : grata itaq; ſed nō iocūda . libabat dico cineri
videlicet Hectoris nō vero:qa illic ſepult⁹ nō erat ſed ſimulato:res aūt ſimulata in ſacris qñ vera haberi nō pōt
pro vera habet:& vocabat manes.i.vmbras Hectoris vagātes ſcd'm ſuperſtitionē æthnicorū ꝓpter illegiti-
mā ſepulturā aut violentā mortē:qa nondū tēpus vite in quo in corpe tanq̄ in carcere cōtineri debebāt exple
uerāt.i.iuxta tumulū Hectoreū quē ipſa ſacrauerat.i.cū ſacrificatione extruxerat inanē.i.ſine corpore: ſup.de
ceſpite viridi.vt virore anima oblectaret & ipſa ſacrauerat geminas aras hectori.ſ.marito & aſtyanacti filio:
lachrymās.i.deflens cām:quia.ſ.duo chariſſima pignora amiſerat Que.ſup.(nā relatiuum ſepe in hoc poeta
ſubauditur)vt.i.poſtq conſpexit me venientem&vidit arma troia.i.troiana(triſylabū eſt troia a troius troia
troiū)circū.i.in circuitu ipſa exterrita magnis mōſtris: qa mirabile erat q tūc arma.i.inſignia Troianorū con
ſpiceret cū inferis ſacrificaret : & inferias celebraret Troianis: Vñ neſciuit an viuus an defunctus eſſet Aeneas
qui ea ferebat:Nam defunctus potuiſſet in ſimulacro aparuiſſe vt illis creditū eſt.diriguit.i. obſtupeſcēs qua
ſi rigida&immobilis facta eſt:in medio viſu.i.vt me ad mediū ſatietatis inſpexerat tantum adhuc viſura quā
tum viderat niſi diriguiſſet:calor reliquit oſſa& deſcendit ad precordia ipſa labitur. i.concidit amens.& fatur
tandem vix.i.cum dificultate longoq tempore ſubaudi poſt.Quid aūt dixit:ſequentia oſtendēt.

℄ Vera &c. In hac parte habetur ſermo andro
maches ad Aeneā aduentantē& æneę ad illam:
de quo dicit Donat⁹ ſic.Vera ne te facies.& qa
armatus& quia die in qua nō ſolent videri mor
tui apparuit: exiſtimauit viuum: ex occaſione
autem loci& parentationis cauſa putabat mor
tuū Lachrymaſq effudit:hec omnia prouene-
runt ex mariti recordatiōe:Nec debuit de alio
q de marito in tanto dolore querere pauca vel
quia plura turbatus non poſſem vel quia ipſa
ex dolore non fuiſſet plura auditura. Heu . &
ipſe

℄ Vera ne te facies: verus mihi nuncius affers Andromache
Nate dea: viuis ne: aut ſi lux alma receſſit:
hector vbi eſt: dixit:lachrymaſq effudit& oēm Aeneas.
Impleuit clamore locum: vix pauca furenti
Subijcio: & raris turbatus vocibus hiſco.

Viuo

Viuo equidẽ:& vitã extrema p omnia duco:
Ne dubita:nam vera vides.
Heu quis te caſus deiectam coniunge tanto
Excipit:aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit:
Hectoris andromache pyrrhin cõnubia ſeruas
Deiecit vultum:& demiſſa voce locuta eſt.
Andromache. ℂO fœlix vna ante alias Priameia virgo:
Hoſtilẽ ad tumulũ troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori:quæ ſortitus non pertulit vllos:
Nec victoris heri tetigit captiua cubile:
Nos patria incenſa diuerſa per æquora vectæ:
Stirpis achilleæ faſtus iuuenemq́ ſuperbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde ſecutus
Ledæã hermionẽ:lacedæmonioſq́ hymenos:
Me famulo famulãq́ heleno trãſmiſit habẽdã.
Aſt illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis: & ſcelerum furijs agitatus oreſtes
Excipit incautum:patriaſq́ obtrũcat ad aras.
Morte neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars heleno:q chaonios cognomine campos:
Chaoniamq́ omnem troiano a chaone dixit:
Pergamaq́:iliacamq́ iugis hãc addidit arcem.
Sed tibi qui curſum venti:quæ fata dedere:
Aut quis te ignarũ noſtris deus appulit oris:
Quid puer Aſcanius:ſupat ne:& veſcit aura:
Quem tibi iam Troia.
Ecquæ nam puero eſt amiſſæ cura parentis:
Ecquid in antiquam virtutẽ:animoſq́ viriles
Et pater Aeneas:& auũculus excitat Hector:

SER. ℂViuis ne:Ex affectu muliebri loquitur: & bene inferis ſacrificans:& in Luco vbi manes habitant ad dubitare videtur. Hector vbi eſt.ad Aeneæ pertinet gloriam: qui ab Hectore nuſq́ diſceſſiſſe videatur. Si igitur in ſacris videntur vmbræ:cur non magis eorum quibus ſacrificatur. Furenti:inconſolabiliter dolẽti. Hiſco:hio nec loqui poſſum. Viuo:ac ſi dicat ſi vita eſt infœliciter viuere. Excipit: ſignate loquitur:quia deiectam dixerat: excipiuntur enim quæ cadunt. Digna:Congrua & priori cõueniens. Andromache:ſi Andromache ſequentibus iunge: ſi Andromacha ſuperioribus. Seruas tenes:vt & nunc ſeruat honos ſedem tuus oſſaq́ nomen. Demiſſa: humili. O fœlix: recte virginitatem laudat & mortem:vt ſe inuitam Pyrrhi cõiugem fuiſſe oſtendat Priameia. Polixena. hãc Achilles circa troiana mœnia cõſpiciẽs adamauit. Et cõditione pacis in matrimoniũ poſtulauit. Subdole aũt pmiſerũt troiani Quapropter cũ ad Fœdus Achilles in templũ Apollinis Tymbrei veniſſet. Paris poſt ſimulachrũ dei latẽs:Sagitta vulnerauit:itaq́ moriẽs achilles iuſſit vt polixena diruta troia ad ſuũ ſepulchrũ immolaret: quod Pyrrhus perfecit Hoſtilem ad tumulum: nam magnum mortis ſolatium eſt promiſſus hoſtis interitus. Heri. parũ erat niſi victoris adderet faſtum. Attigit:& non aſcendit. Nec genialem lectũ dixit.

ipſe incipit a gemitu propter hectoris recordationem. Hectoris an. cum laude hæc duo noĩa extollenda ſunt. Pyrrhin: cum depreſſione qm̃ hoſtis erat & patris Achillis qui hectorem occiderat:memoria fuerat odioſa. Deiecit vul. Mota pudore:& qm̃ factũ negare nõ poterat ſummiſſe vocis purgatione defendit O fœlix: Ex comparatione oſtendit miſerrimam eſſe fœlicem cõparatione ſui quę pudorem amiſerit qñ mors in illa excluſit violentiã pudoris. Et cũ illa ſolã fœlicẽ dicit:non ſe ſolã oſtẽdit in cã turpi. Virgo ergo perijt ſalua caſtitate. Ad tumulũ:& nõ ad cubile. Vnde nulla voluptas potuit puenire ad mortuũ. Captiua cubile nouiſſimã poſuit qua maxime premebatur cã. Heri vt q inimicus fuerat eſſet dñs. Cubile: nõ ad honeſtatẽ.ſed ad ludibriũ eſt inuita pducta. Nos patria:cõcluſa cõparationis parte qua ſe purgauit redit ad ſe:& opponit ſua his quę euenerãt Caſſandre:illa incolumẽ patriã reliqt. Nos incenſam:illius funus ſolũ patriũ tenet. Nos per diuerſa maria ſumus tracte: ptulimus natũ ex Achille qui nulla miſeratione mouebat̃. Superbus:ex victoria ſeruitium aũt nimis ponderoſum fuiſſe ex eo oſtendit q dixit tulimus enixe. Qui deinde: Oſtẽdit neceſſitate Pyrrho neceſſitate etiã Heleno fuiſſe coniunctã:Hec ille. Ordo eſt. O nate dea. ſ. venere:qd' in laudẽ ei' vergit qa a notis talis pdicat̃:vt pri' ab Achate & alibi ẽt a ſibylla:ne p an: an facies.i.ſpẽs & pſentatio:vera ſup. affert te & an tu exiſtẽs verus.i.non fictus: nec ſimulatus neq́ induta corpore tuo vmbra: ſed reuera cuius effigiem pte te fers Aeneas affers.i.pſentas mihi te.i. teipſum nõ vmbram nec ſimilitudinẽ corpis tui Dubitabat em̃ an ipſe quoq́ ab inferis veniret petiturus funeris obſequiũ ſicubi inſepult' remanſerit: aut ſi lux alma.i.vitalis que alit viuentes:receſſit ſup.a te:hoc eſt aut ſi non verus nũcius tui es:ſed vmbra ab inferis deſcendens dic ſup.(ſed id qa imperioſum omiſit)vbi eſt hector.ſ.maritus meus cui hæc ſacrificia libo: & tamen tecũ non cõparet. Dixit ſup. Andromache.i.concluſit orationẽ ſuam:aut ſermonẽ ſuum & effudit lachrymas: que cauſa erat cur non plura diceret & impleuit clamore.i.eiulatu omnem locũ.i. omnem partem loci aut totũ locũ. Ego ſubijcio.i. ſubſequẽter adijcio vix i.cũ difficultate pauca ſup.verba: & ego turbatus.ſ.cõmiſeratione & affectione in Andromachen quã lachrymare vidi: hiſco.i. os apio & loquor vocibus raris.i.p interualla platis. Egdem.i.ego certe viuo:& duco vitã p oĩa extrema.i.ad extrema fata tendẽtia: hoc eſt in extremis miſerijs vltra quas mortalitas plures ſufferre neqret:& videt̃ extrema p poſitiuo:hoc eſt abſolute poni nã ſi ſuplatiuũ eſſet potius diceret:p extrema queq́:ne dubita pro ne dubites Nã vides vera.i.res veras vt verũ vultũ & verũ hoc eſt viuum hoĩem nõ ſimulato corpe: Heu dolentis eſt:qs.i.qualis caſus excipit te deiectã i.ad ĩferiorẽ cõditionẽ iactã de cõiuge.i.de marito tanto quãtus.ſ.erat Hector.q.d.indigniſſimus eſt cũ cõiuncta fueris matrimonio ei q ſocerũ tuũ ĩteremit & cui' pr̃ maritũ tuũ ĩterfecit Aut q̃.i. q̃lis fortuna ſatis digna.ſ.vtute & meritis tuis reuiſit.i.iterũ viſit ſeu viſitauit te cum iterũ ſis pr̃io cõiũcta marito videlicet heleno. Pyrrhin.i.pirrhi ne & ne' p an:an tu Andromache Hectoris ſup. cõiunx ſeruas cõnubia Pyrrhi.i.ei' cui' pr̃ Hectorẽ occidit.q.d.id ĩdigniſſimũ eſt. Ipa deiecit vultũ & locuta eſt voce demiſſa

miſſa.i.deorſum miſſa hoc eſt ſummiſſa&ima
O fœlix ſup.eſt virgo Priameia.i. priami filia
Polixena vna.i.pcipua aut ſola ante alias.ſ.vir
gines iuſſa.ſ.a pyrrho mori ſub altis mœnib⁹
troię ad tumultũ hoſtilẽ.i.achillis hoſtis.Quo
dicto & formã & pudiciciã ſuã cõmendat An=
dromache. Formã qdem(qa ea captus eſt Pyr
rhus &non Polyxene qua in pater eius captus
erat pudiciciã vero quia maluerit vt illa occiſa
fuiſſe ꝙ illi placens nupſiſſe)quę.ſ. virgo non
ptulit.i.nõ ppeſſa eſt vllos ſortit⁹.i.vllas ſorti
tiones.i.q̃ nun ꝗ i ſorte venit mõ vni mõ alte=
ri ſicut ego primo hectori deinde pyrrho& rur
ſus heleno nec.i.& q̃ ñ tetigit captiua.i.exiſtẽs
ſerua & captiua cubile.i.thalamũ heri victoris
& ita ſupbi nos vecte.i.ego vecta(de ſe em plu
raliter loqtur)p diuerſa ęquora& hoc patria.ſ.
mariti mei hoc eſt troia incenſa.i. cremata igni
tulimus.i. perpeſſe ſumus enixe.i. enitendo &
cũ multo labore faſt⁹.i.ſupbiam: ſtirpis Achil
leę.i.Pyrrhi.ꝙ.p.i.iuuenẽ ſupbum ; videlicet
Hermiõ Pyrrhũ:q ſecutus deinde.ſ. poſtꝙ me ſortitus
erat: Hermionẽ Ledeã.i. lede neptẽ(nam Me=
nelai & Helene quę eſt filia Lede filia fuit quæ
Oreſti patrueli nupſit : ſed poſtea occiſo Aga=
memnone & fugato Oreſte a Pyrrho rapta eſt
quo interẽpto & Oreſte a furore purgato prio
ri marito reſtituta ẽ)& hymeneos.i. thalamos
aut nuptias p metonymiam. Lacedemonios.
q.d.&ergo infœlices quales erant Clytẽneſtre
& helene : tranſmiſit me famulã habendam fa
mulo Heleno.i. vt captiua nuberem captiuo:

dixit.Sed cubile.Faſtus.Q ñ ſuperbiam ſignificat quartę
declinationis eſt qñ vero librũ in quo eſt computatio die=
rũ eſt ſecũde.Ergo abuſus eſt Lucanus cũ dixit . Nec meus Ser.falſo
eudoxi vincetur faſtibus annus.Enixe tul.pertulimus do= accuſat Lu
nec in ſeruitio eniteremur.Vtiĩ plurali ad excuſandum pu canum.
dorem.Ledeam:Ledæ neptem.,Lacedęmonios:Cũ ingen=
ti felle.ac ſi diceret infœlices.Maritis:vt Paridi & Deipho
bo.Tranſmiſit:Heri voluñtate & nõ coniugij vnde & habẽ
dam dixit. Scelerum. Matricidij . Excipit dolo intercipit.
Patrias:Achilleas: Nã pyrrhus in patriã reuerſus quia pa
ter in templo Apollinis tymbrei cęſus erat in inſultationẽ
dei in templo illius delphico aras patris inſtituit: & illi ſa=
crificare cœpit alij patrias.i. apollineas a patris achaie ci=
uitate vbi apollo colit. Nec qras cur dixerit delphicas: qa
epitheta in alieno negocio plerũqꝫ alia ponunt: vt i quarto
Grineus apollo:& lycię ſortes:cũ a Delio accepit oracula.
Ceſſit:per priuignũ.Pergama & nõ pergameã.Qui.v. ad=
miratiue quaſi tã ppſſeri.Quis deus? Qui pſtitit nobis vt
te videre poſſem⁹.Tale eſt illud Aeneę ad Didonẽ adulato
rium:Hinc me digreſſum veſtris deus apppulit oris.Igna=
rũ:aliud diſponentẽ:Superat ne : viuit . Sane mouet dictũ Supero ?
& caret exemplo:vt pauca in Vergilio. Alij dicunt Supat Supſtes.
ideſt ſuperſtes eſt Sed ſupſtes pſentẽ ſignificat.Cice.in Mu
reniana:Suis vtriuſqꝫ ſupſtitibus.ideſt pſentibus.Quẽ ti=
bi iam Troia.hemyſtichon nec ſenſu plenũ:& ſunt duo ta
lia:vt hoc Et conceſſere deum quem qdam ita cõpleuit:cõ
ceſſere deum,pfugis noua mœnia teucris:Amiſſe parentis
ſed vnde ſciebat hoc Andromache? Reſpõdetur vel ab He
leno diuinante:vel Aenea querente per Troiam.Sed vtrũ=
qꝫ inualidum:Ergo parẽtis.i.patrię. Tullius. Si tibi patria
quę communis omnium parens eſt.

& ita quia dñs potuit nos ad libitum cõiungere.At ideſt ſed Oreſtes inflammatus.i.ad emiſſionem flamme
vſqꝫ incenſus magno amore prioris coniugis.i.quã ipſe prior hoc eſt ante Pyrrhũ ſortitus erat:hoc eſt ipſius
hermiones ſeu hermyone(vtrunqꝫ.n. legitur ſicut Helene & helena:Ledę & leda)& agitatus furijs ſcelerum
commiſſorum.ſ.in matrem quam occiderat:excipit ideſt adoritur aut intercipit illum.ſ. Pyrrhum incautũ
ideſt ſibi nõ precauentem cum a furente nihil tale vereretur:& obtruncat ad aras patrias ideſt paternas: hoc
eſt Achilleas quas videlicet Achilli patri ſuo conſecrauerat . Pars regnorum ceſſit ideſt iure obuenit Hele=
no reddita morte ideſt per mortem Neoptolemi ſcilicet pyrrhi:quia genuerat filium qui poſt mortem patris
moriens matri reliquit portionem regni.Vnde per priuignum inquit Seruius ceſſit:ceſſit inquam Heleno vi
delicet marito meo:qui.ſ.helenus dixit ideſt denominauit cãpos cognomine chaonios ideſt qui nunc chao
nij appellantur:& dixit omnem ſcilicet regionem hanc:chaoniam:a chaone Troiano ſcilicet viro:fratre ſuo
hoc eſt ipſius Heleni:&addidit iugis ideſt colliculis his:pergama ideſt mœnia troiana ideſt eodem noĩe ap=
pellata:& hanc arcem iliacam ideſt quam ilium appellauit:ſed qui venti& quæ fata dedere tibi curſum : aut
quis deus: quaſi innuat ꝙ bonus appullit te ignarũ ideſt ignorantem ꝙ hic eſſemus : his oris .i.ad has oras?
Quid ſup.agit aut facit(generale enim verbum honeſtam eclypſim facit: quia facile intelligit & potiſſimũ
in interrogationibus & increpationibus quę breues eſſe debent)ſuperat ne.ideſt ſuperuiuit ne & ſuperat æta
tis imbecilis incõmoda & nocumenta.&.p.i.veſcit aura.ſ.vitali.(quem tibi &c.quidã hoc hemiſtichion ſic
cõpleuit.Quem tibi iam troia obſeſſa eſt enixa Creuſa:ſed Seruius atteſtat incõpletum eſſe etiã imperfecto
ſenſu derelicto ſed in ea re ſummũ eſt artificiũ:vt mulier ppedita dolore ſenſum abſoluere non potuiſſe ſigni
ficetur.Prętereavult curã parentis.i.patrię dici:nõ matris Creuſe nam vnde inquit ſciebat hoc Andromache
Nec tñ videt inualidũ ꝙ audiuerit ab his q eneã viderant eã queritantẽ:qui in ſecũdo dixit.Impleui clamore
vias mœſtuſqꝫ Creuſam Neqꝫqꝫ ingeminãs:iterũqꝫ iterũqꝫ vocaui &c.quia ergo regis filia ab hoſtib⁹ forſan
multũ queſita fuit:potuit eius finẽ didiciſſe ab his q eã raptã norãt:cõſtruã ergo ſic)quẽ.ſ. Aſcaniũ ſup.Creu
ſa cuius nomẽ in cõſpectu mariti exprimere nõ potuit eſt ſup.enixa tibi troia iã obſeſſa.ſ.a. græcis(hoc autẽ
ſubticet aut ppter dictã cãm:aut ablatũ eſt a caſtigatorib⁹ qa in detrimentũ glorie domus iulie cedebat ꝙ Iu
lus ſub obſidione natus diceret ne obſcurus ſit illi& triſtis natalis a quo tãta pceſſit ppago)Ecqdnã.i.en que
nã aut &quenã.i.ꝙ magna aut interrogatiue aut admiratiue dicit:cura parẽtis.ſ.troię hoc eſt patrię aut pcti⁹
creuſe parẽtis.i.mris amiſſe.i.ablate:eſt puero.ſ. Aſcanio.Ecqd.q.d.dij boni & quã rẽ aut ꝙtũ & eneas pater
&Hector auũcul⁹.i.frater mris:excitat.ſ. Aſcanio:eã.n,ob rẽ priſci romani ſtẽmata.i.maiorꝫ ſuorꝫ imagines
in coronã diſpoſitas cõſeruabãt vt ab eis ad virtutẽ excitarent:ꝙtũ ergo & pater & auũculus excitat in virtu=
tẽ antiquã.i.maiorũ ſuorꝫ aut qualis erat antiqs &in.i.ad aĩos viriles? ¶ Priuſqꝫ ad cetera pergã addã Beroal
dina annotamẽta in Seruiũ cõtra id qđ dicit faſtos p libro faſtorũ nõ eſſe qrte ea aũt ſunt hec. Nimis audax
ne dicã temerarius eſt Seruius q Lucanũ ſcribit erraſſe dicẽdo faſtib⁹ & nõ faſtis cũ Lucanus erudiţiſſim⁹ Ser=
uio reliqſqꝫ cõmentatoribus excellẽtior morẽ antiquorũ vſurpauerit:q faſtus etiã p annalib⁹ & libris in quar
ta declinatiõe nõnunqꝫ dicere ſolebãt: Varro in ephemeride Cęſar faſtus correxit.Columella in.x.ſequor nũc
Eudoxi & Metonis faſtus aſtrologorũ:&apud Horatiũ duplex ſcriptura inuenit: faſtos& faſtus &vt author
eſt Priſcianus eadem forma dicit faſtus vel faſti qua ſenatus vel ſenati in.ij.&.iiij.declinatione.

ASCEñ : ¶ Talia fundebat. Docet quõ poſt colloquiũ
ſuſceptus eſt hoſpitio in nouã troiã quã ad ſi=
militudinẽ prioris extruerant vtqꝫ vaticinium
ab Heleno petierit ſub pfectionẽ ſuã de qbus
rebus

¶ Talia fundebat lachrymãs: longoſqꝫ ciebat Aeneas.
Incaſſum fletus: cum ſeſe a mœnibus heros
Priamides

Priamides multis Helenus comitãtibus affert
Agnoſcitqꝫ ſuos: lætuſqꝫ ad limina ducit.
Et multũ lachrymas verba inter ſingula fundit.
Procedo: & paruam Troiã ſimulataqꝫ magnis
Pergama: & arentem xanthi cognomine riuũ
Agnoſco: ſcææqꝫ amplector limina portæ.
Necnon & teucri ſocia ſimul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi:
Impoſitis auro dapibus: paterasqꝫ tenebant.
Iamqꝫ dies alterqꝫ dies proceſſit: & auræ
Vela vocant: tumidoqꝫ inflatur carbaſus auſtro
His vatem aggredior dictis: ac talia quæſo.
Troiugena interpres diuũ qui numina phœbi:
Qui tripodas clarij lauros: qui ſydera ſentis:
Et volucrum linguas: & prepetis oĩa pennæ:
Fare age (nãqꝫ oẽm curſum mihi ꝓſpera dixit
Relligio: & cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere: & terras tentare repoſtas.
Sola nouum dictuqꝫ nefas harpyia Celæno
Prodigium canit: & triſtis denunciat iras.
Obſcœnãqꝫ famem) quæ prima pericula vito:
Quid ve ſequẽs tantos poſſim ſupare labores.

SER. ¶ Agnoſco: aut cognomine agnoſco: aut certe quia reparatam audierat troiã: vt hic incredibilis rerũ fama. **Sceça porta.** Sçæqꝫ: ſcęa porta non eſt dicta a pugnis ſcęis .i. malis añ ſe factis: nam & antea ſic vocabatur: nec ab itinere ingreſſis: ſcæuo ideſt ſiniſtro ꝙ ingreſſi non recto eunt itinere ſed ſiniſtro: ſed a cadauere Laomedontis: hoc eſt ſcęnomate qđ in eius fuerat ſuperliminio. Teucri: pro teucride. Accipiebat: paſcebat. Teren. accipit nemo melius nec prolixius. Aulai: pro aulæ. eſt enim diæreſis e Græca ſcriptura reſoluta diphtongo. **Carbaſus.** Carbaſus: lini eſt genus quod plærunqꝫ abuſiue pro velo ponitur: & in ſingulari eſt hęc Carbaſus in plurali hæc carbaſa. Troiugena: ac ſi diceret generoſe: vt alibi dardanidę magni genus alto a ſanguine diuum. Interpres. Vaticinator: qui mortalibus deorum mentem publicas. Sed quia interpres nomen generale eſt currit ꝑ ſpecies **diuinatio** omnis enim diuinatio teſte Cicerone in duas partes diuiditur: nam aut furor eſt vt in vaticinantibus: aut ars vt in aruſpicibus: fulguratoribus: & auguribus: oĩa aũt iſta ex ſe pendent: licet ꝓprijs finibus cõtineanť. Ergo Verg. oĩa ei dat quẽ vult ꝑfectũ intelligi: vt hoc loco Heleno: & in decimo: aſylę Cui pecudũ fibrę: cœli cui ſydera parẽt: Et linguę volucrũ & ꝑſagi fulminis ignes. Diuũ q numina: põt & iterpres diuũ diſtingui: ſane per oĩa zeugma eſt ab inferioribus ſentis. Qui numina ſentis q ſuſcipis numen & futura ꝑdicis. **Clarium** Qui.r. tripodes menſę fuerũt in templo Apollinis Delphici in qbus poſitę phœbades futura prędicebãt Clarij. Clarium oppidum in finibus colophoniorum. Eſt autẽ clarij duplici i vt cla breue ſit: ſic em ꝓfertur Statius: Nec clarias hac luce fores Dydimeaqꝫ quiſqꝫ ꝑ laurũ autẽ oraculũ intelligimus. Sidera: qui es peritus aſtrologię. **Oſcinæ. prępetes.** Volucrum. I. qui augur es. Prępetis. aues oſcinę ſunt aut prepetes. Oſcinæ ab os & cano dictę ore futura ꝑdicunt præpetes vero a volatu ſed prepetes aut ſuperiora tenent: & prępetes dicunť aut inferiora: & infere appellanť. prepetes au-

tem quia

rebus dicit Dona. ſic. Paruã troiã in oĩbus iſtis **Donatus.** verſibus ne minuat magnitudinẽ troie patriæ oſtẽdit hãc nõ tantã eſſe ſed ſilẽm nã dixit paruã troiã & ſimulata ꝑgama arẽteqꝫ riuũ Xanti. Necnõ & teucris eneã: Anchiſen & Aſcanium duxit in ſuã domũ. Reliquos hoſpitia ꝑ ciuitatem accepunt. Accipiebat: paſcebat: alr em nõ in amplis porticibus ſed in amplas porticus dicendũ fuerat. Iãqꝫ dies argumentũ benignitatis: cũ nõ vnius: ſed pluriũ dierũ ſit hoſpitium. Troiugena: plurimũ dat ei generi: ex quo fuit ẽt ipe q laudabat interps. Quid fęlici⁹ q̃ noſſe qd velint dij & dignũ eſſe ꝑ quẽ loquať in hoibus. Tripodas: triũ pedũ ſũt. Alio noĩe cortina appellať. Eſt aũt laus plena: nã cũ ſint diuerſa vatum genera: & vix ſingula vaticinationis in ſingulis reperianť ipſe erat in oĩbus verſatus. Eſt color rhetoricus repetitio. Fare age non iubet ſed hortať. Prodigia autem dicuntur quibus nũciantur aduerſa Poſcit inde remedium quo aduerſa toleret: aut poſſit fugere. hęc ille. **Ordo.** Ordo eſt. Sup. Andromache lachrymãs vnde non mirũ ſi nõ oẽm expleuit ſermonem: fundebat. ſ. e. pectore: talia. i. talis querelas: & ciebat. i. excitabat & ꝓuocabat incaſſum. i. fruſtra & in vanum: qa nihil ꝓfuturos fletus longos. i. lõge repetitos aut in longũ duraturos: ſup. tũc quum. i. qñ Helenus heros. i. heroica virtute & nobilitate ꝑditus: Priamides. i. priamei⁹ vt ſit patronymicũ ꝓ poſſeſſiuo: aut ſic cum heros. ſ. Helenus. priamides. i. priami filius: affert ſe ſup. nobis: & hoc multis comitantibus ſup. eũ & ipſe agnoſcit ſuos affines neceſſarios & cõpatriotas: & ipſe lętus ducit. ſ. agnitos ad limina ſ. domus ſue & fundit multũ. i. abunde lachrymas inter ſingula verba. Ego ꝓcedo. ſ. ad vrbẽ & agnoſco paruã troiã. i. vrbem paruã extructam in formã magne troie: & agnoſco pergama. i. mœnia troiana ſup. parua ſimulata magnis. i. efficta ad ſimilitudinem magnorum: & riuum arẽtem. i. ſine aquis alueum: cognomine. i. cui cognomen erat xanthi illius fluuij troiam interfluentis. & amplector limina: porte ſceę. i. ingredior portã quę dicta eſt a porta ſcęa troiana vergente ad ſcęũ ꝓmontoriũ & extructa in ſiſ̃itudinẽ illi⁹. Necnõ. i. ẽt teucri. i. troiani cęteri hoc eſt ſocij mei fruunť ſimul vrbe ſocia. i. recipiunť ſocialr a cõpatriotis ſuis. Rex ſ. Helen⁹ q in partẽ regni ꝑuenerat: accipiebat ſ. ad cõuiuiũ. i. paſcebat illos. ſ. teucros in porticibus amplis: vti regie cõueniũt: & ipſi illic im morãtes: libabãt. ſ. primũ aut more libantiũ. i. ſacrificantium abſumebãt pocula bacchi ideſt vini: in medio aulai ideſt aule: hoc eſt regie (nã aula eſt regia latine quia autem vbi latine habemus æ græci habent ai pro diphthongo. & tamen vt nos e proferunt: qꝫuis pro oi vbi nos œ ſcribimus ipſi i pronuncient ideo aulai pro quo græci aule pronunciant per diereſim fit triſſyllabum ſicut aput Ennium lunai quod Perſius citat: & aurai ſimplicis ignem apud hunc poetam) & tenebant pateras ideſt vaſa ampla: & hoc dapibus ideſt cibis regalibus impoſitis auro ideſt eſcarijs aureis faciebant inqt hæc. Iamqꝫ ideſt et iam dies ſcilicet vnus & alter dies proceſſit: & aure. i. venti oportuni & ſecundi leniter ſpirantes: vocãt vela. i. videntur nos prouocare ad pandenda vela & carbaſus ideſt velũ ex carbaſo inflatur auſtro. i. vento illo tumido. i. inflato aut inflante: nã flantes tumere videntur: & ſupple ego aggredior vatem ſcilicet Helenum his. i. huiuſmodi dictis. ideſt

verbis

verbis(eſt em̃ nomen nõ participiũ)ac quæſo ideſt precor talia:o troiugena.i. in troia genite interpres ideſt ſignificator per loquelam diuũ ideſt voluntatis deorũ:qui ſentis numina phœbi ideſt diuinitatem eius per illapſum: qui ſentis tripodas ideſt reuelationem factam apud tripodas Apollinis : ſcilicet in delo : qui ſentis lauros clarij:ſcilicet apollinis:ideſt oracula Clarij fieri ſolita ſub lauro:qui ſentis ſydera ideſt iudicium aſtrorum & ita preſcis per te futura: & qui ſentis linguas volucrum ideſt auiũ oſcinarũ : hoc eſt auguriũ quod ex garritu fit auiũ & omnia ideſt portenta aut indicia penne prepetis.ideſt auis oportune volantis & ſedes idoneas captantis hoc eſt auſpicij etiam peritus es:age adhortandi aduerbium fare quæ pericula ego vito ideſt vitare debeam prima ideſt precipua:ve pro vel:quid ſequens ego poſſim ſuperare tantos labores quantos.ſ. harpyia Celeno predixerat fare inquam nã relligio.i. deorũ obſeruatio hoc eſt pia & religioſa gens vt caſandra:Creuſa:Hector&c.proſpera dixit mihi omnẽ curſum,p eo,quod eſt omnis religio dixit mihi curſum.proſperum eſt enim in adiectiuis hypalage & cuncti diui ſuaſerunt numine ideſt nutu & fauore aut voluntate aut diuina poteſtate ſua aut vt Seruius dicit oraculo petere Italiam & tentare terras repoſtas ideſt longe poſitas;aut nobis repoſitas ideſt receptas aut repoſitas ad aduentum noſtrum.Sola Celeno harpyia canit.i.vaticinatur prodigium nouum ideſt inauditum mihi & ab alijs non ſignificatum & ideo ſola : & canit prodigiũ nefas ideſt nefandum & deteſtabile:dictu ideſt dum dicitur aut vt dicatur.Et denunciat mihi iras deum ideſt deorũ:triſtis.i.incõmodas nobis: ꝗ,p.i.famã obſcœnã.i.indecorã aut quę quos torquet obſcœnos facit.

tem quia oẽs aues ſupiora tenẽt volãtes. Fare age:ordo eſt troiugena fare age quę prima pericula vito:cętera ſunt per parentheſim.Omnem curſum relligio.i. oĩs relligo per hypallagen.Cuncti:diui quia quicquid audiuit a diuerſis ad Iouem recurrit.Vnde ſupra:quę phœbo pater omnipotẽs mihi phœbus Apollo Prædixit.Numine oraculo.Repoſtas:pathos.i.longe poſitas:prodigium autem monſtrum & portentum modico fine diſcernuntur.Sed confuſe plærunqꝫ ponuntur.Obſcœnam:aut quę homines ad obſcœna cõpellit.Vt Male ſuada fames : aut quam obſcęna auis prędixit.Quæ pri.p.v.duo petit:aut quomodo periculis careat:aut quibus conſilijs par eſſe poſſit laboribus. Tantos:quantos harpyia predixit.



ASCEñ, ℭHic Helenus &c.Recitat reſponſum & vaticinium Heleni multa monentis:de quo dicit Donatus ſic.Manu:quod eſt apertum ſignum beniuolentiæ.Suſpenſum: aut numinis veneratione turbatum:aut inde ſuſpenſum:ne contraria ꝙ oportet audiret. Diuino : quia diuina canit,Nam cum ſit coniunctio rationalis non debet prima conſtitui:ergo lege Nate dea nam te ma.ire per al. Auſpicijs.m.f.nam ſic fata deum rex ſortitur Pauca multa inſtructionis cauſa fuerant referenda ſed ne id fieret:dij prohibent me ſcire & Iuno aliqua referre non patitur tamen dicam que poſſunt eſſe in mea poteſtate.

Donatus.

Hic Helenus cæſis primum de more iuuencis
Exorat pacem diuum : vittaſqꝫ reſoluit
Sacrati capitis:meqꝫ ad tua limina phœbe
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.
Atqꝫ hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos.
ℭNate dea(nam te maioribus ire per altum Helenus.
Auſpicijs manifeſta fides:ſic fata deum rex
Sortitur:voluitqꝫ vices; hic vertitur ordo)

Pauca tibi

Pauca tibi ex m'ltis: quo tutior hoſpita luſtres
Aequora & auſonio poſſis conſidere portu:
Expediam dictis: prohibent nã cætera parcæ
Scire Helenum: fariq̧ vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam quã tu iam rere ꝓpinquam.
Vicinoſq̧ ignare paras inuadere portus:
Longa procul longis via diuídit inuia terris.
Ante & trinacria lẽtandus remus in vnda:
Et ſalis auſonij luſtrandum nauibus æquor:
Inferniq̧ lacus: æææq̧ inſula circes.
Quã tuta poſſis vrbem componere terra:
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus:
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba ſolo recubans: albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros.
Fata viam inuenient: aderitq̧ vocatus Apollo.

SER. ¶ De more.ſ.ſacrificantum: aut vt eſt mos ſacrificantum requirit an eſſet tempus conſulendi. vnde in ſexto. Tum virgo poſcere fata tẽpus ait: aut certe quod eſt melius de ſacrificantium more ante nefas expiat quod ab harpyia p̃dictum eſt: & ſic venit ad vaticinationem. Sequens vero locus declarat famẽ hic eſſe expiatã.ſ. Aderitq̧ vocat' Apollo. Nã niſi in hoc loco intellexeris: nuſq̧ inuocandum eſt Apollinis numen famis cã. Dubitationem autem in hoc loco

Exorare. exorat facit. Nam orare eſt petere. Exorare impetrare Ergo impetrat pacẽ aut ad inquirendũ tp̃s: aut ad mitigandũ famis periculũ. Reſoluit: in ſacris par eſt corporis & anime cã: nam quę nõ poſſunt circa animã fieri fiunt circa corpus: vt ſoluere vel ligare quo poſſit anima quod p ſe non poteſt ex cognatiõe ſentire. Vnde eſt: vnũ exuta pedẽ vinclis in veſte recincta. Ergo hic cũcta corpis reſoluit: ne qua parte animo religato ad numen accederet. Suſpenſum ſollicitum & attentũ ſi ſuſpenſus ipſe plenus numinis. Deinde: peractis ſacris. Nate: ordo eſt nate dea tibi expediã dictis: ꝓhibent nã cętera parcę ſcire Helenũ: fariq̧ vetat Saturnia Iuno: Oĩa inqt vates nouit: ſed nõ pmittit̃ dicere fatis. Et etiã ex his q̃ nouit: multa ꝓhibet dicere Iuno: Maioribus: cœleſtibus ꝓpter ſyderis curſum cuius fuit explanatio p Creuſam. Per altũ p limitẽ ſupioris fortunę. Sortitur diſponit: ordinat: Alluſit aũt ad id qđ ſortib' Apollo dat rñſa. Voluit: diſtinitio fati. ait em̃ Tullius q̧ eſt connexio

Fatum. rerum p æternitatem ſe inuicem tenẽs que ſuo ordine & lege variat̃: ita tñ vt ipſa varietas habeat ęternitatem. Pauca duo dicit & qũo tute poſſit nauigare & quibus ſignis Italiam cognoſcat. Prohibent. Lege cętera te ſcire ꝓhibent fata: Helenũ vero ꝓhibet Iuno dicere ea etiã quę audire poteras: & quę vacat. Male aũt legunt ꝓhibent ſcire Helenũ cũ ſit in Lucano: venit ętas oĩs in vnã congeriem miſerumq̧ premũt tot ſęcula pectus: & alibi nec tm̃ ꝓdere vati: Quantũ ſcire licet. Ergo non ꝓhibent ſcire Helenum: Quomodo em̃ vetaret Iuno dicere qđ neſciret: ſunt aũt mors patris ad augendum inopinatum dolorem. Tempeſtas ab Aeolo immiſſa: amor Didonis in quo gaudium eſſet ſed quod ante promiſſum eſt: vile creditur & ſi ſciret de aphrica ſe exiturum nõ facile aſſentiret Didonis amoribus. At Iuno cupiebat illum remanere: quo regnũ Italiæ libycas auerteret oras. Et ipſe rẽ inopinatã cõquerit̃ nec vates Helenus cum

multa

ſtate. Deinde narrat q̧ q̃uis Italia proxima ſit tamen longo circuitu ambienda eſt Sicilia. Signa tibi dicam: Cõmendat quod fuerat dicturus: vt oſtenderet id magnũ eſſe & verũ deinde dat ſigna fluminis/dat porce/dat numerũ fœtus: dat colorem: quod ſi eſt preter naturã porcam edere.xxx. multa pſępe quę bonũ aut malum portenderẽt. euenerũt p̃ter naturã vt ignis ex capite aſcanij mitis & innoxius vt in polydori ſepulchro ſanguis ex viminibus: vt vox humana ex pecudibus. Nec tu.m. oſtendit futurã famẽ: ſed non nociturã. hec ille. Ordo eſt. Helenus exorat.i. orando & implorando impetrat: hic.i. hoc tp̃e quo p̃dicta petebã: pacem.i. reconciliationẽ aut fauorem q eſſe ſolet inter eos qui inter ſe pacem habent: diuum.i. diuorum: & hoc iuuencis ceſis primũ de more.ſ. ſacrificantiũ ad obtinenda oracula aut diuinãdi beneficium: & reſoluit.i. laxat vittas capitis ſacrati.ſ. ſui qui ſacerdos & vates erat: ideo aũt reſoluit vt animũ quoq̧ ſolutũ externis curis ſignificaret: aut vt futuro furori accõmodaret: & ipſe ducit manu ſupple ſua: me ſuſpenſum: ideſt ſollicitũ & attentũ numine multo ita vt etiã diuino numĩe afflatũ ſe ſignificet Aeneas: aut legendum eſt ſuſpenſus vt ſit Helenus ſuſpenſus multo numine ducit me manu o phœbe ad tua limina.i. ad ĩgreſſum tẽpli tui. Atq̧ ipſe ſacerdos.ſ. helenus: qui idẽ ſacerdos & rex canit deinde hęc.ſ. quæ ſequunt̃: ex ore diuino ſcilicet Apollinis hoc eſt vt ab Apolline acceperat. O nate dea (nã fides.i. perſuaſio ſupple eſt manifeſta: te ire per altum ſupple mare.i. nauigare: aut per altũ ideſt per limitem ſuperioris fortune vt Seruius ſentit maioribus ideſt p̃cipuis auſpicijs ideſt prouidentijs deorum auſpicio ſignificatis: aut auſpicijs pro auſpicib' ſicut ſeruitijs pro ſeruis legimus. auſpices autẽ ſunt qui dextre preſunt rebus incohandis. Rex deum.i. deorum Iuppiter: ſortitur.i. per ſortes indicat aut diſtribuit ſic fata.i. res fataliter: hoc eſt deorũ prouidẽntia futuras & voluit ſic vices ſcilicet rerũ: & hic ordo.i. hec ordinatio & ſeries rerum qua tibi talia addicuntur. vertitur ideſt agitur & verſatur) nate inquam dea. ego expediam ideſt expedite dicam tibi pauca ex multis dictis: ideſt eorum quę mihi dicta ſunt: quo.i. ad hoc vt tu luſtres.i. circumeas tutior: pro eo quod eſt ſecurior. aut reuera tutior: quia precauenda docet incõmoda: ęquora hoſpita ideſt externa (ex hoc autem videtur per altum exponendum eſſe: ideſt per mare) & vt poſſis conſidere: ideſt ſedem capere tutior: ſupple in portu auſonio: ideſt Italico: expediã inqt paucis dictis nam parce.i. deę fatales prohibẽt ſupple te ſcire: cętera vt quæ de morte Anchiſe & & etiam ipſius Aeneę poſtea euenerant: q̧ pro & Iuno Saturnia.i. ſaturni filia vt ſit poſſeſſiuũ pro patronymico aut Saturnia. ideſt de natura Saturni: inimica humano generi vetat Helenũ fari cætera: ideſt ne ego dicam cætera. Principio.i. in primis dico tibi q̧ via inuia: ideſt immeabilis diuidit tibi ideſt a te aut ab ingreſſu tuo procul: quia longis terris ideſt per longas terras in quas prius appelleris: diuidit dicit Italiam quam tu rere. ideſt reris hoc eſt arbitraris iam propinquã: & portus ſupple quos o ignare ideſt imperite rerum futurarum: tu paras: ideſt pretendis inuadere: ideſt intrare vicinos. ideſt e proximo quia vicini ſunt: ſed non inuades: qa remus eſt lentandus ideſt lẽta nauigatiõe laxãdus: in vnda trinacria.i. mari ſiculo: & æquor

ideſt

ideſt equa vnda. ſalis ideſt maris Auſonij ideſt Italici eſt luſtrandum ideſt circumeundum na uibus ideſt circumnauigandum: & lacus inferni ſcilicet auernus per quem ad inferos deſcendit: vt dicetur in ſexto: & inſula circes filie ſolis ææę. i. ſic denominate ab aſpernātiū voce eorum quos in feras vertit: ſupple eſt luſtranda tibi ante ideſt prius ꝙ poſſis componere vrbem in terra tuta. i. vñ ſic pellaris vt a Thracia auo- ceris vt a creta. Ego dicā tibi ſigna ſcilicet terre tute in qua vrbem condas: tu teneto ea condita ideſt repoſita ſupple in mēte ſupple tua: aut teneto mente ea condita ideſt ſecreta. Cum ideſt quando ſus ingens ideſt porca valde magna inuenta tibi ideſt a te ſollicito ideſt ſollicite indaganti in quam terram deueneris: inuenta dicit ad vndā fluminis ſecreti ideſt ad quod tu ſecretus aduenies: videlicet tyberis: iacebit enixa fœtus ideſt fœturam triginta capitum: hoc eſt triginta ſuillorum: ſignificans tempus triginta annorum quo Aſcanius regnaturus eſt exiſtēs alba qui color albam prenotat ab Aſcanio condendam: & recubans ſolo ideſt in terra & nati ideſt ſuilli aut porcelli albi iacebunt ſupple circum vbera ſcilicet matris: is locus: ſcilicet in quo tunc eris: aut in quo hęc inuenies (& ita congrue legetur. Quo tibi ſollicito: vt ſit is locus erit locus ſupple tutus vrbis: quo inuenta tibi &c. ſed textus quos vidi cū habent non quo) erit ſupple locus vrbis ſcilicet condende in terra tuta ea requies erit ſupple requies certa laborum poſtꝙ ſcilicet non reſtabunt labores nauigandi: aut migrandi: ſed tamen bellandi. quod [illegible] cura eſt Sibylla his verbis: O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Sed terris grauiora manent. Id autem noluit helenus dicere: ne nolet Italiam petere vbi tot bella gerenda pſciret: id tñ ſe ſcire innuit per hoc qđ dicet de ſibylla fata inqrenda: que ea tunc dicet cum ad Italiam peruentum erit. Nec tu horreſce morſus menſarum. i. quibus te fames ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. vt Celeno dixit: futuros. i. licet futuri ſunt: quia non ſunt multum nocituri nec diu duraturi menſas autem vocat quadras aut orbes panis inciſorios. i. ſuper quas aut quos obſonia inciduntur. Fata inuenient viā ideſt rationē aut mediū mitigandi aut ſedandi ſup. eam famem: Apollo vocatus. ſ. in auxilium aderit. i. auxilio erit: qui & Auguſto fauiſſe dicitur: in cuius gratiam hęc recitat.

multa horrenda caneret: Hos mihi predixit luctus. Ignare pro ignarus. Longa: non ſitu ſed neceſſitate fatali & tardio re nauigatione. Via inuia. Aneę. ſ. Lētandus aut lente tibi nauigandum eſt. Nam totam circuit ſiciliam Aut lentandus. i. flectendus: lentū enim flexibile eſt. Lacus lucrinus & auernus: inter quos ſpelunca eſt ad inferos tendens: vnde eos infernos dixit. Circes. nūc mons circeus eſt: olim vt ait Varro inſula fuit nondum ſiccatis paludibus quibus diuidebatur a continenti. Aeææ: ſic dicta ab aſpernantium voce ꝓpter cōmutationes corporū illic celebratas. Tutam ꝓpter thracię & cretę diſcrimina. Signa deeſt ergo: & peruertit ordinē. ante em̄ de vrbe condēda ꝙ de nauigatione dicit. Fluminis: Tyberis. Littoreis littus eſt quicquid iuxta aquā eſt: hic igitur ꝓ ripa poſuit. Sus naturaliter longa eſt. licet in genitiuo breuis ſit vt bos: pes: res: ſpes: hanc ſuem aliqui dicunt: vt Ver. in italia inuentam fuiſſe. alij ſecum importaſſe Troianos nauigantiū more & oraculo cognouiſſe vbi vrbs eſſet cōdenda. Dicit aūt in campaniā fugiſſe & inuenta in lauro lauinio: a qua aſcani⁹ inde nomē albę impoſuit. Triginta: ꝓdigiale ē hoc & ꝓpter qđ ſignificat. xxx. annos regnaturus Aſcanius. Viā: rōnem: & non dicit quā qa etiā ꝓfutura eſt fames: vt hęc eſt illa fames: hęc nos ſuprema manebat Exitijs poſitura modū. Vocatus: nūc vocatus: qa vt dixi: expiatoriū fecit ſacrificium.

ASCEN. ¶ Has aūt terras. Docet q̄ reliqua admonuit Helenus de ꝓfectiōe ſeu fuga faciēda de qua di-

Donatus. cit Donatus in hunc modū. Malis. vt Aeneam abſterreat qui ꝑ multas vrbes gręcas tranſierit & etiam ipſe qui captiuus fuiſſet hoſtium perſonam deformare debebat. Hęc loca: huius loci deſcriptionem cū omni cautela ꝓſequit̄. Dicit em̄ veterū ſequi opinionē facitꝗ veriſiſe: qa vetuſtate tp̄is multi ſitus locorū mutati ſunt. Leua tibi: aduertendū eſt ꝙ tendētibus ad Italiā dicit̄ leuū latus & dextrū. cęterū redeūtibus ſiniſtrū fit quod fuerat dextrū. Ter gurgite vaſto. Sor. vtrunꝗ pniciosū nauigantibus aut cū

Scylla. ſorbet nauigia aut cū eructat & excutit. Scyllā hanc vt monſtrū more poetarū deſcribit. ſ. pubetenus. i. vſꝗ ad inguina facie humana eſt ꝓ pedibus autē habere ſeuorum animaliū genus luporum fœditate armatum. Eligit aūt animaliū naturam quę inſatiabilia ſunt. Cęterum locus eſt in mari ſaxa habens latentia cuius natura ſit vt de lōginquis partibus nauigia trahat: & contineat aſperitate ſaxorum: & retenta cōminuat. Preſtat metas: propoſitis vtriuſꝗ lateris malis īdicat eundū qua charybdis eſt malum leuius & labores ſubire longioris curſus q̄ compendio nauigare per ſcyllam. Semel quia

Ordo. iterum videre cū perieris non potes. Ordo eſt. Autem ꝓ ſed: effuge. i. euita has terras & hanc oram. i. extremā regionem littoris Itali: ꝓ Italici: quę. ſ. ora exiſtens ꝓxima ſup. nobis: pfunditur æſtu. i. feruore aut freto noſtri. i. chaonij: equoris. i. maris: effuge dicit: quia cuncta mœnia ideſt cuncte he vrbes habitātur malis ideſt ferocib⁹ & inimicis adhuc noīni troiano: graijs ideſt græcis. Nam ſupple & ideſt ſimul: locri illi populi ſocij aiacis oilei. naritij ideſt a naritia ꝓfecti

Has autem terras italiꝗ hanc littoris oram:
Proxima quæ noſtri perfundit̄ æquoris æſtu
Effuge: cuncta malis habitant̄ mœnia graijs:
Hic & naritij poſuerunt mœnia locri:
Et ſalentinos obſedit milite campos
Lyctius idomeneus. hic illa ducis Meliboei
Parua philoctetæ ſubnixa petilia muro.
Qui vbi trāſmiſſe ſteterint trās æquora claſſes
Et poſitis aris iam vota in littore ſolues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat. & omnia turbet.
Hunc ſocij morē ſacrorum: hunc ipſe teneto.
Hac caſti maneant in relligione nepotes.
Aſt vbi digreſſum ſiculæ te admouerit oræ
Ventus: & anguſti rareſcent clauſtra pelori:
Læua tibi tellus: & longo læua petantur
Aequora circuitu. dextrū fuge littus: & vndas.
Hæc loca vi quondam & vaſta cōuulſa ruina.
(Tantum æui lōginqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt: cum protinus vtraꝗ tellus

Vna foret

Vna foret: venit medio vi pontus: & vndis
Heſperiũ ſiculo latus abſcidit: aruaq; & vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrũ ſcylla latus: læuũ implacata charybdis
Obſidet: atq; imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus: rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos: & ſydera verberat vnda.
At ſcyllam cecis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem: & naues in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies: & pulchro pectore virgo
Pubetenus: poſtrema immani corpore piſtrix.
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum
Præſtat trinacrij metas luſtrare pachynni
Ceſſantem: longos: & circumflectere curſus:
Quã ſemel informẽ vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam: & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.

SER. ¶Has autem terras: quaſi oſtendentis eſt: nõ enim ab epi-
ro, longe abeſt Calabria. Noſtri æquoris: epirotici: quo ca
labrie littus alluitur. Naricij locri: ſocij Aiacis oilei fue-
runt. Epizephyrij & Ozolei: Sed poſt tempeſtatem mon-
tis Capharei epizephyrij tenuerunt Brutios: & hos nunc
dicit: oxolei vero pentapolim: vel libyam. Vnde eſt Liby-
cove habitantes littore locros: legitur & de ozoleis q; dela
ti Teneiam vlterius acceſſerint: & ciuitatem condiderit:
quæ nunc ozalis dicitur Naritij autem ſunt dicti a loco
prouinciæ ſuæ. Ozolei vero a putore paludis vicinæ: Sa-
lentinos obſedit milite campos: Salentinum promonto-
rium Italiæ eſt: nam vt ait Salluſtius. Omnis Italia coacta
in anguſtias ſcinditur in duo promontoria: Brutium & Sa
lentium. Lyctius ido. a lyctio cretæ vrbe de quo ſupra dixi
mus. Meliboei: philotecte a meliboea ciuitate Theſſaliæ
de qua fuit & eſt promelibenſis. Subnixa: cincta muro mo
dico: vt crinemq; madentem ſubnixus: Petilia autem di-
cta vel a ϖετεσθαι ideſt volare: quia augurio condita eſt:
Philocte-tes: vel quia poſt relictum ilium quo ducebatur a græcis cam
petiuit ciuitatem. Philoctetes fuit peantis filius: Herculis
comes: quem cum Hercules in œta hominem exuerat pe-
tiuit ne alicui ſui corporis reliquias indicaret: iurareq; coe
git: & ſuas ſagittas hydrę felle tinctas dedit. Et cum reſpon
ſum fuiſſet Herculis ſagittis opus eſſe ad expugnandam
Troiam: inuentus eſt philoctetes: & de Hercule interroga
tus negauit ſe ſcire: deinde cum cogeretur: confeſſus eſt
mortuum. Sepulchrumq; ne iuſiurandum frangeret non
voce ſed pede oſtendit. Poſt hęc cum duceretur ad bellum
caſu in eum pedem quo ſepulchrum oſtendit ſagitta ceci-
dit: vulnereq; immedicabili affectus eſt ac demum cum
vulneris fetor a græcis ferri non poſſet. in lemno relictus &
pudore ne in patriam rediret impedit⁹: in calabriam venit
& petiliam condidit. Purpureo velare comas ado. a. ſubau
di cura aut memento: aut certe quod melius eſt: velare im-
peratiuus ſit non infinitus. Omnia turbet: ſacrificij ordinẽ
rumpat: quod eſt piaculum. Significat autem Diomedem
quia cum multis caſibus affligeretur palladium ex oracu-
lo troianis iuſſus eſt reddere. inuenit autem Aeneam ſacri
ficantem: qui cum ſacrificium nollet rumpere. palladium
ſucepit nautes. Vnde nautiorum familia. ſacra Mineruæ
ſeruabat. Sane ſacrificantes omnibus dijs ſoliti ſunt ca-
put velare ne ſe inter religionem vagis aliquid offer-
ret obtutibus: excepto ſolum Saturno ne numinis imita-
tio eſſe videretur. Caſti: pij: vt nulli fas caſto ſceleratum
inſiſtere limen. Anguſti: quia a continenti ideſt a columna
vſq; ad

ritia profecti: poſuerunt mœnia hic. i. in hac ꝓ-
xima ora Italica: & idomeneus lyctius. i. a ly-
ctio crete oppido pulſus obſedit. i. inuaſit: mi-
lite. i. vi militari: campos ſalentinos (qui ſunt
iuxta ꝓmontorium Salentinum: & ſup. hic eſt
illa petilia. ſ. vrbs notiſſima: philoctete ducis
ſic dicti: Mœliboei. i. a mœliboea ciuitate theſ
ſalie ꝓfecti: petilia dicit parua ſup. vrbs: ſubni
xa. i. cincta muro. ſ. modico. Quin. i. qnimmo
aut inſuper vbi. i. poſtq; claſſes. i. naues tue ſte-
terint trãſmiſſe trans ęquora. i. iam appulſe fue
rint ad littus Italicum: & qñ ſup. tu ſolues vo-
ta in littore: & hoc aris poſitis. i. extructis in lit
tore: velare. i. fac vt veleris (eſt em̃ impatiuus
modus vbi paſſiui) comas. i. vt habeas comas
velatas exiſtẽs adoptus amictu. i. coopimẽto
purpureo neq̃ facies hoſtilis. i. inimica occur-
rat in honore. i. in ipſo ſacrificio deorũ integer
ignis ſanctos. i. qbus ſacrificiũ cremari debeat
ne dico occurrat & turbet omnia: non em̃ vela
tio impedire poſſet quominus occurrat: ſed ne
occurens perturbet: qa ſi non videret caput nõ
norit hoſtes hoc eſt troianos eſſe q ſacrificẽt &
ita non turbet eos. Quia vero ad alterũ ſolum
valet ipſa velatio videlicet ad hoc ne turbet: nõ
malit Valla ꝑ ꝑticipiũ id dicere q; ꝑ duo ver-
ba: ſed licet duo ſint verba non tñ eſt copulati
ua ſed de copulato extremo ꝓpoſitio: nec expo
nendũ eſt ne hoſtilis facies occurrat & ne hoſti
lis facies omnia turbet quia ſic prior pars falſa
aut inepta eſſet: ſed copulatim ſic. Ne facies
hoſtilis occurrat & turbet omnia (que res dya-
lecticis nota eſt) Socij. ſ. tui tenento ſup. hunc
morem ſacrorũ. i. ſacrificandi velato capite &
ipſe. ideſt tuipſe teneto hunc morem ſacrorum
& nepotes. i. poſteri tui caſti. i. pij aut reuera cõ
tinentes maneant in hac religione. i. in hac ob-
ſeruatione religioſa Aſt. i. ſed vbi. ideſt poſtq;
ventus admouerit te digreſſum. ſ. ab oris Italię
admouerit dicit ore ſicule. i. ad oram ſiculã: &
clauſtra. i. modici & quaſi clauſi introitus pe-
lori ꝓmontorij ſicilie anguſti. i. arcti & ſtricti
parum a continenti diſtanti rareſcent. i. minus
& minus videbuntur a te leua tellus & leua. i.
ſiniſtra. i. que ad manum ſiniſtram iacẽt ęquo-
ra petant tibi. i. a te longo circuitu. i. faciendo
longũ circuitũ. fuge littus dextrũ & vndas ſup.
dextras. ſ. ſicilie ferunt. ſ. hi qui de coſmogra-
phia & ſitu orbis locuti ſunt (non dico loqtur
Helenus ſed q tunc erant locuti aut loquebant
licet forte nondũ ſcripſerant) ferunt dico. i. di-
cunt hęc loca. ſ. hui⁹ partis ſicilie de qua loqtur
diſſiluiſſe. i. in diuerſas partes quaſi ꝑ ſaltũ di
uiſas eſſe quondã. i. aliqñ tpe. ſ. diu p̃terito vi
i. violẽtia aquarũ & ferũt cõuulſa ſup. eſſe va-
ſta. i. valde ampla ruina. ſ. terrarũ quarũ fundũ
iam aque exederãt. Nã ſup. cũ vtraq; tellus. ſ.
ſicilie & italie foret. i. eſſet protinus. i. porro te
nus hoc eſt per longũ tractum vna. i. continua
quę continens ꝓpterea dicit̃ pontus. i. impetus
ponti. i. maris venit medio. i. in mediũ vi. i. vio
lentia aut vehementi impetu & abſcidit. i. diſ-
ſecuit aut auellit latus heſperium. i. italicũ ſicu
lo. i. a ſicilienſi vndis. i. vi vndarũ & interluit. i.
inter vtraq; alluit anguſto ęſtu. i. modico freto
arua & vrbes diductas ideſt ſeparatas littore id
eſt quia nunc diuerſum habent littus. Scylla
ideſt periculũ illud maris ſiculi in quod Scylla
mulier monſtruoſa fingit̃ verſa obſidet latus
dextrũ: & charybdis. ſ. olim mulier: implacata
ideſt voraciſſima & cuius ingluuies placari nõ
poteſt

põt.i.periculū in quod fingit̃ verſa obſidet.i. in perniciē p̃tereūtium quaſi ex inſidijs loca oc cupat latus leuum.i.ſiniſtrū. Atq;.ſ.charybdis ſorbet ter.i.multū aut frequēter fluctus vaſtos ideſt valde amplos:gurgite.i.gyro & vertigine ingurgitāte barathri.i.voraginis: imo.i.ꝓfun do:ſorbet dico in abruptū.i.voracitatē obru ptam inter.ſcopulos.ſ.derelictos:abſorpta aut abrupta tota terra vnde barathrū.i.ꝓfundiſſi ma vorago illic facta eſt & ipſa erigit.i. eijcit aut euomit:rurſum.i.denuo ſub ideſt ad auras ideſt in aera ſup.fluctus. alternos.i. alternatim nunc in barathum abſorptos & nunc ad auras eiectos:& verberat ſydera(hyperbole poetica) vnde.ſ.erecta ideſt ad cœlum vſq; videt̃ attin gere at.i.ſed ſpelunca:cohibet.i.continet & ſe cum habet faciēs ne exeat. Scyllam.i. monſtrū illud latebris cecis.i. obſcuris & que videri nõ poſſunt:exertantem.i. frequenter extra ferentē hoc eſt aperientem ora(Exerto frequentatiuū eſt ab exero:quod cõponitur ab ex ſeu extra & ſero:ſed quia poſt x non ſcribitur ſ ſcribit̃ exe ro & exerto)& trahentem(non ſpiritu oris ſui: ſed potius ingurgitatione aquarum que attra cte ſecum naues trahunt)naues in ſaxa. Prima ideſt ſuprema facies.i.factura & diſpoſitio cor poris ipſius Scylle:eſt ſup.facies hominis ideſt virginis(ſic Hora. Humano capiti ceruicem pictor equinā &c.de capite mulieris loquens) & ꝓ.i.virgo pulchro pectore: q̄ a glauco olim adamabatur vt in buco.dictū eſt in Sileno pu betenus.i.vſq; ad pubē:a capite poſtrema ſup. facies eius eſt piſtrix ideſt ſimilis piſci immani ideſt turpi.& haud bono corpore:cõmiſſa cau das.i.habens cõmiſſas caudas delphinū.i.illo rū piſcium: vtero luporum: qui vorax eſt:aut quia canes in vtero habere fingit̃ ꝓpter vnda rū ſonitum quem ſcopuli latratui per ſimilem edunt. Preſtat.i.melius eſt te ceſſantem.i.tanq̃ ceſſantē & nõ ꝓperantē luſtrare.i.circuire ſicut in qnto quoq; anno poſtea luſtrū condebãt ro mani metas.i.terminos. Pachinni:illius ꝓmon torij:trinacrij.i. ſiculi:nam quia tria ꝓmonto ria ſunt in ſicilia dicit̃ aliqñ triquetra aliquan do trinacria:& preſtat te circunflectere longos curſus:q̃ vidiſſe ſemel ſub antro vaſto Scyllam ideſt mulierem illam:informē.i.turpem & pu betenus in monſtra verſam que ea loca pericu loſa obſidet: & q̃ vidiſſe ſaxa reſonantia cani bus ceruleis.i.marinis:quos ſcylla in ventre ge ſtare ꝓpterea fingit̃ q̃ fluctus illi colliſi quaſi latratum edunt.

vſq; ad pharon tribus milibus diſtant. Rareſcēt quia veniē tibus de Ionio in calabriā ꝓpter curuaturā littorū clauſe vi dent̃ anguſtie:q̄ paulatim ꝓpinquantibus apiri videntur. Pelori:ꝓmontoriū Sicilie ſecundū Sallu.dictū a guberna tore Hannibalis illic ſepulto: q̄ fuerat occiſus ꝑ ignoran tiā regis:cū ſe eius dolo crederet eſſe deceptū q̃q; legamus ante pelorū dictū Leua tibi:veniētis ꝑſonā reſpexit. Nā ſi de Ionio nauigātes fretū petant dextrū teneāt littus neceſ ſe eſt. Sin al's ſiniſtrū. Circuitu:totā em̃ pene Siciliā circui turus eſt. Hec loca:etiā Sallu. Siciliā Italie fuiſſe coniunctā dicit:ſed mediū ſpatiū aut humilitate fuiſſe obruptū: aut ꝓpter anguſtiā ſciſſum: vt autē tam curuū ſit facit natura mollioris italie in quā aſpitas & altitudo ſicilie æſtū refun dit. Q uondam:tria habet tpa.ſicut olim. Diſſiluiſſe: hinc apparet bene dictū Vnctos ſaluere pvtres:nā vt diſſilui ſic ſalui. Cice .ꝓ milone: cū hic de rheda reiecta penula diſſi luiſſet. Protinus cõtinue.& modo aduerbium loci eſt:alibi tpis:vt ꝓtinus æreas phæacū abſcõdimus arces. Foret:ab infinito:ſed mõ p̃teritū ſignificat tpſ qd' rarū eſt. Sępi' em̃ futurū ſignificat. Medio:in mediū:vt it clamor cœlo. Heſ periū.ſ.hypallage:nā minora a maiorib' ſeparant̃. Abſci dit metri cā ſci ſyllabā corripuit. Interluit:interlabit̃. Dex trū:de ionio veniētib'. Scylla em̃ in italia eſt. Carybdis in ſicilia. Scylla Phorci & creteidos nymphe filia fuit:hanc amabat Glaucus quē Circe diligebat:ſed qm̃ in ſcyllā pro nior erat irata circe fontē in quo illa lauabat venenis īfecit in quē cū illa deſcēdiſſet pube ten' in varias mutata eſt for mas. Horrēs itaq; ſuā deformitatem ſe in mare p̄cipitauit. Home.dicit hāc immortale monſtrū fuiſſe. Sallu.dicit ſa xū eſſe ſīl'e Forme celebrate ꝓcul viſentib'. Canes vero & lu pi ex ea nati idcirco fingunt:q̄a ipſa loca plena ſunt mon ſtris marinis & ſaxo⁊ aſpitas illic imitat̃ canū latratus. Le gim' ēt Nūc nemora ingēti vēto nūc littora plangūt: ergo go & latrare non incongrue dicuntur. Carybdis aūt fœmi na fuit voraciſſima que quia boues Herculis rapuit:a Ioue fulminata eſt:& in mare precipitata: vbi ſeruat naturam: nā ſorbet vniuerſa:& ſecundū Salluſtiū ea circa tauromini tanū egerit littus. Cice.in philippicis. Charybdis q̄ ſi fuit anīal fuit vnū. Obſidet ad trāſeuntiū inſidias. Barathri eſt immēſe altitudinis nomē grecū.n. eſt βαραθρον dictū quia ſit grauis aſpectus quaſi βαρυτο αθειυ Cohibet ſpelunca. hyppallage in ſenſu. Nam ipſa ſe in ſpelunca cohibet Pri ma ideſt prime partes. Pubetenus:tenus prepoſitio gaudet poſtpoſitione:& aliquando ſeruit genitiuo:vt Et crurū te nus a mento palearia pendent. Piſtrix. Si bellua piſtrix pi ſtricis:ſi nauis piſtris piſtris dicatur. Commiſſa coniuncta & coaugmentata Prima nominatiuus pluralis eſt & figu rate locutus eſt:vt oculos ſuffuſa nitentes. Eſt autem hæc locutio græca nam illi dicunt ταπωτα αγθρωποσ. Poſtre ma:ideſt τασοχατα commiſſa erat vtero luporum caudas delphinum.ideſt commiſſas habebat. Ceſſantem: immo rantem.

Saluere. Foret. Carybdis Tenus.

Præterea ſi qua eſt Heleno prudentia vati:
Si qua fides:animum ſi veris implet Apollo:
Vnum illud tibi nate dea:preq; omnibus vnū
Prædicā: & repetens iterūq;: iterūq; monebo.
Iunonis magnæ primum prece numen adora:
Iunoni cane vota libēs:dominamq; potentem
Supplicibus ſupera donis:ſic deniq; victor
Trinacria fines Italos metiere relicta.
Huc vbi delatus cumæam acceſſeris vrbem:
Diuinoſq; lacus: & auerna ſonantia ſyluis:
Inſanam vatem aſpicies:quæ rupe ſub ima
Fata canit

ASCEN. ¶ Preterea ſi qua eſt Heleno prudētia &c. Do cet reliqua Heleni vaticinia & amica conſilia que non parum Aeneam Didoni conciliāt nā ex eis intelligit Iunonem Troianis aliquando reconciliandam. Vnde Donatus dicit ſic. Pre terea:dicturus rem magnam & ad æneę ſalutē in primis pertinentem commendat altis ſenſi bus tenaciter retinendam. Prudentia quod ad eum pertinet:cum nondū numine percitus ſit. Fides. Hoc pertinet ad perſonam vatis. Preq; omnibus pro commodo omnium deſiderio⁊ Iunonis ma.oſtendit poeta maioris potentiæ inimicos obſequendo potiuſq̃ reſiſtendo poſ ſe ſuperari. Q uapropter precibus & donis pla candam admonet Iunonem: vt poſſit in Italiā venire. Inſanā plenā numinis Morē dixit Sy bille:& in quo loco ſit:& quo ordine ſingulo⁊ deſiderijs rñdeat. Scribit in folijs ordinat & di mittit:hoīes in illis futura legūt:ſed ſi vēto ꝑ turbatur ordo foliorum pereunt conſulta & du


Dona.

Fata canit foliiſq; notas: & nomina mandat.
Quecunq; in folijs deſcripſit carmina virgo:
Digerit in numerũ: atq; antro ſecluſa reliquit.
Illa manẽt immota locis: neq; ab ordine cedũt.
Verum eadem verſo tenuis cũ cardine ventus
Impulit: & teneras turbauit ianua frondes:
Nunq̃ deinde cauo volitantia prendere ſaxo:
Nec reuocare ſitus: aut iungere carmina curat.
Inconſulti abeunt: ſedemq; odere Sybillæ:
Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti:
Quãuis increpitẽt ſocij: & vi curſus in altum
Vela vocent: poſſiſq; ſinus implere ſecundos:
Quin adeas vatem: precibuſq; oracula poſcas.
Ipſa canat: vocemq; volens: atq; ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos: venturaq; bella.
Et quo quemq; modo fugiaſq; feraſq; laborem
Expediet: curſuſq; dabit venerata ſacerdos.
Hæc ſunt que noſtra liceat te voce moneri.
Vade age: & ingẽtẽ factis fer ad æthera Troiã.

SER. ¶ Preterea. Hic oñditur cuncta ſcire Helenum & infenſam Iunonẽ: ſed prohiberi dicere. Heleno. pr. in homine. n. prudentia eſt in vatibus fides. Veris imp. Oraculis. vt Lucan' Atq; hominem toto ſibi cedere iuſſit pectore magne: ſuper nę: nam in vi. eſt Iunoni infernę dictus ſacer. Delectatur autem Iuno his duobus: hymnis & prece. victor: propoſiti ſui effector. Cumæ. Cumeã: euboea inſula eſt & in illa Chalcis vrbs vnde profecti ſunt ad nouas ſedes querendas qui nõ procul baijs: qui locus a baio Vlyxis ſocio illic ſepulto nomen accepit inuenerunt vacuum littus vbi viſa muliere grauida ab augurio fertilitatis vrbem condiderunt. & eam cumas vocarunt ſiue ab εκυον. i. pregnante: ſiue αποτωγκυματωγ. ideſt ab vndis. que κυματα appellantur. v autem latini in u ſepius vertunt. Diuinos: conſecratos auernum & lucrinum. Auernus. Auernus antea ſyluarum denſitate ſic ambiebatur vt exhalans per anguſtias aque ſulphureæ odor grauiſſimus ſuper uolãtes aues necaret. vnde auernus dictus eſt quaſi αορνυο hoc Augu. intelligens deiectis ſyluis ex peſtilentibus amœna reddidit loca Inſanam: magnam. Sed melius eſt deo plenã. Sub. i. in ima vt exerceret ſub ſole labor. Fata. c. tribus modis futura predicit: aut voce: aut ſcriptura aut ſignis. i. quibuſdam notis: vt in obeliſco rome videmus: vel notis literarum: vt per vnam literam ſignificet aliquid. in folijs autem palmarum ſybillam ſcribere ſolitam ſcribit Varro. Carmina: quia eius reſponſa verſibus ſcribebantur. Virgo: vero phemonoe dicta eſt: nam Sybilla nomen eſt omnium vaticinãtium: Aeoli enim σιυσ deos dicunt & βοσλη conſilium eſt. vnde dixerunt σιβυλλασ quaſi σιουβουλασ. Digerit: ordinat: diſponit. Secluſa. pro incluſa. Cardine verſo. aperta ianua. Ianua: ideſt ventus qui per ianuam venit. Inconſulti: inſcij ſine conſilio. Conſultus eſt qui conſulitur inconſultus qui non recipit conſilium. Volens: quæ velle habet: nam volitura propter aſperitatẽ noluit dicere. Hæc ſunt. bene cum circumſcriptione: ne poſtea falſidicus aut minus peritus putaretur.

bij remanent qui venerant conſulturi. Illa tibi: edicet illa que ego prohibeor aperire que bella ſint vẽtura & quõ ſingulos labores vel tollerando tranſeas: vel ſuperãdo compeſcas. Vade age & ingentem quedam predicit vt vates quedã admonuit vt amicus ceſſantibus partibus vatis. hec ille. ¶ Ordo eſt. Preterea. i. preter ea que Ordo. dicta ſunt aut que diximus ſi qua. i. aliqua prudentia eſt Heleno. i. ſi ego via humana habeo aliquid prudentie de rebus futuris: & ſi qua fides eſt Heleno vati. i. in quantũ vati: & ſi apollo implet ſup. Helenũ (loquitur autem de ſe) veris ſcilicet reſpõſis aut ſentẽtijs. O nate dea ego predicã tibi illud vnũ. i. precipuũ q; pro. i. vnũ pre omnibus. ſ. alijs & ego repetens iterum atq; iterum monebo ſup. te illud vnum pre omnibus. ſ. tu ſupplex adora primũ. i. in primis aut primũ. i. precipuũ numen. i. poteſtatem diuinã qua ad nutũ cuncta gerit. Iunonis magne. ſ. ſine exemplo: quia ſuperum eſt regina Iouiſq; & ſoror & coniunx & cane. i. ſolenniter pronuncia libens (quod etiam verus deus expetit a nobis vnde eſt voluntarie ſacrificabo tibi) Iunoni vota: & ſupera. i. vince & frange dominã potentẽ precipue regnorum: donis ſupplicibus. i. ſuppliciter & ſummiſſo animo votis: quia tu metiere deniq; ſic. i. per talia vota & dona ac precamina: exiſtens victor metiere dicit fines italos & hoc trinacria. i. ſicilia relicta. Et vbi. i. poſtq̃ tu delatus. ſ. vi tempeſtatis vt in ſine quinti patebit: huc. ideſt in hos fines italos acceſſeris vrbem cumeã ideſt cumas que ſunt in littore italico: & acceſſeris lacus diuinos. i. dijs conſecratos: vt lucrinũ & auernũ: & pro. i. auerna ideſt lacum auernum (declinatur em̃ ſicut infernus hic auernus auerni in ſingulari: & hec auerna auernorum in plurali) auerna dicit ſonãtia ſyluis. i. per ſyluas intra quas eſt tu aſpicies vatem ſcilicet vnã e ſybillis Deiphoben nomine que cumana dicitur: inſanam. i. diuino furore raptã vt in ſexto dicetur. Ideo autem finguntur rapti diuino furore gentilium vates: vt non de ſuo: hoc eſt humano preſagio: ſed ex deorum oraculo vaticinari iudicentur: ita vt nõ ipſi ſed deus per ipſos locutus putetur: que ſcilicet vates canit ſub rupe: ima ideſt profunda: fata. i. rerum euenta fataliter preuiſa & mandat. ideſt cõmittit folijs ſcilicet palmarum. notas ideſt characteres & literas: & nomina ideſt res notis deſcriptas: & ipſa virgo digerit in numerum. i. ſeriem & ordinem: carmina quecunq; deſcripſit in folijs atq; relinquit ſupple ea ante antrum exiſtẽs ſecluſa. ſ. a carminibus que foris derelinquit: antro. i. per antrum aut in antro: & ita verior eſt conſtructio q̃ ſi dicas carmina ſecluſa antro. qa ſequitur illa ſcilicet folia aut carmina manent ſcilicet foris: immota locis ideſt a locis in quibus in numerum digeſta ſunt: neq; cedunt ideſt recedunt ab ordine: ſcilicet ſuo in quo collocata deſeruntur: verum ideſt ſed: cum. i. poſtq̃ vẽtus tenuis impulit eadem ſcilicet carmina in folijs ſiccis deſcripta impulit dicit cardine verſo: ideſt aperta ianua vertendo cardinem & vbi ianua turbauit tenues frondes: ſcilicet palmarum iam aridas in quibus vt dictum eſt ſecundum Varronem ſybilla ſcripſit: ipſa ſybilla nũq̃ curat deinde. i. poſtmodum prendere. i. colligere ſaxo cauo. i. in antrum quod eſt ex ſaxo cauo aut cauato: nec curat reuocare. i. reparare: ſitus. ideſt poſitiones foliorum in quibus carmina per ordinẽ deſcripta erant aut ſup. non curat iungere. i. per ordinem connectere deinde carmina que de oraculis prius compoſuerat: & ideo conſultores abeunt inconſulti: & oderẽ ſedem. i. antrum Sibylle ad quod. ſ. fruſtra venerint: aut in quo carmina diuina ſic turbentur. Ne qua. i. ne aliqua (prohibendi eſt) diſpendia more. ideſt dilationis:

hoc eſt iactura temporis quam feceris immorando : fuerint tibi .i. reputenť a te : tanti .ſ. valoris aut momenti : quin .i. quominus : hoc eſt vt non adeas vatem .ſ. Sibyllam & poſcas precibus oracula. i. reſponſa deorum ore prolata q̃uis ſocij increpitent .i. obmurmurent ꝙ illic moram trahere velis vbi periculum ſit : & q̃uis curſus .i. proſpera nauigatio. vocet vi .i. impetu magno : vela in altũ .ſ. mare & non ad littora vbi vates reſidet : & q̃uis poſſis implere .ſ. ventis ſin⁹ .i. receptacula velorum quibus ventum recipiunt ſecundos .i. ꝓſperos quia a tergo ab inſequente vento inflatos (hoc eſt licet dexterrima ſit nauigatio & ſocij omnes optent procedere : tamen non omittas quin vatem adeas omiſit tamen vt inferius dicetur vnde ad Didonem apulſus adhuc neſciuit fata in italia obeunda) Et quin poſcas : vt ſupple ipſa .ſ. vates qđ dicũt in propria perſona & non tantum folijs notas & nomina mandet aut ſi popoſceris ipſa canat & reſoluat volens : ideſt libenter vocem ideſt organa vocalia atq; pro ideſt ora illa expediet tibi ideſt prompte & expedite docebit te : populos Italie : & bella ventura : & quomodo fugias ideſt euites ſi poſſis : q; pro vel feras : ideſt toleres ſi euitare nequeas : quęq; laborem : ideſt quamlibet laborioſam prouinciam gerendam : & ipſa ſacerdos venerata dabit. ideſt dicet ſicut da pater augurium atq; animis illabere noſtris curſus .ſ. futuros tibi. ideſt nauigationes reliquas. nec tamen dicit ꝙ docebit acceſſum eius ad inferos : quia tunc meminerit mortem Anchiſe quod facere noluit Helenus : concludẽs autem ait Hec ſunt que licet te moneri. ideſt vt tu ſis admonitus noſtra voce. age. ideſt agedum adhortandi aduerbium : Vade & fer ad ethera. ideſt extolle vſq; ad celos fatis ſcilicet id volentibus : aut factis ideſt facinoribus tuis. Troiam ingentem .i. que per te ingens inſtaurabitur cum ex ea olim Roma orietur. Seruius innuit illud hec ſunt &c. dictum ſub hoc ſenſu vt Helenus excuſet ſe ſi non plura dixerit cũ ea tantũ liceat dicere : verũ in hoc ſenſu potius dixiſſet licuit aut ſi verſus pateretur licet. Donatus autem innuit dictum vt veniam petat ſi confidentius non vt vates ſolum ſed etiam vt amicus quedam admonuerit : & eſt honeſta clauſula ua & nos vti poſſumus vbi maiores admonuerimus.



ASCEñ. ¶ Que poſtq̃ &c. Poſt conſultationem Heleni & oracula diuum recitat dona que ab eodẽ Heleno ſucepit & que pater Anchiſes & que ceteri : docetq; quibus verbis Anchiſen compellarit : de quibus omnibus dicit Donatus ſic.

Dona. Stipat : largitorem precipuum indicat ; qui tantum donaſſet argenti quantum naues niſi ſtipate capere non poſſent loricam : & dona que augeãt ſuas opes dat : & ea quibus ſe ab hoſte tuetur & omnia cum decoro : & dicit arma fuiſſe illius qui Toiam vicerat vt ſit inſultatio arma victum ferre victoris. Sua etati conuenientia.

Socios

¶ Que poſtq̃ vates ſic ore effatus amico eſt : Aeneas.
Dona dehinc auro grauia : ſectoſq; elephanto
Imperat ad naues ferri : ſtipatq; carinis
Ingens argentum : dodoneoſq; lebetes :
Loricam conſertam hamis : auroq; trilicem :
Et conum inſignis galeæ : criſtaſq; comantes :
Arma neoptolemi : ſunt & ſua dona parenti.

Addit

Addit equos: additq́ꝫ duces.
Remigiũ ſupplet: ſocios ſimul ingruit armis.
Interea claſſem velis aptare iubebat
Anchiſes: fieret vento mora ne qua ferenti:
Quẽ phœbi interpres multo cõpellat honore.
Helenus. ℭ Coniugio anchiſa veneris dignate ſuperbo:
Cura deum bis pergameis erepte ruinis:
Ecce tibi auſonie tellus: hanc aripe velis:
Et tamẽ hanc pelago præterlabare neceſſe eſt:
Auſoniæ pars illa procul quã pandit Apollo.
Vade (ait) o felix nati pietate: quid vltra
Prouehor: & fando ſurgẽtis demoror auſtros:

SER. Breues p longis. ℭ Grauia: finalitatis ratione producitur. Sed ſatis aſpere. Nam in nullam deſinit conſonantem. Vt omnia vincit amor: & nos cedamus amori: & At tibi thymbre caput. Euandrius abſtulit enſis. Stipat: denſat hinc ſtipatores qui aliquid in nauibus componunt a ſtupa. Dodoneos: a dodona vrbe epirotica: & laudauit a loco vt vaſa corinthia. Lebetes: ollas ęreas. Hamis auroq́ꝫ: hamis aureis per endiadyn. Conum: curuatura eſt que prominet: ſuper quã criſte ſunt Sua: congrua ætati. Supplet: bene ſupplementum dixit. quod verbum eſt militare: nam multos in creta amiſerat: vocatiu'. prime. Ferenti: flanti Anchiſa: grecus vocatiuus eſt: nam ſi latinus breuis eſſet. Sed queritur quemadmodum is exeat. nã tytides tytide facit: Atrides atrida: Hora. Ne quis humaſſe velit Aiacem Atrida vetas cur: apud latinos horum nominum cauſa eſt manifeſta. Nam nominatiuum ipſum in a mittunt: & latinam recipiunt declinationem vt Atrides atrida facit & ſcytes ſcytha. Dignate digne habite in paſſiua ſignificatione: in primo aliter Haud equidem tali me dignor honore. Cura: amor vt Veneris iuſtiſſima cura. Bis pergameis: oratorium eſt: vt quod ſuperius Anchiſes infelicitatis putauit: vt ſatis vna ſuperq́ꝫ. v. ex: & capte. ſ. v. hoc nũc conuertit in laudem. Bis nam prius Hercules: nũc greci expugnarunt. Tibi. Tibi: vel vacat vt Cice. qui mihi accubantes in cõuiuio: Aut dixit quia ipſe hanc ſolã Italiæ partem viſurus eſſet: & non quam fata Aenæ promittunt Auſoniæ: Italię a rege Auſono Aripe: inuade illic enim eſt ſacrificaturus. Et tamen αναkολουτου eſt. Non enim premiſit: q̃ꝗ́ꝫ vicina ſit. Pandit Apollo: laurolauini agrum intelligit: Vade ait: bis hoc modo repetit Vergi. hic nam cum ſupra compellat dixerit: modo intulit: ait itẽ in quinto cũ premiſerit fidem ſic fatur ad aurem: ſubijcit rurſus: & ſeſe oſtendat in armis dic ait. O felix nati pie. latenter oſtendit mortem futuram. Non enim dixit vite longinquitate vel aduentu in Italiam: ſed nati pietate: qui poterit exequias celebrare: Prouehor: ſcilicet ſermone.

Socios: nullum in donatum reliquit dans que competebant viris fortibus: Dignate: quaſi q dignus ſit inuentus qui filie Iouis iungeretur. Bis perga. oſtenditur ꝙ ſit cura deum: qui cum debilis eſſet: liberatus tamen ſit periculis patrie in qua perierunt viri fortes: Hec ille. ℭ Ordo est. Ordo. Que ſcilicet reſponſa aut oracula iã dicta: poſtq́ꝫ vates ſcilicet helenus: effatus ideſt elocutus eſt (ſed augurale eſt verbum) ſic. ideſt in modum premiſſum ore amico. ideſt fauorabili: ipſe imperat dehinc. ideſt deinde dona grauia auro: & elephanto. ideſt dente elephãti (declinatur autem hic elephas elephãtos vnde fit nominatiuus hic elephãtus ti. ſicut delphin & delphinus arabs & arabus in nominatiuo reperiuntur) ſecto ideſt aut ſectili aut iam preparato: ferri. ideſt vt ferrentur ad naues. & ſtipat. i. condenſat & immittit carinis ideſt aluo nauiũ: ingens. ideſt valde magnum argentum & ita magnum vt niſi ſtipetur non poſſet a carinis recipi: & lebetes ideſt olas ereas: dodoneos ideſt epiroticos a dodona epiri vrbe (declinatur autẽ hic lebes lebetis ſicut hic tapes tapetis Grauia autẽ producitur finalitatis gratia dicit Seruius: ſed ea ratio in principio tertij pedis locum habere ſolet: verum Vergi. omnes pedes a breui inchoaſſe reperitͤ) & ſtipat carinis loricam. i. tunicam olim ex loris fieri ſolitam: nunc ex annulis: vnde dicit trilicem. ideſt tribus licijs conſtantem conſertam videlicet hamis & auro. i. hamis aureis. aut trilicem dicit quia conſtabat loris hamis ferreis & anulis aureis quibus fimbrie decorabãtur: & conum. i. curuaturam galeæ inſignis. i. excellentis & vt dicunt notabilis per ſigna rara inuentu: & criſtas comantes. ideſt que in morem comarum a cono dependebant ſunt enim criſte ornamenta galearum ſicut capitum gallorum: dicitur autem Achilles ſemper criſtatus inceſſiſſe. vnde bene datur id eius filio cum ſubditur per appoſitionẽ arma. ideſt loricam conum & criſtas galeæ exiſtẽtia arma neoptolemi. ideſt Pyrrhi qui ea moriẽs Heleno dereliquerat. Et parenti ſcilicet Anchiſe ſunt & ideſt etiam: ſua. ideſt debita etati: & conuenientia dona: & ipſe Helenꝰ addit ſcilicet ad dicta dona: equos quorum palmam epiros obtinet: & addit duces ideſt cõductores itinerum: & ſupplet remigium. ideſt addit remiges deficientes eo ꝙ in creta multos amiſerat & nonnullos dereliquerat: ſuppleſſe autem putatur ex troianis vt ſint ſoli Troiani romani imperij autores: & ipſe ingruit. i. opprimit armis. ideſt multitudinem armorum que cuilibet dedit ſocios ſcilicet itineiris mei. Anchiſes ſcilicet pater meus iubebat interea aptare velis claſſem: ideſt inſtruere & diſponere claſſem ad nauigandum ne qua: ideſt ne aliqua mora: i. dilatio: fieret vento ferenti: ideſt flanti. i. ideſt quando ferret aut flaret: nam flando quodãmodo claſſem fert & prouehit ventus quem ſcilicet Anchiſem: interpres phœbi: ideſt oraculorum phœbi hoc eſt Helenus compellat: ideſt alloquitur ſup. cum multo honore: ideſt valde honorifice: dicens ſup. o Anchiſa dignate: ideſt digne habite ſuperbo ideſt nobili & magnifico: coniugio (non dicit ſtupro. nec tamen connubio: quia cõiugium poteſt eſſe illegitima coniũctio. nuptie autem ſunt legitime) veneris dum ex ea æneam gignebat & o cura: ideſt amor & ſollicitudo deum. ideſt deorum. erepte bis: ideſt qui bis ereptus es: ruinis pergameis: ideſt troianis (in vtroq́ꝫ. ſ. excidio. ſemel ſub laomedonte & ſemel ſub priamo. Caueat autem explanator ne dicat erepte bis ruinis pergameis cura. i. per curam deum pro deorum: quia ſic cura eſſet ablatiui caſus & produceretur cum tamen corripiatur) ecce tibi quaſi dicat in conſpectu tuo eſt tellus auſonie. i. italie: arripe hanc velis: & tamen neceſſe eſt & vt ſup. preterlabare hãc pelago. i. per pelagus quia illa pars auſonie quam apollo pandit. ideſt aperit & manifeſtat vobis petendam: eſt procul. i. longo adhuc circuitu petenda & ait vade o felix pietate. i. propter pietatem nati. i. filij tui: qui vt tacite innuit pie tecum aget dum exequias perſoluet & ad inferos te viſurus deſcendet ſed id non dixit expreſſe: & ne plura interrogetur dicit: ſed quid ego prouehor. ſ. ſermone. i. productior ſum prouectꝰ vltra ſcilicet q̃ conſtitueram: vel vltra prius dicta: hoc eſt vlterius & demoror. ſ. ab officio: fando. i. loquendo auſtros. i. ventos vobis ſecundos: ſurgentis. i. iam iamq́ꝫ flaturos aut orientes e terra vt flent.

 ℭ Nec

Vſcen. ¶ Nec minus &c. Recitat etiam dona que Andromache diſcedẽtibus contulit & verba vltro citroqꝫ habita. Vñ Donatus. Nec cedit ho. duo notat in chlamyde: & ꝙ eſſet ſibi ſolatio quia eſſet de originalibus terris: & ꝙ cõueniret honori Aſcanij: nã digna fuit qua vteret̃: Tali etiã dignus Aſcanius qui tantã rem applicaret vſibus ſuis. Sunt em̃ quidã abiecti. qui vtunt̃ veſtibus ſibi nõ cõuenientibus. Sunt rurſus adeo excellẽtes vt cum ſuis veſtibus pari honore cõtendant. Laudauit autẽ ſolam chlamydem. Cetera 'gñaliter dixit. Onerat vt in Heleno dixit ſtipatqꝫ carinis. Ille vir fortis donat aurũ argentum. Arma viro forti. hec mulier donat puero textilia. Ergo habuit rationẽ perſonarum: hec etiam duo genera munerũ ponit Chlamidem auri ſub tegmine variatã: que eſſet ex antiquis. Item alia munera que nõ eſſent tanti precij: ſed ſuis manibus vnde cũ hec offerret: dixit Accipe & hec preter chlamidẽ & predicta: vt alterum haberet precium: alterum amoris religionẽ & dantis affinis affectum. Ergo ſi non valent dona valeat perſona andromaches tui auunculi vxoris Lachrimis: affabar nõ poterat ab ijs qui & ciues & in ſe liberales eſſent ſine lachrymis diſcedere. Viuite felices: feliciter viuere dicit manere ocioſum in eodem loco & aduerſa fortune vlterius non timere. Sibi aũt omnia cõtraria eſſe oſtendit: Cedentia retro: impoſſibilia dicit ſed per illa ſuũ tedium exprimit: qui tot annos laborioſe periculoſeqꝫ nauigãs nondũ viuebat

Ordo. quo peruenire cupiebat Hec donatus. ¶ Ordo aũt eſt. Nec minus. i. & nihilominus q̃uis multa dederit helenus: andromache mœſta ſupremo digreſſu. i. quum videret ꝙ omnino digredi vellemus: fert. ſ. ad conferendũ nobis veſtes picturatas: ſubtegmine auri. i. habentes ſubtegmen. i. filum qđ inter ſtamẽ currit aureum aut ex auro & ſup. dat Aſcanio chlamydẽ phrygiã idest acu pictã qđ opus phrygonũ dicitur: nec Aſcanius cedit honori. i. nõ inferior ſed dignus eſt tali honore aut forte chlamys non cedit honori. i. decori cuiuſlibet alterius chlamydis & onerat ſup. eum aut miniſtros eius donis textilibus. id ẽ contextis: ac fatur talia ſup. ad Aſcaniũ: Accipe o puer &. i. etiam hec vltra ea que Helenus dedit aut que ipſa prius dederat ſup. munera: que ſint tibi monumenta. i. que admoneant te & memorẽ faciant manuũ mearum. i. operũ manu mea factorũ: & teſtent̃ longũ. i. per longũ tẽpus amorẽ andromaches: appoſitorie. coniugis hectoreæ. i. hectoris auunculi tui & nunc heleni etiã auunculi ſed potius hectoris: vt eum ad imitandã hectoream virtutẽ incitet vnde prius & auunculus excitat hector: nã donũ prophetie qđ heleno contigit nõ omnibus datum: virtututẽ quiſqꝫ q̃uis multo interuallo imitari põt: cape extrema dona tuorũ. ſ. neceſſariorũ. q. d. poſt hec non offenſurus es plures ex genere & patria tua. O ſola imago aſtyanactis mei. ſ. filij ex hectore (declinatur hic aſtyanax huius aſtyanactis vel tos) ſuper. i. ſuperſtes & ſuperexiſtens aut reſtans adhuc mihi. i. in ſolatiũ aut memoriã: cũ filiũ amiſerim: imago inquit. qa ille ferebat ſic. i. vt ut facis oculos ſic man⁹. ſ. ora (Bona cõparatio a poeta excogitata qui ſicut patres ſimiles inducit filioꝝ quoqꝫ ſimilitudinẽ approbat ſi ſupuixiſſet aſtyanax que laus iuli in domũ iuliã redundat) & pubeſceret nunc tecũ ſi. ſ. viueret: equali euo. i. etate. Ego digrediens affabar hos. ſ. helenũ & andromachen:

Nec min⁹ andromache digreſſu mœſta ſupmo — Aeneas.
Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes.
Et phrygiã aſcanio chlamydẽ nec cedit honori.
Textilibuſqꝫ onerat donis: ac talia fatur
Accipe & hec manuũ tibi q̃ monumẽta mearũ — andromache.
Sint puer: & lõgũ andromaches teſtent̃ amorẽ
Coniugis hectoreæ: cape dona extrema tuorũ.
O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago.
Sic oculos: ſic ille manus: ſic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.
Hos ego digrediẽs lachrymis affabar obortis
Viuite: fœlices quibus eſt fortuna peracta — Aeneas.
Iam ſua: nos alia ex alijs in fata vocamur.
Vobis parta qes: nullũ maris æquor arãdũ eſt.
Arua neqꝫ auſoniæ ſemper cedentia retro
Querenda: effigiẽ xanthi troiamqꝫ videtis:
Quam veſtræ fecere manus: melioribus opto
Auſpicijs: & quæ fuerint minus obuia graijs.
Si quando tybrim vicinaqꝫ tybridis arua
Intraro: gentiqꝫ meæ data mœnia cernam:
Cognataſqꝫ vrbes olim: populoſqꝫ propinquos
Epiro heſperia: quibus idem dardanus autor:
Atqꝫ idem caſus vnam faciemus vtramqꝫ
Troiã animis: maneat noſtros ea cura nepotes.

¶ Digreſſu mœſta ſupremo: vltimo poſtq̃ eorum deſperabat aſpectum. — SER. Picturatas: participium ſine origine verbi. Subtegmine: filum eſt qđ inter ſtamẽ currit: quod. Perſi. tramam dixit. mihi trama figure ſit reliqua. — Trama. Non ergo pro ſtamine ponendum eſt: cum ſtamen de auro eſſe non poſſit Phrygiã: acu pictã: nã hos artifices phrygiones appellam⁹ — Phrygiones. ſcđm Plau. Phrygiã: in qua ſit patrie memoria. Nec cedit ho. dat tanta munera quanta merebatur Aſcanius. Nã nõ cedere honori eſt eſſe parem meritis accipiẽtis. Textilibus qđ munus decebat mulierem. Et hec intelligimus & alia pri⁹ data vel iure hereditario data eneę & anchiſe ad ſe ſpectant. Monumẽta: memoria & a mentis admonitione ſunt dicta. Lõgum amorẽ: & de preterito & de futuro: vt cognoſcas quãtum te vel amauerim: vel amatura ſim. Hectore: habuit rationẽ perſone cũ qua loquebatur. q. d. auũculi tui Sup. i. valde. Valde vehemẽter & expſſe mihi es imago: quo ſermone etiam Home. vtitur in ſimili ſignificatione. Viuite. f. mõ bene optantis eſt nõ vt in Buco. male dicẽtis: vt Viuite ſylue. i. perite. Similiter eſt & valete Teren. Valeant qui inter nos diſſidium querunt. Videtur autẽ melius dici per optatiuũ q̃ per imperatiuum: quia poſſunt optari: non imperari proſpera vel aduerſa. Ergo vſurpatur imperatiuũ. Sua. q. d. dura & propria troianorũ vt. Hac troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Parta: parata. Cedentia tetro: vt iam tandẽ italiæ fugientis prendimus oras. Veſtre manus quod eſt dulcius. Min⁹ obuia. i. que nullũ patiant̃ excidiũ. Tybrim a rege qui in eũ cecidit. Nã ante albula dicebatur. Alij tyberinũ albanorũ regẽ in eũ cecidiſſe volunt. Alij — Tybris dicunt quondã ſyracuſanos victores cepiſſe magnã vim athenienſiũ: & eã ceſis montibus fecerũt addere munimenta ciuitati: tunc auctis muris etiã foſſa intriſecus facta que flumine admiſſo repleta munitiorẽ reddidit vrbẽ. Hanc foſſam per iniuriã hoſtiũ factã tybrim απο της υβρεος appellarunt

pellarunt.Inde cũ ſiculi loca iuxta Romã occupaſſent.Vnde eſt fines vſq; ſicanos:Albulam ad imaginẽ foſſe patriæ tybrim vocarũt:de tybri vero ſiracuſana foſſa Theocritus meminit.Genti meę & nõ ſibi.Nã ſcit aſcanio regna deberi.Data mœnia cernã:Cognataſq; vrbes olim : quãdoq; & per omnia cernã ſubaudis . Senſus aũt talis eſt ſi potero ad italiã peruenire:& regna conſtituere:& videre vrbes & populos tibi cognatos.Nã Aeneas & helenus a Dardano originẽ ducũt Ergo hoc dicit quoniã & ab vno originẽ ducim⁹ & ĳſdẽ caſibus ſubiacuimus.Troiã vtrãq;:& quã tu feciſti & quã ego facturus ſum iungamus & faciamus vnam:ſed animis: hoc eſt fœdere & affectione:quoniã reuera eas natura iungi nõ ſinit.Sane quoniã occurrebat humane breuitas vite.Bene ſubiunxit:Maneat noſtros ea cura ne.Diſtinguendũ aũt populoſq; propinquos epiro.Et ex ſequentibus oſtẽdit quomodo Heſperia.ideſt quibus populis autor eſt dardanus.Heſperia hoc eſt εσπεροθεν:figura enim nonnũq̃ pulchra eſt ſi elocutio imperfecta ſit:vt Cicero in verrinis:Qui verrem romulea:non addidit tribu.

machen:lachrymis obortis.i.preter ſpem ortis hoc eſt lachrymas interloquẽdũ: viuite qa felices ſup.ſunt quibus eſt fortuna iã ſua.i.ꝓpria& fataliter debita:peracta(& hoc mõ nõ eſt in ſermõe ĩproprietas nec mala reciprocatio cũ nõ reciproce accipiaẽ licet hũc locũ Valla& alĳ fere grãmatici notẽt: & eſt quaſi per parẽthesim dictũ:& ſentẽtia qualis illa in primo.O fortunati quorũ iã mœnia ſurgunt)nos vocamur iã ex alĳs fatis.i.fatalibus incommodis:in alia fata: quies eſt parta. i. labore aquiſita vobis: nullũ equor.i.nullus cãpus planus maris.i.aquarum eſt vobis arandũ.i.ſulcandũ nauibus: nec arua auſonię.i.italię cedẽtia ſemper retro. qa cũ ꝓpe fuerimus adhuc longo circuitu ſunt querẽda.i. veſtiganda:vos videtis effigiẽ.i. ſimulacrũ & cõſimilẽ effictionẽ xãthi.i.illius fluuĳ troiani: & videtis troiã quã veſtre manus fecere opto.i. ſicuti opto melioribus auſpicĳs q̃ prior troia manibus deorũ facta predicatur : & que auſpicia.i.auſpicata initia & fundamina fuerint minus obuia.i.obſtantia graĳs. i.grecis ita vt ab eis non eruantur (Notũ eſt ꝙ romani ethruſcorũ diſciplina imbuti nihil magnũ inierunt niſi captatis auſpicĳs. i. niſi habito deorũ(vt opinabantur)iudicio:qđ ex auiũ inſpectione deprehendebãt :& ideo auſpiciũ accipitur pro auſpicato.i.prudenti & bene prouiſo:qđ galli dicunt preauiſato initio:&auſpicari pro prudenter inchoare)Si ego intraro pro intrauero:quando.i.aliquando tybrim fluuium italiæ romã interfluentẽ:& arua tybridis vicina: & ego cernã mœnia data.i.permiſſa aut conceſſa fatis:meę genti:quia ſcit aſcanio deberi regnũ: aut genti ſue potius q̃ ſibi regnũ petere probetur:& vrbes cognatas.i.cognatis extructas olim.i.quouis tempore futuro & populos propinquos.i.affines & ab vna patria oriundos nec loco multũ diſtantes : nos faciemus epiro:& heſperia.i.italia:hoc eſt ex epiro & heſperia quibus idem dardanus eſt autor.atq; quibus eſt idẽ caſus.i.eadẽ fortuna quia ꝓpter excidiũ troiæ ambe a ꝓfugis habitate vt nos faciemus dicit animis. i.federe & concordi voluntate vtrãq; vnã troiã.i.referemus in diuerſis locis qđ in vno non poſſumus troiam patriam noſtram euerſam.& ſi:quia breue & irreuocabile tempus omnibus eſt vite:id nos perficere non poterimus:ea cura.i.ſollicitudo eius rei faciende:maneat.i.certe expectet:noſtros nepotes.i.poſteros a nobis&noſtris deſcenſuros.

Sua

Auſpiciũ
Auſpicor



Prouehimur pelago vicina ceraunia iuxta.
Vnde iter italiam curſuſq; breuiſſimus vndis.
Sol ruit interea: & montes vmbrantur opaci.
Sternimur optate gremio telluris ad vndam
Sortiti remos: paſſimq; in littore ſicco
Corpora curamus: feſſos ſopor irrigat artus.
Necdũ orbẽ medium nox horis acta ſubibat:
Haud ſegnis ſtrato ſurgit palinurus: & omnes
Explorat ventos: atq; auribus aera captat.
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo.
Arcturũ pluuiaſq; hyadas geminoſq; triones:
Armatumq; auro circumſpicit oriona.
Poſtq̃ cuncta videt cœlo conſtare ſereno:
Dat clarũ e puppi ſignũ: nos caſtra mouemus:
Tentamuſq; viam: & velorum pandimus alas.
Iamq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis:
Cum procul obſcuros colles humilẽq; videm[9]
Italiam: Italiam primus conclamat Achates
Italiam læto ſocij clamore ſalutant.

ASCEN. ❡Prouehimur &c. Docet quomodo illic pro⸗
uectus eſt & quomodo italiam a ſocijs viſam
& ſalutatam pretergreſſus eſt de qua re dicit id
Donatus. ſolum notatu dignũ Donatus ꝙ italia humi⸗
lis non eſt ſed humilis dicitur quia etiã alta na
Ordo. uigantibus cum longe apparent videntur hu⸗
milia .i. ima & quaſi humi iacentia. ❡Ordo
autem eſt. Nos prouehimur .i. porro vehimur
& auehimur a butroto pelago .i. per pelagus:
iuxta ceraunia ꝓmõtoria illa epiri a crebris ful
minibus denominata vicina .ſ. nobis deſcendẽ
tibus butroto vnde .i. a quibus iter ſup. eſt bre⸗
uiſſimum & curſus eſt breuiſſimus vndis .i. per
vndas: italiam .id ẽ in italiam vſq;: nam media
noctis ſpacio pertranſitur. Sol ruit .i. occidit in
terea & montes opaci vmbrantur .i. ex aduerſo
ſolis inuoluuntur vmbris: nos ſternimur gre⸗
mio .i. receptaculo telluris .i. terre optate .ſ. ſem⸗
per nauigantibus: ad .i. iuxta vndam .i. exponi
mur terre ad oſtium: vnde aũt ſternimur ſorti⸗
ti remos .i. per ſortes exerciti remis & poſtq̃ vi
ciſſim incubuimus remis ad vndam & nos cu
ramus in littore ſicco paſſim corpora ſupp. no⸗
ſtra .i. facimus ea que ad curam corporis perti⸗
Curare corpora. nent: qd' verbum ſi ſolam egeſtionem ſignifi⸗
cet ſatis ruſtice ad menſam diceret æneas in cõ
ſpectu regine: ſed ad omnia pertinet: ſopor irri⸗
gat artus feſſos .i. dormimus necdum .i. & non
adhuc & nox .i. facies celi nocturna. acta .i. trãſa
cta aut ducta horis: non ſubibat .i. cõſcendebat
adhuc medium orbem .ſ. cœli .i. nondũ erat me
dium noctis. & ſup. palinurus nauita ille dili⸗
gentiſſimus ſurgit haud ſegnis ideſt non tar⸗
dus aut ignauus: ſed ſtrennuus: ſtrato ſcilicet to
ro ex ſtramentis facto: & explorat ideſt inqui⸗
rit: omnes ventos & captat auribus aera .i. ſi
vſq; audiret murmura aeris que futuram tem
peſtatẽ indicent: Seruius aliam cãm affert & no
tat cuncta ſidera ſcilicet nautis obſeruanda la⸗
bentia cœlo tacito. ideſt motu a dormientibus
preſertim imperceptibili. licet concentum mi⸗
rabilem edere a platonicis predicetur cœlum
vt de ſomnio ſcipionis: teſtis eſt Cicero. no⸗
tat dicit arcturum & hyadas pluuias .id ẽ plu⸗
uioſas & pluuias excitare ſolitas & triones id ẽ
boues geminos qui ſunt in ſeptentrione ad po⸗
lum: & circũſpicit oriona .i. ſydus in qd' orion
tranſlatus dicitur armatum auro. ideſt fulgore
enſis aurei: hec autem omnia in Georgicis & in
fine primi huius deſcripta ſunt. Poſtq̃ ipſe Pa⸗
linurus videt cuncta conſtare. ideſt conſentire
ex ſtatu ſuo cœlo ſereno ideſt etiam futuram ſe
renitatem indicãte: ipſe dat e puppi ſignum cla
rum ideſt faculam aut tedam incẽſam: nos qui
eramus ſcilicet in littore mouemus caſtra ideſt
more militum colligimus ſarcinulas & diſce⸗
dimus illinc vbi ſtationem habueramus: & ten
tamus viam: an ſcilicet fluxus oportunus eſſet
& hoc comperto pãdimus alas velorum: ideſt
antennas. aut ſecundum Seruium intendimus
contos: ideſt perticas quibus profunditatem
aquarum inquirunt nauite & aurora rubeſce⸗
bat iam & hoc ſtellis fugatis a ſplendore ſolis abſconditis nobis iam inquit cum nos videmus procul obſcu⸗
ros colles ſcilicet italie: & italiam humilem: ideſt humilem apparentem: quia procul viſam achates concla⸗
mat ideſt ſimul vt videbat clamat: italiam & ſocij ſalutant leto clamore italiam dicentes forte Salue ſancta
parens diuum ſaturnia tellus &c.

❡Prouehimur pela. Butroto derelicto. Ceraunia: promõ SER.
toria epiri a crebris fulminibus propter altitudinem nomi
nata. Breuiſſimus: nam medio noctis ſpacio tranſitur. Op⸗
tate telluris: ſemper enim nauigantibus optatur. Sortiti re
mos. per ſortem diuiſi ad officiũ remigandi: quis eſſet pro
reta quiſ pedem teneret. Littore ſicco: nam eſt quod aqua
alluitur. Horis acta per horas decurrens: Auribus: qua em̃
venti veniunt ea parte auris frigidior eſt. Cuncta. nam in
pronoſticis legitur non ſufficere vnum ad explorandam ſe
renitatem. Tacito celo: aut nocturno: per quod tacetur aut
ipſe tacitus: aut ad homines retulit. Nam licet æternus ſit
axium ſonus: non tamen auditur a nobis. Armatumq; au⸗
ro cicumſpicit oriona ſic Lucre. Enſiferi nimium fulget la⸗
tus orionis: Intuetur hec non vt cernat. Nam omnibus pa⸗
tent: ſed vt exploret ſtellarum vigorem quo futura ſereni⸗
tas iudicatur: in Georgi. neq; tum ſtellis acies obtuſa vide
tur: non em̃ querit quaſi non orta nã ſeptentrio ſemper ap⸗
paret. Conſtare: ſuppetere. Iuue. Quis ferat vxorem cui cõ
ſtant omnia. Clarum ſignum: faculã eleuauit: vt flammas
cum regia puppis Extulit Caſtra. m. caſtra omnia loca ſunt Caſtra
vbi milites ſteterint: Dicta aũt caſtra quaſi caſta. velq; illic
caſtraretur libido. nam nunq̃ ijs intererat mulier Tẽtamus
viam .i. naues producimus Pandimus alas contos intendi⸗
mus. Humilemq; videmus italiam: aut naturam oſtendit
prouinciæ vt Sallu. Italia plana ac molis: aut rem phyſicã
exprimit: Nam omne quod cõtinet humilius eſt eo quod
continetur: aut quia procul viſentibus terra humilis ſemp
videtur Luca. Et dubios cernit vaneſcere montes Italiam:
tantologia vſus eſt ad exprimendum affectũ nauigantiũ:

Tum pater anchiſes magnum cratera corona
Induit: impleuitq; mero: diuoſq; vocauit
Stans celſa in puppi.

ASCEñ. ❡Tum pater &c. Docet qũo poſt preces an⸗
chiſe ad italiam appulſi illic vota que helenus
perſoluenda admonuit: quo etiã modo admo⸗
nuerat: perſoluerũt. Seruat in omni re poeta di⸗
ligens ipſum deorũ: nam ſocij italiam ſaluta⸗
bant leti quoniã tã vicini eſſent: anchiſes autẽ
non

Dij maris

Anchiſes ¶ Dij maris: & terræ tempeſtatumq́ȝ potētes:
Ferte viam vento facilem: & ſpirate ſecundi.
Aeneas. ¶ Crebreſcunt optatæ auræ: portuſq́ȝ pateſcit
Iam ꝓpior: tēpluq́ȝ apparet in arce mineruæ.
Vela legunt ſocij: & proras ad littora torquēt:
Portus ab æoo fluctu curuatus in arcum:
Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes.
Ipſe latet. gemino demittunt brachia muro
Turriti ſcopuli: refugitq́ȝ a littore templum.
Quatuor hic primū omē equos ī gramīe vidi.
Tondentes campum late candore niuali.
Anchiſes Et pater anchiſes ⸢ bellū o terra hoſpita portas.
Bello armanť eq: bellū hæc armēta minanť:
Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes: & frena iugo concordia ferre:
Aeneas Spes eſt pacis ⸢ ait: tum numina ſacta precamur
Palladis armiſonæ: quæ prima accepit ouantes
Et capita ante aras phrygio velamus amictu.
Præceptiſq́ȝ heleni: dederat quæ maxima: rite
Iunoni argiue iuſſos adolemus honores.

SER. ¶ Corona induit: vſq́ȝ ad ſummū impleuit: aut reueta coronauit. Maris per qď nauigo. Terre: ad quam vado. Tēpeſtatum ventorum aurarū: temporum ſerenitatis: vt: vnde hec tam clara repēte tēpeſtas: nam multa ſignificat. Spirare & adventū pertinet & ad fauorē. Crebreſcūt: oſtendit magnum anchiſæ meritū. Pateſcit: propinquantibus vt anguſti rareſcunt clauſtra pelori. In arcū: in arcus ſimilitudinem: vt Exciſum euboicæ latus ingens rupis in antrū. i. in antri ſimilitudinē. Latet. ſ. longe intuenti. Nam late patet ſcďm dona. non ſtat verſus. Refugitq́ȝ a littore templū. Nā procul intuētibus in mari videť: & appropinquātibus paulatim diſcedere: vel quia ſitū eſt in colle: qui ſenſim creſcit a littore ideo dixit refugit. Primū: aut quale nunq́ȝ viderat ante: aut quia ſequitur. Porcę albę omē vel primū. i. primā partē campi. Candore hoc ad victorie omē. Habet aūt Anchiſes diuinādi peritiā vnde diuiniq́ȝ oſſa parentis. Hoſpita: vſurpatū eſt. Nam quæ in es exeunt communia ſunt & fœmininū in a mittunt Lucan. Hoſpes in extremis audiuit curia tectis: ſed plautus cū pauper cōmune ſit vt pauper ſe natus. & pauperq́ȝ domus nec nota potentum munera. paupera tamen dixit. Armenta: armenta dicuntur quaſi armis apta. Nam equi interſunt prælijs: boues armant ex corijs. Sed tamē: anacolyton eſt: Nam q̄q̄ non præmiſit. Spes pacis: ait latenter poſſe vincere troianos: dicendo Curru ſuccedere ſueti palladis: poſt belli omē deā belli precatur: ſed & hoc templū viſum ad omen pertinet. Rite. ſcďm ritum. vnde ſequitur. perfectis ordine votis. Argiuæ. i. magnæ.

non contentus italiā inueniſſe: niſi id bono auſpitio fieret (Sepe em̄ res lete triſtē habent exitum) precatur diuos vt proſperam nauigationem cōcederent: ſciens ꝙ etiam in portu perierint plurimi De hac re pauca dicit Donatus: qa vt patet ex ijs que in eum dicit Seruius mutilus eſt & interciſus. ea au tem ſunt hec. Crebreſcunt. ſ. apparet petitionis fructus. Ferte viam ſ. prebete facilem viam. In arce in altitudine. Legunt: verbum nautis familiare: nam funes & vela cum colligūt vel aliqua loca cū tranſeunt legere appellant. Aure: naturaliter dixit. Aura enim naſcitur cum primū exoritur lux quā ſupra induxit naſcentem. portus: ab oriente qua fluctibus portus infeſtari poterat: magnas natura obiecit cautes: Ergo latet portus: quia fluctus illū reperire nequeunt. Cautes autē ſunt in formā brachiorum. Refugit: conſtitutis in portu nō apparet tēplū quia obſtāt ſcopuli. hic primū: honeſta locutio paſcentes campū & nō paſcentes herbā in campo: & cū dicit quibus herbis paſcerenť oſtendit ſola gramina illic fuiſſe. Cādore ni. oñdit & equos & niueos & cōſtitutos ī magna vbertate. Bello armāť equi. nō ꝗa equo troia perierit: vt quidam ridicule dicunt ſed doctrina ſua equos oſtēdere bella dixit. Palladis armiſone: ad alia ſigna belli accedit templum armate palladis: quā merito orat: vt proſperū faceret ſi quid aduerſi immineret & ouātes dimitteret quos ouātes acceperat Ante aras: vt oſtendat preter preces etiā munera fuiſſe: dicit aras fuiſſe in naui que non erant vt demonſtret aram dici poſſe vbicunq́ȝ ſacrificatur: hec ille. ¶ Ordo autem eſt. Anchiſes pater. i. patronus claſſis & vir prudens atq́ȝ religioſus ſacrorumq́ȝ peritus: induit magnum cratera. i. vas vinarium corona: aut ex pampinis: aut impleuit vſq́ȝ ad ſummū (Declinatur hic crater hui⁹ crateris vel. ros. huic crateri hunc cratera: Vnde legitur hec cratera re. ſicut ab accuſatiuo hunc ſtatera hec ſtatera & ab accuſatiuo hanc caſſida hec caſſida de. ſic & panther & panthera & plura alia leguntur) & pro. ideſt impleuit mero ſi induiſſe corona accipitur pro impleuiſſe aut & impleuit mero poſtq̄ coronauerat eum & ipſe ſtans in celſa puppi. ideſt in ſumma parte nauis iuxta gubernacula: vocauit. ideſt inuocauit diuos dicēs videlicet: o dij potētes. i. qui habetis potētiā maris qď nauigamus: & terre quā petimus: & tēpeſtatū quas timemus: ferte vento. i. aſpiratiōe venti: viā facilē: & ſpirate. i. aſpirate: ſecundi. i. ſpirantes facite ventos ſecūdos & ſup. cum hec dixiſſet aure. i. lenes venti: optate. i. deſiderate & cōmode crebreſcunt. i. crebre fiunt. & portus pateſcit. i. patefit iam propior: & templum minerue in arce. ſ. extructū apparet aut apparet in arce vbi extructū erat: ſocij legūt ideſt coligunt & ſtringūt vela & torquent proras. i. anteriores partes nauiū a proruēdo dictas: ad littora Portus ſup. eſt curuatus in arcum. i. in formā arcus a fluctu eoo. i. orientali: hoc eſt ab oriente impingente & cautes. i. ſaxa preduraque & cotes dicuntur: obiecte. i. oppoſite fluctibus: ſpumāt aſpergine ſalſa. i. aqua maris que aſpergitur ex impetu: qui ſpumas creat. Ipſe ſup. portus latet. ideſt occulitur (aut ſic ipſe portus curua⁹ in arcum &c. latet) quia ſcopuli turriti. i. ſaxa eminentia vtrinq́ȝ & habentia turres in vertice: aut ſaxa ipſa in morē turriū eminētia demittūt brachia. i. colles a iugis ſuis quibus portū complectunť muro gemino. i. in morem duplicis muri vtrinq́ȝ extructi. & templum refugit. i. apparet refugere aut verius occulitur & non videť a littore cum tamen videatur a mari eſt autē templum hoc in calabria. Ego vidi hic in gramine. i. in tali herba primū omen. i. pro primo omine rerū futurarū in italia quatuor equos candore niuali. i. candidos: tondentes aut depaſcētes campum late. i. in latum extenſum. Et pater anchiſes ait o terra hoſpita. i. que nobis hoſpitio pates aut patebis: tu portas. i. affers nobis bellum: quia equi armātur bello. i. ad bellum: & ita ex omine conſtat: quia hec armenta. i. hi equi armis apti: minantur bella: ſed tamen ꝗuis. ſ. bello armentur: ijdem quadrupedes. i. equi: ſueti ſunt ſuc

Donatus. Ara. Ordo.

cedere olim.i. aliquando finito bello:curru.i.ſub currum: & ferre frena concordia.i.ipſi concordes ferre frena iugo.i.ſub iugo aut coniugati:& ideo ait ſpes eſt pacis.nos precamur tum.i.poſtq̄ ſic locutus eſt numina ſancta ipſius palladis armiſone.i.arma concutere ſolite.vnde in armis ſonare dicitur que.ſ.pallas accepit nos ouātes ideſt letos more ouantium.prima.i.ante cetera numina: eo ꝙ ad eius templum appulſi ſumus:& nos velamus capita ſcilicet noſtra ante aras aut que erāt in templo:aut potius quas extruxerant littore:quia templum ingreſſi non ſunt. Vnde Donatus putat non aras fuiſſe: ſed loca in quibus habitant pro aris habita: amictu phrygio.i.troiano.Et nos adolemus.i.incendimus aut maturamus ſeu mature offerimus.rite.i.ex more & vt decet iunoni argiue.i.magne dicit Seruius ſed meo iudicio dicendū eſt argiue.i.argiuorū protectrici & ab argiuis illis culte:nam argiui ab argis dicūtur greci:vt in ſecūdo. Et iam argiua phalāx inſtructis nauibus ibat honores iuſſos.i.adorationem & ſacrificia iuſſa preceptis heleni:que ipſe dederat maxima.i.precipua.

Haud mora: continuo perfectis ordine votis
Cornua velatarum obuertimus antemnarum
Graiugenūq; domos: ſuſpectaq; linq̄mus arua.
Hinc ſinus herculei (ſi vera eſt fama) tarenti
Cernitur: attollit ſe diua lacinia contra.
Caulonîſq; arces: & naufragum ſcyllaceum.
Tum procul e fluctu trinacria cernitur æthna:
Et gemitum ingentem pelagi: pulſataq; ſaxa.
Audimus longe: fractaſq; ad littora voces:
Exultantq; vada: atq; æſtu miſcentur harenæ:
Et pater anchiſes (nimirū hæc illa charybdis:
Hos helen⁹ ſcopl'os: hec ſaxa horrēda cāebat) **Anchiſes]**
¶ Eripite o ſocij: pariterq; inſurgite remis.
¶ Haud minus ac iuſſi faciūt: p rimuſq; rudētē **Aeneas.**
Contorſit læuas proram palinurus ad vndas.
Læuam cuncta cohors remis ventiſq; petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite: & ijdem
Subducta ad manes imos deſcendimus vnda.
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere:
Ter ſpumā eliſam: & rorantia vidimus aſtra.

ASCEñ. ¶ Haud mora &c. Docet quomodo illinc prouecti p charybdin pteruecti ſūt: Vnde donat⁹. **Dona.** Socios: nam in cōmune vbi periculum eſt omnibus laborandū eſt hec ille. **Ordo.** ¶ Ordo eſt. Haud mora ſup.fit: & nos obuertimus.ſ.in pelagus: quia dictum eſt vela legunt ſocij. & proras ad littora torquent:continuo.i.illico.cornua antēnarum velatarum.i.velis indutarum: ſunt autē antemne a latere mali quaſi cornua aut brachia ſeu ale eius obuertimus dicit votis perfectis.i.poſtq perfecimus vota ordine.i.per ordinem.& nos linquimus domos graiugenum. pro graiugenarum.i.grecorū a grais aut in grecia genitorū:& arua ſuſpecta propter inhabitātes hoſtes: hinc.i.poſtq; hinc prouecti ſumus: ſinus.i.angulus maris:tarenti herculei.i.a phalanto qui octauus fert̄ ab hercule aucti:ſed priſco nomine nominari permiſſi(vnde licet taras ipſius conditor nomen dederit:aut tarentus heros vt quidā volunt:tamen quia phalantus herculeus ipſum auxit & eo coloniā duxit: poteſt & herculeum appellari:ſed quia Dyoniſius halycar.dicit a lacedemonijs conditum & alij ab alijs:dicit poeta)ſi vera eſt fama que.ſ.herculeū appellat a phalanto:cernitur.ſ.a nobis: & diua lacinia: ideſt templum lacinie.ſ.Iunonis que a conditore vel a lacinio latrone illic interempto ab hercule:lacinia dicta eo ꝙ locus in quo poſt expiationem templum factū eſt:lacinij appellationem habeat attolit ſe contra.i.ex aduerſo. & arces caulonis.ſ.oppidi quod & Caulonius dicitur& eſt in prima parte italiæ:de quo Beroaldum ſtatim videbimus. & Scyllaceum.ſ.oppidum naufragum ideſt piculoſum iuxta qđ ſepe fit naufragium cum ſint illic ſcopuli quales iuxta ſcyllam ſunt:attollit ſe contra aut cernitur hinc(verſus non eſt eo metro quo reliqui nam in quarto pede habet amphimacrum: id ē pedē triſylabum cuius media breuis inter duas longas eſt:nam naufragus mediā corripit. Vnde Perſius Cantet ſi naufragus aſſem &c. Sunt tamen qui nauifragum legere malint. In quinto autem ſpondeus eſt: qui verſus periculi vt quibuſdam videtur depingit iactationem & laborem)Tum ideſt deinde æthna trinacria.i.ſciliēſ'.cernitur e fluctu: & nos audimus longe gemitū.i.crepitū ingētē pelagi.i.maris & ſaxa pulſata.ſ.ab impetu aquarū:& voces aquarum fractas.i.colliſas & reuerberatas ad littora: Vñ addit.& vada.i.aque p quas vadere licet cū ſint minus pfunde ſed magis periculoſe.exultāt.i. frequēter exiliūt & erigunt: & harene miſcent̄ æſtu.i.feruore aquarū cōmotarū. Et pater anchiſes ſup.exclamat(ſed mirus artifex poeta in re trepida vt eam depingat verbū demere ſolet vt etiā hic(o ſocij eripite ſup. vos his periculis & inſurgite pariter.i.pari ictu remis vt.ſ.impetū aquarū in charybdim ducētiū ſuperēt:nimirum& nō eſt(inquit eneas)mirū ſi pater anchiſes tūc exclamabat:aut nimirū.i. quia certe hec ſup eſt illa charybdis quā ſup.helenus canebat & helenus canebat.ſ.vaticinādo;hos ſcopulos

ſupple

¶ Haud mora:conti.vnum vacat. Graiugenum:vt troiugenas:ſacrorum autem tantum cauſa hanc tetigit calabriā vbi dicitur Palladium a Diomede accepiſſe vel ab Vlyxe nam ambo rapuerunt. Herculei: deficiente populo laconibus propter aſſiduum cum athenienſibus bellum iuſſerūt. vt virgines vulgo proſtarent. Hinc incerta nata ſoboles cum ſibi & patrie eſſet opprobrio. Nam partheniatę appellabantur: accepto duce Palantho octauo ab Hercule nauigantes ad breue calabriæ oppidum deuenerunt:quod Taras Neptunni filius fabricauerat Id auxerunt ſed priſco nomine Tarentum appelarunt. Bene ergo herculei tarenti: ſi vera eſt fama:quod taras condiderat:& auxerat phalantus Attollit:quia propinquātibus aut recedere mōtes vidētur aut fugere. Lacinia templum Iunonis laciniæ a rege conditore:vt quibuſdam placet dicitur vel ſecundum alios a latrone Lacinio: quem illic Hercules interemit.& in hoc expiato loco templum Iunoni condidit.Caulonis caulon eſt mons calabrie: vt Hora & amicus caulon fertilis baccho: in quo oppidum fuit:quod ſecundum Hyginium:qui ſcribit de ſitu vrbium italicarum olim non eſt. Naufragum ſcyllaceum:periculoſum nauibus. Dictum ſcyllaceum vel a tractu vel a periculi ſimilitudine: nam inde ſcylla longe eſt. Et gemitum ingentem pelagi. videtur delatus primo ad fretum poſt ad æthnam reuerſus. Fractaſq;: nimias: vt fractos ſonitus imitata tubarum. Aeſtu miſcentur harenæ.deſcribit loca charybdi vicina quam eſſe credit ex periculi magnitudine. Saxa horrenda canebat: retulit ſe ad hiſtoriam. Nam pro ſcylla dicit horrenda ſaxa]. Eripite: de

SER. **Tarentū.** **Lacinia.** **Aulon apud Horacium legendū eſt nō caulon**

periculis

periculis deeſt vos. Leuas vndas: de ionio venientibus: aliter non procedit. Cuncta cohors: quia ſuperius dixit. Nos caſtra mouemus. Ad manes imos: poetica hyperbole: Scopuli clamorem: de hiſtoria vt ſupra diximus: hoc traxit. Vnde enim illiſę concauis ſaxis canum imitantur latratus Eliſam: Excuſſam vt Eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur. Rorantia aſtra: pro irrorata ideſt quæ irrorabantur a qua ſignificatione non eſt apud latinos participium. Sane hyperbole eſt.

ſupple horrendos & hęc ſaxa horrenda ſcilicet ipſius ſcylle. Socij faciunt haud ideſt non minus. hoc eſt tãtum ac ideſt quam ſeu quantum erant iuſſi & Palinurus contorſit primus rudẽte ideſt fune quo vela diriguntur (aut ſi legatur rudentem erit adiectiuum vt ſit proram rudentem ideſt multum ſonantem inter ſaxa) cõtorſit ergo aut rudente ideſt fune: aut prorã rudentem. i. ideſt multum ſonantem ad vndas leuas ideſt ad leuam. hoc eſt ſiniſtram iacẽtes ad charibdim videlicet cuncta cohors ideſt tota alia claſſis petiuit remis & ventis: ideſt toto conatu (vnde prouerbiale eſt quoties aliquid toto conatu fit id remis & ventis fieri) leuam ſupple partem: nos tollimur ideſt erigimur in cœlum (hyperbole eſt) & hoc gurgite. i. globo aquarum curuato ideſt in fornicem ſeu arcum erecto: & ijdem ideſt nos ijdem qui pauloante in cœlum ſublati eramus deſcendimus ad manes. i. inferos: imos ideſt ꝓfundos. & hoc vnda. i. aqua ſubducta. i. abſtracta nauibus noſtris. cũ enim hic erigit̃ illic deprimit̃ ſcopuli. i. rupes ſaxoſe in aqs: dedere ter clamorẽ. i. vehementem fragorem inter ſaxa caua. i. cõcaua, aut impetu aquarum excauata. & nos vidimus ter ſpumam eliſam. i. excuſſam & vi expreſſam & aſtra rorantia ideſt eſt irrorata & aquis ſparſa: oĩa aũt hyꝑbolicos dicunt̃ ad ſignificandã nimiã vehementiã aquarũ cõmotarũ ad charybdim. Beroal. in Seruiũ verba ſunt hęc. Si verſum horatianũ ita legerem⁹ vt allegat̃ a Seruio ꝑuaricabimus normã ſaphici carminis qđ in penultimo pede exigit trocheũ: ideoq̃ legendũ eſt amic⁹ aulon: & ita in emẽdatis codicib⁹ legit̃: eſt aũt Aulon mõs calabrie cõtra tarentinã regionẽ vt Porphirio ſcribit. Ferax boni vini: de quo intellexit Martialis celebrãs vinũ tarentinũ. Nobilis & lanis & baccho fertilis aulon. Enimuero apud Vergiliũ caulõ legit̃: & accipit̃ ꝓ oppido: qđ a Ply. collocat̃ in prĩa regiõe Italię: & Stra. in. vi. cauloniã appellat cui adſtipulat̃ mela ĩ geographia vt ego aĩaduerti: & ĩ hyſtoria potiſſimũ labit̃: Serui. ac paꝝ curioſ⁹ eſt: nã cũ originẽ tarẽti referre vellet: dixit bellũ ĩter Atheniẽſes & Lacedemonios fuiſſe cõflatũ: qđ a fide hyſtorię penit⁹ diſſentit cũ bellũ illud ĩter Lacedemonios & Meſſenios ꝑ multos annos geſtũ fuerit: q ppl'i ſunt ĩ pelopõneſo atq̃ cõtermini: & originẽ tarẽti referẽs. Stra. iſtud copioſiſſime narrat. Ephorus quoq̃ & Iuſtinus idem tradiderunt.

Aulon.
Caulon.

¶ Interea



Interea feſſos ventus cum ſole reliquit.
Ignariqꝫ viæ cyclopum allabimur oris:
Portus ab acceſſu ventorũ immotus: & ingens
Ipſe: ſed horrificis iuxta ſonat ethna ruinis.
Interdumqꝫ atrã prorumpit ad æthera nubem:
Turbine fumantem piceo: & candente fauilla
Attolitqꝫ globos flammarũ: & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos auulſaqꝫ viſcera montis
Erigit eructans: liquefactaqꝫ ſaxa ſub auras.
Cum gemitu glomerat: fundoqꝫ exæſtuat imo.
Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac ingentemqꝫ inſuper æthnam
Impoſitam ruptis flammã expirare caminis.
Et feſſum quoties motat latus intremere oẽm
Murmure trinacriã: & cœlũ ſubtexere fumo.
Noctem illam tecti in ſyluis immania monſtra.
Perferimus: nec quæ ſonitũ det causa videmus
Nam neqꝫ erãt aſtrorũ ignes: nec lucidus ethra
Syderea polus: obſcuro ſed nubila cœlo:
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

Aſcen. ¶ Interea feſſos &c. Docet quõo in cyclopas incidit q dicunt in cicilia nõ longe ab ethna mõte habitaſſe: quo circa etiã deſcribit ethnã: ſed vt Macrobius ſentit minus docte ꝙ Pindarus verũ landinus partes maronianas viriliter defendit: docetqꝫ nõ vitioſum eẽ ſi plura dixerit poeta ꝙ a Pindaro dicta iuenerit: Nã licet prudenter dixerit Pindarus ꝙ iterdiu fumus & noctu flamme videant nõ tñ imprudenter poeta noſter addit iterdiu etiã flãmas candẽtes videri vt vehementiã ardoris ſignificet. ad quã ſignificandã dicit interdũ ſcopulos auulſaqꝫ viſcera mõtis erigit eructãs: q̃ res inqt Landinus a natura nõ abhorret licet a pindaro non dicat cũ videamus magnos lapides a machinamẽtis bombardis vulgo dictis eijci. Ad has aũt oras dicit ſe noctu appulſum qđ prudẽter aſtruit: ne mirũ ſit ꝙ a cyclopib' nõ ſit dep̃henſus. Cyclopes aũt gygãtes erãt filij Neptũni a cyclo .i. orbe circulari oculi ingẽtis quẽ vnũ in media frõte habuiſſe perhibent dicti. Donati ſup hac re verba ſunt hæc. Fama eſt: recte inducit Aeneã in his quę fabuloſa erãt dicentẽ fama eſt: ne ſe autorẽ rerũ impoſſibiliũ faciat. Ordo eſt. Ventus reliquit interea cũ ſole .ſ. relinquente qa occidente nos feſſos .i. fatigatos labore remigãdi & nos ignari vie allabimur .ſ. cũ defluxu aquarũ oris .i. ad oras: hoc eſt regiones cyclopũ illorũ gigantium vnum oculum in fronte habentium. Portus .ſ. ad quem acceſſimus ſup. eſt immotus .i. quietus & non ſollicitatus nec turbatus ab acceſſu ventorũ: & eſt tamẽ ingẽs .i. valde magnus: ipſe quidem ſup. eſt immotus: ſed æthna mons ille ſicilie ſonat iuxta .i. ꝓpe ip̃m portum: ruinis .i. rupturis & eructationibus flãmarum & lapidum ſemuſtorũ horrificis ideſt horrorem facientibus ſeu incutientibus: his p̃ſertim qui cauſas ignorant: & prorumpit .i. rũpendo aut ructando ꝓijcit interdũ ad ęthera .i. ſummũ aera nubẽ atram quia fumoſam hoc eſt (quod addit) fumantem turbine .i. impetu fumi exuperantis piceo .i. qualis de pice exuſta procreatur & fauilla .i. modica flamma: cãdente .i. reſplendente inter fumum: & attollit .i. erigit globos flammarum: & lambit .i. molliter attingit flammis ſuis: ſydera ſecundũ opinionem vulgi id videntis aut hyperbolicos loquitur: & erigit interdũ ſcopulos .i. ſaxa & viſcera mõtis .i. lapides ſeu ſaxa auulſa .ſ. a ceteris quibus coherebant: erigit dicit eructans .i. eijciens quaſi ex ſtomacho vt faciũt eructantes: & glomerat ideſt in morem glomeris circũuertendo rotat: cũ gemitu .i. vehementi crepitu: ſub auras .i. ſurſum in auras. ſaxa liquefacta .i. reſolutavi ſulphuris & ignis: & exeſtuat .i. ęſtũ exhalat ex fundo imo .i. de penetralibus ſuis. Fama eſt (non ergo affirmat id eneas vir grauis) corpus Enceladi illius gigantis in bello gigãteo a Ioue cum cæteris deuicti: ſemuſtum .i. ſemiſtũ & ad dimidium abſumptũ: fulmine: quo Iuppiter in gygantes vſus eſt vrgeri ideſt opprimi: hac mole ideſt immenſo pondere montis & æthnam montem illum ingentem ideſt magnum: impoſitam inſuper ideſt poſtquam illic ſepultus erat viuus expirare ideſt euaporare & quaſi exhalare flammam & hoc caminis ideſt fornacibus aut fumarijs ruptis: & omnẽ trinacriam ideſt totam Siciliam: itremere ideſt intrinſecus & multum tremere: quoties enceladus: motat .i. mouet & obuertit: latus .ſ. ſuper quod recubuerit: feſſum ideſt fatigatum & laſſum: intremere dico: murmure .i. perturbatione &

Dona.

Ordo.

SER. ¶ Ventus cum ſole. ventorum enim mutatiõe neceſſe eſt fieri oriente die: vel occidente. Ignariqꝫ viæ cyclopum allabimur oris: vt Seruatum ex vndis ſtrophadum me littora primũ accipiunt. Similis enim eſt ſonus. Cyclopum clo. habet accẽtum quia latina declinatio eſt in accuſatiuo: qa græce poſuit cyclopas cy. habet accentum ſic & cyclopes clo habebit. Tonat æthna ruinis: cauſa huius incendij ſecũdum Vergilium æthne eſt hæc Sunt terræ deſudantes ſulphur. vt pene totus tractus campaniæ vbi eſt veſeuus & Gaurus montes quod indicat aquarum odor calentium. Item nouimus ex aquæ motu ventum creari. Eſſe etiam cõcauas terras æthnam conſtat & ab ea parte qua eurus vel africus flant habere ſpeluncas & plenas ſulphuris: & vſqꝫ ad mare deductas. hę ſpelunce recipientes in ſe fluctus ventum creant qui agitatus ignem gignit ex ſulphure. Vnde eſt quod videtur incendium. Hoc autem eſſe verum illa cõprobat ratio quia & alijs flantibus ventis nihil ex ſe emittit: & pro modo flantium euri vel africi interdum fumum interdum fauillas: nonnunꝙ vomit incendia: quod & hoc loco oſtendit: nam effectum indicans ſupprimit cauſas. Prorumpit nubem: poetica deſcriptio: nam non dicimus prorumpo illam rem. Candente fauilla: ſcintillis & eſt bona periphaſis. nam fauilla eſt ſcintilla ab igne deſerta. Viſcera ideſt partes ſic dixit: vt oſſa terræ dicimus. Eructans: Cicero. Eructans ſermonibus ſuis cædem bonorum. Horatius vſurpauit Hic dum ſublimis verſus ructatur. Liquefacta: putrida decocta in modum calcis. Imo ab imo: & reddit cauſam latenter. Inde enim ventus ex aqua natus erumpit: Fama eſt: excuſat fabulam dicturus: nam ſi in phlægra loco Theſſaliæ pugnarunt gigantes quomodo Enceladus in Sicilia. Othus in creta ſecundũ Salluſtium: vnde Othi campi dicuntur: Typhœus in campania: vt inaryme iouis imperijs impoſita typhæo: ſed Varro dicit in diluuio aliquos confugiſſe in montes qui bello poſtea laceſſiti ab his qui de alijs veniebant montibus. facile ex locis ſuperioribus vicerunt: inde fictum: vt dij ſuperiores dicerentur. Inferiores vero terrigene. Et qa de humillimo ad ſumma reptabant: dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpẽtes. Semuſtum:

Aethnæ incendiũ.

Fauilla.

Phlægra Giganteũ bellum.

muſtum:pro ſemiuſtum:ſic autem ponitur veluti ſemiani mis ſit Enceladus: vnde eſt Motat latus & eſt quaſi ex ful mine natū ſit incendiū. Camin⁹: Caminis gręcum eſt latine fornax: Motat frequenter mouet. Nam ſi mutat dixeris das refectionem labori. Noctem:melius per accuſatiuū dixit. Videmus vel mente vel oculis: Aethera.ſplendorem ætheris ſane Home. ætherem & aerem communis generis poſuit. Intempeſtum. Ergo poteſt eſſe æthra pro æthere. Intempeſta media:hoc eſt nimiū obſcura. Intempeſta eſt dicta nox media inactuo ſa carens actibus per quos tempora cognoſcimus. Ait em̄ Lucretius tempus nō intelligi niſi per actus humanos: Medium autem noctis tempus caret actu. Ergo itempeſta inactuoſa quaſi ſine tempore hoc eſt ſine actu: per quem dignoſcitur tempus. Vnde eſt intempeſtiue veniſti. ideſt αχρονυχοσ. Ergo intempeſta patet:quia caret tempore.

ne & crepitu vehementi:& ſubtexere.i.ab inferiore parte occulere cœlū fumo:quē.ſ.tūc emit tit. Nos tecti in ſyluis(qđ veriſile facit vt qui dep̄henſi nō fuerint a cyclopib⁹)pferrimus illam noctē.ſ.totā q̄ lōga erat:mōſtra.i.res q̄ pre ter naturā fieri videbant & quarū cās ignoraba mus qđ addit dicēs. Nec videm⁹.i. cognoſcimus aut pcipimus q̄ cā det ſonitū.ſ.tā vehemē tē. Nā neq; erāt ignes aſtrorū: nec polus erat lu cidus ethra.i.ſplēdore ſyderea.i.ſyderum coru ſcantiū:dū em̄ fulgura & coruſcationes ſine to nitru fiūt:ſolet eſſe clara ſerenitas: que tūc non erat:ſed nubila ſup.erant in cœlo.i. aere obſcu ro.i.caliginoſo & tenebroſo:& nox intempeſta i.ad nullū opus tēpeſtiua: tenebat lunā in nim bo.i.nube circūuoluta in morem nimbi.



Poſtera iamq; dies primo ſurgebat eoo:
Humentēq; aurora polo dimouerat vmbram:
Cum ſubito e ſyluis macie confecta ſuprema:
Ignoti noua forma viri:miſerandaq; cultu
Procedit:ſupplexq; manus ad littora tendit.
Reſpicimus:dira illuuies:immiſſaq; barba.
Conſertum tegmen ſpinis:at cætera graius:
Et quondā patriis ad troiam miſſus in armis:
Iſq; vbi dardanios habitus: & troia vidit
Arma procul:paulū aſpectu cōterritus hæſit.
Continuitq; gradū:mox ſeſe ad littora p̄ceps
Achemenides. Cum fletu precibuſq; tulit[per ſydera teſtor:
Per ſuperos:atq; hoc cœli ſpirabile lumen:
Tollite me teucri:quaſcunq; abducite terras.

Hoc ſat

ASCEn̄: Poſtrema &c. recitat quomodo illic poſtero die achemenidē gręcū quēdā ab vlyxe illic derelictū offenderit: vtq; ab illo factū Vlyxis & ſeuitiam polyphemi ceterorūq; cyclopum edo Donatus: cti:illinc feſtini effecti ſint. Vn̄ Dona. dicit ſic Ignoti noua.f.non idem eſt ignoti & noua for ma. Nam noua forma ptinet ad id qđ infra de cultu & eius ſordibus dicet: ignoti aūt quē reuera neſciſſent Reſpicim⁹ qa nō audiebat vox rogātis. Immiſſa vltra modū grandis. Cōſertū: concinatū ſpinis:nō em̄ textum erat ſpinis:ſed ſpinis fruſta pannorū cōtinentibus cōſertū illius fuerat tegmen. Ad troiā: gratū troianis q̄ talē viderent inimicum. Mox vbi metum vicit neceſſitas. Per ſydera teſtor:cū pcul eſſet ſe geſtu ſupplicem exhibuit mox ppinquus factus preces adhibuit & lachrymas. Confitetur originem: vt miſericordiam captet. Spargite. in partes ſcilicet diuiſum quod ne fieret crudelitas facti deſcripta eſt. Si pereo oſ̄dit male viue re. Nā ſi peo dixit & nō cū piero. Et genua am plexus:ad p̄ces adhibet obſequiū corpis. Fari: Fari. fari & fateri differunt. Nam fari eſt ſimpliciter

aliqd

Fateri.
Ordo.

aliquid referre. Fateri aūt ex neceſſitate quę ſecreto contingunt publicare. ❡ Ordo eſt. Dies poſtera.i. poſtridie ꝙ acceſſimus oriens ſurgebat primo eoo.i.a primo oriente (vnde patet diem diſcretū a nocte etiā feminini generis reperiri: vt hic & in qnto) & aurora.i. tempeſtas matutina: dimouerat polo.i. a cœlo vmbram humentē.i. noctē humidā aut cū humore inūbrantē. eſt em̄ nox vmbra terre (Seruius dicit eſſe hyſteron ꝓteron in ſenſu.i. poſterius factū prius narratū mutato ordine: ſed ſi diligenter annotaſſet vba poete nō id diceret: nā verum qdem eſt ꝙ ante ſit aurora ꝙ̄ dies: ſed id expſſe ſignificat poeta dicēs ꝙ dies ſurgebat.ſ. adhuc & ꝙ aurora dimouerat non ꝙ dimouebat noctem & ita ſignificat auroram partes ſuas priorem feciſſe) iāq; due ſunt ꝑticule: vt ſit & dies ſurgebat & aurora dimouerat vmbrā &c. iā cū ideſt qn̄: forma viri ignoti noua & miſeranda cultu.i. ꝓpter cultū: ꝓcedit ſubito e ſyluis cōfecta.i. exhauſta & afflicta macie ſuprema.i. ſupra quā maiorē ferre nequeat: ꝓcedit dicit & ipa forma: aut ipe vir ſupplex: tēdit man⁹ ad littora.i. ad nos q eram⁹ in littore Reſpicim⁹ ſup. eū aut eā: & videm⁹ ſup. ꝙ erat illi illuuies.i. ſordes aut poti⁹ igluuies gutturis ꝓpter famē dira ideſt immanis quaſi deorū ira immiſſa: & barba immiſſa.ſ. in illuuiē gule aut in pect⁹ demiſſa & inculta: tegmen.i. indumentū quo tegebatur ſup. erat cōſertū ſpinis poſt ꝙ̄.ſ. fila putruerant: at.i. ſed erat ſup. graius.i. grecus cętera.i. ꝑ cętera aut in ceteris & miſſus quondā.i. aliqn̄ ad troiā: in armis patrijs.i. patrię ſue aut paternis. id aūt non viderūt: ſed poſtea didicerūt ipo narrāte: iſq;.i. & is vbi.i. poſt ꝙ̄ vidit ꝓcul.i. de longe: habitus dardanios.i. troianos & arma troia.i. troiana inſignia: ipe heſit.i. fixit gradū aut dubitauit paulū.i. modicū & parūper cōterritus aſpectu.ſ. hoſtiū & continuit gradū.i. ſubſtitit: & tulit ſe mox.i. paulopoſt exiſtens preceps.i. precipiti curſu impulſus: ad littora.i. ad nos qui eramus in littore: cū fletu & ꝑcibus.i. flens & precans: ꝑcatus aūt eſt in hunc morē: ego o teucri.i. troiani: teſtor.i. obteſtor vos ꝑ ſydera: ꝑ ſuperos ſcilicet deos: atq; hoc lumen cœli ſpirabile.i. vitale quod ſpm̄ vitalē aīantibus tribuit.i. ꝑ eū quem videmus oriri ſolem: obteſtor & obſecro vos: tollite.i. auferte me hinc.ſ. & abducite me ſup. in quaſcunq; terras hoc.ſ. ꝙ me tolletis & auferetis hinc: erit ſat.i. ſatis: ego ſcio.i. fateor me vnū e claſſibus.i. eqtum ordinibus: danais.i. grecanicis & fateor petijſſe.i. appetijſſe & inuaſiſſe penates iliacos.i. res troianas aut deos domeſticos troianorū: ſed bello.i. iure belli: ꝓ quo.ſ. facto aut bello ſi iniuria noſtri ſceleris.i. quā ſcelere noſtro in vos commiſimus eſt tanta: vt.ſ. tolli nō merear: ſpargite me in fluctus: & imergite me vaſto ponto: & ſi dicant cur tute id nō facis. dicat forſan quia religio vetat ſibi mortem conſcire. At ſi percunctent̄ cur mortem talem deſideret: Rn̄det quia iuuabit.i. delectabit me perijſſe.i. extinctū eſſe ſi pereo manibus hoīm & nō monſtrorū nec dira fame. Dixerat.ſ. Achemenides.i. finiuerat ſermonem ſuum & amplexus genua.ſ. noſtra in qbus putatur ſedes miſericordiæ eo ꝙ ſuſcipientes in gratiā ea flectunt dum ſe inclināt: & volutans genibus ſup. ſuis in quibus incumbebat repens aut volutans herebat genibus noſtris: ſed prior conſtructio preſtat. vt genibus troianorū honorē & ſuis abiectionē fecerit: hęrebat.i. adherebat aut fixus manebat. Nos hortamur fari qui ſit (non dicit quis ſit propter s literam: ſicut nec ibi. Attamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis) & quo ſanguine cretus. ideſt procreatus ſit: & fateri deinde: quę fortuna agitet.i. impellat eum ad talia facienda. Ipſe pater Anchiſes (alludit ad id quod priamus Sinoni fecerat vnde eſt ipſe iubet priamus &c. Habet aūt emphaſim pronomen ipſe & ſimul oſtēdit ſe piū a pio patre ꝓgenitū) moratus haud.i. non multa.i. multū aduerbiū ꝓ noīe (& id in augmentum beneficij dicitur: quia q cito dat duplex dat beneficiū) dat iuueni dextram in ſignū auxilij & beniuolentię atq; firmat animū.ſ. eius pignore.ſ. fidei: ꝑſenti.i. ꝑſentato: data.ſ. extra.

S litera.

Hoc ſat erit. ſcio me danais e claſſibus vnum:
Et bello iliacos fateor petijſſe penates:
Pro quo ſi ſceleris tanta eſt iniuria noſtri:
Spargite me in fluctus: vaſtoq; imergite ponto:
Si pereo manibus hominum: perijſſe iuuabit.
❡ Dixerat & genua āplex⁹: genibuſq; volutās: Aeneas.
Hærebat: qui ſit fari: quo ſanguine cretus
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna fateri.
Ipſe pater dextrā anchiſes haud multa morat⁹
Dat iuueni: atq; animū ꝑſenti pignore firmat.

❡ Aurora polo dimouerat vmbram. Hiſteron ꝓteron in ſenſu. Ante enim aurora eſt ꝙ̄ dies. Forma: bene dixit formā & non hoiem: Illuuies: ſordes. Conſertū ſpinis: ligatum ſpinis: hinc Teren. Video quendam ſentum. Graijs: habet enim vna queq; gens inceſſus & vocem ꝓpriam. Ad troiā vt ex confeſſione ſubſequenti hoc dicit: aut græcum eſſe cognoſcit ex trepidatione: vt Teren. neſcio quid peccati portet hæc purgatio. preceps: ſine reſpectu ſalutis. Teſtor obteſtor. Spirabile vitale quod ſpiramus. Cice. vero in li. de natura deorum: ſpiritabile dixit. Quaſcūq;. cōparatione eorū que fugit non cogitat quo eat. Hoc ſat erit: vitaſſe cyclopas. E claſſibus: ex eqtribus: vt & ortygę claſſes. Perijſſe: cā metri addidit ſyllabam vt nos abijſſe rati & vento petijſſe mycenas: Tanta: vt non poſſit fortune preſentis qualitate molliri. Spargite: hoc eſt dilacerate: & noua breuitate vſus eſt. Hominū manib⁹ oblique loqtur. Vult em̄ oſtendere hāc hoīs nō eē crudelitatē. Genua: phyſici genua miſericordie cōſecrata volūt: vt aures Memorię: Frontē genio: dextrā fidei. Quis: cuius filius: nā ſe grecū iam dixerat: & ipſe ſic rn̄det. Agitet fortuna: hortamur fateri quę eū fortuna vexet: vt agitataq; numina troię. Haud multa moratus: nimię benignitatis eſt nō expectare plurimas ꝑces. Preſenti pignore. manuū cōiunctiōe qua firmat̄ amicicia: vt iungimus hoſpitio dextras ac tecta ſubimus.

SER.

Genua & cętera mēbra conſecrata.

ASCEñ.
Dona.

❡ Ille hęc &c. recitat longā rn̄ſionem eius hoīs quē ſuſcepāt. Vn̄ dt Dona. ſic. oblit⁹ ve ſui oēs nos vehemēter turbati ſum⁹: ſol⁹ Vlyxes natura callid⁹ & vſu & igenio īſtruct⁹ tāte crudelitatis viſu deterrit⁹ nō eſt: nec ē oblit⁹ ſui.i. nō ꝑdidit ſuā iduſtriā. Nā ſimul explet⁹: oīa ſigna poſuit bellue occaſionē ad cędē ꝑbentis: dederat aūt cōſiliū vlyxes: vt vnicū illi oculū excecaret ſed hoc ꝑiculoſum fuit ꝙuis dormiret ſepult⁹ Ergo ꝑcati ſunt numina. Et qm̄ non idē ꝑiculū erat oībus varias corꝑis partes tenentibus eas

inter

Ille hæc depoſita tandem formidine fatur.
❡ Sum patria ex Itacha comes infelicis vlyſſi Achęmenides.
Noīe Achæmenides: troiā genitore adamaſco
Paupe (manſiſſetq; vtinam fortuna) profectus.
Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt
Immemores ſocij: vaſto cyclopis in antro.

Deſeruere

Deſeruere:domus ſanie dapibuſq; cruentis:
Intus opaca ingens:ipſe arduus:altaq; pulſat
Sydera:dij talem terris auertite peſtem.
Nec viſu facilis:nec dictu effabilis vlli.
Viſceribus miſerorum:& ſanguine veſcit̃ atro
Vidi egomet:duo de numero cũ corpora nr̃o
Prænſa manu magna:medio reſupin⁹ in antro.
Frangeret ad ſaxum:ſaniæq; experſa natarent
Limina:vidi atro cum mẽbra fluentia tabo
Mãderet:& trepidi tremerẽt ſub dẽtib⁹artus.
Haud impune quidẽ:nec talia paſſus vlyſſes:
Oblituſue ſui eſt ithacus diſcrimine tanto:
Nam ſimul expletus dapibus:vinoq; ſepultus:
Ceruicẽ inflexam poſuit:iacuitq; per antrum
Immenſum:ſaniem eructans:& fruſta cruento
Per ſomnũ cõmixta mero:nos magna precati
Numina:ſortitiq; vices vna vndiq; circum
Fundimur:& telo lumen terebramus acuto.
Ingens quod torua ſolum ſub fronte latebat
Argolici clypei:aut phœbeæ lampadis inſtar:
Et tandem læti ſociorum vlciſcimur vmbras.

SER. ¶ Sum patria ex itacha: & circunſtantias omnes exequitur loci perſonę temporum. Infœlicis: querit fauorem vituperatione eius quem ſcit odio eſſe troianis. Paupere: paupertas enim apud antiquos militię cauſa fuit: vt de Sinone diximus. Vtitur veniali ſtatu per excuſationẽ. Trepidi: ergo propter timorem & non propter contemptum: & cauſam timoris oſtendit fuiſſe polyphemi deſcriptione. Nec viſu facilis: Nam etiam aſpectu infert formidinem. Nec dictu effabilis vlli: ſermone non explicabilis: & mire exaggerauit poſt deſcriptionem. Viſceribus: viſcera proprie carnes ſunt. Atro: hoc eſt ſanie. Duo. Homerus dicit quatuor: qui etiam ſcribit Aeneam prius q̃ vlyxem ad ſiciliam veniſſe. Ergo vel diſſentit: vel dicit duos vidi: ſed quot occiderit neſcio. Reſupinus: magnitudo virtutis oſtendit̃. Experſa: madefacta. Si aũt aſperſa dicatur: tapinoſis & hyperbole iungent̃. Tepidi. q. d. adhuc viui: & non trepidi: ne ſit iteratio. Vlyxes: ſolo nomine emphaſim fecit: vnde eſt oblitus ve ſui eſt ithacus. Ithacus itachenſis. Sepultus. ſtratus iacuit. Immenſum: ad polyphemi magnitudinem refertur quaſi toto antro iacuerit. Fundimur ſecundũ Homerũ: q dicit alios eum tenuiſſe: alios cęcaſſe oculum acuto fuſte & obuſto. Nã ſecundũ iſtũ ſenſum multi terebram⁹ accipiũt: alij tenebramus legũt. Illud primum ſeq̃tur verba homeri. Telo aũt acuto põt & ſimpliciter accipi. Solũ ſub frõte la. Multi Polyphemũ dicunt dicunt vnũ habuiſſe oculũ. alij duos: alij tres. ſed totũ fabuloſum eſt. Nã hic vir prudẽtiſſimus fuit. & ob hoc oculũ in capite habuiſſe dicit̃. i. iuxta cerebrũ: q prudentia plus videbat. Verum Vlyxes eum prudentia ſuperauit & ob hoc eum fingitur obcęcaſſe: Latebat dormientis eſt. Nam male ſentit Donatus dicens. Late patebat: quia contra metrum eſt: aut latebat corpis comparatione: ſed prior ſenſus abſolut⁹ eſt. Argolici clypei & Phœbeę lampa. in vnũ magnitudinis eſt: aliud ſplendoris. Phœbeæ: & a luna & a ſole eſſe poteſt.

polyphemus.

ĩter ſe ſortiti ſunt. Ordo eſt. Ille videlicet Achemenides fatur tandẽ hęc & hoc formidine depoſita poſtq̃. ſ. dextrã prebuerat anchiſes. Ego ſum ex Itacha patria comes vlyxi ĩfœlicis. qa capta troia iam ſeptẽ annos errauit nec reditũ in patriam inuenire poteſt: id autẽ dicit in gratiam troianorum Achemenides nomine: & ꝓfectus ſum troiã a damaſco genitore paupe: qui ſcilicet pauptate coactus me in arma miſit qđ & Sinon in ſecũdo dixit: & vtinã fortuna manſiſſet: vt. ſ. modo non miſerior ſim capta troia q̃ prius cũ eſſet capienda: aut vtinã non eſſem ditior effect⁹ ex ſpolijs troianis: & troia adhuc ſtaret: quia tunc in has miſerias non deueniſſem. Socij ſcilicet mei reliqui comites vlyxis trepidi ideſt feſtini pre timore: & ita immemores ſcilicet mei: dum linquunt crudelia limina ideſt antra Polyphemi crudelis deſeruere me hic ideſt in hac inſula: in vaſto ideſt valde amplo antro cyclopis. ſ. Polyphemi: domus ſup. cuius eſt intus opaca & ingens ſanie. i. corrupto cruore & dapibus cruẽtis. i. cruore aſperſis. Ipẽ ſ. cyclops Polyphem⁹ eſt ſup. ardu⁹ & pulſat. ſ. vertice ſuo: alta ſydera qđ ex terrore hoĩs dicitur ꝑ hyperbolem. O dij auertite talẽ peſtẽ. i. tã truculentum aſpectum hominis aut tãtam perniciem: terris. ſ. reliquis ad quas venturi eſtis aut terris oĩbus cũ ſit inferno potius debita qa nec eſt facilis vlli viſu. i. vt videat̃: hoc eſt tã terribilis eſt vt difficile ſit eã peſtẽ: aut eũ cyclopẽ videre: nec eſt effabilis. i. explicabilis vlli dictu ideſt dum de eo qs loquit̃: hoc eſt cũ terrore videtur & cũ hotrore de eo fit ſermo: qa veſcit̃ viſceribus miſerorũ. ſ. hoĩm dep̃henſorũ: & ſanguine atro. i. iam concreto aut ſanie ipſa. Egomet. i. ego ipſe vidi. i. aſpexi & p̃ſens eram cũ. i. qñ: ipſe reſupinus. i. ꝓſtratus more canũ: in medio antro frangeret ad ſaxum duo corpora de noſtro numero (Homer⁹ aũt dicit quatuor: ſed põt fieri vt nõ oĩa viderit: & vt pauciora q̃ viderit dixerit vt fidẽ dictis ſuis faciat) prenſa. i. cõprenſa magna manu: quanta eius eſt: & vidi quũ limina natarent. i. inundarent̃ expſa ſanie ideſt ſanguine corrupto: & vidi cum. i. qñ ipſe manderet. i. maſticaret & dentibus frangeret mẽbra. ſ. miſerorũ ab eo cõprehenſorũ: fluẽtia ideſt madẽtia: atro ſanguine: cũ artus tepidi. i. ſemicalidi adhuc tremerent. i. reſilirent adhuc ſub dentibus. ſ. eius: quidem. i. certe: haud ideſt non impune. i. non ſine vindicta & punitione: nec vlyxes eſt paſſus talia ſup. fieri impune: ve ꝓ vel ipſe Itachus. i. itachẽſis vlyxes ſup. haud ideſt nõ: eſt oblitus ſui. i. ſalutis ſue nec induſtrie ſue: in tanto diſcrimine. i. periculo: nam ꝓ quia ſimul. i. ſtatim aut cõtinuo poſtq̃ ipẽ Polyphemus expletus dapibus: & ſepultus vino poſuit. i. reclinauit ceruicem inflexã & iacuit ꝑ immẽſum antrum eructans ſaniem & fruſta. i. fragmenta carnis ꝑ ſomnũ. i. inter dormiendũ mero cruento. i. vino ſanguinolẽto: hoc eſt ſanguine confuſo: nos p̃cati magna numina & ſortiti vices ideſt officia viciſſim tenendi aut occupandi membra eius: circumfundimur vndiq; vna ideſt ſimul & vno impetu: & terebram⁹ ideſt perforamus & effodimus lumen ideſt oculum vnũ telo acuto ideſt fuſte ficulno acuto & obuſto: lumen dicit qđ ſolum ideſt vnum (qa nõ niſi vnum habebat oculum) latebat ingẽs ideſt exiſtẽs valde magnum: ſub fronte torua ideſt terribili & immiti: latebat dixi exiſtẽs inſtar. i. in ſtatũ & formã clypei argolici. i. græcanici: aut lampadis. i. globi lucentis: phœbeę. i. aut ſolis aut lune nã ſol phœb⁹ dr̃ & luna phœbe: nec vult dicere tm̃ fuiſſe q̃ti ſũt ſol & luna: ſed q̃ti nobis appent & nos lęti. ſ. de ſucceſſu: vlciſcimur tãdẽ vmbras. i. mães a corpib⁹ vi expl'ſos ſocioꝝ. ſ. nr̃oꝝ quos ipẽ occiderat & d'uorauerat

Ordo.

Sed fugite

Sed fugite o miſeri: fugite: atq; ab littore funẽ
Rumpite.
Nã qualis quãtuſq; cauo Polyphemꝰ in antro
Lanigeras claudit pecudes: atq; vbera preſſat:
Centũ alij curua hæc habitant ad littora vulgo
Infandi cyclopes: & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent:
Cum vitam in ſyluis inter deſerta ferarum
Luſtra domoſq; traho: vaſtoſq; ab rupe cyclopas
Proſpicio: ſonitũq; pedum: vocemq; tremiſco
Victum infœlicem bacchas: lapidoſaq; corna
Dant rami: & vulſis paſcunt radicibus herbæ.
Omnia colluſtrans: hanc primum ad littora claſſem
Conſpexi venientem: huic me quæcunq; fuiſſet
Addixi. ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.
Vos animã hãc potiꝰ quocũq; abſumite læto.

ASCEñ. ❡ Sed fugite &c. Poſt narrationem malorum opportune monet phrygios ne ſimile malum incurrãt aufugere: quo facto meretur gratiam ab eis. docetq; ſe non inſidiatorem eſſe qualis fuiſſet fortaſſe creditus ſi inuitaſſet ad inſulam accedere: nam facile eſt perſuadere id quod volumus cupientibus. Sane: ſunt qui dicant poetam noſtrum principi poetarum Homero morem geſſiſſe qualem aiũt (Lubet ẽm interdum nugari) duos ſcurras feciſſe: quorũ alter vnde veniret & quid viderit interrogatus dixit ſe Roma venire ꝑ rhenũ: illicq; incendium incredibile rheni vidiſſe: at poſtridie in tenebras incidiſſe meridianas quales poſt xp̃i mortem nemo viderit eaſq; alis ignote auis factas atq; id genus (ne longus ſim) multa. Alter vero idẽ interrogatus dixit ſe quoq; Roma venire atq; ꝑ rhenũ ſed vno die tardiꝰ illuc aduenisse interrogatus de aduſtione rheni rñdit ſe eã nõ vidiſſe ſed piſces aſſos ante oẽs domos expoſitas & de aue ꝑnegauit ſe quoq; eã vidiſſe ſed oẽs mortales cõcurriſſe ad congerenda ligna ꝓ oui vnius ab aue illic poſiti condenſatione faciẽda per concoctionem quo tandem rupto ait ſe genuũ tenus in albumen ingreſſum atq; ita mutuas partes ꝑſtiterunt quõ Maro que Homerus dicit de vlyxe quẽ in Leſtrygonas & cyclopas incidiſſe aſſerit non dicit ſed ſocium eius inuentum ab ęnea poſtq̃ illinc abiuerat verũ id artis eſt ſumme de rebus notis loqui iuxta fidem & ſententiam illorum qui de illis ſcripſerunt. Sed audiamus donatum cuius verba ſũt pauciſſima: qa ab hiſtoria res dependet videlicet Addixi hoc conſilio ad vos veni melius eſſe manibus hominum perire q̃ cyclopum. Hęc ille.

Donatus.

Ordo. Ordo eſt Sed ne fando ſcilicet vos detineam & in manus cyclopum incidatis o miſeri ſcilicet futuri fugite: fugite inquit atq; rumpite quod plus eſt q̃ diſſoluite funem. ideſt retinacula ab limite. Et ſi dicant cecatus eſt polyphemus vt inqs quomodo ergo timendus (addit. Nam qualis & quãtus Polyphemus claudit in antro cauo pecudes lanigeras ideſt oues ſuas atq; preſſat ſcilicet duris palmis vbera. ſ. ouium ſup. tales & tanti ideſt tam immanes & tam magni centum alij infandi ideſt deteſtandi cyclopes habitant vulgo ideſt paſſim non in vno loco ad hæc littora & errant ideſt vagantur ſupple in his altis montibus. Cornua lunæ implẽt etiam ſe iam tertia lumine ideſt illuminatione tertia aut lumine tertio ſed propter metrum non dixit tertio lumine ſed tertia cornua ideſt iam eſt tertium plenilunium aut tertius menſis quum ideſt ex quo aut poſtq̃ traho vitam in ſyluis inter domos & luſtra ideſt latibula & ſpelea ferarũ deſerta ſcilicet ab hominibus: & proſpicio ideſt procul obſeruo: vaſtos ideſt valde amplos cyclopas: ab rupe ideſt ſpecula in rupe quam difficulter pertranſirent & tremiſco ſonitum pedum & vocem eorum: rami ſcilicet arborum & dumorum dant. ſ. mihi victum infœlicem ideſt miſerabilem ſcilicet bacchas ideſt fructus minores & ſylueſtres ſparſim naſcentes & corna lapidoſa. i. magnos lapides ſeu oſſa magna cõtinentes: & hærbe paſcunt me radicibꝰ ſcilicet ſuis vulſis. i. euulſis & extirpatis ſeu eradicatis. Ego colluſtrãs. i. cõſpiciẽs oĩa: conſpexi primũ hanc claſſem venientẽ ad littora ſcilicet iſta (non autem conſpexerat niſi cum appelleretur: quia dictum eſt interea feſſos ventus cũ ſole reliquit) ego addixi ideſt adiudicaui & in poteſtatem eius deſtinaui: me huic ſcilicet claſſi: quecunq; fuiſſet ſiue amica ſiue inimica: quia ſatis eſt mihi effugiſſe gentem nefandam ſcilicet cyclopum: vos potius q̃ vt ab illis comprehendar abſumite hanc animam ideſt vitam: quocunq; læto ideſt quocunq; genere mortis.

SER. ❡ Fugite: nam & ſi hic cæcus ſit plures alij aſſunt. Miſeri: aut blandientis eſt: vt in Teren. O miſer: Aut miſeri: quia ad cyclopas ſint delati. Qualis ad mores. Quantus ad corpus Curua: hæc habitant ad littora vulgo. ne tantum in montibus eſſe putentur vulgo paſſim. Tertia iam lunæ: bene in deſertis locis ex lunæ ratione colligit tempora. Se complent quia non ex ſe lumen habent: ſed a ſole accipiũt. Luſtra: cubilia: hinc lupanaria etiam luſtra dicuntur: vbi habitant lupę ideſt meretrices dictę ab obſcœnitatis & odoris ſimilitudine. Bacchas: generale eſt nomen fructus arborum agreſtium: Corna: hęc cornus ipſa arbor eſt: & hoc cornũ fructus. Addixit: ſignato verbo exprimit deſperationẽ.

Aeneas. ❡ Vix ea fatꝰ erat ſummo cũ monte videmus
Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole mouentem
Paſtorem polyphemũ: & littora nota petentẽ.
Mõſtrũ horrẽdũ iforme igẽs: cui lumẽ adẽptũ
Trunca manũ pinus regit: & veſtigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues: ea ſola voluptas:
Solamenq; mali de collo fiſtula pendet.

ASCEñ. ❡ Vix ea fatus erat &c. Docet quomodo viſo polyphemo aufugerint ſuſcepto achemenide: vtq; ille inſequi parabat & cæteros cyclopas excitabat. Vnde Donatus dicit ſic.

Donatus. Nota exponendum fuit: quomodo cecus venire potuerit: quia nouerat anteq̃ excecaretur: Trunca manu pinus. tota arbor erat pro baculo. Ea ſola voluptas. voluptatem ex animalibus habuit: cum videbat. Cecus autem ſolamen capiebat. Lauit cruorem: adhuc enim inflicta cecitas noua putabatur: cum adhuc funderet ſanguinem Graditurq; per ęquor immenſe proceritatis expreſſio gradiebatur in medio

mari

Poſtq̃



Poſtq̄ altos tetigit fluctus: & ad æquora venit:
Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem.
Dentib⁹ infrēdēs gemitu: graditurq̨ p̱ æquor.
Iam mediū: necdū fluctus latera ardua tinxit.
Nos ꝓcul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice ſic merito. tacitiq̨ incidere funem.
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Senſit: & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.
Verū vbi nulla dat̄ dextrā affectare poteſtas:
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo:
Clamorē immēſum tollit: quo ponthus & oēs
Intremuere vndæ: penituſq̨ exrerrita tellus
Italiæ: curuiſq̨ immugit Aethna cauernis.
At genus e ſyluis cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portum: & littora complent.
Cernimus aſtantes nequicq̄ lumine toruo
Aerhneos fratres: cœlo capita alta ferentes.
Concilium horrendum: quales cū vertice celſo
Aeriæ quercus: aut coniferæ cypariſſi
Conſtiterant ſylua alta Iouis: lucus ve Dianæ.

mari vt in terras neq̨ ꝓfundi maris latus eius vnda tangebat. Taciti: ceſſante remorum ſtrepitu & cantilena nautarum ſine qua remi operari non poſſunt. Senſit quod non videbat auribus percepit. Nam q̄uis ſilentium adhiberetur non potuit penitus vacua ſtrepitu eſſe nauigatio. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Achemenides ſupplex vix erat fatus ea quę premiſſa ſunt quū idest quādo nos videmus ipſum Polyphemū paſtorem mouentem ſe vaſta mole. ſ. corporis ſui ſup. in ſummo monte inter pecudes. ſ. ſuas lanigeras & petentem littora nota quę. ſ. ſæpe petiuerat anteq̄ excecat⁹ eſſet appoſitorie mōſtrum ideſt exiſtentē monſtrum horrendū informe. i. ſine forma humano corpori debita: ingens. i. magnū ſine genere: cui lumen ſup. erat adēptum & ſup. cui pinus trūca. i. amputata & truncata regit. i. dirigit manum & firmat veſtigia ne ſcilicet vacillet aut labat̄ iā cecus. Oues lanigere comitantur. ſ. paſtorem ſuum ea ſola quam. ſ. ex ouibus habet eſt ſup. voluptas polyphemi & fiſtula pendet de colo hoc eſt deorſum pendet exiſtens ſolamen. i. ſolatium mali ideſt incōmodi amiſſi. ſ. viſus. poſtq̄. ſ. Polyphemus tetigit ſcilicet pinu ſua fluctus. ſ. maris altos. i. ꝓfundos. & venit. i. acceſſit ad ęquora. ipſe lauit. i. abluit aut abſtergit. (Eſt enim preſentis temporis a lauo lauis lauere) inde. i. deinde cruorem fluidum. i. qui quotidie fluebat: luminis effoſſi. i. de oculo effoſſo: infrēdēs dentibus ſupple cum gemitu: & ipſe graditur iam per ęquor medium: necdum. i. & nō adhuc & fluctus non tinxit latera ardua: ſcilicet eius. Ordo.

Quia

Quia dicit graditur: patet ꝙ lauit ſit preſentis temporis: licet venit ſit preteriti: quia in lauit prima corripitur: que in venit producitur. Alibi legimus lauimus prima breui etiam preſentis temporis. Nos ſcilicet qui id videbam⁹ cepimus ſupple celerare aut celerare pro celerabamus procul inde. ideſt ab eo loco vbi ipm vidimus fugam exiſtentes trepidi ideſt cũ tremore feſtini: & hoc recepto ſcilicet in nauẽ noſtram achemenide ſupple ſupplice ideſt qui genua amplexus nobis ſupplicauerat: merito ſcilicet de nobis: ſic ideſt vt id faceremus: qa forte in cyclopas incidiſſemus niſi nos p̃cauere monuiſſet: & nos taciti: ideſt tacentes aut ſecreti: incidere ſupple cœpimus: aut incidebamus: funem: ideſt retinacula; & nos proni ſcilicet incũbentes remis verrimus æquora remis certantibus ideſt certatim ferientibus. Senſit: ſcilicet poly. ſtrepitum remorum: & torſit veſtigia ad ſtrepitum vocis ſcilicet remigantium. verum vbi ideſt poſtq̃ nulla poteſtas ideſt facultas datur affectare: ideſt intẽdere dextram ſcilicet ad nauem tenendam: nec potis ſupple eſt æquare ideſt non poteſt equis viribus aut gradibus conſequi fluctus Ionios ideſt maris ionij: ipſe tollit ideſt emittit & effert immenſum clamorem: quo clamore pontus ideſt mare & omnes vnde intremuere ideſt multum tremuere: & tellus italiæ eſt ſupple exterrita penitus ideſt pene intus: vſq; ad penitiores partes eius: & æthna mons ille Sicilie: immugijt ideſt reboauit cauernis ideſt caminis & fornacibus dictis: curuis & ideo vt cornu mugitum grandem edẽtibus. At ideſt ſed genus cyclopum ruit ad portum: excitum ideſt excitatum & euocatum illo clamore: e ſyluis & altis montibus & complent littora. Nos cernimus fratres æthneos ideſt iuxta æthnam genitos aſtantes: ſcilicet ad littus ſupple: cum lumine toruo: ideſt diro & minaci nequicq̃ ideſt fruſtra: quia ſeuitiam ſuam in nos exercere non poterant: & ferentes capita alta: cœlo ideſt ad cœlum vſq; appoſitorie concilium ideſt conuentum concitatum & conuocatum: horrendum: exiſtentes ſupple tales: quales erant quercus aerie ideſt alte in aera multum extenſe: aut quales cypariſſi conifere ideſt ferentes multos conos ad ornamentum galearum ſupple erant tunc cum ideſt quando ipſe conſtiterant ideſt ſimul ſteterant ſupple in celſo ideſt ſublimi vertice: exiſtẽtes alta ſylua Iouis quantum ad quercus quæ ſunt in tutela Iouis: ve pro vel: lucus ideſt ſylua incedua Diane: ſcilicet venatricis quantum ad cupreſſos vt Seruius docet.

¶ Nota ante oculi amiſſionem. Stati. ſequit̃ tamẽ improbus hoſtem qua meminit poſtq;: hyſteron proteron in ſenſu: vt progreſſi ſubeunt luco fluuiumq; relinquunt. Fluidum profluẽtem vt euitaret homioteleuton. Non fluit ex defoſſo oculo ſanies: ſed ſupra demonſtratum eſt nõ defoſſum: ſed terebratum. Inde: aut de fluctibus: aut de ſpatio oculi. Gemitu: cum gemitu. Medium: ſic altum vt mediũ putares: vt medium Aeneas iam claſſe tenebat. Fluctu: legitur etiã & fluctus. Trepidi: feſtini: vt Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Sic merito: quia omnia eius probauerat dicta: ac ſi diceret nõ fallacem vt Sinonem Vocis: remorum ſonitum vocem dixit. Eſt enim vox omne quod ſonat: vt fractaſq; ad littora voces. Affectare: intendere: vt nauem tenere poſſet: Teren. ad dominã qui affectãt viam Nam ſi leges dextra affectare: ideſt contingere caret exemplo. Potis: nomẽ indeclinabile: Vnde potiſſimus & q̃uis difficile inueniatur in obliquis: inueniũtur compoſita impotis & compotis a compos & impos & impotem & compotem. Exterrita. t. poetica hyperbole. Curuis ca. ibi enim eccho eſt. Nequicq̃: quia nocere non poterant. Fratres: aut ſimiles aut feritate germanos. Nam polyphemi non ſunt fatres: quẽ Home. Neptũni filium dicit. Vnde eo cæcato Vlyxes tempeſtatem pertulit: Qui ad eũ venit relicta Calypſo: cũ qua fuerat decem annis. Vnde vergilij dictis diſſentit temporum ratio. Conifere: conus dicitur fructus cupreſſi: ipſa enim κουοεδнσ eſt. Nam a rotunditate in acumen leuat̃. Cypariſſus Telephi filius fuit amatus ab Apolline: vel vt alij dicunt a Siluano: qui cum ceruum quem in delitijs habebat per ignorantiam occidiſſet: flendo numinum miſericordiam meruit: atq; in cupreſſum arborem luctibus aptam conuerſus eſt. Sylua alta Iouis: propter quercum. Dianę propter cupreſſum: ipſa enim eſt etiam Proſerpina cui dicatur cupreſſus propter luctus morientium. Alta autem ꝙ manet in celſo vertice: & lucus propter religionem diu permanet.

Affecto.

Cypariſſ.

ASCE ñ.

¶ Præcipites metus acer agit &c. Docet qua properatione illinc aufugerint & quas terras preteruecti ſint: vnde dicit Donatus ſic. Ventis ſecundis ideſt ſequi quocunq; venti ferrent. Nam omnes venti ſecundi ſunt ſi quo impellant eamus. Eſt ergo ſenſus modo cyclophas fugeremus non curabamus quocunq; nauigaremus quod erat contra iuſſa Heleni qui vetabat illos temere nauigare. Sed diligenter vitare charybdim & ſcyllam ſed iſtorum malorum metu turbati decreuimus vt vel tranſiremus. Longe quia excelſus eſt mons. Saxis ce. quæ naute ſubaquanea appellant. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Metus acer ideſt vehemens & acriter impellens agit ideſt vrget & impellit nos excutere ideſt vi diſſoluere & extẽdere rudentes ideſt funes velorum quocũq; ideſt in quãcunq; partem a cyclopibus diſtantem aut quocũq; ideſt quacunq; re: & intendere ideſt implere vſq; ad diſtentionẽ vela. ſ. nauiũ noſtrarũ ventis ſecundis. i. ſequentibus & a tergo venientibus quocunq; ferrent ſed iuſſa Heleni monent cõtra. i. econtrario. ſ. vitare charybdim & ſcyllam & nõ ſequi quocunq; ventus ferret monent inq̃ ni. i. ne. ſ. ſocij teneant curſus inter ſcyllã & charybdim & ne teneãt viã inter vtrãq; ſup. cũ paruo diſcrimĩe. i. differẽtia & diſtãtia leti. i. mortis & ita iõ certũ. i. deliberatũ & decretũ eſt nobis dare lintea

Donatus.

Ordo.

Præcipites metus acer agit: quocũq; rudentes
Excutere: & ventis intendere vela ſecundis.
Cõtra iuſſa monẽt Heleni: ſcyllãq; charybdĩq;
Inter vtranq; viam læti diſcrimine paruo
Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro.
¶ Ecce autem Boreas anguſta a ſede Pelori
Miſſus adeſt: viuo preteruehor oſtia ſaxo
Pantagiæ: megaroſq; ſinus: tapſumq; iacentẽ.
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Littora: achæmenides comes infœlicis Vlyxi.
Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmiriũ vndoſum: nomen dixere priores
Orthygiã: alphæũ fama eſt huc elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc
Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur vndis.
Numina magna loci iuſſi veneramur: & inde

Exupero



Exupero prepingue ſolum ſtagnātis Helori.
Hinc altas cautes: proiectaq; ſaxa pachinni
Radimus: & fatis nunq̄ conceſſa moueri.
Apparet camerina procul campiq; geloi.
Immaniſq; gela fluuij cognomine dicta:
Arduus inde agragas oſtentat maxima longe
Mœnia: magnanimum quōdā gn̄ator equorū.
Teq; datis linquo ventis palmoſa Selinis:
Et vada dura lego ſaxis lilybæia cæcis.

¶Ni teneāt. antiqui ni pro ne ponebant. Plaut⁹ Ni mala ni ſtulta ſis. Sēſus igitur eſt: Timor cogebat: vt quocū q; nauigarem⁹: & ventū ſequeremur non iudicium: Sed Helen⁹ iubebat vitari ſcyllam: & cbarybdim quare placuit ne curſus: teneāt ideſt agātur & ipleātur inter vtrāq; viam modico mortis īterſtitio: id eſt ſcylle & charybdis retro dare lintea: quod dū cogitam⁹ proſperior nobis ſflare cœpit boreas. Miſſus: Fauore numinum: quē anchiſes optauerat. Adeſſe autem eſt ad fauorem vel paratrocinium venire. Pantagias: fluuius eſt qui cum plen⁹ incede-
pātagias. ret ſonitu implebat pene totam Siciliam. Hinc pātagias dictus quaſi vbiq; ſonans: Sed a Cerere filiā quærēte tacere iuſſus eſt Megara autē oppidum eſt non procul Syracuſis. Tapſum: inſula prope ſyracuſas pene fluctib⁹ par Errata: participiū ſine verbo: non enim īuenitur error. vndoſum: expreſſit grecū: nam idem eſt plemyriū quod vndoſum: Orthygia: hec alia eſt a delo q̄ & ipſa ortygia appellatur Elidis: elis & piſa in archadia vrbes: ſunt in qui-
bus eſt

re lintea .i. vela retro. id eſt retrorſum: hoc eſt obuertere vela. Ecce aūt boreas &c. quod qdē feciſſemus niſi boreas ſurrexiſſet. Hāc cōſtructionem ſeruius innuit qui accipit letum pro morte & ni pro ne. Pōt tn̄ & alius ſenſus ac ordo eē: verū mir⁹ artifex poeta Depigit narrādo metū q eos acer agebat nā pplexis & attonitis dat intricatū ſermonem et non ſatis expreſſum vt in ſecundo vidimus in oratione enee ad ſocios Sit igit̄ ſi vis ordo talis. Socij monent cōtra iuſſa Heleni ſup. tenere viā inter vtrāq; ſ. ſcyllā atq; charybdi: exn̄tes leti .i. gaudētes paruo diſcrimīe .i. piculoſo reſpectu eius quod a cyclopib⁹ imminebat: qa ni .i. niſi teneant .i. continuent curſus ſuos inter ſcyllam et charybdim certum eſt dare id eſt quod darent lintea retro: et ita incinderent in cyclopas. Aut ſic. Iuſſa heleni monēt cōtra. ſ. id qđ metus egit: ſed ni .i. niſi curſus teneant viam inter vtrāq; ſ. ſcyllam & charibdim ſupple cū paruo diſcrimine .i. parua diſtātia leti .i. mortis quia inter vtramq; tenere viā parū abeſt a morte certum eſt dare. id eſt q̄ darent linthea id eſt vela ex lino: retro. id eſt retrorſum & ita perrexerunt ne cogerentur in ciclopas recidere. Autem pro ſed ecce. q. d. p̄ter ſpem & opinionem boreas ventus ille ſeptentrionalis: adeſt. ſcilicet auxilio nobis: miſſus. ſcilicet fauore numinum ab angusta ſede pelori: illius promontorij & per eū adiutus: preteruehor oſtia pantagie illius fluminis in ſicilia viuo ſaxo. id eſt q̄ oſtia ſunt ex ſaxo naturali & non artificiali qa pantagias cū multo murmure olim

N inter ſaxa

inter ſaxa decurrebat poſtea ad iuſſũ (vt aiũt) Cereris cepit tacere: hoc ẽ aut coloni ſaxa mouerũt aut impet⁹ ea deuoluit vſq; ad oſtia vñ dicit oſtia ſaxo viuo .i. naturali & nõ fabrefacto & preteruehor ſinus megaros .i. iuxta Megarã oppidũ Sicilie non procul a ſyracuſis & tapſum inſulã illã decẽ ſtadia a ſicilia diſtantẽ iacẽtẽ .i. humilẽ & ſi q̃rat̃ quõ norit iſularũ nomina: dicit Achemeides comes infelicis vlyſſi. relegẽs .i. renauigãs retrorſũ: littora errata .i. q̃ errãdo legerat: hoc eſt nauigarat cũ vlyſſe monſtrabat .i. indicabat nobis talia inſula pretenta ſinu ſicão .i. ſiculo iacet cõtra plẽmyriũ vndoſũ .i. qd' grece plẽmyriũ latine vndoſũ dicit̃ nã πλυμμυρω dr̃ iũdo & πλυμμυριου vnda cũ frãgit̃ nõ proceloſa: & πλυμμυριο inũdatio vnde poteſt ſcribi plemyriũ & plẽmyrion eſt autem flu. ſicilie nõ procul ab ortigia ſicilie vicina inſula cũ ſit & alia q̃ deloſeti ã dr̃ ſup. cuius (nã more ſuo relatiuũ ſubiicet in deſcriptione loci) nomẽ ſup. veteres coſmographi dixere .i. appellauerunt ortygiã: fama ẽ alpheum elidis .i. ciuitatis amnem .i. qui ab elide arcadie naſcitur: egiſſe huc .i. deſt in hunc locũ occultas vias ſubiter mare: ita ꝙ nõ imiſceat̃ aquis marinis: vnde in buco. Sic tibi cũ fluctus ſubterlabere ſicanos Doris amara ſuam bus eſt fons ingens: q̃ ex ſe duos alueos creat. Alpheũ & arethuſam: vnde fit vt fingatur cõiungi in exitu: quos origo non coniunxit. Arethuſam autẽ in elide eſſe teſtat ver gili. Sic tibi cũ fluctus ſubterlabere ſicanos Doris amara ſuam. n. in. m. v. Hæc venatrix dicitur fuiſſe quæ cũ feſſa ſe in alpheo ablueret. ab eo adamata ẽ: cũ fugeret in fontẽ mutata ad ſiciliam per ſecretos venit meat⁹. Alpheũ grece αλφειοσ vt αιμειασ eneas μηδεια Medea. Stagnantis: qui ad ſimilitudinem nili ſuperfũditur cãpis. Pachinni promontorium auſtrũ ſpectãs dictum ab aeris craſſitudine. παχυσ enim pinguis eſt & craſſus: Camerina palus eſt iuxta oppidum: q̃ cũ olim ſiccata peſtilentiã creaſſet conſuluerunt oraculum an penitus eam deſiccare præſtaret. Vetuit. ac illi exiccarũt: & ceſſauit quidẽ peſtilẽtia: ſed ꝑ eã ingreſſis hoſtibus pœnas dedere. Immaniſq; gela: vrbs a fluuio dicta. Agragas: mõs eſt muro cinctus: cui⁹ in ſũma parte oppidũ ẽ: vnde & Cicero ait ad mare intra mœnia ante oppidũ expectabat. Refert autem hæc poeta ſecũdũ ſua tpa. Nã tẽporib⁹ Aenæ pal⁹ hæc exſiccata nõ fuerat: nec gelas aut agrigẽtũ cõdite. hoc facit frequẽter: ſed nũc vitio um. quia ex ꝑſona facit Aeneæ. Generator equorũ nã Pindaro teſte hi equi ad agonas græciç mittebãtur. Legim⁹ etiã cũ in cappadocia equorũ greges periſſent adductis oraculo. Apollinis ex agrigẽto gregibus meliores repararũt. Palmoſa ſelinis vrbs iuxta lilybeum abundans palmis & apio. Vitioſe facta.

non itermiſceat vndam: qui ſcilicet amnis o arethuſa que & fluui⁹ & nympha: confundit̃ .i. cõmiſcet̃ ſiculis .i. ſiciliẽſibus vndis tuo ore .i. oſtio Nos iuſſi .ſ. a pr̃e veneramur magna numia loci .ſ. illi⁹ videlicet Aretheuſe & alphei: & ego exupo .i. aſcẽdo ĩde ꝑpingue .i. pter cetera pingue: ſolũ helori flumĩs ex pachynno defluẽtis: ſtagnantis .i. interdũ ſtagna in agris faciẽtis ac inundãtis more nili cuius inundatio terrã pinguem facit: aut lente fluentis quaſi ſtagnum ſit: Nos radimus .i. deſt contingimus leuiter hinc .ſcilicet ꝓuecti altas cautes .i. rupes & lapides & ꝓ .i. ſaxa ꝓiecta .ſ. in mare et extãtia: camerina .ſ. pãlus nunq; cõceſſa moueri fatis .ſ. volẽtib⁹: quia cũ exiccaret̃: accole ab hoſtib⁹ deleti ſũt et cãpi geloi illius ſtagni ſup. apparent: & gela .ſ. vrbs immanis .i. immitis aut propter aquas aut propter gentẽ: dicta .i. denoiata cognoie fluuij (quia & fluui⁹ gela ſeu gelas dicit̃ et vrbs) ſup. appet: et agragas mõs ille in ſicilia muro cinctus: arduus .i. ſublimis oñtat nobis maxima mẽnia .ſ. oppidi i eo extructi aut muros ſuos (Notat aũt poetã. Seruí⁹ ꝙ ex ꝑſona Enee recitari facit ea q̃ Enee tpib⁹ acta non fuerãt: nã ei⁹ tpe nõdũ inquit exiccata erat palus nec gelas aut agrigẽtũ cõdite: verũ de palude dicere poſſum⁹. Eneã ſciuiſſe ꝙ eẽt fatis nũq; cõceſſa moueri: licet poſtea mota ſit ſed nõ fatis nec dicit eneas motã ſed nõ moueri debere fatis id vetãtib⁹. de gela ãt dicã inſtauratam forſan eſſe: ſed cũ fluui⁹ ꝑpetu⁹ ille gelas dict⁹ ſit potuit & tunc vicus aut pagus gelas dici. Quod ſi omnino dormitaſſe conuincitur poeta: dicam et quandoq; bon⁹ dormitat homerus: agragas dicit appoſitorie generator quodã equorũ magnanimũ ꝓ magnanimorũ .i. qui gñauit aliqñ magnanimos equos et o ſelinis vrbs iuxta lilybeũ ꝓmõtoriũ: palmoſa .i. palmis arborib⁹ illis abũdans: ego linquo .i. pretereo te ventis datis .i. adhibitis a dijs preſentibus: & lego .i. nauigo vada lilybeia illi⁹ promõtorij: dura ſaxis cecis .i. propter ſaxa ceca .id eſt non apparentia ſed a quis abſtruſa

ASBEñ. ¶ Hinc drepani &c. Recitat ad finem huius mortem Anchiſe pr̃is quẽ drepano ſicilie oppido ſepeliuerat: vñ ad Didonem repulſus eſt de qua re dicit Donatus ſic. Illetabilis. expreſ-

DONA. ſit plenã moralitatẽ: nã ſi qñ aliq̃ infortunia accidunt: nos ĩ dolore poſiti locis attribuim⁹ quaſi nobis aliquid inflixerit: ergo hic drepanitano loco applicat quod fato acciderat. Amitto anchi. dolet periſſe in portu qui tot maris picula euaſiſſet: nec dixit mortuum ſed deſeruiſſe filiũ. veteres. n. eggregios viros non mortuos: ſed per commutationẽ locorũ trãſlatos putabant. Heu tãtis: tantus fuit dolor vt etiam apud didonem poſitus: quaſi cum eo preſente loqueret̃. Tãtis ad generalitatẽ tranſit ne ſi ſpecialiter enumeraret longior fieret. Dolebat autẽ vehemẽter ꝙ infinitis caſibus liberat⁹ ad Italiã peruenire nõ potuiſſet: diffinit ergo poeta quam vim habeat apud filiũ incolumitas patris cum dicit omnis cure caſuſq; leuamen. Nec. h. cum multa horrenda ꝑdiceret nec Celeno cum multa optaret maledicta ergo nec amicus predixit: nec inimica. Tacuit aũt de tẽpeſtate ſicilienſi: ne bis repeteret quod dictum fuerat ab Ilioneo. Intẽtis omnibus adhuc intentis vt oſtenderet Eneam liben ter

Hinc drepani me portus & illætabilis ora
Accipit. hic pelagi tot tempeſtatibus actis
Heu genitorem omnis curæ caſuſq; leuamen
Amitto Anchiſen: hic me pater optime feſſum
Deſeris: heu tantis nequicq̃ erepte periclis:
Nec vates helenus cũ multa horrẽda moneret:
Hos mihi prædixit luctus: non dira Celeno:
Hic labor extremus: longarũ hæc meta viarũ.
Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris:
¶ Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus Poeta.
Fata renarrabat diuum: curſuſq; docebat.
Conticuit tandem: factoq; hic fine quieuit.

SER. drepanũ. ¶ Drepani: ciuitas eſt nõ longe ab eryce: dicta vel ꝓpter curuaturã littoris in quo poſita eſt: vel ꝙ Saturnus poſt amputata virilia cœlo patri illuc proiecit falcem q̃ Drepanos dicitur. Quod veriſimile putat̃ ꝓpter vicinitatẽ erycis Veneri cõſecra i: quę dicit̃ nata ex cœli cruore & ſpuma

ſpuma maris.Illœtabilis:propter parentis amiſſionē.Feſſum:deſeris:ſic ipſe.Cato autem ad Italiam veniſſe dicit Vnde & in.vi.illud amphibolon eſt.Quo magis Italia mecum lætere reperta.Nec va.h.quia dixerat prohibent nam cætera parcæ.Celæno.quæ vel irata debuit aduerſa prædicere:& bona pietate mortem patris grauiorem dicit ꝙ famem Deus commendat ſe Didoni dicens ad eam deorum voluntate veniſſe.Fata di. quæ dij hominibus tribuunt.Renarrabat:re vacat:vt confieri poſſit.Sane ī principio ſecundi duo ſunt verſus ex pſona poetæ ſicut hic tres & ſimilis eſt finis initio.Conticuit tandem:& cōticuere omnes.Tandem:diuturnitatē narrandi expreſſit. Epilogus autem ſententiarum more ſex iſtis priorib⁹ libris dedit:quos etiam bioticos voluit eſſe.Nam ſingulis res ſingulas dedit.Primo omina:Secūdo pathos.Tertio errores.Quarto ethos:ideſt mores.Qninto feſtiuitatem.Sexto ſcientiam.Epilogos autem ſic variauit:vt in primo eſſet miſeratio Didonis:in ſecundo mors Creuſæ: in tertio Anchiſæ:in quarto Didonis : in quinto Palinuri:in ſexto immaturum interitum deflet Marcelli·

benter auditū intēti fuerāt cum incepit:intenti cū finiret.Omnibus:oñdit nullū illic fuiſſe qui nō adhuc deſideraret audire.Tandem:ad ipſum pertinet ꝙ caſus ſuos enarrabat inuit⁹: nam auditores adhuc intenti erant.Hec ille

¶Ordo eſt.Portus & ora illetabilis.i.de qua letari nequeā:Drepani illius oppidi nā longe ab eryce:nūc celebris propter diuū Albertū carmelitā multa virtute & miraculis inſignē accipit.ſ.hoſpitio me:hic.i.hoc tpe aut loco. Ego amitto hic.i.in hoc oppido:heu(dolentis interiectio)Anchiſen genitorē appoſitorie:leuamē ois cure &caſus:& hoc tot tēpeſtatibus pelagi actis.i.trāſactis(Oſtendit Eneas omibus ī locis ex graui periculo maris ī mai⁹ diſcrimē terre deſcēdiſſe vn̄ et dictura eſt ſybilla.O tādē magnis pelagi defuncte periclis Sed terris grauiora manēt:hinc dixit Seruatū ex vndis ſtrophadū me littora primum excipiūt.Et iterea feſſos ventus cū ſole reliqt Ignariq̄ vie cyclopum allabimur oris:& hic.Hinc Ordo.

Drepani me portus &c.&ʼo optīe pater(Apoſtrophe.i.ad abſentē ſermonis cōuerſio pathos.i.affectionē indicat ſicut in primo:& te pater optime teucrū fluctus habet libye:) ad Anchiſen.ſ.tu deſeris me hic.i. in hoc loco nō conceſſo a fatis:me feſſum.ſ.tot nauigationū malis:pater inquit erepte heu nequicq̄.i.fruſtra:tantis periculis:vū ad eum helenus:Cura deū bis pergameis erepte ruinis:vltra quas etiā tot pericula maris euaſerat.Nec Helenus vates cū moneret multa horrēda predixit mihi hos luctus:nō etiā dira Celeno:harpyia.ſ.predixit mihi hos luctus.Hic labor extrem⁹ ſup.erat pri & hec erat illi meta longarū viarꝫ deus.ſ.bonus quiſpiā appulit veſtris oris.i.ad veſtras oras & regiones libycas.ſ. me digreſſum.i. poſtq̄ digreſſus eram hinc.i.ex hac regione ſicilie vnde in primo dictū eſt.Vix e cōſpectu ſicule telluris,in altū Vela dabant leti & ſpumas ſalis ere ruebāt &c . Et hoc dicto conticuit Eneas:cuius omnia ſunt verba ab eo loco ad principiū ſecūdi Infandū regina iubes &c.vſq̄ ad hunc:vbi poeta incipit loqui dicens: Eneas pater .i.vir venerabilis:renarrabat.i.recenſebat ſic.i.in talē modū fata.i.volūtates diuū.i.diuorū de euerſione.ſ.troie:qa dictū eſt.Poſtq̄ res aſie Priamiq̄ euertere gentē Immeritā viſum ſuperis &c.& docebat curſus.i.nauigationes & errores ſuos:vnus.i.ſolus loquēs & oibus.ſ.alijs intētis.i.attēdentib⁹ aut multū tentis & captis eloquio viri in quo cū laudať eloquiū enee laudať & poeta q id excogitauit:Eneas ſup.cōticuit.i.ſimul cum alijs tacuit:quia ſtatim a principio cōticuere oēs:intētiq̄ ora tenebāt &c.tandē.i. poſt prolixam narrationē qa multarū rerum:verū vt dicit martialis.Non ſunt longa quib⁹ nihil eſt quod demere poſſis: Multitudo ergo & varietas rerum ꝓlixitatē excuſat.Donatus autē id ſubtiliter exponit referens ad ipſum eneā q deſyderabat finē narrationis cū & caſus & labores ſuos enarraret vn̄ dixerat Infandum regina iubes renouare dolorē.Sed Dido & ceteri tirij adhuc intēti erant vn̄ dixit intentis oibus. Et Eneas quieuit.ſ.& aio & ore quia nō erat captus amore ſicut Dido:vn̄ per cōtrariū ſubditurus eſt: At regina graui iādudū ſaucia cura &c.ad quā rē cōmode poniť cōiunctio at:que in diuerſis & repugnantibus rebus precipuū habet locū vt diligenter obſeruať a poeta:ipſe ergo cōticuit & quieuit hic.i.in hoc dicto de morte Anchiſe:& de ꝓfectione ex ſicilia in Carthaginē quā nō fuit opus recitare cū iam nota eſſet Didoni ex oratione Ilionei & huius operis lectorib⁹ : ac auditoribus ex his ꝙ in primo libro dicta ſunt Notum enim eſt ea que in primo libro recitata ſunt eueniſſe continno poſt ea que vltimo loco in hoc tertio recitauit Eneas.

¶Et hec in tertium dicta.

Monoſtichon quarti libri.

Vritur in quarto Dido:flammaſq̄ fatetur.

Deſcriptio Quarti Libri. Per Modeſtinū.

At regina graui Veneris iā carpitur igne.
Cōſulitur ſoror anna: placet ſuccumbere amori.
Fiunt ſacra deis:onerātur numina donis
Itur venatum:veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama volat.monitus tunc numine diuū.
Aeneas:claſſemq̄ fuge:ſocioſq̄ parabat.
Senſit amans Dido præcibus conata morari.
Poſtq̄

¶Vritur in quarto. Monoſtichi huius ordo & explanatio eſt.Dido.i.virago illa cui eliſſe nomē eſt:vritur.ſ.incēdio amoris:in quarto. ſcilicet eneidos libro:&fateť flāmas.ſ.amoris & hoc quidē de monoſticho: Argumēti autē prolixioris ordo eſt.At.i.ſed hoc eſt quieuit quidē Eeneas ſed regina.ſ.dido carpitur iam graui igne veneris ideſt amoris:Anna ſoror: ſcilicet didonis aut eliſſe cōſulitur ſcilicet ab ea ideſt ipſa expetit ab ea cōſilium ibi.Anna ſoror &c.placet ſcilicet didoni & ſorori ſuccūbere amori:vnde dicetur Placido ne etiā pugnabis amori:& ſequitur:his dictis incēſum animum inflammauit amore.Sacra fiūt deis ibi:Principio delubra adeunt &c.& numina ſcilicet deorum onerantur donis:quia mactāt lectas de more bidentes:Itur ſcilicet ab Enea & didone cum ſuis:venatum:vn̄ dicet iuno venatum eneas vnaq̄ miſerrima Dido In nemus ire parant:& paulo poſt It portis iubare exorto delecta iuuēt⁹ &c.& eneas & dido iūgunt clam quia in ſpelunca vnde dicetur Speluncam dido dux & troianus eandem Deuenient : federa ideſt commercia Veneris. ideſt ASCEn̄.

coitus:fama facti volat vt dicetur ibi: Fam ra malū &c.encas monitus tūc numine.i.voluntate diuū.ſ.Iouis per Mercuriū:parabat fuge & claſſem & ſocios:dido amans:ſenſit.ſ.fugā parari & conata ſupple eſt morari .i. detinere ipſum precibus.ſ.ſuis & ſororis.Sed poſtq̄ fata iub ent ſcilicet eneam abire:nec datur ſcilicet didoni vlla facultas detinendi enee: ipſa q; pro &:hoc eſt tum conſcendit pyram ideſt ſtruem lignorum incedendorum:& dixit nouiſſima verba demiſſura.ſ. ſe in mucronem enee:& ipſa infelix fudit vitam cum multo ſanguine:vitā dicit.i.animā cuius ſanguis ſedes putatur:vnde dicetur in fine huius.Atq; in ventos vita receſſit.

Poſtq̄ fata iubent:nec iam datur vlla facultas:
Conſcēditq; pyram:dixitq; nouiſſima verba:
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.



ASCEñ.

AT regina graui &c.In hoc quarto libro queſita occaſione deſcribit poeta vim amoris qui virū pietate grauē & fataliter in regnū italie deſtinatum potuit in muliebribus complexibus detinere & reginā alloqui grauem & conſtantē impatiētia ad ſui necem impellere.Id autē facit prudēs& cōmodus poeta quo mortales animos ab amorum illecebris auertat:cum nemo ſit a venereis laqueis tut⁹ niſi qui omne obiectū procul habuerit & carnis luxum domuerit:Cum ergo in toto opere tum hic poeta & delectat& prodeſt plurimū: nam ſimul & iucūda& idonea dicere vite Inſtituit vſq; adeo autē iucunda eſt huius libri lectio vt diuus Auguſtin⁹ ſeſe ad lachrymas compulſum Didonis querela cōfiteať. Nihil enim pretermiſſum eſt quod ad amantis miſere officium ptineat.Idq; ſeruato etatū cum libris ordine facit poeta . Nam ī primo libro infantiam deſcribit:que varijs procellis iactatur nihilq; certi habet.In ſecundo pueritiam

que aut

P.Verg.Maronis Aeneidos Liber. IIII.

Dido Aeneae amore carpitur quo cum perfrui non posset ob Aeneae discessum mortem sibi propriam consciscit

AT regina graui iādudū ſaucia cura Poeta.
Vulnus alit venis:& cæco carpitur igni.
Multa viri virt⁹ animo:multuſq; recurſat
Gentis honos:hærent infixi pectore vultus:
Verbaq;:nec placidam mēbris dat cura quietē.

AT regina graui iamdudū ſaucia cura. Apo SER.
loni⁹ argonautica ſcripſit:vbi īducit amātem Medeā inde totus hic liber tranſlatus eſt de tertio.Apollonij.Eſt autē pene totus in affectiōe:licet ī fine pathos habeat:vbi abſceſſus Aeneę gignit dolorē.Sane tot⁹&

in cōſilijs

in conſilijs & ſubtilitatibus.Nam pene comicꝰ ſtilus eſt nec mirum vbi de amore tractatur.Iunctus quoq; ſuperioribus eſt quod artis eſſe videtur:vt frequẽter diximꝰ. Nam ex abrupto vitioſus eſt tranſitus:licet ſtulte quidã dicant hunc tertio non eſſe coniunctum:in illo enim nauigationum pericula:in hoc amores exequitur non videntes optimam coniunctionem.Cum enim tertium ſic clauſerit.Factoq; hic fine quieuit:ſubſecutus eſt.At regina graui iamdudũ ſaucia cura:item paulo poſt.Nec placidam membris dat cura quietem:nam cum Aeneam qeuiſſe dixerit ſatis congrue ſubiũxit:vt ſomno amans careret.Iamdudum aut nimium:vt Teren. Iamdudum te amat:Iamdudum illi facile ſit quod doleat:aut iamdudũ a quo tempore vidit Aeneam.Legimꝰ enim Obſtupuit primo aſpectu ſidonia Dido.Saucia:hic ſubiungit. Vulnus alit& bene alludit ad cupidinis tela:vt paulo poſt ad faculam.Et cæco carpitur igni :nam ſagittarum vulnus eſt:facis incendium.Cura:amore:ab eo quod corvrat:vt veneris iuſtiſſima cura:itẽ mea maxima cura. Venis qa per venas amor currit:ſicut venenum:inde dictum Fallaſq; veneno.Item longũq; bibebat amorem.Cæco carpitur igni:agit Vergi.vt inuẽtas frangat declamationes vt hoc loco:rem dixit ſine declamatione Ouidi. Quoq; magis tegitur tanto magis æſtuat ignis. Cæco igiť igni. ideſt validiore:cuius hæc natura eſt vt cõpreſſus magis conualeſcat.Multa viri virtus animo: bene mediam ſe facit prebere Didonẽ inter regalem pudorem & amoris ĩpulſum.Simulat em̃ ſe ꝟtutẽ mirari.Cuiꝰ pulchritudĩe mouebať.Multa aũt virtus figurate dixit:nã ad nũerum trãſtulit:qđ ẽ quãtitatis.Recurſat:bñ frequẽtatiuo vſus eſt verbo in frequẽti amãtis cogitatiõe.Gẽtis:nõ Aeneę: vt ſit velut excuſatio:ſed dardani a numinibꝰ aut veneris.Infixi.p.v.ꝟbaq;.Tale &illud eſt.illũ abſens abſentẽ auditq; videtq; Nec placidã.m.d c.q.aut penitꝰ qete caruit:vt placida epitheton qetis ſit aut habuit qdẽ qetem ſed non placidã.i.turbatã in ſomnijs vñ ipſa paulo poſt. Quæ me ſuſpẽſam inſomnia terrent.

q̃ aut exterminio aut pedagogorũ ferulis ſubigitur.In tertio adoleſcentiã cuius viã ſeſe penitus neſcire fateť ſapientiſſimꝰ Salomon:vñ recte Enee cõtinet errores.In quarto Iuuentã que amoribus implicať.In quinto virilitatẽ que honori ad quẽ res militaris ludis exercita conducit potiſſimũ inſeruit.In ſexto ſeniũ ad manes tendens & futura premeditãs. Poſt quod triſtia ſunt cũ carne decrepita bella que in ſequẽtibus operibꝰ explicanť.Sed ne diutius q̃ par ſit philoſophemur hec ꝑlibaſſe ſat eſt.Donati in hanc partẽ ꝟba ſunc hec.At regina. Enarratis oĩbꝰ ad quietẽ ſeceſſit Eneas DONA. Dido aũt intollerabili cura mota recordatiõe loquẽtis& ſecreto incẽdio torrebať.Multa viri.v.erant em̃ & corporis:qa multos labores pertulerat.Erant animi:q erat deorũ cultor. Amator patrię:parẽtis.vxoris. Quapropter etiam ſublato amore conflato a cupidine cur non amaret virũ domi foriſq; preſtantẽ:bello ſtrennuũ:ĩ pace religioſum: neceſſariũ ſibi vidue deſtitute cõdenti ciuitatẽ:neceſſarium contra pygmalionẽ.Forma autẽ corporis ceteris animi virtutibꝰ afferebat decus.Accedebat nobilitas generis. Erat em̃ veneris filius Cupidinis frater:nepos iouis.Infixi : ĩfixa ea dicunť q̃ facile auelli nõ poſſũt:& heret quod non poteſt reparari.Vultus ad corporis laudem.Verba autẽ ad animũ referas. Quietem diuerſa res eſt ſomnus & amor Ergo Aeneas quieſcebat:Dido inquieta erat.hec ille.Ordo eſt cõdependens cum ſuperioribus ſic. Quieuit quidẽ facto ſine Aeneas At.i.ſed regina. Ordo. ſcilicet Dido:ſaucia.i.vulnerata iamdudũ.i ab eo tẽpore quo hoſpitio ſuſceptꝰ eſt Eneas & cupido loco aſcanij graui cura. ſ. amoris q̃ cura cor vrit:alit.i.nutrit.ſ. meditãdo & cogitando ſecum & reuoluendo verba & vultus viri:vulnus.ſ.amoris iaculis cupidineis infixũ:& carpiť ceco igni.ſ.amoris qui excecat & cecus diciť ab effectu.Sed queriť quomodo vulnus alat venis regina alioqui grauis:Nempe qa multa virtus viri ſcilicet Aenee &multus honos gentis.ſ.Troiane Aenee ſubdite vñ dñi deprehendiť honeſtas(Nam facile eſt ſemel ſimulare honeſtatẽ:at ſubditi nõ ĩſtituũtur honeſti niſi longa exercitatione:qcirca citius ex ſubditis q̃ ex prepoſito dephendiť honeſtatis indiciũ)recurſat.i.frequẽter reuoluiť animo(ſed mire dixit recurſat quaſi ipſe cogitationes viſe ingerant & libere recurrãt non animaduertẽte aut repugnãte etiã quodãmodo Aenea:Nam id amantibus accidit:vt dum ocio dati quietem querũt irrepant amoris ſtimuli animumq; torqueant etiam inuitum:non tamen vincãt niſi vinci ſe permiſerit)ſed quomodo recurſant:qa vultus ſcilicet viri herent infixi pectore:ideſt fixi in pectore(gratia prepoſitionis ablatiuum regit quem tamen vulgo in datiuum vertimus:dicentes infixi pectori)& verba ſup.herent infixa pectore.Nec cura ideſt ſollicitudo amoris(quia res eſt ſolliciti plena timoris amor)dat membris quietem placidam. quod epithetum potius excluſiuum cenſeam q̃ generale:hoc eſt dixero ideo adiectum: quia membra quidem nonnullam habuerunt quietem:ſed nõ placidam:quia animus ſollicitus erat:& licet omnis quies ſit placida tamen quies membrorum licet ſit membris placida cum reficiantur:tamen non eſt ſimpliciter placida quia ſepe animum plus cruciant q̃ ſi membra defatigentur:vñ eſt.Ocia ſi tollas periere cupidinis arcꝰ ſiue artes(vtrumq; enim legitur apud Ouidium)dat ergo quietem:ideſt repoſitionem membris ſed non placidam:quia cura recurſat animo.

Poſtera phœbea luſtrabat lampade terras:
Humentẽq; aurora polo dimouerat vmbram:
Cum ſic vnanimẽ alloquitur male ſana ſororẽ.
Dido ¶ Anna ſoror:q̃ me ſuſpẽſam ĩſomnia terrẽt:
Quis nouꝰ hic noſtris ſucceſſit ſedibꝰ hoſpes:
Quem ſeſe ore ferens:q̃ forti pectore & armis:
Credo equidẽ(nec vana fides)genꝰ eſſe deorũ
Degeneres animos timor arguit.heu qbus ille
Iactatus fatis:quæ bella exhauſta canebat:

Si mihi

¶ Poſtera phebea luſtrabat lãpade terras&c. Declarat poeta quomõ miſera Dido vi amoris ſui Anne ſorori detexit: argutiſſime quidem ingreſſa ſic tamẽ vt ab eiuſdem artis peritia facile intelligeretur in quam partem animus ſe eius inclinaret:quocirca incenſum animum inflammauit amore.In qua re nos docet poeta non debere conſilium capere:ab ijs qui cupiditatibꝰ noſtris potius obſequantur: q̃ vtilitati conſulant. & ergo maleſana diciť vnanimẽ ſororem conſuluiſſe.Nihil eſt artificioſius nec qđ magis graphice muliebres aſtutias & tectos amores exprimat q̃ preſens locus:ſed ne immẽſum creſcat opus noſtrum adiecero duntaxat Donati verba que hec ſũt Anna ſoror:Elegit ſororem vnanimẽ:cui turpiorem amorem confiteretur:Neq; tñ aperte ASCEñ.

ſed per inſinuationē longo circulo v̄borum
confeſſa eſt. Que me ſuſpēſam inſomnia ter-
rent. patior īſomnia dum cōſydero nihil eſſe
in hoſpite: quod p̄ferri nō debeat. Quis nouꝰ
noua in illo ſunt omnia tā in copore q̄ in aīo
neq; vnq̄ in alio viſa: & hec dicuntur ꝓ amā
tis animo. Quē ſeſe. o. f. q̄ gratū q̄ iocundū
eſt q̄ viro forti cōueniēs quod tacet quod lo
quit quod mouetur. Laudatur etiā eneas hic
ꝙ nō amauit vt vulgaris & turpis: ſed amatꝰ
eſt: non tamen ab ea que eſſet pudoris abiecti
ſed eſſet petita conſilio Veneris & cupidinis
fraude. Heu incipit ſenſim confiteri ꝙ amet
ꝙ dolet caſus eius. Si mihi nō: adeo illū pro-
bat. vt illum iudicet dignū matrimonio ſuo
niſi priori coniugio ſit decepta. Sed mihi vel
tel. confeſſa de amore melius pro venere ſibi
mortem dicit. Ille primus oſtendit ſorori viā
neceſſarie perſuaſionis: vt quod erat amoris
impulſu factura. hortatu alieno magis facere
videatur ait em̄ ſemel nupſi: habeat ille q̄uis
mortuus pudoris mei pignus qui mihi florē
virginitatis eripuit: & ſecum habeat ac ſuo
ſepulchro conſeruet & ſic obliq̄ dicit. Quid
dubitem nubere. cū alterius nuptias ſepultus
ille nō videat: nec ſentire poſſit. Sufficiat illi
qđ p̄cipuū habuit v̄ginitatis mee decus tu-
liſſe. Relinquat viduā neceſſitatibꝰ ſuis inſer
uire: & ſi ſentit fidē debitā illi ſuſtulit mors:
que nouitatē quandā ꝓcurauit. Vis maior vr
get: & intolerabilis cogit. impune ſecūdi con
iugꝭ fortuna ſuſcipit: & ſi aliquid manes ſen
Ordo. tire poſſunt impune peccat. hec ille. Ordo eſt.
Poſtera ſup. dies luſtrabat. ideſt illumiabat &
purgabat iā terras lampade phebea: ideſt luce
ſolari & aurora dimouerat. ſcilicet prius (vn̄
non eſt hyſteron proteron. q̄a verba declarāt
auroram p̄ceſſiſſe q̄ dimouerat polo. ideſt ab
hemiſperio noſtro) vmbrā. ſ. noctis que ē vm
bra terre: humentē. i. cū humore ſemp labētē:
& iam poſtera dies luſtrabat adhuc terras lā-
pade phebea. a phebo. i. ſole: tūc ſup. cū. i. qn̄
ſup. regina Dido male. i. nō ſana: aut in malū
ſuū ſana. i. ſane ſimilis hoc eſt callida & aſtu-
ta: alloquiť ſic. i. in ſequentē modū: ſororē. ſ.
ſuā Annā noīe vnanimē. i. vniꝰ animi & vo
luntatis: īmorādi. ſ. enee. & ſi qua fieri poſſet
in cōiugiū illiciēdi dicit ergo. O Anna ſoror
que. i. qualia inſomnia. i. fantaſmata noctur-
na: terrent me ſuſpēſam. i. anxiā & ꝑplexā q̄d
agere debeam & ne dubitet vn̄ ſint inſomnia
addit: Quis. i. qualis hic hoſpes nouꝰ. ſ. eneas
ſucceſſit. i. in ſubſidiū venit: noſtris ſedibus.
ideſt ad noſtrū regnū duce & rege carēs & mul
tis inuiſum potētibꝰ quē. i. qualē quaſi dicat
dꝭ boni q̄ inclytū & magnificū: ferēs. i. gerēs
aut extollēs ſeſe. i. ſemetipm̄ dū labores ſuos
& errores narraret ore. i. oratōe & ſermone: q̄
forti pectore. i. animo: & q̄ ſup. fortibꝰ armis
Tria dicit in q̄bus & virtus & vitiū cōſiſtere
poteſt: os animū & arma. ore loq̄mur aīo co-
gitamus: armis operamur: q̄bus q̄a ſeſe vltra
mortaliū ſortem geſſiſſe viſus eſt eneas: addit
equidem. i. ego quidē. q. d. neſcio quid tibi vi
deatur: ſed ego certe credo ipſum eſſe genus.
ideſt progeniem & de genere deorum: aut ne
in vnum eneam propenſius inclinatā ſe pre-
dicet de toto genere troianorum qui ſe a dar-
dano & teucro Iouis filiꝭ ortos aſſerunt lo-
quitur: reditura tamen precipue ad eneam: ꝓ
bat autē genus eſſe deorū: quia timor arguit.
ideſt arguēdo & īprobando cōuincit animos
ſcilicet

Si mihi non animo fixū immotūq; ſederet:
Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali:
Poſtq̄ primus amor deceptā morte fefellit:
Si non pertæſum thalami: tædæq; fuiſſet.
Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ:
Anna (fatebor em̄) miſeri poſt fata ſichæi
Coniugis: & ſparſos fraterna cæde penates:
Solus hic inflexit ſenſus: animūq; labentem
Impulit: agnoſco veteris veſtigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optē prius ima dehiſcat:
Vel p̄r oīpotēs adigat me fulmine ad vmbras:
Pallentes vmbras erebi: noctēq; profundam:
Ante pudor q̄ te violē: aut tua iura reſoluam:
Ille meos: primus qui me ſibi iūxit: amores
Abſtulit: ille habeat ſecū: ſeruetq; ſepulchro.

Poſtera phœbea lu. l. t. Circūlocutio oriētis diei: Secū
dum enim & tertiū librū æneas per noctem in conuiuiꝭ SER.
Didonis narrauerat: licet vt ſupra diximus Vir. iſta q̄ per
naturam neceſſe eſt fieri plærūq; contēnat. Luſtrabat: aut
illuſtrabat. Aut reuera luſtrabat ideſt purgabat. Nā nox
quodāmodo polluit mundū. Humentem vmbram: quia
omnis nox humida eſt. vt noctis lentꝰ nō deficit humor
Et nihil intereſt vtrum vmbram an noctem dicat. Nox Nox.
enim vmbra terrę eſt: vt ſupra inuoluens vmbra magna
terramq; polumq;. Eſt etiam hyſteron proteron in ſenſu.
Aurora enim præceſſit ſolem. Cum ſic. v. De re pudēda
locuturā parum fuerat ſororē eligere: niſi etiā vnanimē.
Dicimus aūt vnanimus & vnanimis ſicut inermꝰ & īer-
mis. Maleſana: nō plene ſana. i. amore vitiata. Male enim Male.
plærūq; nō: plærūq; nimis ſignificat. ſicut ve: vt vecors
veſanus: q̄q̄ male ꝑnicioſe ſignificat Luc. Sic male deſe-
ruit. Inſomnia terrent. & terret & terrent legimus Nā eſt
hæc inſomnia īſomnię vigilia. & hoc īſomniū inſomniꝭ
id quod per ſomnum apparet: vt Falſa ad cœlum mittūt
inſomnia manes. Nam inſomnia in ſingulari Pacuuius Inſōnia.
& Ennius frequenter dixerunt. Ply. tamen de vſu remo-
uet: ſed ambiguitatē lectiōis hęc res facit ꝙ nō ex aperto
vigilaſſe ſe dixit: ſed habuiſſe quietem implacitam ideſt
ſomniꝭs interruptam. Ergo & inſomniꝭs territa: & ꝓpter
terrorem vigilias paſſa eſt. Nouus: magnus: vt Pollio &
iꝑe facit noua carmīa. Succeſſit ſedibus: vt ſuccedoq; one
ri: & ſuccedūt tecto. Quem ſeſe. o. f. vt Obſtupuit primo
aſpectu ſidonia Dido. Forti. p. Hoc ab Ilioneo audierat:
& fortitudinis cōmemoratione excuſat pulchritudinis
laudem. Credo equidem. g. eſſe. d. nec enim vana fides eſt
ideſt falſa: nā degeneres animos timor arguit. ideſt ꝓbat.
Heu: impulſum amoris ſignificat. Iactatꝰ fa. vt Quis te
nate dea ꝑ tanta pericula caſus iactauit. Exhauſta: termi-
nata: quod maxime v̄tutis eſt. Nā inchoare bella cuiuſ-
cumq; eſt. Vincere paucorū. Fixum immotūq;: cogi ſeſe
optat: q̄ ſic negat. Sederet: placeret. vt & ſedet hoc animo
Iugali propter iugum quod imponebatur matrimonio
coniungendis: vnde & Iuno iugalis diciť. Primus amor.
ideſt maritus. Deceptam. m. f. Decepit me morte ſua: &
fefellit. Pertæſum: participiū ſine origine verbi: & geni-
tiuum regit & accuſatiuum. Nam genitiuus ſingularis
eſt & accuſatiuum: vt pertæſus ignauiam ſuā. Huic vni.
f. p. Singula pronuncianda ſunt: ingenti enim dicta ſunt
libra & moderatione: quibus cōfeſſionibus deſideriꝭ ſui
quandā iniꝭcit refrenationē. Culpæ. Nam antiqui repelle
bant a ſacerdotio bis nuptas. Fatebor em̄ vno ſermōe cul
pam

pam exprimit & neceſſitatē. Fateri eñ & coactorū eſt:& culpabiliū. Miſeri poſt fata ſichei. Aut mulieriter dixit: Aut mortui ſecundū Cice.q in tuſculanis miſeros mortuos vocat:aut cuius ſic obliuiſcitur aut ſic occiſi. Sparſos:ſi ſichei ſparſos.i. pollutos. ſi didonis ſparſos.i. diſperſos propter fugā. Inflexit:a rigido ꝓpoſito:qa ſupra dixit infixum imotūq ſederet. Labantē: impul. impulit & labare fecit. Non eñ labat qui añ imobilis fuerat. Nō enim labentem legendū eſt nā habet labor primā longā ſyllabā:vt Labere nympha polo. Veteris ve.flam. rē tur pem ſub honeſta fateṫ:dicens ſe agnoſcere maritalis con iugij ardorē. Sed mihi Callide ac ſi diceret poſſe ſe cōiūgi æneç ſi mors ſecuta non fuerit Erebo in erebo alij erebi le gunt. Aut tua.i.r. propter vinculū iugale. Abſtulit.a.cū illo conſumpta ſunt deſideria & voluptates.

ſcilicet alioꝝ eſſe degeneres.i.a nobili pſapia meticuloſitate degenerare & ignobiliter dece dere:ſed timor nō eſt inuētus in enea vñ addit probans ſemꝑ priora per poſteriora quod eſt honeſtiſſimū illū cōnectēdi carminis:heu commiſerātis interiectio. qbus.i. qualib⁹ ille ſcilicet tā nobilis generoſus inclytus & pius hoſpes noſter iactatus ſup. eſt fatis.i. fatalib⁹ incōmodis & laboribus dijs ita volentibus aut permittētibus quo maior ſit illi gloria: q̄ ideſt qualia bella canebat.i. carmis eloquio enunciabat: exhauſta.i. iam expleta & geſta atq pacta a ſe.f.q.d. grauiſſima & maxime for midanda. Et ideo quia talis eſt. Si nō ſederet. i. placeret exiſtens fixum aīo & immotū ideſt immobile. ſicut diues inacceſſos vbi ſolis fi lia lucos.i. inacceſſibiles nā Vlyſſes acceſſerat cum alijs multis:aut imotū hactenus:ſed plus dicit ſi imo bile intelligaṫ verū exquiſitus eſt ſermo vt in vtrāuis ꝑtem intelligas ſi dicit nō ſederet aīo.i. ſi nō placeret oīno:ne vellem.i. ꝙ nūq vellem ſociare cui.i. alicui vinclo iugali ꝓ cōiugali.i. matrimoniali me ideſt ſi nō firmiſſime cōſtituerim ꝙ nūq alteri nuberē poſtq primus amor feſellit me deceptā morte.ſ. prioris cōiugis ſichei a pygmaliōe interēpti:& ſi nō fuiſſet ſup. me ꝑteſum.i. ſi nō oīno tederet thalami.i. thori genialis:& tede.i. facis nuptialis q̄ añ nubētes fertur:hoc eſt ſi non oīno afficerer tedio matrimonij & ſecūdarū nuptiarū:& ita cōſtituerim nō ampli⁹ nubere:ego potui.i. potuero:ſed facilitatē aut certitudinem futuri indicat ꝑterito:forſan quod callide addit ne ſe victā penitus fateaṫ: ſuccūbere.i. me victam dedere huic vni.i. ſoli culpe:q̄ eſſet trāſeūdo ad ſecūdas nuptias. Nā o anna eñ ꝓ qa(fatebor hoc eſt cogor.n. tibi cū ſis mihi ſoror & fidiſſima amica ſecreta cordis reuelare)hic ſolus.ſ. hoſpes noſter:amatorie tamē nō noīat eū inflexit ſenſus.ſ. noſtros:& ipulit.ſ. i amore ſui:animū labātē.i. a firmo ꝓpoſito paulatī decidentē:nā agnoſco veſtigia veteris flāme.i. amoris quē in Sicheū habui:flexit dixit ſolus poſt fata.i. mortē miſeri coīugis ſup. mei.ſ. Sichei. & poſt penates.i. lares aut deos familiares:ſparſos ideſt aſpſos:cede fraterna.i. a fratre meo Pygmalione cōiugi meo illata. Sed licet agnoſcam veteris veſtigia flame:ego optem prius vt ſup. tellus ima.i. ꝓfunda. dehiſcat.i. apiat ſe mihi ad abſorbendā.ſ. me:vel vt ſup. pr omnipotens.ſ. Iuppiter:adigat.i. ipellat me fulmine:ad vmbras nō quaſlibet ſed ad vmbras erebi.i. loci obſcuriſſimi in iferno:palētes.i. pallidos & pallidas faciētes:& vt adigat me ad noctē ꝓfundā.i. ad caliginē infernalē:ante.i. priuſq o pudor(ex affectione apoſtrophē facit)ego violē te:aut anteq ego reſoluā tua iura q̄ vetant.ſ. ad ſecūdas nuptias tranſire q̄ pudiciſſime haberi volunt matrone. Ille qui iunxit ſibi me ideſt q aſſumpſit me in coniugium ſcilicet. Sicheus:abſtulit primos amores ſcilicet meos:& ita volo vt ille habeat ſup. eos ſecū & ſeruet ſepulchro:quo vno verbo ſignificat ſe ad oppoſitū flexiſſe animū quod Anna intelligens dictura eſt. Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?

Poeta. ❡ Sic effata ſinus lachrymis īpleuit obortis:
Anna. Anna refert o luce magis dilecta ſorori:
Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta:
Nec dulces natos:veneris nec premia noris:
Id cinerem aut manes credis curare ſepultos:
Eſto ægram nulli quondam flexere mariti:
Non libyæ:non ante tyro deſpectus iarbas:
Ductoreſq alij:quos aphrica terra triumphis
Diues alit:placido ne etiam pugnabis amori:
Non venit in mentē quorū cōſederis aruis:
Hinc getulæ vrbes:genus inſuperabile bello:
Et numidæ infreni cingūt:& īhoſpita ſyrtis:
Hinc deſerta ſiti regio:lateq furentes
Barcei:quid bello tyro ſurgentia dicam
Germaniq minas:
Dijs equidē auſpicibus reor:& iunone ſecūda
Huc curſum iliacas vento tenuiſſe carinas:
Quā tu vrbē ſoror hāc cernes:q̄ ſurgere regna
Coniugio tali:teucrum comitantibus armis:
Punica ſe quantis attollet gloria rebus:

Tu modo

❡ Sic effata ſinus lachrymis impleuit. Vehementiā amoris quam verbis fateri erubuit lachrymis prodidit:vñ ſoror animū eius agnoſcens oleum addidit camino & incēſam inflāmauit ſequenti oratiōne de qua dicit Donat⁹ ASCEn: DONA. ſic. Lachrymis:quas effundebat vel recordatione veteris mariti:vel ꝙ cogatur id facere quod animo reſpuente dānauerat. Obortis: ſubito coortis. Sic eñ fit quādo dolore animi fundūtur. Contra de Sinone lachrymiſq coactis. O luce.m.d. oſtendit cauſam meri cōſilij fuiſſe:cum ex amore loquatur & deinde aggreditur aſtruere cauſas ꝓpter quas ipſa negauerat ſecundas nuptias. Nec dulces natos honeſtam cauſam proponit.ne libidinis ſed liberorum creandorū cauſa illam hortari videatur. Id cinerem.ideſt hic cui deferre contēdis neſcit honorificentiā tuam. Cum anima enim ſenſus morientis extinguiṫ totum interit perditq obſequium quiſquis illud nō homini ſed cineri prorogare cōtendit. Eſto egrā cum adhuc eſſes egra ex recenti dolore: nulli flexerunt te. Nunc non repugnabis placido amori. Hinc getule vr. exprimit quod obſcure dixit quorum conſ. ar. poſt autē multa neceſſaria:que ſuperius poſuit addit faciēdi neceſſitatem ſingula cum metu diſcurrēs: dicit ergo non conſideras te peregrinā:& in locis peregrinis te imperiū velle fundare:& omnia initia preſertim imperij habere laborē durū. Q.d. femina & ſola paras vrbem fundare cū innumere gētes poſſint te magno numero vrbium infeſtare.q viribus & ferocitate valēt. Inſuperabile:& ifreni inuīcibiles oñdit. Infre

 ni q

ni qui ſuis legibus viuētes nollēt alieno imperio ſubiugari. Inhoſpita: nō φ nō ſuſcipiat hoſpites: ſed quā ĩhumanitatis cauſa oīs formidet aduenies vel oderit pegrin⁹. Hoc ipſū cingūt habet magnā vim. nā cīgere eſt ābire vt īfiniti mōſtrent inimici vndiq;: ne p illos neue etiā p deſerta fugere poſſis. Germani minas: hoc vt validiſſimū poſuit qſi iſtis addet qui mare obſidebit ne fugere poſſis. Poſtremo illi hūc cogitādū ꝓponit: cui impiū ſit relictura: ſi careat liberis. Dijs eqdē. poterat timere Dido Iunoni hoc nō placere: ſed cōiecturaliter remouet Anna. ait em̄ ſi nollēt dij nobis coniūgi troianos nūq̄ illi nr̄a littora tetigiſſent & credit iunonē ꝓcuraſſe vt troiani a patria pellerent: vt huic regno fauerēt. Q uā tu vrbē: ſi ſola tm̄ regnū paſti qd facies troianis adiuta: Ergo fauorē deoꝝ ſacrificijs cōcilia. Indulge hoſ. i. illoꝝ pegrinationē vberi⁹ foue: ne deficiētib⁹ rebus troiani recedere cogantur. Cauſaſq; in. m. ptende cauſas q̄ illos a nauigatione arceāt. hec ille. Ordo eſt. Dido effata. i. elocuta ſic. i. ī morē pdictū īpleuit ſin⁹. ſ. oculorū. i. palpebras (ſecundū ſeruiū q vult lachrymas ī oꝛbib⁹ ocloꝝ īmoratas: quaſi indecorū ſit ſi effuderit ſed qa addit obortis. i. preter ſpē ortis videt poeta ſignificare īpleſſe ſinus nō oculoꝝ ſed veſtiū) lachrymis obortis. i. ſubito & cōtra īſtitutū ortis: vel recordatione mariti prioris vel amore noui: cū vereatur quod ſentiret fateri anna refert. i. rñdet ad obiecta cōtra nouas nuptias & perſuadet ad eas: o dilecta. ſ. Dido ſorori. ſ. mihi: que ſoror tua ſum: magis luce. i. vita ꝓpria. aut luce vitali: poſuit aūt magis dilecta p eo quod eſt dilectior: ne p an tu carpere. i. cōſumeris paulatim: ſola. i. in viduitate pſeuerās merens ideſt lugubris & triſtis iuuenta perpetua. i. p totā iuuentā tuā quantū ipſa ſe perpetit ideſt cōtinuat: Nec noris. i. noueris dulces natos ideſt q̄ dulces ſunt liberi: ijs qui procreant eos: nec pmia veneris. i. voluptatē libidinoſam. q. d. id ſtulte facis. Nam quod dixit Ille meos primus &c. nihil facit vñ addit credis ideſt credis ne. cinerem ſcilicet ſichei aut manes ſepultos ideſt ſpirit⁹ defuncti ſichei curare id. ſ. vt carpare perpetua iuuenta. q. d. id fieri nō debere cum ſupſtitioſum ſit & friuolum. Eſto aduerbiū cōcedentis tam apud grecos q̄ apud latinos. q. d. pmittat ita eſſe: & dicam⁹ φ nulli mariti. i. qui voluerunt eſſe mariti flexere te quondā. i. aliqñ antehac nō. ſ. te flexit ductor quiuis libye: aut Iarbas libye. ſ. ductor nō īq̄ te flexit ante. i. prius iarbas tyro. i. de tyro. deſpectus. ſ. tibi & alij ductores q̄s terra aphrica. i. aphricana: niſi ſit appoſitio: diues triūphis ideſt victorioſa & ſepe triumphare ſolita: aut ditata ex opimis ſpolijs & exuuijs eoꝝ quos in triumphos duxerit alit ideſt nutrit & fouet. ideſt ponamus φ principes aphrici te non flexerint: pugnabis ne etiā amori placido. ideſt cū amore placente reſiſtendo ei. q. d. id factū nō decere. cum liceat ſuccūbere amori quia id cineres nō curāt: & vtile ſit vnde addit. Non venit. i. venit ne in mentē. i. cōſideras ne quorū aruis cōſederis. i. locū habitādi ceperis: a cōſido potius q̄ a conſideo: vñ in primo. Vultis & his mecū pariter cōſidere regnis. recte ergo Valla ſentit ſido & ſedeo vnū habere in voce quidē preteritū ſedi: Vrbes getule. i. getulorū q ſunt populi aphricani: appoſitorie genus. ſ. hominū inſuperabile bello: & numide populi illi aphricani infreni. i. indomiti & nullo freno coerciti: & ſyrtis inhoſpita. i. inhoſpitalis: barbara & aſpera: cingūt nos hinc. i. ex vna parte vrbis noſtre: & regio. ſ. libyca: deſerta ſiti. i. ꝓpter aquarū penuriā que intollerabilē ſitim ꝓcreat: & barcei. ſ. populi furentes. i. debachātes late: ſup. cingūt nos hinc. i. ex alia parte. Q uid dicā. q. d. fruſtra cū tute ea noris: bella ſurgētia tyro. i. cōtra tyriā vrbē carthaginē: ſed melius: ſurgētia tyro. i. a tyro. vnde ꝓfecta eſt Dido vnde in primo imperium Dido tyria regit vrbe profecta: q; pro & minas germani ſcilicet Pygmalionis: qui propter ablatum auri & argenti immenſum pondus ſororem inſequi parabat. Equidem ideſt eg o quidem reor: carinas. ideſt naues a parte totum: iliacas. ideſt troianas tenuiſſe vento. ideſt vi

Ordo.

Sedi a ſido.

Tu modo poſce deos veniam: ſacriſq; litatis
Indulge hoſpitio: cauſaſq; innecte morandi
Dum pelago deſæuit hyems: & aquoſus orion
Q uaſſatæq; rates dum non tractabile cœlum.

SER.

¶ Sinus: hos dicimus orbes oculoꝛū. ideſt palpebras: q̄ a palpitatione dictæ ſunt. quia ſemp mouent. Bene autem his lachrymis excuſationē commemorati prioris mariti premiſit. Anna refert: ſuaſoria eſt omni parte plena. Nā & purgat obiecta & oſtendit vtilitatē: & a timore perſuadet. O luce. m. d. ideſt dilectior. Nam antiqui frequēter ꝓ comparatiuo iungebant particulā magis tale & illud eſt Nate mihi vita quondā dum vita manebat Care magis Sola ne: Sola ne mœrens in omni carpere iuuēta. Dulcis enim ꝓpter liberos qui ſunt cauſa ſecundi matrimonij. alij male iungūt natos veneris cupidinem & ęneā. Veneris præmia voluptates: Home. τατε Δωρα αφροΔιτης. Id cinerem aut ma. propter illud nec ſeruata fides cineri ꝓmiſſa ſicheo. Bene autem extenuat non animam dicens ſed cinerem & manes ſepultos. Et eſt ex ſententia Epicuri: qui dicit animam cum corpore interire. Eſto: aduerbium concedentis: & eſt græcum. Mariti: non qui eſſent ſed qui eſſe cuperent: alij legunt ægram mariti: vt ſit numeri ſingularis: ideſt triſtem propter maritum. Nō ante tyro: aut in tyro ac ſi diceret tyri aut τυροτευ ideſt de tyro vt Dardan⁹ heſperia. Iarbas: rex libyæ: qui ſecundum hiſtorias Didonem petijt: & cū illa recuſaret carthagini intulit bellum: cuius timore cum cogeretur a ciuibus petijt vt ante placaret manes mariti: & ædificata pyra ſe in eam pcipitauit: vnde Dido. i. virago eſt appellata: nam eliſſa ꝓprie dicebatur. Ductoreſq; alij ergo Iarbas ductor. Africa deriuationes frequēter ſunt maiores principalitate. Interdū pares inueniunt. Raro minores. vnde ſupra de lacæna notandum dicim⁹ Triumphis. d. ideſt bellicoſa. Pugnabis amori: gręcum eſt. Nam nos dicimus pugno tecum: & nō pugno tibi: Vrbes: ad terrorem dixit: nam in mappalib⁹ habitant. Infreni: ſæui vel q equo ſine freno vtunt. Inhoſpita: barbara aſpera. Deſerta. ſ. r. inhabitabilis: & intelligit xerolibyen quæ eſt inter tripolin & pentapolin. Terret ergo. cum iuxta ſint aut bellicoſæ gentes aut deſerta: vnde non ſperet auxilium. Barcei: hi longe ſunt a carthagine: vnde dixit Lateq; furentes: & ſecundum Titianum in chirographia phœnices quondā nauali pugna ſuperauere: Barce autem ciuitas eſt pentapoleos quę hodie Ptolemais dicit. Nam cyrene & barce reginæ fuerūt: a q̄bus cyrene & barce vrbes dicūtur. Minas propter aurū quod dolet ſibi ereptum vt in primo diximus. Auſpicib⁹ nuptiæ enim captatis augurijs fiebant: vt Luca. contentiq; auſpice bruto. Secunda: ideſt proſpera quæ præeſt coniugijs. Tenuiſſe: pfeciſſe: impleſſe. Tali tam fortis viri: hoc ſciebat a Didone dictum. Veniam: beneficium: aut veniam periurij vt non cineri ſeruata fides promiſſa ſicheo. Sacris litatis: noue dictum: nam deos litamus non ſacra. Indulge: da operam: vt indulgent vino & vertunt crateras ahenos. Aquoſus orion: corripuit ratione ſupradicta. Non tractabile: aſperum intractabile

Iarbas.

Dido.

ventorum.curſum huc.i.ad nos:dijs auſpicib'.i.pſidibus:aut ad futuras nuptias auſpicantibus & Iunone.ſ.pnuba:ſecunda.i.proſpera & ſequente deorum auſpicia.Nam o ſoror;: quam.i.qualem cernes hanc vrbem.q.d.clariſſimā:& que.i.qualia regna cernes tu ſurgere.i.oriri ſup.ex tali.i.talis herois: cōiugio.& hoc armis.i.bellicis potentijs & copijs teucrum.i.teucrorum comitantibus.q.d.etiam inclytiſſima ac potentiſſima.& quātis rebus attolet.i.eriget:ſe gloria punica.i.punicorum populorum:hoc eſt penorum.q.d.maximis.tu modo:ideſt ſolummodo aut nunc poſce deos.i.a dijs veniam.i.hanc gratiam aut beneficium vt rite ſecundent:aut veniam periurij:quia cineri ſicheio fidem non ſerues:& indulge.i.da operam hoſpitio.i.vt detineas eum hoſpitio:ſacris litatis.i.dijs litatis hoc eſt placatis per ſacra : aut ſacris litatis ideſt ad litandos deos factis:& innecte.ſ.enee:cauſas morandi.i.immorādi.docet quomodo.ſ.dum ideſt quoaduſq;:hyems.i.tēpeſtas hyberna:deſeuit.i.multum ſeuit.& eſt preſentis temporis:aut deſeuit.i.deſeuierit.i.ſeuitiam ſuam finierit:& dum orion.i.ſtella orionis aquoſus.i.aquas & nymbos excitans ſup.deſeuit.& dum.i.q̄diu:rates ſup.ſunt quaſſate.i.concuſſe & lacere necdum refecte.& dum celum.i.regio aeris eſt non tractabile.i.dura & aſpera.



Poeta.] ℭHis dictis īceſum animū inflāmauit amore:
Spemq; dedit dubiæ mēti : ſoluitq; pudorem.
ℭPrincipio delubra adeūt. pacemq; per aras
ideſt explere luxuriam ſuam: donec peracta hyeme Aenee daretur nauigandi facultas: & eos captos eſſe turpi cupidine. Dicit Seruius ꝙ fingit regnorum immemores: quod tamen quantũ de Didone incõceſſo eſt: ꝗtum de æne a non omnino negandum. Nam dicturus eſt Mercurius iuſſu Iouis. Si te nulla mouet tantarum gloria rerum. Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem &c. Dea fœda ideſt aut crudelis aut execrabilis propterea ꝙ potius turpia dictu ꝗ honeſta perfert diffundit paſſim hec ideſt huiuſmodi noua: in ora virum: ideſt virorum ideſt promulgat hec per omnia.

ASCEN ℭ Protinus ad regem. Declarat quomodo fama ad hiarbam regem aut ductorem Libye peruenerit vtq; ille Iouem patrem orauerit de qua re dicit Donatus ſic. Dona. Media inter numina quaſi dicat dijs teſtibus. Iuppiter omnipotens: Si hec vides: cur non punis. Si non vides non es dignus vt colaris Fœmina: quaſi abiecti ſexus: vnde magis dolendum. Sic Teren. Tu inquam mulier que me omnino lapidem nõ hominem putas. Errans: exul peregrina & ſine vrbe. Connubia noſtra a facto & perſona facit comparationem. Noſtra quaſi dicat tanti viri: & dolet ꝙ ſuum connubium repulit. i. ſe maritum & accepit æneam exulem: non maritum: ſed dominum quem deinde ab habitu vituperat. Semiuiro: duos proferũt ſexus: ſed dimidiatores: vt neq; viri neq; fœmine ſint qua coniectura probet infames eſſe. Nos. m. quaſi dicat incaſſum ſacrificamus: cum non tuis cultoribus: ſed alienigenis prodes. Hec ille. Ordo. ℭ Ordo eſt. Fama ſup pie. detorquet id ē vi dirigit curſus ſcilicet ſuos protinus ideſt ſtatim ad Hiarbam regem ſcilicet libyæ. & incendit ſcilicet incendio irarũ animum. ſ. eius dictis ideſt relationibus rerum nouarum & ipſi diſplicentium: atq; aggerat. ideſt accumulat iras. ſ. eius. hic ſcilicet Hiarbas: ſat⁹ ideſt procreatus Hammone ideſt ioue harenario: & hoc nympha ſupple quadam garamantide ideſt de patria aut gente garamantum rapta ſcilicet a Ioue & hoc ſi patronymicum intelligatur pro gentili poſitum ꝙ ſi quis garamantida cuius nominatiuus eſt hæc garamantis huius garamãtidos ꝓpriũ mauelit: ordo ſit & hoc garamãtide nympha rapta ſũt aũt garamãtes populi vt Strabo docet a maioris ſyrtis receſſu diebus quatuor ad hyemalis ortus. Hic ergo ſatus hammone & garamãtide: poſuit ideſt cõſtituit & conſecrauit ioui ſcilicet hammoni patri ſuo ſupple in regnis ſcilicet ſuis latis: ideſt amplis: cẽtum templa immania ideſt ſane magna ita vt minitari videantur & ita immania cenſeantur: ſicut immania cete dicũtur in quinto & poſuit centum aras: & ſacrauerat ignem vigilem ideſt vigilia ſumma ne extinguatur obſeruandum: appoſitorie: ęternas excubias ideſt vigilias extra cubicula exiſtentium: diuum. i. in honorem diuorum: & que fierent diuis non a diuis: & ſacrauerat aut fecerat: ſolum ideſt terram pingue ideſt imbutam cruore pecudum. ſ. mactatorum: & limina ſcilicet veſtibulorum: aut delubrorum: florentia varijs ſertis ideſt habentia ſerta variorum florum: iſq;. ideſt & is ſcilicet hiarbas amens animi: ideſt impotens animi more amẽtium qui ſine mente ſunt ſaltem bona: ſicut dementes peruerſa ſunt mente & accenſus rumore amaro: ideſt aſpero & acerbo dicitur oraſſe ſupplex manibus ſupinis: ideſt habens manus ſupinas ideſt erectas ſurſum oraſſe dicit: ideſt oratione ſequenti allocutus eſſe Iouem ſcilicet patrem ſuum: multa: ideſt multũ vt ſit nomẽ pro aduerbio: aut multa ideſt multas res ante aras quas ſcilicet conſtruerat: & inter media numina diuum ideſt deorum: hoc eſt dijs teſtibus & preſentibus. Oraſſe autem dicitur ſic. O Iuppiter omnipotens cui gens mauruſia ideſt mauritana: epulata nunc ideſt iam epu

lis ſaturata

Protinus ad regem curſus detorquet Hiarbã:
Inceditq; animum dictis atq;: aggerat iras.
Hic hãmone ſatus rapta garamãtide nympha
Templa ioui centum latis immania regnis
Centum aras poſuit: vigilẽq; ſacrauerat ignem
Excubias diuum æternas: pecudumq; cruore
Pingue ſolum: & varis florentia limina ſertis.
Iſq; amens animi: & rumore accenſus amaro
Dicitur ante aras media inter numina diuum:
Multa Iouem mãibus ſupplex oraſſe ſupinis.
ℭ Iuppiter oĩpotens: cui nunc mauruſia pictis Hiarbas
Gens epulata toris: Lenæum libat honorem:
Aſpicis hæc: an te genitor cũ fulmina torques
Nequicꝗ horremus: cæciq; in nubibus ignes
Terrificant aĩos: & inania murmura miſcent:
Fœmina quæ noſtris errans in finibus vrbem
Exiguam precio poſuit: cui littus arandum:
Cuiq; loci leges dedimus: connubia noſtra
Repulit: ac dominũ Aeneam in regna recepit:
Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu
Mœonia mentum mitra: crinemq; madentem
Subnixus: rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus: famãq; fouemus inanẽ.

SER. ℭ Hiarbas filius Iouis hammonis: liber per libyam exercitum ducens ſiti affectus auxilium a patre petijt: & ſtatim viſo ariete fons ſecutus eſt. Hammõ. Vnde factum eſt Iouis hammonis ab arenis dicti ſimulachrũ cum capite arietino: quod fingitur quia fatis inuoluta ſunt eius reſponſa: Rapta ſtuprata: vt rapti Ganymedis honores Garamantide. vel nomen proprium vel gentile: Nam garamãtes iuxta libyam ſunt. Excubias diuum æternas. Diſſinitio eſt æterni ignis. In quorũ templis ignis. Quid eſt ignis peruigil: excubie deorꝝ: nec vacat ratiõe: vt in aliquibus templis ſit ignis peruigil. Nam poteſtates aut terrene ſunt: aut aereę: aut æthereę: in ęthereis ignis eſt quia ille ignes ſunt. Eſt igitur in tẽplo iouis qui æther eſt & Mineruæ quia ſuper ætheram eſt: vnde ex capite patris procreata dicitur. Iſq; amens ani. & amator & barbarus: amẽs nomen oſtenditur: cum habeat genitiuum. Amaro. aſpero vt hoſtis amare quid increpitas. Media inter numina diuum ac ſi dicat dijs teſtibus. Salluſt. Mediuſſi dus. Quam medius fidius veram licet recognoſcas Medius fidus ideſt Διοσ υιοσ. ſupplex oraſſe. oratio hec partim habet precationem quia ſupplex partim conqueſtionẽ: q̃a oraſſe. Oraſſe autẽ dixiſſe vnde oratores dicti: Nam rogare non procedit: quia conqueritur magis. Mauruſia: mauritana: nam protenſio eſt. Nunc epulata: dum in epulis eſt: & eſt preteritum pro preſenti & bene nunc dixit: nam ꝗuis officia in deos habeant ęternam gratiam & ſpectent tam preteritum ꝗ futurum tamen in

preſenti

preſenti plus valent. Semper autem Ioui propter hoſpitalitatem libant: quem Xenonion dicimus: & bene dixitq́ humanas res ne tūc quidē curat: cum ei tribuitur honos ſacrificij. Lenæum: lenæus Bacchus diciturq́ preeſt lacubus ἀπο τηϛ ληνου: Nam cum ſit grecum a mentis delinimento non poteſt accipi. Nequicq́: quia non iudicio hoc facis. Cæci: quorum origo non apparet: Alij enim de ventis fieri dicūt alij de nubibus: alij de aere. In nubibus: quaſi dicat non ex te ſunt. Fœmina: inuidia a ſexu: & iam incipit queſtio ſpecialis Precio ergo nec per gratiam meruit: nec per virtutem inuaſit: Sed ſi vendidit: quid conqueritur q́ defraudatus ſit per corium: vel ex nuptiarum promiſſione. Littus: ergo infertilem terram. Loci: vel vt tributaria eſſet: vel in noſtrum deueniret matrimonium. Dominum: vt ſuperius. Phrygio ſeruire marito. Eſt autem de iure quaſi per coemptionem que certis ſolennitatibus apud priſcos peragebatur in conthrahendo matrimonio & ſeſe coemendo inuicem vir & vxor interrogabat vir ita. an mulier ſibi materfamilias eſſe vellet: illa reſpondebat velle: item mulier interrogabat virum vtrum vir ſibi paterfamilias eſſe vellet: ille reſpondebat velle: itaq́ mulier in viri matrimonium conueniebat: & vocabantur he nuptie per coemptionem: & erat mulier materfamilias viro loco filie. Paris: ſimilis Paridis. iniuria a perſona: & bene Paris quaſi qui ſuſtulit pactum. Sic Iuuena. Et caluo ſeruiret Roma Neroni. Semiuiro co. vt o vere phrygie: neq́ enim phryges Mœnia: lydia nam phryges & lydij vtebantur Mitra .i. incuruo pileo de quo pendebat buccarum tegmē. Crinemq́. m. f. Crinem vnguentatum ſubnixum habens. Rapto: ſtupro nam raptus eſt illicitus coitus: nec enim hic rapuerat. Templis quippe. t. ac ſi diceret: non mirum ſi hæc patimur te colentes: ſic ſupra ad irriſionem dictum Iuppiter omnipotēs: ac ſi diceret tu es qui omnia potes. Inanē: aut quia fruſtra mūdi te credimus eſſe rectorem: aut quia me tuū filium eſſe cōfido. Fouemus: quaſi rem per ſe infirmam.

Forma cō iugij

lis ſaturata: toris ſcilicet triclinij: hoc eſt lectis diſcubitorijs libat ideſt offert guſtando: honorem leneum ideſt bacchicum: hoc eſt vinum: aſpicis hec amara interrogatio. Nam ſi dicat iuppiter non aſpicio: inferat ergo deus non es. Sin aſpicio: ergo iniquus: qui tuos non iuuas cū ſis Iuppiter ideſt iuuans pater dictus: & omnipotens: an nos horremus nequicq́ ideſt fruſtra te o genitor cum ideſt quādo. torques id ē vi impellis fulmina & ignes ceci ideſt fortuiti & errore in hunc aut illum decidentes non ex precepto tuo in nubibus ideſt qui ſunt in nubibus dum fiunt tonitrua & miſcent murmura inania: ideſt tonitrua non timenda cum naturalia ſint & non a te miſſa invindictam malorum: hoc eſt nunquid non timendus es: & videtur q́ ſic quia neq́ pios cultores tuos iuuas: neq́ impios punis. Nam fœmina. non dicit regina: ſed in diminutionem dignitatis eius fœmina que errans ideſt profuga ſedem querens in finibus noſtris ideſt in extremis regni noſtri oris: poſuit vrbem exiguam precio: quia vt dictum eſt. Mercatiq́ ſolum: facti de nomine byrſam Taurino quantum poſſent circundare tergo: cui ſcilicet fœmine: nos dedimus littus: ideſt extremam oram regni noſtri arandum. ideſt colendum & cui dedimus leges loci ideſt iura noſtra vt a nobis tributaria fieret (hoc autem in contemptum Carthaginis finxit poeta quaſi a primordijs tributaria fuerit iure quidē licet vi preſcripſerit) hec inquit fœmina nobis obnoxia & merito ſubdita: reppulit ideſt per contemptum reiecit noſtra connubia: ac recepit Aeneam dominum. ideſt ipſi dominaturum imperioſe: in regna ſcilicet ſua a nobis conceſſa. Et nunc ille quaſi dicat notiſſimus: Paris: ideſt ſimilis Paridis adulter & alterius cubilis inuaſor (quaſi vero Dido ſibi debeatur hoc dicit) ſubnixus mētum & crinem madentem: ideſt delibutum vnguento hoc eſt habens mentem & crinem ſubnixum ideſt fultum & ſuſtētatum: mitra mœonia ideſt lydia qua etiam phryges vtebantur) erat autem genus pilei incurui: de quo dependebat buccarum tegmen vt mitris epiſcoporū noſtrorum: ſubnixus dicit cum comitatu ſemiuiro & ſemimuliebri (quia ſexu quidem viri erant: ſed animo & habitu mulieres videbantur: dicitur ergo nunc in dedecus ſemiuir: quia altera pars infra virum eſt: aliquando in laudem quando vltra virum eſt: vt in his qui & ſemidei ſunt) potitur rapto ſcilicet coniugio: aut abſolute rapto ideſt re rapta aut rapina videlicet fœmina illa que noſtra connubia reppulit. Quippe quia certe: nos ferimus ideſt afferimus tuis templis: ideſt ad tua templa: munera ideſt oblationes: aut ferimus ideſt offerimus ſup. in tuis templis munera: q́ pro &: hoc eſt tamen fouemus famam inanem ideſt non ſortientem effectum: famam enim ſignificat fuiſſe q́ Didonem haberet coniugem quam petierat nec vero ſimile erat q́ ab ea repelleretur: & de ea fama potius intelligetur loqui quam de fama generis ſui: aut gubernationis iouis: Id enim ei maxime dolet q́ ab ea repulſus ſit & ita vituperio habitus cum ab inferiore id fiat.

Aeneas. ¶Talibus orantem dictis: aramq́ tenentem
Audijt omnipotēs: oculoſq́ ad mœnia torſit
Regia: & oblitos fame melioris amantes.
Tum ſic Mercuriū alloquitur: ac talia mandat.
Iuppiter Vade age nate: voca zephiros & labere pēnis
Dardaniūq́ ducē tyria Carthagine qui nunc
Expectat: fatiſq́ datas non reſpicit vrbes
Alloquere: & celeres defer mea dicta p auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit graiumq́ ideo bis vindicat armis:
Sed fore qui grauidā imperijs: belloq́ fremētē
Italiam regeret: genus alto a ſanguine teucri
Proderet: ac totum ſub leges mitteret orbem.

Si nulla

¶Talibus orantem &c. Docet auocatum Aeneam ab carthagine in italiam a Mercurio monitu iouis cuius orationem ad Mercurium hoc loco recitat. De qua cum nihil habeam ex Donato. ¶Ordo eſt Omnipotens ſcilicet iuppiter audijt ideſt exaudiuit pro parte q̄tum ſcilicet ad hoc q́ tacite petijt Aeneam quem ſibi prelatum dolebat illinc amoueri: Hiarbam ſcilicet orantem ideſt oratorie loquentem: talibus dictis ideſt premiſſa oratione: ac tenentem aram ex more ſcilicet obteſtantium: & torſit ideſt flexit: oculos ad menia regia ſcilicet Carthaginenſia & ad amantes oblitos melioris fame. i. immemores regni ſui Aeneā regni quo vocabať: & Didonem eius qď extruere ceperat: & alloquitur tum ideſt deinde Mercurium ſic: ac mādat talia. O nate ideſt fili. genuit enim eum ex maia age cohortandi eſt beniuole: vade: voca zephyros quibus ſcilicet Aeneas nauiget: aut quibus ipſe ex cylene deferatur: & labere pennis ſcilicet alarum tuarum: & alloquere ducem dardanium ſcilicet Aeneam qui expectat: ideſt immoratur nunc carthagine tyria: ideſt a tyrijs extructa: & non reſpicit ideſt non attendit: vrbes

ASCEñ.

Ordo.

Si nulla accendit tantarum gloria rerum:
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:
Aſcanio ne pater Romanas induit arces:
Quid ſtruit: aut qua ſpe inimica ĩ gẽte morat:
Nec prolem auſoniã: & lauinia reſpicit arua:
Nauiget: hec ſũma eſt: hic noſtri nuncius eſto.

bes ſciet italicas: datas: ideſt conceſſas ei: fatis ideſt a fatis: hoc eſt deorum voluntate & pre ordinatione: & defer. ideſt deorſum fer mea dicta: ideſt mandata per auras celeres: ideſt quas celer pertranſeas: & dic ſupple illi ꝙ genitrix. ſ. eius pulcherrima videlicet Venus: non promiſit nobis illum fore talem. ideſt voluptati deditum: neqꝫ vindicat: ideſt eripit & liberum ſeruat bis armis graium: ideſt grecorũ ſ. forte ſub Laomedonte & nunc ſub priamo: aut ſemel cũ Diomede cõcurrentẽ & ſemel in ipſa troie ruina p tela p ignes deſcẽdentem ideo. i. ad eum finẽ vt mulieri inſeruiat: ſed promiſit ſupple fore: ideſt futurum eſſe: talem ſuple aut eũ qui regeret imperijs italiam grauidam imperijs & frementem bello ideſt martiam & bellicoſam (Reſpicit ad Auguſtum qui inde originem traxit) et qui proderet ideſt porro dederet. hoc eſt propagaret & portenderet: genus: ideſt progeniem ab alto ſanguine teucri: ideſt qḋ per Teucrum auctum eſt: au teucri pro dardani ac mitteret totum orbem ſub lege quod Auguſtus tandem effecit. Si nulla gloria tantarum rerum: accendit: ideſt incitat ardenter eum: nec ipſe molitur: ideſt cum molimine tẽtat laborem: ſuper ideſt pro: ſua ideſt propria laude ne: ideſt an ipſe pater: ideſt cum ſit pater Aſcanij (dubitat tamẽ Titus Liui⁹ an huic Aſcanio an vero poſthumo regnum obuenerit) inuidet Aſcanio arces romanas: que ſcilicet olim ab Aſcanij progenie extruentur: quod in perſona iouis recte dicitur qui ſciuit romanas arces futuras. Quid ſtruit ſcilicet in Carthagine. aut qua ſpe morat̃ in gẽte inimica: nec reſpicit prolem auſoniam: aut que in auſonia: ideſt in italia oritura eſſet: aut lauiniam puellam regiam quam Didoni preferendam innuit: & pro ideſt nec reſpicit arua lauinia: que ſcilicet illi in agro laurenti ſubijcientur. Nauiget: non dicit quo. ſed ſatis innuit in Italiam nauigãdum. id tamen non dicit. quia prius in Siciliam deferentur. Hec eſt ſumma ſcilicet mandatorum. hoc eſt omnia mãdata mea in hoc recidunt vt ꝗ primum nauiget & ergo eſto nunci⁹ nr̃i. ſ. mãdati aut dicti hic. i. ĩ hac re.

SER.

¶ Ad mœnia: vt inde pellat Aeneam: ne videatur eſſe cõtrarium ꝙ omnia conturbentur Ioue aphricam reſpiciente Nam vtrũqꝫ a turpi liberat fama. Voca zephyros vel qui bus Aeneas nauiget qui vehant Mercurium: vt ventoſqꝫ ſecabat. Catthagine: pro carthagini: pro aduerbio in loco de loco poſuit. Sic Hora. Romæ tibur amen ventoſus tybure Romam. Expectat: terit tempus. Non illum per ſilentium intellige Pulcherrima: epitheton perpetuum nec ad preſens negocium pertinens. Bis ſemel ſcilicet in ſingulari certamine cum diomede: in quo a diomede ſaxo percuſſus eſt: luuena. Vel quo Titydes percuſſit pondere coxam Aeneæ: item in excidio ſicut legimus. Deſcendo ac ducente deo. Alij dicunt propter Diomedis & Achillis ſingularia certamina: ſed quando cũ Achille dimicauit a Neptũno liberatus eſt: poteſt tamen quod pro Venere fit ab ea factũ videri. Sic Iuno imputat Veneri quod pro ea factum eſt vt Tu potes in totidem claſſes conuertere nymphas: vel intelligimus Aeneam iam tunc natum: cum Hercules Troiam diruit: nam conſtat Priamo tunc ab Hercule imperiũ traditum. Grauidã imperio. Vnde multi imperatores poſſent creari: iungimus autem ablatiuo: quia & grauis: Vnde eſt ablatiuo iungitur. Belloqꝫ. ſ. exceptis temporibus quibus a la latino regebatur Proderet: protenderet ideſt propagaret. Propago autem ideſt genus pro breuis eſt: vt. Sit Romana potens Italia virtute propago: pro arbore producitur: vt flexos propaginis arcus. Alias deciperet: vt vnius ob iram prodimur. Super ſua laude ideſt pro ſua & grecum eſt ſchema. Sic ẽm. Demonſthenes. υπερ τουστεφανου. ideſt pro corona. Molitur: preparat: exercet. Aſcanio cui imperium debetur. Hoc autem aſſerit poeta vt laudando Iulum Cæſarem laudet: qui ab eo originem ducit: vt Iulius a magno demiſſum nomen iulo: Romanas ar. honeſtior elocutio: ſi addamus quam rem inuidemus: vt Liber pampineas inuidit collibus vmbras. Inimica preocupat quaſi preſcius. Nec prolem au. ſic in vi. Nunc age dardaniam prolem: que deinde ſequatur gloria. Summa: mei precepti collectio: Iuue. Ad ſummã non maurus erat.

a duerb. ej in loco

Prodo

Propago

¶ Dixerat. ille patris magni parere parabat.
Imperio: & primum pedibus talaria nectit
Aurea: quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra:
Seu terram: rapido pariter cũ flamine portant.
Tum virgã capit: hæc animas ille euocat orco
Pallentes: alias ſub triſtia tartara mittit.
Dat ſomnos: adimitqꝫ: & lumĩa morte reſignat.
Illa fretus agit ventos: & turbida tranat
Nubila: iãqꝫ volãs apicẽ & latera ardua cernit.
Atlantis duri: cœlum qui vertice fulſit:
Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput: & vento pulſatur & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mẽto
Precipitant ſenis: & glacie riget horrida barba.

Poeta

Aſcen. ¶ Dixerat &c. Docet quomodo Mercuri⁹ qui dicitur deorum nuncius Ioui obſecutus eſt: ea ẽm ei⁹ planete natura eſt vt quibuſcunqꝫ coniũgitur eorum naturam fere induat: ideoqꝫ ſtatim paret nec reſpondet. De hac autẽ re hoc ſolum

Donatus. reperi Donati. Auo materno: ab Atlante monte. in quem Atlantem patrem Maiæ conuertit

Ordo. perſeus. ¶ Ordo eſt dixerat ſcilicet iuppiter. ille ſcilicet mercurius: parabat parere ideſt obedire imperio magni patris. & nectit primum pedibus ſcilicet ſuis. talaria ideſt indumenta ad talos vſqꝫ deſluẽtia. aurea ideſt fulgẽtia more auri que ſcilicet talaria portant ſcilicet eum ſublimem. ideſt ſupra limum hoc eſt terram exaltatum alis ideſt per alas illis annexas: pariter. i. ſimul: cum flamine. i. vento rapido. i. raptim volanti. ſiue ferri velit ſupra equora. ſeu ſuper terram. tum. i. deinde capit virgam. i. caduceum: & ille euocat quando. ſ. vult hoc eſt euocare ſolet ac poteſt. hac. ſ. virga. orco. i. ab inferno. animas pallentes. i. vmbras defunctorũ. & mittit alias ſ. animas ſub tartara. i. loca profũdiſſima & obſcuriſſima in ĩferno. hoc eſt alias ducit ad inferos alias reducit ab inferis. nam æthnicorũ multorum diſciplina eſt animas quidẽ non interire:

Hic



¶Hic primum paribus nitens cyllenius alis
Cõſtitit: hinc toto preceps ſe corpe ad vndas
Miſit: aui ſimilis: que circum littora circum
Piſcoſos ſcopulos: humilis volat æqora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlumq; volabat:
Littus harenoſum libyæ: ventoſq; ſecabat
Materno veniens ab auo cyllenia proles.

SER. ¶Parere non reſpondet vt numen inferius ſed obtempe-
rat. Talaria dantur mercurio pennę: quia citius omnibus
planetis in ſuum ortum recurrit: vnde & velox & errans in
ducitur vt. Quos ignes cœli cyllenius erret in orbes. Tum
virgam capit. i. caduceum qđ primo Apollo habuit: & do
Caduceũ. mercurius nauit mercurio accepta ab eo lyra. Hora. Frater nãq; hume
ro lyram: Mercurius fert virgam quia deus orationis eſt: &
deorum interpres: vnde virga bellantes diuidit. i. bellum:
nam bellantes & interpretũ oratione ſedantur: vnde ſcđm
Liui. legati pacis caduceatores dicũt. Sicut em̃ per feciales
bella indicebãtur: ita pax per caduceatores fiebat ερμηϲ au
tem grece dicitur αϖοτηϲ ερμηνιαϲ. i. interpres. Animas vm
bras. Anime em̃ in cœlo ſunt. Reſignat: claudit: perturbat:
& eſt quia dicunt phyſici morituros pupillas in oculis an-
Atlas. te triduo non habere quibus non viſis eſt ſumma deſpera-
tio. Reſignat ergo. i. aufert ſigna luminibus. Tranat tranſ-
uolat: vt Nare per eſtatem liquidam ſuſpexeris agmen. La
tera dat ei que ſunt hominis. Nam rex fuit qui cum Perſeũ
hoſpitio non ſuſciperet: quoniam ab oraculo admonitus
fuerat: vt a Iouis fi. caueret a Perſeo in montem conuerſus
eſt viſo

terire: ſed poſt interualla certa (que viuẽdo be
ne aut male meruerunt habere longa aut bre-
uia) redire ab inferis in corpora non eadem ſed
alia: & earum ducendi ac reducẽdi miniſtrum
eſſe Mercurium qui quaſi caduceator deorum
eſt: Caduceator autem eſt quem vulgus amba Caducea-tor.
ſiatorem vocat. Et ipſe dat ſomnos ac virga: &
adimit ideſt aufert ſomnos: & reſignat. i. ape-
rit lumina ſupple clauſa morte: nam re ſignifi
cat contrarium dum ad dictionem importan-
tem clauſuram iungitur: quia ergo ſignãtur li-
tere & arce dum clauſe ſunt: reſignare fere acci-
pitur pro eo quod eſt aperire & recludere. Ser-
uius tamen accipit quaſi ſit reſignat ideſt iterũ
ſignat: morte ſcilicet futura: lumina. id ē pupil
las quas aufert: & ip̃e fretus. ideſt adiutus illa.
ſcilicet virga agit. ideſt impellit ventos: & tra
nat ideſt tranſuolat: nubila turbida ideſt etiam
commota. & ipſe volans cernit iam apicem. i.
verticem & latera ardua atlantis illius montis
in Mauritania. duri. i. ſaxoſi: qui ſcilicet mons
ſed alludit ad Atlantem regem auum maternũ
eius qui in eum montem conuerſus fingitur)
fulſit id eſt ſuſtinet vt ruſticis ad pedẽ eius ſtan
tibus videtur: vertice ideſt ſummitate capitis
ſui. celum: atlantis inquit cui caput piniferum
ideſt in quo multe pinus creſcũt: cinctum ideſt
inuolutum aſſidue atris ideſt obſcuris nubib⁹:
pulſatur vento & imbri: ſed nix infuſa tegit hu
meros ideſt iuga eius: tum ideſt inſuper flumi-
na precipitant ſupple ſe. i. precipitãter cadunt:
mento. i. de mento ſenis. ſ. atlãtis niue caneſcen

 tis ſed

tis ſed alludit vt dixi ad hominem: quaſi diſtillarent de barba: hoc eſt iuxta verticem eius: & barba horrida ideſt aſpera riget glacie: ideſt ſtyrijs. Cyllenius ideſt Mercurius in cylleno nutritus nitens: ideſt conans deſcendere: alis paribus: ideſt equatis: vt faciunt magne aues dum deſidunt: conſtitit ideſt requieuit primum hic: ideſt in atlante monte & ipſe preceps ideſt precipitanter deſcendẽs miſit ſe hinc ideſt ab hoc loco toto copore ideſt conatu totius corporis ad vndas ſcilicet maris libyci iuxta carthaginem miſit inquam exiſtens ſimilis aui: ſcilicet mergo: que volat humilis circum littora & circum ſcopulos piſcoſos ideſt piſcibus refertos: iuxta equora. Proles cyllenia: ideſt Mercurius veniẽs ideſt deſcendens ab auo materno ideſt ab atlante maie que mater eius eſt patris volabat haud ideſt non aliter ſed eodem modo inter terras & cœlum & ſecabat: ideſt diuidebat littus harenoſum libye: quia ilic harene abundant & ventos ideſt ſuperabat ſimul ventos & globos arene elatos.

ASCEN: Dona. ¶ Vt primum allatis &c. Docet quomõ executus eſt mandatum iouis. de quo Donatus ſic dicit. Inuadit inuectiuam futuram eſſe hoc verbum oſtendit. Et ex hoc acri habitu Mercurij oſtendit quali habitu debuit eſſe iuppiter. Tu nũc obiurgatio eſt potius ꝙ̃ inuectio. Nam cõmune ſibi facit hoc damnum: & dolet decipi ſpem ipſius & filij quod non faceret: ſi accuſatoris animum gereret: Pulchram vxorius vrbem ſtulti eſt aliena curare ſua negligere. Ipſe deum huius pſone autoritatem grauiorem facit ſuã obiurgationem. & vt maior ſit metus poteſtatem ipſius deſcribit. Vtrumqꝫ autem damnat: & ꝙ ſubleuet inimicorum opes: & ꝙ in re agẽda ocium ſibi proponat: quoniam negligentis eſt & incauti. Addit ne per eũ pereat quod aſcanio debetur: quod niſi per ipſum preſtari non poteſt. Medio ſermone: quia non expectauit reſponſum quod erat dimidium ſermonis: qui oritur inter duos. Hec ille.

Ordo. ¶ Ordo eſt vt ideſt vbi aut cum primũ. ſcilicet Mercurius tetigit plantis alatis ideſt quibus talaria cum alis annexuerat: magalia: ideſt penorum domos humiles: ipſe conſpicit æneam fundantem arces: & nouantem ideſt noua facientẽ tecta: ſcilicet carthaginis future romano imperio inimice: atqꝫ enſis erat illi ſtellatus ideſt radians & quaſi ſtellis ornatus: iaſpide ideſt gemma illa fulua i. ſubuiridi admixto albo. & lena ideſt chlamys: ardebat. i. reſplendebat illi: murice tyrio. ideſt purpura tyria: que dibapha ideſt bis tincta illic eſt & ceteris preſtat: demiſſa ideſt deorſum miſſa & reiecta more militantium ex humero: que munera fecerat Dido diues: & diſcreuerat telas. ideſt ſtamina: tenui auro. i. in fila diſſecto Continuo ideſt ſtatim vt vidit eum. inuadit ſ. æneam dicens ſupp. tu. i. tu ne qui autor romani imperij eſſe debes: locas nunc fundamenta alte carthaginis: que. ſ. tui nepotes euerſuri ſunt: & tu vxorius ideſt vxori nimium deditus extruis vrbem pulchram: tu inquit: heu dolentis & exprobrãtis: oblite ideſt qui oblitus es (& ſcd'm Vallam dicere poſſet nõ minus oblitus) rerum tuarum i. tot oraculis tibi reuelatarum. Ipſe regnator deum. i. deorũ. ſ. iuppiter qui torquet. i. implet aut agit & ſuſtinet: numine. ideſt nutu & poteſtate: cœlũ & terras. i. ſumma & infima cœleſtia & terreſtria demittit. i. deorſum mittit de claro olympo. i. celo me tibi. i. ad te & ad commodũ tuum: & ipſe iubet ſup. me ferre hec

eſt viſo. Gorgonis capite: latine telamon dicitur: ſicut nilus melon: Fulſit: ſuſtinet. Nam altus eſt nimis. Nix niuis facit: ſed verbum ninguit non hinc venit: ſed ab eo quod ninguis Lucre. Albas effundere ningues. Ninguit autẽ prima & ſecunda perſona caret: nam non eſt in noſtro arbitrio ſed ad deum pertinet. Precipitant pro precipitantur Senis propter ætatem: vel alluſit ad niues: vt Gelidus canis cum monti. h. Liquitur Paribus. a. leni volatu. vt dixit & in cœlum paribus ſe ſuſtulit alis. Cyllenius ab auia: vnde paulo poſt Cyllenia proles aut a cylleno monte arcadiæ vbi nutritus eſt: Toto. c. vno impetu exceſſus ſic Lucanus: Nec te tellure cadauer Paulatim per mẽbra leuat terraqꝫ repulſum Aui ſimilis: incongruum heroico carmini erat ſi mergum diceret: Sic alibi per periphraſim ciconiam dixit Candida venit auis longis inuiſa colubris. Sic eſt Teſta cum ardente videbis Scintillare oleum: ne diceret lucernam nimis tenuiter. Harenoſum: Recte. Nam in libya erat: ſed non in harenoſa. Mauritania enim eſt aſpera & ſyluoſa. Materna per Maiam Atlantis filiam. Magalia Aphrorum caſas & mapalia idem ſignificant ſed magalia ma. ꝓducit mapalia vero corripit: vt & raris habitata mapalia tectis.

Nilus. Ningues. Cyllenius. Magalia. Mapalia.


Vt primum alatis tetigit magalia plantis
Aeneã fundantẽ arces: & tecta nouantem
Conſpicit: atqꝫ illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat: tyrioqꝫ ardebat murice læna
Demiſſa ex humeris: diues que munera Dido
Fecerat: & tenui telas diſcreuerat auro:
Continuo inuadit Tu nunc carthaginis alte Mercuri.
Fundamenta locas: pulchrãqꝫ vxorius vrbem
Extruis: heu regni rerũqꝫ oblite tuarum.
Ipſe deum tibi me claro demittit olympo
Regnator: cœlũ & terras qui numine torquet:
Ipſe hec ferre iubet celeres mandata per auras:
Quid ſtruis: aut q̃ ſpe libycis teris ocia terris:
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum:
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem:
Aſcanium ſurgentem: & ſpes heredis Iuli
Reſpice: cui regnum italie romanaqꝫ tellus
Debentur Tali cyllenius ore locutus.
Mortales viſus medio ſermone reliquit: Poeta
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

SER. ¶ Fulua viridi: vt Fuluaqꝫ caput innectit oliua: Sed Ply. inter ſpecies iaſpidum vnam ponit fuluam. Et multi volunt iaſpidem ad gratiam pertinere. Enſis pro vagina poſuit. Lena: genus eſt veſtis. Eſt autem proprie toga duplex amictus angularis. Inuadit: habitum future orationis oſtẽdit. Et notãdum non tantum eum nuncij: Sed etiam caduceatoris. i. oratoris officio fungi. Nam & perſuadet & nunciat Vxorius: vxori ſeruiens. ſic Hora. vxorius amnis. Ipſe dat dictis autoritatem. vt que phœbo pater omnipotens: Olympo: olmypus quaſi hololampos ideſt totũ ſplẽdens ſiue mons ſit macedonie: qui dicitur etiã diuerſorium deorum ſiue cœlũ. Vnde addidit claro: vt plẽmyriũ vndoſum Accentus grecus tunc poteſt eſſe ſi ſit greca declinatio: Vt ολυμπωσ ολυμπον: Nã latine olympi facit. Torquet: agit ſuſtinet: vt Cuncta tuo qui bella pater ſub nomine torques. Numine autem eſt aut nutu aut poteſtate. Hæc: que dicturus eſt: Nam ſupradicta ex ſe dixerat. Teris per negligẽtiã conſumis

Olympus.

conſumis. Debentur: Honeſtius plurali numero reſpondit. Surgentem: creſcentem vt Surgentem in cornua ceruū: itē Surgentē ꝓ noue carthaginis arcē. Cyllenius: Antonomaſium eſt pro ꝓprio. Ore: oratione. Mortales viſus. aut oculis æneę ſe ſuſtulit: aut humanā reliquit effigiē: quam ſumpſerat: vt ab ęnea poſſet videri. Medio ſermone: atqui executus eſt omnia quę iuppiter dixerat: ſed ſermo eſt conſertio orationis duorum vel plurium. Medius ergo eſt: cū pſona cum qua quis loquitur non reſpondet.

hęc mandata quę.ſ. dicturus eſt per auras celeres. ideſt quas celeriter pertranſiuimus iuſſu eius: dicens ſupple. Quid ſtruis aut qua ſpe teris ocia ideſt per negligentiam conſumis tempora quibus ocio vacas terris libycis. q.d. inimicis: & tibi negatis. Si nulla gloria tantarū rerum: quante ſcilicet tibi promiſſe ſunt: nec ipſe ideſt tu moliris laborem ſuper. i. pro tua laude. reſpice. i. clementer attende. aſcaniū ſurgentem ideſt creſcentem: & ſpes iuli. i. quas cōcipere potes de iulo: heredis ideſt qui tibi heres eſt. & cui poſt te regnum heſperie debetur. vnde dicit cui regnum heſperie & tellus Romana debentur ſcilicet ex fatali preordinatione. Cyllenius ideſt mercurius locutus tali ore ideſt oratione acriter prolata: reliquit viſus mortales.ſ. ęneę cui ſe videndum exhibuerat ſermone exiſtente adhuc medio. i. nullo reſponſo dato & cum ille plura putabat dicturus: & euanuit ꝓcul ex oculis in tenuē aurā: reſoluto.ſ. corpore aerio viſibili quod aſſumpſerat.



Atvero æneas aſpectu obmutuit amens:
Arrectæq; horrore comæ: & vox faucibꝰ hæſit.
Ardet abire fuga: dulceſq; relinquere terras.
Attonitus tanto monitu imperioq; deorum:

Heu quid

¶ Atvero æneas &c. Recitat quomodo ęneas ſic admonitus fugam. i. clandeſtinam ꝓfectionem parabat. vtq; eam ſenſit amans dido. vnde hęc dūtaxat repi Donati verba. Atq; animū nunc huc: in tam ambigua conſultatione ꝑualuit in religioſo viro diuinū preceptum. Ordo eſt. Atvero. i. ſed certe; æneas amens. i. attonitus aut

Aſcenſius
Donatus.
Ordo.

tus aut

Heu quad agat: quo nũc reginã ambire furentẽ
Audeat affatu: & quæ proxima exordia ſumat:
Atq; aĩm nunc huc celerem nunc diuidit illuc:
In parteſq; rapit varias perq; omnia verſat.
Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt:
Mneſthea: ſergeſtũq; vocat: forteq; cloanthum:
Claſſem aptẽt taciti: ſocioſq; ad littora cogant:
Arma parent: & quæ ſit rebus cauſa nouandis
Diſſimulent: ſeſe interea (qñ optima Dido
Neſciat: & tantos rumpi non ſperet amores)
Tentaturum aditus: & quæ molliſſima fandi
Tempora: q̃ rebus dexter modus: ocyus oẽs
Imperio læti parent: ac iuſſa faceſcunt.
At regina dolos (quis fallere poſſit amãtem?)
Præſenſit: motuſq; excepit prima futuros:
Omnia tuta timẽs: eadem impia Fama furenti
Detulit armari claſſem: curſumq; parari.
Sæuit inops animi: totamq; incenſa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas: vbi audito ſtimulant trieterica baccho
Orgia: nocturnuſq; vocat clamore Citheron.

tus aut ſtupefactus & quaſi ſine mente aſpectu ſcilicet minaci ipſius mercurij obmutuit.i. loqui nequit & come idest capilli arrecte ſup. ſunt.i.riguerunt: horrore.i. ex horrore.& vox ſcilicet eius: heſit.i. conglutinata eſt faucibus: ita vt penitus rauceſceret: & ipſe ardet.i. ardenter cõcupiſcit: abire fuga ideſt ſecreta profectione fuge ſimili: & relinquere terras dulces ideſt quibus didonem dulcem inuenerat: attonitus ideſt ſtupefactus quaſi tonitru iouis percuſſus: tanto monitu & imperio deorum ſcilicet iouis & mercurij: aut ſimul omnium deorum qui in talia fata æneę conſenſerant. Heu amare dolentis interiectio.q.d. dubitabat quid agat dicens heu.& dubitãs quo allocutionis modo: audeat ambire.i. ambiendo hoc eſt ſuppliciter precando: tentare reginam furentem ſcilicet impatiẽtia amoris: & quæ exordia ſumat prima ad inſinuandum neceſſariam profectionem ſuam: atq; diuidit animum celerem ideſt celeriter fluctuantẽ: nunc ideſt aliquando: huc ideſt in hãc ſententiam: nũc.i. aliqñ illuc.i. in illam ſentẽtiam: & rapit ideſt violenter trahit eum in partes varias: & verſat eum per omnia ſcilicet tentamenta & cõſilia. hęc ſcilicet quam dicturus eſt poeta viſa eſt alternãti ideſt alternatim nũc hanc nunc illam approbanti: potior ſupple cęteris ſi multe erant: aut potior ſupple illarum duarum quas nouiſſimas verſabat: ipſe vocat mneſthea ſergeſtum & fortem cloanthum ſummos illos gubernatores nauium: vt in quinto patebit in nauali certamine vocat ſup. vt aut imperans poſtq; aderant vt ipſi taciti ideſt tacentes & ſilentes aptent claſſem & cogant.i. in vnũ cõpellant ſocios ad littora: & ſup. parent arma.ſ. cõtra vim tyriorũ: & vt diſſimulẽt quę ſit cã rebus nouandis.i. cur res innouent: & claſſem aptent & ſup. dicebat ſeſe.i. ſemetipm interea.ſ. dũ claſſis aptaretur tentaturum aditus. ideſt acceſſus & quę tpa fandi.i. loquendi ad eã de ꝑfectione eſſent molliſſima.i. cõuenientiſſima & maxime oportuna: & q̃ modus ſit dexter.i. cõueniens & aptus: rebus.i. ꝓſpere gerendis qñ.i. quandoquidẽ optima Dido neſciat.ſ. q̃ abire velit: & nõ ſperet.i. formidet (ꝑ cõtrariũ nã ſperamus bona) amores tãtos quãtos.ſ. iã expta erat: rũpi.ſ. poſſe. aut q̃ diſſoluantur (Sunt qui legant ecque molliſſima &c. vt ſit vide q̃ molliſſima tpa fandi. qs.i. qualis modus dexter rebus ſed minus ꝓcedit: quia tunc diceret q̃ mollia & q̃ dexter) Oẽs.ſ. ſocij parent ocy⁹.i. valde cito impio.ſ. ęneę. leti.i. volũtarij & morigeri: aut qa ſicut alibi dixim⁹ ſemp in italiã lęti inierũt iter q̃ſi natura eos in patriã reducẽte. vnde eſt vix e cõſpectu ſicule telluris in altũ Vela dabãt lęti & Italiã ſocij lęto clamore ſalutant: & Quo tandẽ italia mecũ lętere reperta: & ſępe alibi. ac ꝑ & faceſſunt.i. factũ eũt: iuſſa.i. quę iuſſerat. At.i. ſed regina preſenſit.i. prius q̃ parati eſſent ſenſit dolos.i. doloſam ꝓfectionem. Nam ſup. quis poſſit fallere amantem.q.d. nemo. vnde ipa excepit prima motus futuros: timens oĩa tu ta.i. etiã tuta nedũ formidanda: nã res eſt ſolliciti plena timoris amor. Eadem fama quę.ſ. detulerat ad Hiarbam eam ęneę nupſiſſe: aut veniſſe æneam. Cui ſe pulchra viro dignetur iungere dido. eadem inq̃ detulit.ſ. ad didonem claſſem.ſ. æneę armari ideſt armis hoc eſt inſtrumentis omnibus tam bellicis q̃ alijs inſtrui.& curſum ideſt feſtinam nauigationem parari: & ideo ipſa inops ideſt impotens: animi.i. rationis: ſęuit ideſt furit acerbe & incenſa.ſ. furore: bacchatur ideſt more bacchantium decurrit: per totam vrbem exiſtens ſup. talis: qualis ſupple bacchatur Thyas.i. ſacerdos bacchi: excita.i. excitata & euocata: ſacris.ſ. bacchi: hoc eſt orgijs aut bachanalibus: cõmotis.i. cum motu fieri ceptis: vbi.i. quo tempore: orgia.i. feſta liberi. trieterica.i. triennalia quæ tertio quoq;

Forte.

SER. Dulcis minus eſt: ſed ne videatur ingratus: deoꝝ excuſatur imperio. Sic in ſexto. Sed me iuſſa deum. Ambire: Blãditijs circunuenire vt ne connubijs ambire latinum. Exordia: orationem: ſicut in rhetoricis legimus. Alternanti: varia mente tractanti & per hoc oſtenditur cogitaſſe eũ etiam amorem. Sed pretuliſſe voluntatem deorũ. Taciti: ſine ſtrepitu cęlantes conſilia: Arma: forte contra impetum iratæ regine. Quando non eſt hoc loco temporis. ſed ſignificat ſiquidem & eſt coniunctio rationalis. Sane quando breuis eſt naturaliter ſic ſerenus quando flagella ligas. Vergilius vſurpat. Si quando tybrim vicinaq; tybridis arua. Quis reb⁹ dexter mo. Qui ſit reb⁹ optim⁹ euẽt⁹ Lęti: alacres feſtiui. Faceſſunt: frequentatiuũ eſt vt in Geor. Matris precepta faceſſit. Aliqñ diſcedere ſignificat. Terentius Hæc hinc faceſſat. Pręſenſit: acſi diceret anteq; ille moliretur & nimia in hoc vis amantis exprimiẽ. oĩa tuta. Deeſt etiã & eſt exaggeratio. Eadẽ: q̃ iarbę. Curſum nauigationẽ. Inops animi: ſine aĩo ſine cõſilio. Bacchaẽ vt bacchãtes furit. Et vno ſermone ꝑoccupat futurã orationẽ. Thyas: bacchas: Nã vt a baccho bacchas: ſic a thyoneo thyades dicunẽ. Cõmotis qa in ſacrorũ renouatione cõmouebanẽ ſimulachra. Hora. nõ ego te candide baſſareu inuitũ quatiã. Trieterica: triẽnalia. Nam liberi ſacra tertio quoq; anno innouabanẽ. Orgia aũt apud gręcos oĩa ſunt ſacra vt apud latinos cerimoniæ. Sed iam abuſiue ſacra liberi orgia vocãt vel αποτηο ορκηο.i. a furore: αποτου ορου. Nocturnuſq; vocat: quia noctu celebratur: vnde eius ſacra nyctelia appellantur. Quæ populus Roma: excluſit cã turpitudinis. Citheron aũt mons eſt: ex quo clamor numinis veluti Bacchas vocabat.

Quãdo.

Moueri ſimulachra

tio quoq; anno fiunt: ſtimulant.i.inſtigant & quaſi ſtimulis agunt eam & hoc baccho audito ideſt percepto aduentare & cytheron mons ille baccho ſacer ſicut helicon apollini. nocturnus. ideſt in quo exercentur feſta tempore nocturno vocat clamore.i.reſonantia aut reboatione.

Tandem his Aeneam compellat vocibus vltro:
Dido. ¶Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas? taciruſq; mea diſcedere terra.
Ne te nr̄ amor: nec te data dextera quōdam:
Nec moritura tenet crudeli funere Dido:
Quinetiam hyberno moliris ſydere claſſem
Et medijs properas aquilonibus ire per altum
Crudelis: quid ſi non arua aliena domoſq;
Ignotas peteres: & troia antiqua maneret?
Troia per vndoſum peteret̄ claſſibus æquor
Me ne fugis? per ego has lachrymas: dextram
q; tuam te:
(Qñ aliud mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui)
Per connubia noſtra: per incœptos hymneos
Si bene quid de te merui: fuit aut tibi quicq̄
Dulce meum: miſerere domus labētis: & iſtam
Oro (ſi quis adhuc precib⁹ locus) exue mentē:
Te propter libycæ gentes: numadūq; tyrāni
Odere: infenſi tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor: & qua ſola ſydera adibam
Fama prior: cui me moribūdā deſeris hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniā de coniuge reſtat.
Quid moror? an mea pygmaleon dum mœnia frater
Deſtruat. aut captam ducat gætulus Hiarbas
Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugā ſoboles: ſi quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas: qui te tantum ore referret:
Non equidem oīno capta aut deſerta viderer.

SER. ¶Diſſimulare. artificioſa allocutio. Nam ſibi conſulit ſub facie vtilitatis æneę. Diſſimulare. quaſi dicat ita pudendā rem aggrederis: vt eam fateri nolis. Data.d. fœdus amiciciarum. Hyberno ſydere: non hyeme: ſed hyemali ſydere: aut proprie quod ait ſupra dum pelago deſeuit hyems & aquoſus orion. Ergo aut tempore: vt quo ſydere terram vertere mecœnas. Aut reuera ſydere propter orionē. Crudelis etiā in te odio mei. Domoſq; ignotas: ac ſi dicat Carthago iam tibi nota eſt. Licet etiam hic aliena ſint arua. Et troia.a.m. Deeſt ſi Me ne fu. adhuc non vult aperte exprobrare beneficia ſicut paulopoſt irata. Incœptos: qui ipſa nouitate ſunt dulces. Dulce meum: tetigit rem inhoneſtam Sic Teren. Seu tibi morigera fuit in omnibus rebus. Tyrānus: Tyranni: nihil intererat apud maiores inter regem & tyrannum: vt pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Fama prior: quæ melior fuit ſine dubio. Hoſpes: & hoſpes fuerat & maritus. Sed maritum ſe negat & hoſpitem confitetur: vt nunc dido dicit cui me deſeris hoſpes. Qm̄ hoc ſolū nomen de coniuge reſtat.i.ſupeeſt. Alij reſtat ideſt reſiſtit.i.in cōtrariū tibi eſt. Alij dicunt hoc ſolū nomen: qm̄ ſupereſt vt te coniugē dicam. Dicitur autem ingēti affectu
hos verſus

ASC ¶Tandem his æneam &c. Poeta q̄ argutiſſimam inducit didonis ad æneam oratione quā ipſe ſibi placere oſtendit ex ea re q̄ eam priuatim Auguſto recitauit: qua etiam diuus Auguſtinus ad lachrymas compulſus eſt: vnde miſerationis plena eſt. Don. De qua tn̄ pauciſſima extāt Donati verba nihil enim inuenimus niſi q̄ dicit ante fugam dixiſſe didonem ne honeſtet rē dicendo ante diſceſſum. Ordo. Ordo autem eſt. Dido compellat ideſt alloquitur: tandem ideſt poſt longam cogitationem: æneam vltro ideſt non exigētem eius compellationem: his vocibus.i. ſubſequētibus verbis. O perfide eccam conſtātiam muliebrem quę dixerat. Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe deorū: nunc dicit O perfide: ſperaſti.i.ſperaſti ne etiam poſſe diſſimulare ideſt per diſſimulationem celare: tantū nephas: quantum ſcilicet eſt amantem & bene meritam ſic deſerere: q̄ pro ideſt ſperaſti ne diſcedere tacitus ideſt tacens & ſecretus: diſcedere ſcilicet poſſe mea terra. Nec noſter amor tenet te: nec dextera.i.fides: data.i. ꝓmiſſa quondam: nec Dido moritura ſi diſceſſeris ſup. crudeli funere: quia morte quam ſibi illatura eſt. vnde videtur extunc decreuiſſe ſeſe interimere ſi diſceſſerit. Quinetiam.i. inſuper tu moliris ideſt cū mole & difficultate paras claſſem ſydere hyberno.i.hyemali & tempeſtatem excitare ſolito: & properas ire per altum.ſ. mare aquilonibus.i. ventis illis vehemēter nociuis: medijs ideſt in ſummo vigore exiſtentibus: aut tā flantibus. exiſtens crudelis: ideſt impius & immitis etiam in teipſum odio mei quaſi dicat qui ſe pium in deos & patrem fuiſſe iactitauit: nūc in ſeipſum impius eſt vt mihi officiat: nā immemor ſalutis in ſummo periculo mare conſcendere parat: quid ſup. dicere poſſem. ſi non peteres arua aliena & domos ignotas: & ſi troia antiqua maneret. q.d. non tam legitime iraſcar vt nunc: quia tunc conuenienter troia peteretur claſſibus per ęquor vndoſum ideſt vndis & procellis plenum. Fugiſne me. q.d. id non merui. vnde addit. Ego oro te per has lachrymas quas effundo: & per tuam dexteram ideſt virtutem & fidem: quam mihi quondā dediſti: (qn̄ ideſt quandoquidem: ipſa ideſt ego non reliqui mihi miſere iam nihil aliud.ſ. preter fidem datam de futuro quia non erant celebrate nuptię: aut quia non potuit eum cogere) & oro ꝑ noſtra connubia (quia. vt patuit coniugiū vocat: hoc pretexit noīe culpam. ſed ſi dicat ęneas non eſſe cōnubia addit) ꝑ hymeneos noſtros.i. auſpicia nuptialia aut per primos concubitus. Oro inquit ſi ego merui bene de te quid.i. aliquid aut in aliquod & ſi quicq̄ meum.i. cōſuetudinis meę fuit tibi dulce.i. delectabile: miſerere domus.i. familię meę. labentis.i. tendentis in ruinā & excidiū: & exue iſtam.ſ. tā ingratā & indignā tua pietate mentem.i. voluntatem (Nā iſte ad ſecundā ꝑſonā & ad cōtemptū ptinere ſolet) ſi quis locus eſt adhuc.ſ. reliqu⁹ ꝑcibus. Locū aūt eſſe decere dupliciter docet & ob merita erga eum ſua quę verecūde tetigit & ob damna quę ꝑpter eū paſſura eſſet ſi abiret quæ addit dicēs. gentes libyce & tyranni.i. reges ſuperbi numadū ꝑ numadarū populorū libye: odere.i. oderunt ſup. me. ꝑpter te.i. quia te coniugem aſſumpſi: & tyrij.i. ſubditi mei īfenſi.i. multū offenſi & ob hoc moleſti ſunt mihi pro-
pter te:

pter te: quo verbo tangit̃ hyſtoria. Nam fuit a ſuis coacta hiarbe nubere quod cũ nollet ſeipſam in Pyrã deiecit: id aũt fingit poeta Didonem in æneã reijcere & pudor ſup. meus eſt extinctus ꝓpter te eundẽ: & fama prior qua ſola. i. deſt ꝑ quã ſolã etiã ſi aliã nõ habuiſſem dignitatem: adibã ſydera (prius de ſe dixerat æneas fama ſuper æthera notus) cui o hoſpes deſeris me moribundam. i. iamiã morituram: & quia appellando eũ hoſpitẽ videt̃ negare maritum. addit cur hoſpitẽ dixerit. q. d. ideo dixi hoſpitẽ: qm̃ hoc ſolũ nomen. i. hęc ſola appellatio. ſ. hoſpitis: reſtat mihi de cõiuge. i. de te q cõiunx quidem es ſed negas. Quid moror. i. quid differo mortem an ſup. moror: dum. i. donec pygmalion frater. ſ. meus deſtruat mea mœnia: aut dum. i. donec: hiarbas getulus. i. ferus getulorum rex ducat. i. abducat aut in triumphum ducat me captã. q. d. id expectare non debeo & ideo moribundã deſeris ſaltẽ. i. ſi aliud obtinere nõ poſſum vel hoc obtineam. ſi qua. i. aliqua ſoboles. i. ꝓles fuiſſet ſuſcepta mihi. i. a me de te ante fugã. i. prius ꝙ ſic turpiter aufugeres: & ſi quis paruulus æneas. i. te & nomẽ tuũ referens luderet mihi. i. in ſolatiũ meũ: aula. ſ. mea q referret. i. repſentaret: te tãtũ. i. ſaltẽ aut tantũmodo cũ te habere nequeã: ore. i. effigie & vultu oris tui (& id meli⁹ ꝙ ſi dicat̃ tantũ. i. dũtaxat ore: qa nollẽ vt factis tui ſilis ſit. adhuc em̃ blãditur vt amatrix: & ita non congruit vt intelligatur illum vituperaſſe quod ex reſponſione patet æneę beniuole reſpondentis). Equidem ideſt ego certe non videre omnino capta ideſt irretita laqueo amoris aut potius decepta: aut deſerta: quia haberem filiũ qui te repreſentaret. Eſt enim filius imago patris in quo & pater ſuperuiuere videtur: vnde eccl'i. xxx. Mortuus eſt pater eius & non eſt quaſi mortu⁹. Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. Quocirca fictione iuris continuat̃ patris in filio poſſeſſio.

hos verſus Vergilius priuatim cum pauci adeſſent Auguſto recitaſſe. Nam recitauit voce optima primum: tertium & quartum. Saltem: vel hoc. eſt autem tractum a captiuis Saltem qui cum tenerentur ab hoſtibus dicebant ſublatis omnibus. ſalutem concede: hinc per ſyneręſim natus eſt ſermo: vt in contemptu rerum multarum perituri aliquid ſaltem dicamus. Ante fu. ſo. Et amatorię & amare loquitur nã hãc fugam dicit: quam ille profectionem nominat. Amor autem ex filij deſyderio comprobatur. Si quis mihi: de iure loquitur. Nam liberi vbi non eſt iuſtum matrimonium: matrem ſequuntur. Qui te tm̃ ore referret. Aut ſic dixit: quaſi amatrix: vt ſupra de aſcanio: infandum ſi fallere poſſet amorem. Aut illud dicit Optarem filium ſimilem vultui & non moribus tuis.

Aſcenſius ¶ Dixerat. ille iouis &c. Hic habetur placida reſponſio æneę qua tamen amans magis accenditur ꝙ placetur. Nam ſicut in irato & aduerſario: reſponſio mollis frangit iram ita in amãte abnegatio placida incẽdit furorem. De hoc autem dicit Donatus ſic ille iouis. confundebatur pudore: vtpote qui ingrati: qui fallacis: qui fugitiui infamiam ſubiret contra inſtitutum ſuum: ſed ſolum Iouem ſibi ante oculos ponebat: quod efficiebat vt vir alioquin mitis & humanus ꝙuis moueretur officijs Didonis: tamen a propoſito non diſcederet: recte autem dixit monitis potius ꝙ iuſſis: quia non ſolum imperium eum monebat: ſed ea quæ imperabat quę ad regnum italicum acquirendum pertinebant. & ne carthaginem ſuo imperio inimicam futuram foueret. Nec te re. n. p. palam habet beneficia accepta: ſed neceſſitate impulſum & non voluntate: oſtendit ſe illi non obſequi breuiter autem purgauit quæ obijciebantur: ne multiloquio tempus tereret: & ingratitudinis vitium primo confutat: vt ſecundũ artem incipiat a validioribus aduerſariorum obiectis. Neꝗ hanc ab. f. probat ꝙ non fugam ſed nauigationem parauit quia non venerat vt matrimonium conficeret: quod probat ꝙ nullis ſolitis cerimonijs coniugium celebratum ſit. Sed nunc Italiam: facit rem veriſimilem: nam nullus ab ocio ad negocium niſi inuitus accedit. Hic amor hæc patria eſt. Si te cœpit amor nouæ patriæ non egre feras ꝙ ego quoꝗ nouæ patriæ amore capiar. Et nos: quemadmodum & te. Aſtra ignea: facit veriſimile ex ipſo tempore. in quo ſomnus capitur. Manifeſto in lu. confirmatio rei ne credat eſſe deceptum & interponit iuſiurandum. Vtrunꝗ ſcilicet Iouis qui miſit: & Mercurij qui miſſus eſt. Deſine: quia cognouiſti iuſtas diſceſſus cauſas.

Donatus

Ordo ¶ Ordo eſt. Dixerat videlicet Dido. Ille ſcilicet Aeneas: tenebat lumina immota ideſt oculos immotos ita vt non flectantur in didonem ad reſpiciendum eam miſericorditer: monitis: ideſt propter monita Iouis. Non ꝙ iuppiter monuerit eam non aſpicere: ſed quia monuit ꝙ primum nauigandum: quod ne non faceret eam non aſpexit ne forte a monitis iouis auerteret: quo facto docemur non ſolũ transgreſſionem

Poeta ¶ Dixerat: ille iouis monitis immota tenebat
Lumina: & obnixus curã ſub corde ꝓmebat:
Aeneas Tandẽ pauca refert. Ego te ꝙ plurima fando
Enumerare vales: nunꝙ regina negabo
Promeritã: nec me meminiſſe pigebit eliſſæ:
Dum memor ipſe mei: dũ ſpũs hos reget artus
Pro re pauca loqr: nec ego hãc abſcõdere furto
Speraui: ne finge fugam: nec coniugis vnꝙ
Prætendi tedas: aut hæc in fœdera veni.
Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpicijs: & ſponte meas componere curas
Vrbem troianam: primum dulceſꝗ meorum
Reliquias colerẽ: & priami tecta alta manerent.
Et recidiua manu poſuiſſem pergama victis:
Sed nunc Italiam magnam gryneus Apollo:
Italiam lyciæ iuſſere capeſſere ſordes:
Hic amor. hæc pr̃ia eſt: ſi te carthaginis arces
Phœniſſam: libycæꝗ aſpectus detinet vrbis
Quæ tandẽ auſonia teucros cõſidere terra
Inuidia eſt: & nos fas extera querere regna.
Me patris anchiſæ: quoties humentib⁹ vmbris
Nox operit terras: quoties aſtra ignea ſurgũt:
Admonet in ſomnis: & turbida terret imago.
Me puer Aſcanius: capitiſꝗ iniuria cari:
Quẽ regno heſperie fraudo: & fatalibus aruis:
Nũc etiam interpres diuũ Ioue miſſus ab ipſo:
Teſtor vtrũꝗ caput: celeres mandata per auras

Detulit:

Detulit:ipſe deum manifeſto in lumine vidi
Intrantem muros: vocemq; his auribus hauſi.
Deſine meq; tuis incendere:teq; querelis:
Italiam non ſponte ſequor.

SER. ¶Iouis monitis. Et hæc monita dicimus: vt Carmentis nymphę monita:Et hos monitus:Perſius: Hos pueri monitus patres infundere lippos. Immota.l. Phyſicum enim eſt:vt qualitates animi ex oculorum:aut corporis mobilitate oſtẽdamus:ergo modo vult oſtendere æneam a propoſito non eſſe deuiaturum.Ego te quæ plurima fando:controuerſia eſt plena:in qua ſe purgat obiecta remouẽs a ſe crimen ingrati:& veniali vtitur ſtatu profectionem ſuam torquens in voluntatem deorum.Habet etiam finem: nã purgat obiectam fugam nomine profectionis. Promeritam: præſtitiſſe beneficia:& eſt ſermo de his quę per contrarium magis luceant.Teren.ita me vel im ames promerentem pater ideſt bene agentem cõtra alibi.quid commerui: aut peccaui pater ideſt male egi. Meminiſſe pigebit eliſſę:memini & illius rei dicimus. vt hoc loco & memini illam rem: vt Numeros memini ſi verba tenerem. Memor ipſe mei. De futuro dixit Piget autem ad futurum ſpectat. Pudet ad præteritum.Et licet pene:vna ſit ſignificatio: tamen dicimus
Piget. piget me illud facere:& pudet me feciſſe. Vnde interdum
Pudet. pręcipue a Salluſtio ſimul ponuntur.Pro re pauca loquar: remoto ingrati crimine:deſcendit ad cauſam.Hanc profectionem.Pretendi.i.ꝓbat nõ eſſe matrimonium.In fœdera.aut matrimonij:vel adiunge ſequentibus: & dicet non veni vt hic morarer ſicut nunc probat. Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpicijs: & dixit in primo. Quo mecumq; vocent terræ vbi ſignificauit nolle apud carthaginem perpetuo manere: ſed velle querere ſedes fatis conceſſas.Ergo veni:conſenſi:hoc eſt non ad hęc conſenſi fœdera:vt cum vellem diſcedere non liceret. Auſpicijs:diſpoſitionibus:quia maiores omnia auſpicato gerebant.Sponte mea:nomen eſt cum ei caſus & genus imponitur. Sic & mane:vt dum mane nouum dum gramina canent. Sic & forte vt Forte ſua libycis tempeſtas appulit oris: alias aduerbia ſunt:non autem ſua ſponte. Nam ſupra dictum eſt Hos cape fatorum comites: item: diuerſas quærere terras augurijs agimur diuũ.Recidiua poſt caſum reſtituta. Gryneus:iuxta clazomenas vrbem aſię nemus eſt gryneũ: vbi
Gryneus. Apollo colitur: inde igitur ſumit epitheton :licet non inde ſumpſerit oraculum.Lycię ſor.nec hinc accepit reſponſum ſed ſic dicit lyciæ:hoc eſt apollineę. Hic amor:eo dicit deſiderio per voluntatem deorum circa italiam teneor: quo ſi poſſem circa Troiam:& ad illud reſpicit Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor. Et nos fas. dicitur mihi fas eſt & non me: ſed lege etiam nos fas eſt extera quærere regna.Nox operit:a veriſimili id tempus poſuit.Quotiẽs aſtra ideſt per vnamquamq; noctem.In ſomnis:pro inſomnijs more ſuo. Turbida terribilis quod & vmbrę conuenit & parentis autoritati.interpres:hermes expreſſit. Ab ipſo ideſt magno vt ſupra ipſe deum tibi.m.c.d.o. Vtrunq;: meum & tuum:aut Iouis & Mercurij:aut meum & aſcanij. Manifeſto.l.aut claro aut in nimbo:quod lumen maius eſt Lucanus Poſt ꝙ ſe lumine vero. His auribus. pleonaſmos eſt Hauſi. accepi.

greſſionem mandatorum dei:ſed etiam periculum tranſgrediendi vitare. Aut ſenſus eſt. ille tenebat oculos immotos in monitis Iouis. ita ꝙ nihil attenderet preter monita iouis aut ꝙ ſtupefactus ſit ob monita iouis ita ꝙ cogitabundus vno obtutu oculos immotos contineret: vnde ſequitur: & obnixus ideſt obſiſtens affectioni ſue premebat curam ideſt ſollicitudinem ſuam ſub corde.&refert ideſt reſpondet tandem ideſt poſt longam cogitationem: pauca ſcilicet verba. Ego o regina nunꝙ negabo te promeritam ideſt quin promerueris plurima quæ tu fando vales ideſt bene ſcis aut potes enumerare:nec pigebit me ideſt non erit mihi in poſterum pudori aut verecundię:aut non grauabit me meminiſſe ideſt memorem eſſe. eliſſe ideſt tui que proprio nomine eliſſa diceris:tantiſper ſupple dum ipſe ideſt ego ſupple ero memor mei.& dum ideſt donec ſpũs.ſ. vitalis reget hos.i.meos artus.i.tãtiſper dũ viuã. Ego loquar pauca pro re.i. ſecundũ exigentiã negocij:ego nec ſperaui abſcõdere furto hanc ſup.ꝓfectionem:ne finge pro ne fingas.i.ne dicas eam ex opinione tua fugam:quia nõ fugiturus ſum ſed ꝓfecturus nec ego ꝓtendi vnꝗ tedas.i.faces: coniugis.i. nuptiales.i. ego nunꝗ te duxi coniungem licet complexus ſum amicam:nec veni in hæc fœdera.ſ.matrimonialia quę idiſſolubilia ſunt ſed ſi mea fata ideſt quæ dij de me conſtituerunt: paterentur me ducere vitam ideſt viuere meis auſpicijs ideſt diſpoſitionibus:& componere ideſt finire curas meas ſponte.i.ad nutũ ac libitũ meũ:ego colerẽ.i. inſtaurarẽ primũ.i.pcipue & ante oĩa vrbẽ troianã quę diruta eſt: & dulces reliquias meorũ: & alta tecta priami manerent.ſ.reedificata: & po ſuiſſem victis ideſt troianis fugitiuis pergama ideſt mœnia troiana recidiua.i.poſt caſum reſtituta: aut recidiua ideſt iterum quaſi ad vitã ideſt exiſtentiam reducta. hoc eſt fruſtra ſperaueris me retinere iſtic quia niſi in italiã me fata vocarent:nõ hanc vrbem extruerem ſed troianam repararem:ſed nunc apollo gryneus id eſt veridicus vt eſt in nemore gryneo ſupple iuſſit capeſſere ideſt captum ire:magnam italiam & ſortes lycie ideſt oracula apollinis qualia apud lyciam iuſſere me capeſſere italiam hic ſcilicet quẽ mihi fata dedere eſt mihi amor hęc eſt mihi ſupple patria:poteſt bis dici hic amor eſt mihi amor & hęc patria eſt mihi patria:nec iniuria.Nam ſi arces carthaginis detinent ſupple te phœniſſam ideſt cum ſis phœniſſa hoc eſt de phœnicia nec in patria tua:& ſi aſpectus vrbis lybice detinet ideſt immoratur delectando te:ꝗ inuidia ideſt iniuria quæ cã inuidie ſit tandẽ.i.vt libere me tandẽ purgem eſt teucros conſidere.i.ſi teucri conſidunt & ſedes capiunt auſonia.i.in italia.q.d.nulla.qa fas eſt&.i.etiã nos nõ ſolũ te: querere regna extera.i. externa imago patris.ſ.mei anchiſe admonet me& ipſa turbida.i.cõmota & irata terret me: inſomnis: pro inſomnijs:aut dum ſomno indulgerem:toties ſup.quoties nox operit ideſt inuoluit terras vmbris humẽtibus.i.humidis & quoties aſtra ignea.i.ardentia ſurgunt.i.oriunt̃ Puer aſcanius etiã admonet me.&iniuria chari.i.dilecti capitis.ſ.filij mei:quẽ ego fraudo.i.per fraudẽ priuo regno heſperie: & aruis fatalibus.i. fataliter ipſi debitis ſup.terret me:quia iniquũ eſt filiũ fraudare cõtra fatorũ ſeriem:& ita deorũ timet irã vnde terretur.Ego teſtor vtrũq; caput.i.meũ & aſcanij ꝓ quod æneas iurare ſolebat vt dicet ipſe in.ix.Per caput hoc iuro per quod pater ante ſolebat:aut caput iouis & mercurij:aut meum & tuum:teſtor inqt vtrunq; caput ꝙ ſup.interpres diuũ.i.deorũ.ſ.mercurius:miſſus ab ioue ipſo(emphaticos)ideſt magno &non ab inferiore numine:detulit etiã nunc.i.pauloante:mandata ꝑ auras celeres.i.quas celerrime tranſuolauit:vt in rebus vrgentibus boni nũcij ſolent.Ipſe ideſt ego vidi deum.ſ.mercuriũ in lumine manifeſto.i.viſibili intrantẽ muros& hauſi.i.accepi vocem.ſ.eius his auribus.ſ.meis.& ergo o dido deſine incendere & me & te querelis tuis: quia non ſequor ſponte.i.mea voluntate ſed ex deorum iuſſu Italiam.

¶Talia

SCEñ. ¶Talia dicentem &c. Amiſſa ſpe conuicia in
gerit & quaſi cum abſente interdum loquitur.
Serui. dicit hypallagen anima ſeduxerit artus:
poſſet tamen anima quę inuita corpus linquit
dici ſeducta. Donatus quoq; ſubtiliter nil ſub
intelligit illic amiſſam claſſem ſed ordinem
vult. reduxi claſſem amiſſam: & reduxi ſocios
Dona. a morte. Donati verba ſunt. Totumq; pererrat
iraſcentis ſignum vt cum totum nolit viſum
totum tamen oculis errantibus cernat. Iamdu⸗
dū: ex quo incepit loqui que ſibi nō placerent:
qua cōſyderatiōe incenſa fuerat. Nec tibi. d. p.
vbi vidit illum nō flecti precibus vertit ſe ad
conuicia: vt ſaltem animo ſuo morē gerat. eſt
autem animorū cōmutatio. nam cum amaret
dixit credo genus eſſe deorum. Duris. t. c. quia
aſper es & ab humanitate alienꝰ. Vbera ty. ꝓ⸗
pter quod hominū manſuetudinē neſcis: oſten
dit autem per alimoniam lactis mores pueris
infundi quod & Cice. placet qui in educatione
oratoris iubet precipuas adhiberi mulieres: cū
per obſequia vberum natura ex alia in aliā mu
tetur. Nū fle. i. n. n. l. f. oſtendit nō eſſe in ænea
que in bono viro eſſe ſolent. Tria autem hæc
ſunt per que homo miſeratiōe motus eſſe vide
tur: gemitus: lachryime oculorum flexio: Iu⸗
no: que vel quia deorū ſit regina vel a ſe cola⸗
tur patriā vlciſci debebat: vel quia inimica eēt
troianis. Amiſſam claſſem: quaſi contra me
feci: nam ſine illa nauigare non poſſet. Reduxi
de claſſe dicamus ſolum reduxi claſſem: & de
ſocijs vero reduxi ſocios a morte. Nunc quaſi
dicat nunc cum vult abire. ſed cur non antea:
Ordo. cum opera mea egeret. Hęc ille. ¶Ordo eſt. Di
do auerſa ideſt indignata & irata: tuetur: ideſt
inſpicit iamdudum: ideſt ab eo tempore quo
talia intelligere cœpit ſupple eneam dicentem
talia: qualia premiſſa ſunt: voluēs oculos huc
illuc ideſt in diuerſas partes: quod ſignum fu⸗
roris cōcepti eſt: & pererrat ideſt peruagatur &
& ſine ordine percurrit: luminibus tacitis ideſt
nondum animum ſignificantibus: aut ipſius
adhuc tacentis: & ipſa accenſa ſcilicet poſt ex
tranſuerſo inſpectionem: profatur ſic. O perfi⸗
de nec diua ſcilicet venus eſt tibi parens: con⸗
tra id quod dixerat Credo equidem nec vana
fides genus eſſe deorum. Nec dardanus eſt au⸗
thor generis ſupple tui ſed caucaſus mons ille
ſcythie: horrēs ideſt aſper: duris cautibus ideſt
ſaxis illis & rupibus: genuit te: & tygres hyrca
ne ideſt arabice: admorunt ideſt admouerunt
vbera (hunc locum adducit Phauronius philo
ſophus apud A. Gellium docens nutricis vbe⸗
ra multum ad prolis indolem facere: atq; pre⸗
ter nature inſtitutum facere quæ quos genue⸗
runt lactare recuſant liberos). Nam quid ideſt
ad quid diſſimulo. i. diſſimulāter loquor vt te
alliciam blando ſermone cum durior ſis caute.
aut ad quę maiora ideſt meliora reſeruo me. q.
d. ad nulla quia Num ideſt nunqd (Loquitur
de preſente quaſi de abſente propter indigna⸗
tionem: ſicut contra ꝑ apoſtrophē ex beniuola
affectione ſermonē ad abſentes cōuertere ſole⸗
mus) ingemuit. i. ītus gemuit: aut etiā modicū
gemuit noſtro fletu. q. d. minime: & fleuiſſe ſe
ſignificauit etiam ibi Per ego has lachrymas
dextrāq; &c. nū. i. nunqd flexit lumina. i. ocu⸗
los. q. d. etiā minime: nū. i. nunqd: ipē victus. ſ.
miſeratiōe dedit lachrymas. aut miſeratus eſt
ſup. me amātē. q. d. nō. Que añferā & qbus an
teferā. i. q̄ pria & q̄ nouiſſima dicā aut cōſtituā
(dubitat eñ de oibus) hoc eſt de qbꝰ prio q̄rar
an de

¶Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur. Poeta
Huc illuc voluens oculos: totumq; pererrat
Luminibus tacitis: & ſic accenſa profatur.
¶Nec tibi diua parēs gñis nec dardanꝰ autor Dido.
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus: hyrcanæq; admorūt vbera tygres.
Nā qd diſſimulo: aut q̄ me ad maiora reſeruo:
Num fletu ingemuit noſtro: nū lumina flexit:
Num lachrymas victus dedit: aut miſeratus
amantem eſt:
Quæ qbꝰ ante ferā: iamiam nec maxima Iuno
Nec ſaturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.
Nuſq̄ tuta fides: eiectum & littore egentem
Excepi: & regni demens in parte locaui.
Amiſſam claſſem: ſocioſq; a morte reduxi:
Heu furijs incenſa feror: nunc augur Apollo:
Nunc lyciæ ſortes: nunc & Ioue miſſus ab ipſo
Interpres diuum: fert horrida iuſſa per auras:
Scilicet is ſuperis labor eſt: ea cura quietos
Sollicitat. neq; te teneo: neq; dicta refello.
I: ſequere Italiam: ventis pete regna per vndas.
Spero eqdem medijs: ſi qd pia numina poſſunt
Supplicia hauſurū ſcopulis: & nomine Dido
Sæpe vocaturū. ſequar atris ignibus abſens:
Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus:
Oibꝰ vmbra locis adero: dabis īprobe pœnas:
Audiā. & hæc mães veniet mihi fama ſub imos.

¶Iamdudum: ab initio orationis. Auerſa: irata vt Diua SER.
ſolo fixos. o. a. t. Luminibus tacitis: ipā tacita: vt Tacitum
obſedit limen amatę. Sequitur autem inuectio: quę ſemper
ſtatu caret. Nec tibi. nō ſolum in æneam eſt vitupatio: ſed
etiā in ſe obiurgatio. Nā dixerat: Credo genus eſſe deorum
nunc non credit eſſe Dardani. Perfide more amātiū obiur⸗
gat. Caucaſus mōs ſcythię inhoſpitalis. Hyrcanę: arabicæ
ab hyrcania Arabię ſylua. Relictis aūt medijs cōparationi⸗
bus augmēta fecit. Nā poſt deos non hoies ſed ſaxa intu⸗
lit. Nā qd diſſimulo. q. d. nō eſt ſperandū poſſe illum miti
gari precibus: & idcirco eum eſſe exaſperandū iurgijs. Mi⸗
ſeratus: miſeror actm̄ regit miſereor vero genitiuū: vt Miſe
rere animi nō digna ferētis. Quę quibus ante ferā: amphi⸗
bologia eſt. i. qd prius qd poſterius dicā. Maxima: aut con
uiciū in iunonē ꝙ eam dicat non eſſe maximam: aut in io⸗
uem quem dicit ſaturnium quaſi nocētem. Aut iungit̄: vt
nec iuno nec iuppiter aſpicit. Nuſq̄: nec apud rē nec apud
hominem. Terē. Quid credas aut cui credas: aut declama⸗
uit per contrarium: nam oīs fides tuta eſt. Eiectum naufra⸗
gum. Littore egentem: vt hoſpitio prohibemur harenę. Et
regni. d. ſic querit̄ hiarbas. Et dominū ęneam in regna rece
pit. Amiſſam. c. ſubaudi renouaui. Heu. f. quia multa erat
in deos oblocuta. Nā credere deos nō curare mortalia: & ab
ipſis non ſperare auxilium furoris eſt. Permittitur ergo ex⸗
cuſatio. Si quid pia numina poſſunt. Nunc lycię: irriſio ho
neſta ſatis cū his verbis fit: qbus laus pręceſſit. vt & nobis
idem alchimedon duo pocula fecit nec dū illis labra admo
ui: ſed

ui:ſed condita ſeruo. Quietos ſollicitat. Cice. in li. de natu. deo. triplicem ponit opinionem. Nō eſſe deos cuius rei author apud athenas exuſtus eſt: eſſe & nihil curare vt epicurei. Eſſe & curare vt ſtoici. Ergo hic epicurice: paulopoſt ſtoice Si quid pia numina poſſunt. I: ſequere Italiam. artificioſa prohibitio que fit per cōceſſionem: tamen ne intelligatur perſuaſio miſcentur quædam que nocent: vt ventis & per vndas. Teren. Profundat: perdat: pereat: nihil ad me attinet. Refello: redarguo. Medijs: manifeſtis: vel illa ſaxa dicit: quæ inter africam ſardiniam ſiciliam media ſunt. Hauſurū: luiturum daturū. Dido. & vocatiuꝰ eſſe pōt & accuſatiuꝰ. Atris ignibus: inuocatas tibi immittā furias quę faces hñt. Alij dicūt atris ignibꝰ. ſ. ſociorꝫ: vt paulopoſt ite ferte citi flāmas. Melius eſt vt ſecundū vrbanum dicamus atris. i. rogalibus qui viſi tempeſtatē ſignificāt: vt ænee in q̄nto euenit: ergo eſt occidā me & rogalibus te ꝓſequar flāmis. Abſens quaſi mortua. Atris. mali ominis: Hora. Nigrorūq; memor dū licet igniū. Anīa artus. i. aīam artubus. Vmbra ade. biotanathorū aīas dicūt phiſici nō recipi in ſedes ſuas niſi vagātes legitimū tp̄s expleuerint. Quod poetę ad ſepulturam transferunt. Ergo extincta ante diem vagans te ꝓſequar. Si aūt fuero recepta in originem pœnas tuas audiam. Ergo ſenſus totus eſt: ſi viſis rogalibus flammis euaſeris tempeſtatem: vmbra mea te ꝓſequet̄: ſi hāc euaſeris vel recepta audiā famā tuorū tuorū ſuppliciorū.

De dijs opiniōes.

an de dijs qui hęc impunita ſinūt: an de eo qui hoc cōmiſit? iamiam: nec iuno maxima. i. quā maxime veneramur & que nobis maxima eſt nec pater ſaturnius. i. ſaturni filius Iuppiter aſpicit hæc equis. i. iuſtis & ad equitatem ſpectātibus oculis Nuſq;. i. neq; apud deos neq; apd' hoies eſt fides. i. fidelitas: tuta. i. tutos faciens. Ego excepi. i. ex malis ſuſcepi eū ſupple hoc eſt eneam: eiectum. ſ. mari. & egentem littore: vnde dixit ilioneꝰ: hoſpitio: ꝓhibemur harene & ego demens locaui eum in parte regni: & ſup. renouaui claſſem amiſſam: & reduxi ſocios a morte. Heu ego feror inceſa furijs (at quia oblocuta eſt in deos ſecundū Ser. aut potius q̄a ſe rapi adhuc ſentit furijs eo q̄ ferre non poſſet fraudulentam Aeneæ reſponſionem q̄ in deos retulit profectionis ſue cām; : vnde dicit) Apollo augur. i. augurij peritus: & id contumelioſe: q̄a auguria ipſos fallūt: ſup. fert: nunc. i. aliq̄n horrida iuſſa p auras. & ſortes lycie. i. rn̄ſa per ſortes quę etiā incerte ſunt ſup. ferunt &c. & interpres diuū. ſ. mercurius miſſus (ſicut ſup. fingit) ab ipſo ioue: fert nunc. i. aliq̄n iuſſa. i. mādata dei. horrida. i. terrifica: per auras. ſ. celeres per quas ferri ſolent precipiti penna obſeſſorū ſecreta ſcilicet irriſioni apta particula ideſt ſcire licet: quia is ideſt eiuſmodi labor eſt ſuperis ideſt id ſuperi curāt ſcilicet & ea cura ſcilicet de aduocādo ęnea ſollicitat quietos ſcilicet deos humana non curantes ſecundū epicurum quem Hora. ſecutus in primo ſermonū dicit Namq; deos didici ſecurū agere euum. Nec ſi quid miri faciat natura deos id Triſtes ex alto cœli demittere tecto. Neq; teneo te (iterum torquet ſermonem ad Aeneam) neq; refello ideſt inficias eo: dicta ſcilicet tua I ſequere Italiam: quia dixerat italiam non ſponte ſequor ſequitur autem quia fugientem vt alibi dicit. Pete regna ventis per vndas ſcilicet maris. amara conceſſio quæ vim negandi habet. vnde addit. Equidem ideſt ego certe: ſpero te hauſurū ideſt luiturū & daturū ſupplicia. i. punitionem perfidie: medijs ſcopulis: e quibus. ſ. nulla ſit enauigandi ſpes: ſpero dicit: ſi numina pia. i. piorū aut quę pios reſpectant: poſſunt q̄d. i. aliq̄d & ſpero te vocaturū ſepe dido. aut accuſatiuꝰ eſt aut vocatiuus ſcd'm Ser. ſicut in euāge. Vocatis me magiſter & dn̄e noīe. ſ. exp̄ſſo. ego abſens. ſ. poſt deceſſum ex hoc mūdo ſequar. i. ꝓſequar te ignibus atris. i. infeſtis aut rogalibus & cū mors frigida. i. frigidā factura ſeduxerit. i. ſegregauerit: artus anima. i. ab anima: aut per hypallagem animam ab artubus. ego vmbra ideſt iter vmbras deputata adero ſcilicet ad perſequendū te: oībus locis: & tu improbe. i. improbā de ꝓpter ꝑfidiā: dabis penas. i. punieris. Audiā. ſ. te dediſſe penas & hec fama veniet mihi ſub imos manes ideſt ad inferos vbi innuit ſe gauiſuram de aduerſitate ænee quam nunc optat: quia in qua affectione decedunt anime in ea permanent ſecundū hūc autho. in ſexto huius.

Poeta.

¶ His mediū dictis ſermonē abrūpit: & auras
Aegra fugit: ſeq; ex oculis auertit: & aufert:
Linquēs multa metu cūctātē: & multa parantē
Dicere: ſuſcipiūt famulæ: collapſaq; membra
Marmoreo referūt thalamo: ſtratiſq; reponūt:
At pius Aeneas q̄q̄ lenire dolentem
Solando cupit: & dictis auertere curas:
Multa gemēs: magnoq; aīm labefactꝰ amore:
Iuſſa tamen diuum exeq̄tur: claſſemq; reuiſit.
Tum vero teucri incumbunt: & littore celſas
Deducunt toto naues: natat vncta carina:
Frondenteſq; ferunt remos. & robora ſyluis
Infabricata fugæ ſtudio.
Migrantes cernas: totaq; ex vrbe ruentes
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cū populāt: hyemis mēores: tectoq; reponūt:
It nigrum campis agmen: p̄damq; per hærbas
Conuectant calle anguſto: pars grādia trudunt
Obnixæ

Aſcenſius

¶ His mediū dictis ſermonem abrumpit. Docet quomodo indignabunda non attendit vlteriorem purgationem ænee ſed aufugit motu furoris ablata: quo ceſſante concidit exanimis Item q̄uo teucri migrabāt & ſarcinulas in morem formicarū colligebant de qua re nihil repperi a donato abductū. Ordo igit̄ eſt dido ſup. abrūpit his dictis. i. poſtq̄ hæc dixerat ſermonem mediū: quia nō expectat rn̄ſionem: ſermo aut a ferendo dictꝰ eſt ꝓloquētis & rn̄dentis vn̄ prius: medio ſermone reliquit. & ipſa egra. ſ. animo: hoc eſt quam vite tedere cœpit: fugit auras: & auertit ſe ex oculis. ſ. ænee & aufert ſe ex oculis: nō vacat: q̄a potuiſſet ſe auertiſſe nec tamen abſtuliſſe. linquens ſcilicet æneam cunctantem. i. cū cuncta hoc eſt mora multa cogitantē & penſitantē: & parantē dicere multa q̄a voluit ſe purgare & q̄ dixerat manifeſtis teſtimonijs ꝓbare: famule ſuſcipiūt: p hoc oſtendit poſtq̄ ſe cū impetu illo furoris abſtulerat collapſa: vn̄ ſeq̄tur. & referūt: hoc eſt inferūt & reportāt thalamo marmoreo. i. in thalamū marmoreū: membra. ſ. didonis: collapſa. i. ſimul lapſa quod ſignificat quaſi exanimē cecidiſſe cū ſimul caderent membra: nec alio cadēte aliud ſuſtentaret vt fit. & reponunt. ſ. eam: ſtratis ſcilicet lectis: tapetibus iſtratis. at ideſt ſed æneas pius q̄tū ex natura q̄q̄. i. tametſi: cupit lenire ideſt mitigare: dolentē. ſ. didonem: ſolando. i. conſolando aut per cōſolationem & q̄q̄ cupit auertere ſcilicet a didone. curas. ideſt ſollicitudi

Ordo.

nes amorū

nes amorũ: dictis.i. verbis conſolatorijs: cupit dicit: gemens multa.i. multũ. & labefactus animum ideſt habens animũ labefactum magno amore: tñ exequitur iuſſa diuũ.ſ. Iouis & mercurij & apollinis q ſæpe in italiam ꝓficiſci monuerat: & reuiſit claſſem quã.ſ. inſtaurari iuſſerat: tum vero.i. & tunc maxime aut tunc ad verum incũbunt teucri.ſ. claſſi parande quia preſentia patriſfamilias inſtigat operarios: & deducunt.i. deorſum ducunt aut ducunt de toto littore naues celſas.i. altas & iã inſtauratas qđ intelligit feciſſe Aeneas priuſq̃ Didoni ſpes erat firma de eius matrimonio: nam & Dido prius exprobrauit ei ꝙ claſſem innouauerat dicens: amiſſam claſſem ſocioſq; a morte reduxi: carina vncta.i. picata (quia dictũ eſt in primo. Omnes accipiunt inimicũ imbrem rimiſq; fatiſcunt: & ferunt remos frondentes: quia cũ faciles ſint collectu remi nõ collegerãt eos priuſq̃ ꝓficiſcendum erat) natat: & ferunt ſyluis.i. de ſyluis: robora.i. truncos arborũ robuſtos ꝑ malis nauiũ: infabricata.i. non ꝑata: ſtudio.i. pre ſtudio fuge.i. vt citius fugerent. Tu cernas ideſt quilibet cernat: ſecunda perſona ꝓ quilibet ſup. teucros migrãtes.i. habitationem mutantes & ſarcinulas colligantes & ruentes.i. p̃cipitanter exeuntes: ex tota vrbe. Ac veluti.i. quemadmodũ: quũ.i. qñ formice: populant.i. populanť vt nũc dicimus: ingentem aceruum ideſt cumulum farris ideſt illius frumenti & reponunt tecto ideſt in cauernis ſuis: exiſtentes memores hyemis tunc nigrum agmen ſcilicet formicarũ quod ennius de elephantis dixerat & accius de Indis: it ideſt ingreditur campis: & conuectant ſcilicet formice: aut quia collectiuum eſt: agmen. predam ſcilicet farris: per hærbas: calle anguſto: ideſt ſemita: pars ideſt partim formice: trudunt ideſt impellunt cum ferre nequeant humeris ſcilicet ſuis: grandia frumenta. Vſurpatiue frumenta pluraliter dixit: ſed vſitatius q̃ in Georgi. Quin & frumentis labor additus: obnixe ideſt obninentes humeris: pars ideſt partim: dicit pars: quia non vt apes regnũ fouent ſed rempub. itaq; multe ſunt inter eas: principes cogunt ideſt impellunt agmina & caſtigant moras ſcilicet tardantium aut moras pro eo quod eſt morãtes: vt vult Seruius: & omnis ſemita ideſt breuis & quaſi ſemis via que & ita dicitur: feruet ideſt fit feruida: opere ideſt operatione & labore formicarum: ſic ſupple feruet omnis ſemita opere teucrorum migrantium & ſarcinulas deferentium. Illud obnixe ſine dipthongo quidam legunt vt ſit aduerbium: alij cum ea figurate.

Obnixæ frumenta humeris: ꝑs agmina cogũt:
Caſtigantq; moras: ope omnis ſemita feruet.

¶ Medium.ſ. propter id quod ſequitur. Cunctantẽ & multa.p. dice. Tum vero: regis preſentia. Remos: qui eſſent futuri: vt quos ego ſum totiens iam dedignata maritos. Fuge celeri profectioni: vt ille volans ſimul arua fuga ſimul ęquora vertit. Cernas honeſta locutio: vt rem tertiæ perſone ad ſecundam referas. Formicę: ad ſtudium fit comparatio: & cautela exprimitur per formicas. Hora. Paruula nã exemplum eſt magni formica laboris. Iuue. Formica tandem quidam expauere magiſtra. Formica dicta eſt ꝙ ferat micas. Farris nomẽ eſt ſolum quod geminat r in genitiuo. Monodicon ergo eſt ſicut ſol. Item cor cordis ſolum in dis mittit genitiuũ. Item ſ geminat as aſſis & hæc carẽt exemplis. Populant: antique dixit nam hoc verbum apud veteres actiuum fuit: nunc eſt deponẽs. Hyemis.m. Hora. Quę ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum nonvſq; prorepit. It nigrum campis agmen Hemiſtichium Ennij de elephantis. Quod ante ab Accio eſt dictum de indis. Calle callis eſt ſemita tenuior callo pedum pecudum predurata. Semita. eſt ſemis via vnde ſemita dicta eſt. Via eſt actus dimidius qua poteſt ire vehiculum: nam actus duos capit ꝓpter euntium & venientium vehiculorum occurſus. Trudunt que portare non poſſunt. Moras: tardas morantes.

SER. Formica. Monodica. Callis. Semita. Via. Actus.

ASCEÑ. ¶ Quis tibi nunc Dido &c. Facta apoſtrophe poeta quaſi condolens adamanti impatiẽter regine quærit quem ſenſum tunc habebat cum talia cerneret: docetq; amore victam Annam ſororem rogaſſe vt ſeſe mediatricem & reconciliatricem ingereret: faceretq; vt ſaltem aliquid more impetret dicens Tempus inane peto. requiem ſpaciumq; furori Dum mea me victam doceat fortuna dolere: quæ res nimirum facile cõmiſerationem meretur: cum nihil ſit amantius dictum: De hac autem re dolendum eſt. Donati commentarios intercidiſſe: nimirum optimos cũ affectiones loquentium quarum hic locus plenus eſt per q̃ diſerte explanare ſoleat.

Ordo. ¶ Ordo igitur cum explanatiuncula noſtra eſt. O Dido (inquit poeta) quis: ideſt qualis ſenſus ideſt animus & mens aut ſententia ſeu affectus erat tunc tibi: cernenti ideſt cũ cerneres: talia qualia ſcilicet a teucris & ab Aenea fiebant quaſi dicat nimirum miſerrimus & impatientiſſimus: ve pro vel quot gemitus dabas quaſi dicat plurimos: cum.i. qñ ꝓſpiceres ideſt porro aſpiceres ex arce ſumma.i. ex ſpecula que erat in arce tua: littora feruere.i. feruenter frequentari a teucris late.i. in latum & cum videres totum equor miſceri.i. cõfundi añ oculos.ſ. tuos tãtis clamoribꝰ. Sed quereres qũo clamores viderit? At dices cũ diuo Auguſtino videre ad oẽs ſenſus & ad aĩm ſi generalr accipiatur pertinere: aut poetam non dicere: ꝙ clamores videret: ſed æquor miſceri: q̃ mixtio fiebat cum clamoribus ideſt ipſis cõcomitãtibus aut ex ipſis clamoribus. Facit rurſus aliam apoſtrophen ad amorem: ſed vt dixi alibi: apo

ſtrophen

¶ Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus:
Quot ve dabas gemitus: cũ littora feruere late
Proſpiceres arce ex ſumma: totumq; videres
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor:
Improbe amor qđ nõ mortalia pectora cogis:
Ire iterũ in lachrymas: iterũ tentare precando
Cogiť: & ſupplex animos ſummittere amori:
Ne quid inexpertũ fruſtra moritura relinquat.
¶ Anna vides toto properari littore circum Doid.
Vndiq; conuenere: vocat iam carbaſus auras:
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas:
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem:
Et perferre ſoror potero: miſeræ hoc tñ vnum
Exequere Anna mihi (ſolã nam perfidus ille
Te colere: arcanos etiam tibi credere ſenſus:
Sola viri molles aditus: & tempora noras)
I ſoror: atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum:
Non ego cũ danais troianã excindere gentem
Aulide iuraui: claſſem ve ad pergama miſi:
Nec patris Anchiſæ cineres maneſ ve reuelli.

Cur mea



Cur mea dicta negat duras demittere ĩ aures:
quo ruit:extremũ hoc miseræ det mun⁹amãtĩ.
Expectet facilemq; fugam:ventoſq; ferentes:
Non iam cõiugiũ antiquũ quod ꝓdidit oro:
Nec pulchro vt latio careat:regnũq; relinquat:
Tempus inane peto:requiem ſpatiũq; furori.
Dum mea me victam doceat fortuna dolere:
Extremam hanc oro veniã:miſerere ſororis:
Quã mihi cũ dederis cumulatã morte reliquã.

SER. ℭFeruere late:infinitiuus hic eſt a tertia coniugatione. ideſt feruo feruis nam ſecundæ cõiugationis verba ꝓdito e quod habent ante o in tertiam migrãt vt ferueo feruo:fulgeo fulgo:hinc eſt Feruere leucatẽ auroq; effulgere fluctus:ſic Hora. Vade vale caue ne titubes mandataq; frangas. Nam caue ue longa eſt nec vocalis ſequitur: vt in bucco.

ſtrophen facimus aliquando ex beniuolentia vt Et te pater optime teucrum fluctus habet libye:aliquãdo ex indignatione:vt Quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames vtrãq; hic facit ex beniuolẽtia ad Didonẽ:&ex indignatione ad amorẽ ſicut in Buco. ad medeã Improbus ille puer crudelis tu quoq; mater: dicit ergo o improbe amor:quid.i.ad qd non cogis pectora mortalia.q.d. ad nullũ nephas non cogis:ſed ad omne nephas ad quãlibet rem quantũlibet indignam:vñ addit Dido ſup.cogitur ire.i.deſcendere iterũ in lachrymas:& tentare iterũ precando.i.per preces:& cogit̃ ſupplex ſubmittere.i.ſubijcere animos ſcilicet alioqui ſuperbos:amori:ne ipſa moritura fruſtra.i.ſine cauſa:liquat qd ideſt aliqd inexpertum.i.intentatũ vnde non fecerit periculum an poſſit Eneam vincere:nam ſi non omnia preexperta fuiſſet forte putaſſet ſe fruſtra morituram dixiſſetq; ſecũ ſi hac via aut illa tentaſſem eum retinere:forte retinuiſſem: vult ergo omia experiri:vnde conuenit An-

nam ſororē ſuā his verbis:o anna tu vides ꝓ
perari.i.properationē fieri toto littore circū.
ideſt ꝑ circuitū:ipſi.ſ.teucri:cōuenere vndiq;
ideſt ex omni parte carbaſus.i.velū extēſum:
vocat iā auras.i.ventos ſecūdos:& naute leti
ideſt minime timētes aut vt dixi qa in italiā
profecturi.iposuere pupib⁹ coronas in ſignū
lete profectionis:ſicut ampliter poturi pocu
la coronabant.O ſoror ſi ego potui ſperare.i.
timere & vereri(propter omen noluit dicere
timere)hunc tm̄ laborē quē.ſ.haberē de ꝓfe⸗
ctiōe enee:ego potero &.i.etiā ꝑferre.i.ꝑtole
rare ipſum: hoc eſt ſi verita fuiſſem tm̄ mali
ex amore oriturū facile amorē tuliſſem: quia
non tm̄ amaſſem.nūc aūt ſpe decepta &amo⸗
re illaqueata.perferre nequeo:tn̄ o Anna exe
quere.i. effice mihi miſere: hoc vnū.ſ. quod
dictura ſum:nā ille.i.nouiſſimus.ſ.de quo ſer
mo eſt.Eneas colere ſup.ſolebat:aut colere.i.
colebat:te ſolā:& credere.i.credebat aut cre⸗
dere.i.fidei cōmittere & reuelare ſolebat tibi
ſenſus etiā arcanos:ideſt ſententiā ſecretā aut
cōſilia ſecreta & tu noras.i.noueras ſola: mol
les ideſt oportunos & faciles aditus.i.modos
adeundi.viri & tēpora.i.oportunitatē adeū⸗
di viri.Exequere ergo mihi hoc vnū: hoc eſt
o ſoror atq; tu ſupplex affare.i.alloquere ſup
bum hoſte ſcilicet Eneā cuius amor me hoſti
liter necat,& dic ſup.ei:ꝙ ego nō iuraui.i.cō⸗
iuraui cū danais.i.grecis aulide pro aulidi.i.
in illo portu euboici ſinus quinquaginta na⸗
uium capace:vbi grecorū in Troianos cōiu⸗
ratio facta eſt:excindere.i.excindendo delere
gentē troianā:ve pro vel ego nō miſi claſſem
ad pergama.i.menia troiana delenda vt mul
ti grecis cōfederati.Nec ego reuelli ideſt poſt
ſepulturā euelli.cineres & manes Anchiſe:pa
tris ſcilicet ei⁹ vt fecit Diomedes q eos ex Si⸗
cilia ſuſtulit ſecundū Varronē:& plagis ad⸗
monitus Enee reſtituit cur negat.i.renuit de⸗
mittere mea dicta.i.preces meas in aures.ſ.
ſuas duras.i. inexorabiles:quo ruit.i.preceps
aufugit:det ideſt eſt precare vt det mihi miſe
re amāti:hoc extremū.i.vltimū aut minimū
munus.i.beneficiū:vt.ſ.expectet & facilē fu⸗
gam & ventos ferentes.i.opportune flantes:
ego non oro.i.nō depoſco orando:iā antiquū
coniugiū quod ipſe prodidit ideſt decepit:qa
ad finem nō perduxit nec cōſummauit:aut cō
iugium antiquū.i.illi charum:aut prius pro⸗
miſſum:quod ꝓdidit.i.manifeſtauit ac porro
dedit:ideſt dixit nobis:ſcilicet in ſecūdo nar
rando vba hec creuſe de italia & lauinia Illic
res lete regnūq; & regia cōiunx Parta tibi&c.
quorum nūc memor dicit nec oro vt careat
pulchro.i. honeſto & culto latio & relinquat
regnū.ſ.a fatis promiſſum:ſed ſup.(Quia tn̄
oro & peto fere ſynonyma ſunt elegāter omi
ſit cōiunctionē ſed)peto tempus inane ideſt
ſine officio coeundi aut ſolam dilationē ſine
alio effectu & peto requiem & ſpacium furori ſcilicet mitigando:dum ideſt dummodo aut donec: mea
fortuna:ſcilicet aduerſa:doceat me victam ideſt a ſpe & voto reiectam dolere:ſcilicet patienter ac tempe
rate:quia omnis ſubita commotio rerum non ſine magno conflictu fit animorum.Ego oro hanc extre⸗
mam ideſt vltimam quam a te petitura ſum:veniam ideſt gratiā & beneficiū miſerere ſororis:hoc quaſi
per parentheſim interſerit:quaſi dicat non debes mihi id vnū negare:cum & ſoror ſim &miſera ideſt mi⸗
ſeratione digna:preſertim cum ingrate non feceris vnde ſubdit)Quam ſcilicet veniam ac gratiam cum
dederis ideſt exhibueris mihi:ego relinquam cumulatam ideſt copioſe auctam tibi:morte ideſt dum mo
riar aut ſic quam veniam cum dederis mihi cumulatam:ego relinquam morte ideſt nō niſi morte. quaſi
dicat hanc niſi mors mihi adimat nemo:quia ſemper eam habebo nec relinquam niſi morte.Ego autem
potiſſimum ſic dixero.quam veniam cum mihi dederis ideſt poſtq; dederis ſemel ;ego relinquā non niſi
in morte nec niſi cumulatam ideſt auctam ita vt plura relictura ſit q̄ acceperit.

in bucco.Vale vale inquit Iola:ſed dicemus a tertia con
iugatione eſſe imperatiui:vt cauo cauis.hinc etiā Catul⸗
lus cauere dixit Arcæ.nam in arcibus tutelæ cauſa habi⸗
tarunt reges.Deniq; Vale.publicola cū in ęſquilijs loco
alto haberet edes inuidiæ cā illas diruit:& in plano edi⸗
ficauit.Item Auguſtus poſt actiacū bellū palatiū ex ſuo
precepto ædificatū cū eſſet domus priuata reip. donauit.
Improbe amor qd nō mortalia pectora cogis; Exclama⸗
tio cōtra amorē:&hoc ait Hor.Hoc amet hoc ſpernat ꝓ⸗
miſſi carmīs autor q̄q̄ de ordine artificiali &naturali ibi
dictū ſit.Tale & illud Auri ſacra fa.nā illic amoris eſt in
crepatio q ſecundū philoſophos omniū gn̄alis eſt rerum
Hinc Eriphile apud īferos īter amātes nuerat̄:q̄ monile
concupierat.Ire in lachry.amoris iprobitas q̄ lachrymis
cogit rogare dudū ſuperbā:Precādo: vt & cantādo bre⸗
uiatur naturaliter hoc mō.Terētian⁹:vt vitæ dubius va
rios renouādo dolores.Plærūq; tn̄ a Verg.ꝓducit̄ vt cā⸗
tando tu illū;Item cantādo rūpitur anguis. Amori.q.d.
& nō æneæ vel æneā amorē vocauit.Ne qd inexpertū:
non ſperabat īpetrare:ſed ne qd ſibi īputaret ſi nō rogaſ⸗
ſet:& fruſtra ex pſona poetę dictū eſt ſic.Sallu.Falſo q̄rit̄
de natura ſui genus hūānū:vt Hora.ſupra.hoc amet hoc
ſpernat.ꝓ.c.au.Littora circū.i.circū littora:ſed p̄poſitio
poſtpoſita mutauit accētū & ꝑdidit vires . Propari:imp
ſonale eſt:Læti:minime timentes.Sperare.i.timere & eſt
acyrologia.Dicit aūt ſi ſcirē abiturū Aeneā nō tm̄ dilige
rem.Si nō dilexiſſem:minus dolerē: potui ꝓ potuiſſem:
& ſic eſt dictū vt oīa p̄cepi:atq; aio mecū an̄ peregi.Acſi
diceret nihil mihi nouū cōtingeret:Mihi:pro me exeq̄re
Colere pro colebat . Molles faciles vt Et q̄ molliſſima
fandi.Tempora Hoſtē ſu.poſtq̄ denegauerat. Carthagi⸗
ni ſe māſurū.Aulide aulis portus ī quo cōiurarūt græci
non an̄ reuerſuros q̄ Troia caperet̄.Aulide aūt vel in au⸗
lide vel ꝓ aulidi.Cineres re.quod ex oraculo dicit̄ feciſſe
Diomedes & ſecū eius oſſa portaſſe:q̄ poſtea reddidit cū
multa aduerſa ꝑferret hinc:Saluete recepti ne quicq̄ cine
res.Hoc ait Var.Cato aūt ꝙ in Italiā venit anchiſes. Re⸗
uelli:nō reuulſi:vulſus aūt & reuulſus vſurpatū eſt tantū
in participijs cōtra naturā.Quo ruit:ſine aſpectu ſalutis.
Nam quod peto ipſi etiā ꝓdeſt.Ferētes:bene flantes ꝓpi
cios.Prodidit:decepit & recte.Nā ad diruptionē coiugij
immutata volūtas ſufficit.Pulchro quod illi pulchrū vi
detur:ſic dictū & illud O tm̄ libeat mecū tibi ſordida ru.
ideſt q̄ tibi ſic vident̄.Inane:ſine officio coeundi:nā ſine
beneficio nō procedit cū ſpaciū petit& requiē.Mea:ideſt
aduerſa vt hac Troiana tenus.f.f.Ex eo ſtatu in quo eſt
fortunā dixit.Doceat dolere:illud eſt:qa nō habet in ad⸗
uerſis patiētiā:niſi q dolere cōſueuit.Petit ergo ſibi p̄ſta
ri tēpus:ꝑ quod diſcat aduerſa ꝑferre.Veniā: bn̄ficiū:vt
Orantes veniā.Miſerere ſororis: genitiuū tm̄ regit.Quā
mihi cū.i.quod bn̄ficiū cū mihi cumulatū dederis ſola
morte relinquā & hic ītellectus eſt melior q̄ quā mihi cū
dederis cumulatā.Quā lectionē Tucca & Varus ꝓbant
nam male quidā legūt.Quā mihi cum dederit.i.Aeneas
cumulata.m.r.& intelligūt acceptū ab eo bn̄ficiū morte
cumulabo:& ſic reliquā vt amātes dicere ſolēt:vt Aerei
ſpecula de mōtis in altū Deferar:extremū hoc mun⁹ mo⸗
rientis habeto.Nā ſi illā oderit eius morte lętabit̄:ſed nō
procedit.Nemo.n.dicit veniā cumulata:ſed cumulatā.

Aduer⸗
bia i e& ī
i.

Lucanus
etiā vulſi
dicit.

Poeta.

¶Talibus orabat:taleſq; miſerrima fletus
Fertq; refertq; ſoror:ſed nullis ille mouetur
Fletibus:aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obſtãt:placidaſq; viri deus obſtruit aures:
Ac veluti annoſam valido cum robore quercũ:
Alpini horeæ nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant:it ſtridor:& alte
Conſternũt terras concuſſo ſtipite frondes
Ipſa hæret ſcopulis:& quantũ vertice ad auras
Aethereas:tantum radice in tartara tendit:
Haud ſecus aſſiduis hĩc atq; hĩc vocibus heros
Tunditur:& magno perſentit pectore curas.
Mens ĩmota manet:lachrymæ voluũtur ĩanes:
Tum vero infelix fatis extærrita Dido
Mortem orat:tædet cœli conuexa tueri:
Quo magis ĩcœptũ pagat:luceq; relinquat.
Vidit thuricremis cũ dona imponeret aris:
Horrendũ dictu:latices nigreſcere ſacros:
Fuſaq; in obſcenum ſe vertere vina cruorem.
Hoc viſum nulli:non ipſi effata ſorori:
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui:miro quod honore colebat
Velleribus niueis:& feſta fronde reuinctum:
Hinc exaudiri voces:& verba vocantis
Viſa viri:nox cum terras obſcura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri:& longas in fletum ducere voces:
Multaq; pterea vatum pdicta priorum
Terribili monitu horrificãt:agit ipſe furentẽ
In ſomnis ferus Aeneas:ſemperq; relinqui
Sola ſibi:ſemper longam incomitata videtur
Ire viam:& tyrios deſerta quærere terra.
Eumenidũ veluti demẽs videt agmĩa penteus:
Et ſolẽ geminũ & duplicis ſe oſtẽdere thebas:
Aut agamẽnonius ſcænis agitatus Oreſtes
Armatã faſcibus matrem:& ſerpẽtibus atris
Cum fugit:vltriceſq; ſedent in limine diræ.

SER. ¶Fert:refert.non ab Aenea qui nihil dicit:ſed a Didone fert & refert.ideſt iterũ portat.Deus Iuppiter.Alpini:lingua gallorũ alpes alti mõtes vocanẽ.Hinc & illinc:vt Aeneas ab Anna & Didone.It ſtri.ad Aeneæ dolorẽ ptinet.vnde & magnas perſentit pectore curas.Alte iugiter diu.Conſternũt:ĩplent.vt Strata iacẽt paſſim.ſ.q.ſub arbore po.Frondes.vt lachrymæ Aeneę.Heret.vt ille in conſilio pſeuerat.Tantũ:dicunt phyſici parẽ ẽſſe radicũ & arborũ altitudinẽ.Tum:poſt deſcriptionẽ.Exterrita:precipitata turbata.Orat:deſiderat vel qa cõſecrata nõ poterat

ASCEn. ¶Talibus orabat &c.Paucis ſignificat Annam retuliſſe Enee pces ſororis ſed nihil effeciſſe cũ nullis ille moueret fletibus a deorũ imperijs:vnde eum arbori ventis cõcuſſe ſed firmiter radicate comparat.Deinde portenta eliſſe mortem minantia recitat cõplurima:de quibus Donati perierunt commentarij. Ordo. Ordo autẽ eſt.Dido orabat ideſt orationẽ faciebat talib⁹ ſcilicet verbis:& ipſa miſerrima ſupple faciebat tales fletus:aut potius ſic & ipſa miſerrima fert ideſt effert tales fletus.i.verba talia cũ fletu:& ſoror.ſ.anna refert.i.recitat ea Eenee:ſed nullis.i.non vllis ille non mouetur vllis fletibus(ſi loco particule ſed.eſſet particula q;:ordo eſſet.Et ſoror miſerrima fert ſcilicet ad Eneã tales fletus:& refert.i. reportat pro reſponſo q; nullis ille mouetur fletibus) aut ipſe tractabilis ſcilicet a natura non ſup.audit.ideſt exaudit:vllas voces.ideſt preces:quia licet ſit tractabilis: fata obſtant & deus.ideſt preceptũ dei:obſtruit ideſt claudit aures viri placidas.i.benignas & faciles niſi deus obſtaret ſed amici diligẽdi ſunt vſq; ad deos Vt apud Gellium docemur Ac pro & veluti ideſt quemadmodũ quũ ideſt quando boree.ideſt venti illi ſeptẽtrionales:alpini.ideſt per alpes in italiam flantes certant inter ſe eruere flatibus ſcilicet ſuis(nam fingitur boreas eſſe deus venti ſeptemtrionalis)nunc ideſt aliqñ hinc.i.ab hac parte.nũc.i.alias illinc.i.ab illa parte:quercũ annoſam.i.multorũ annoꝝ hoc eſt veterem robore.i.trũco:valido.i.habentẽ truncum validũ & potentẽ:ſtridor.ſ.ventoꝝ in frondibus:it ideſt diffundiẽ:& frondes alte ideſt ſuperiores aut ſi ẽ aduerbiũ:frondes cõſternunt alte:ſtipite cõcuſſo.i. poſtq; ſtipes.i.truncus eſt concuſſus & agitatus vi ventorũ conſternũt.i.cooperiunt:ſcilicet ſeipſis terras vicinas videlicet.Ipſa autẽ.ſ.annoſa quercus heret ideſt ĩheret aut adheret:ſcopulis.i.ſaxis illic prominentibus inter que radices iecit & quantũ ipſa tendit vertice.i.cacumine ſuo ad auras ethereas.i.celeſtes hoc eſt ad celũ tm̃ tẽdit in tartara.i.ad profunda ĩferni: radice.i.p radicem.Heros.ſ.Eneas heroica virtute pdit⁹ tunditur.i.cõcutitur:haud.i.nõ ſecus.i.aliter.ſcilcet q̃ illa quercus tundiẽ dicit aſſiduis vocibus.i.verbis a verberando dictis hinc atq; hinc.i.vtrinq;:nũc ab Anna nũc a Didone:& perſentit.i.pfecte ſentit:magno.i.magnanimo & conſtãti pectore: curas.i.ſollicitudines amoris & miſerationis Mens.ſup.eius.i.ratio manet immota.ſ.a firmo propoſito deo obediendi.ſed ſup.lachryme voluũtur.i. precipitantur:inanes.i.fruſtra:ab ipſa vt dicunt ſenſualitate extorte:quia nõ poterãt mentẽ a ſtatione ſua depellere.Tum vero.i.ſed tum maxime aut ad verũ Dido exterrita fatis.i. portentis fatalibus hoc eſt mortẽ portendẽtibus orat.i.appetit mortem ſcilicet malorũ remedium:quia mors vltima linea reꝝ eſt:tedet.i.tedio afficit eam tueri.i.inſpicere cõuexa celi quo.i.ideo vt peragat.i.perficiat magis inceptum.i.quod inceperat ſaltẽ animo:q; pro.i.relinquat lucem ſcilicet vitalẽ:quia celũ aſpicimus videndi deſiderio.Cum.i.quãdo ipſa imponeret aris thuricremis.i.thus incenſum cremantibus:dona.i.ſacrificia aut oblata:ipa vidit:latices.i.fontes aut vina ſacros.i.ſacrificio adhibitos:nigreſcere.i.nigros fieri ab ĩtrinſeco:horrẽdũ dictu.i.q̃ res eſt horrẽda dũ dicitur aut ad dicendũ:q; pro.i.ſi latices acce

pit pro

pit pro vino:aut ꝙ pro & ſi accepit pro fontibus:vidit vina ſcilicet effuſa ſuper ſacrificiū vertere ſe in cruorē obſcenū.i.fedum & immundum. Nulli ideſt nō vlli:ipſa non eſt effata.i.elocuta vlli.i.alicui hoc viſum.i.hāc viſionem aut quod viderat nō ſup.etiā:ipſi ſorori.ſ.Anne. Sed queras quomō ergo poeta nouit?ſed multiplex eſt ſolutio. Nam id ſacerdotes poſt mortē eius reuelare potuerunt: & annalibꝰ aſcribere:vnde id norit poeta:aut muſa quam in principio inuocarat id inſpirante didicit:aut alia quauis via. Non.n. continuo ſequitur. Non dixit Dido ergo occultū manſit cum non ſola ſacrificaret Preterea ideſt preter hoc portentū contigit aliud: nam fuit templū de marmore ideſt marmoreū in tectis ideſt in ipſa regia:templū dicit:cōiugis antiqui.i.prioris & chari ſcilicet Sichei quod ipſa colebat ſcilicet ante aduentum Enee aut etiam poſtea cum nondū celebrarit nuptias: miro honore ideſt mirum in modum honorifice:exiſtens reuinctum ideſt iterū atqꝫ iterū vinctum ſeu cinctum:velleribus niueis:ideſt vittis laneis ſecundum Seruium:aut in qbus dormiebant reſponſa petentes:& fronde feſta ideſt diuina aut feſtiua & ad feſtiuitatē pertinente. Voces & verba viri ideſt mariti vocātis.ſcilicet Didonem:viſa ſup.ſunt:exaudiri hinc ideſt ex hoc templo ſup.tunc cum. ideſt quando nox obſcura teneret ideſt occuparet

poterat mori:niſi a cōſecratione ſolueretur. Thuricremis cremantibus thura. Viſum quod viderat:Antiq prioris aut cari. Miro.ho.exhibēdo ea q̄ circa viuos exhiberi ſolent. Nubentes.n.ſimul veniſſent ad limen mariti poſtes anteqꝫ ingrederent̄ ornabāt laneis vittis: vñ ait Velleribus niueis.& oleo vnguebāt vñ vxores quaſi vnxores dicebant̄. Feſta diuina veluti numē coleret. Tangit aūt latenter hiſtoriā quā ſupra dixi. Nā ſi amaſſet Aeneā nō coleret extinctū maritū. Nox cū te veriſimilitudo. Sola. b.abutit̄ gñe:nā maſculinū eſt. Luca.,Et lęte iurant̄ aues bubone ſiniſtro & Oui. Infandꝰ bubo ſed Verg. mutauit referens ad auē. Sępe.n. mutamꝰ genus referētes ad gñalitatē.vt ſi dicamꝰ bona turdus referēdo ad auē:aut prima eſt a referendo ad litterā cū a ſit neutri gñis. Ferali carmīe nam nō eſt mali ominis ſemp bubo :ſed cū canit. Cantu em̄ gemitū imitat̄ & fletū. Tacēs oñdit felicitatē. Oēs.n. aues oſcines bonę:ꝑpetes malę ſūt:& cōtra. Piorū & priorum legit:ſed illud ſpectat. Heu vatū ignaræ.m. Inſonis: pro inſomnijs.i.vigilijs & declinat̄ hæc iſomnia iſomnię Sempqꝫ.o oēs noctes nauigare videbat̄ Aeneas q̄ſi eam ſemp deſereret. Incomitata.qđ ferale.i.mortiferū omen eſt:& ꝓcipue regi. Agmīa vel ipetus vel agmīa ſerpentū. Pentheus ſecundū Pacuuij tragœdiā furuit etiā ipſe Agitatus ga multæ de eo ſcriptæ ſūt tragœdiæ q̄ſi frequēter actus& ga furijs ꝑcitus eſt: Armatā ma. cām furoris oſtēdit. Sedet:a Pacuuio Oreſtes inducit̄ Pyladis admonitu propter vitandas furias ingreſſus Apollinis templum:& cum inde vellet exire inuadebatur a furijs. Hinc ergo eſt: ſedent in limine diræ.

carpitur hoc a Beroaldo.

Bubo.

terras. & bubo ideſt auis illa lucifuga ſup.viſa eſt ſepe queri ideſt conqueri:carmine ferali. ideſt mortifero aut feram. ideſt mortem indicante:culminibus.ideſt in ſublimitatibus templi:& viſa eſt ducere longas.i.diuturnas voces in fletum. Preterea:multa predicta priorum vatum qui.ſcilicet in principio dehortati ſunt eam a talibus nuptijs:ſed fruſtra:vñ ad principiū huius dictū eſt. Heu vatū ignare mētes &c. horrificant.i.horrorē faciunt& terrificant:terribili monitu:ipſe Eneas ferus.ſ.ſecundū opinionē Didonis nā ſumme pius erat·hoc eſt q videbat̄ Didoni ferus:cum ſumme pius eſſet: quia deo plus q̄ amoribus obedire ſumma pietas eſt:agit iſomnis.i.p inſomnia &fantaſmata:furentē.ſ.Didonē:& ipſa videt̄ ſibi ſemp relinqui ſola:quod mortis indiciū putāt:& videt̄ ſibi ire incomitata.i.ſine comitatu:viam longā· quod etiam indiciū eſt vie:vñ nō patet reditus:ſecundū naturā:& querere tyrios.ſ.comites ſuos ſup.i. terra deſerta:vbi & ipſa a ſuis deſtituta fuerit. Veluti.i.quemadmodū Pentheus:rex ille Thebarū qui agaue matri ſacris bacchi.i.vino interdixit:& ob id in furorem actus dicit̄ & ſecundū Horatiū & Perſium. poſtea a furente matre interceptus eſt. videt exiſtens demens.i.furore captus: agmina eumenidū.i. furiarū:& videt ſolem ſe oſtēdere geminū:quia ebrijs & furore captis ſingule res gemine vident̄:& videt Thebas.i.vrbē illam oſtendere ſe duplices aut veluti Oreſtes Agamēnonius.i. agamēnonis filius agitatus.i. frequenter actus & ludo theatrali exhibitus ſcenis ſcilicet tragicis:hoc eſt in tragedijs ab eo factis: vñ eſt illud Iuue. Plena iam margine libri. Scriptus & in tergo nec dum finitus Oreſtes:fugit matrē.ſ.Clytemneſtrā quam cum egiſtho adultero ꝓpter necem patris occiderat: armatā ideſt inſtructā facibus & ſerpentibus atris: talis enim illi viſa eſt in ſomnis:vnde furore correptus eſt:&dire ideſt furie:vltrices ſcilicet necis materne ſedent in limine templi ſcilicet Apollinis quod ingredi nō audebat quia videbatur ſibi furias videre vt

Beroaldꝰ Seruius recitat. In quē quia dicit oleo inungi vxores dicit Beroaldꝰ ſic. Diſſentit ab opinione Seruij Plynius:q ſcribit in.xxviij. nouas nuptas non oleo ſed adipe ſuillo ſolitas fuiſſe poſtes maritorum intrantes attingere. Maſurius vero tradit palmam lupino adipi antiquosqꝫ dediſſe:ideoqꝫ nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas:ne quid mali medicamenti inferretur. Donatus quoqꝫ refert vxores dici ab vnguendis poſtibus:ꝙ cum puelle nuberent:maritorum poſtes vngebant: ſed quo vnguento ſiue adipe vterent̄ non memorauit:

Vxor.

ASCEn. ¶Ergo vbi concepit &c. Docet quomō Dido poſtqꝫ decreuerat ſeipſam interimere: magicis artibus ſimulabat velle amores abolere aut amatorio Eneam ad ſe allicere freta auxilio ſacerdotis eius rei perite: cum & maiora polliceatur & effeciſſe dicatur: qua fictione omnia que ſibi ad necem neceſſaria putabat cōparabat miniſterio ſororis que ea ad ſacrificia conferre putabat. Sed neqꝫ ad hunc locū quicqꝫ extat Donati.

Ordo. Ordo igit̄ eſt. Ergo vbi Dido euicta ideſt ſuperara dolore:cōcepit furias ideſt furorē & decreuit mori:ipſa exigit. ideſt exacte diſquirit& penſitat ſecū: tempus ideſt oportunitatē & modum & ipa aggreſſa dictis. ideſt ſermone qui ſequitur:ſororem ſcilicet annam meſtam:quia Eneam quem conciliauerat recōciliare nequibat tegit.i.occulit vultu

Ergo vbi concepit furias euicta dolore:
Decreuitqꝫ mori tempus ſecū ipſa modumqꝫ
Exigit:& mœſtam dictis aggreſſa ſororem:
Conſilium vultu tegit:ac ſpem fronte ſerenat:
¶Inueni germana viam:gratare ſorori: Dido.
Quæ mihi reddat eū vel eo me ſoluat amantē.
Oceani finem iuxta ſolemqꝫ cadentem
Vltimus æthiopū locus eſt:vbi maximus atlas
Axem humero torquet.ſtellis ardētibus aptū:
Hinc mihi maſſyle gentis mōſtrata ſacerdos
Heſperidū



Heſperidum templi cuſtos:epulaſq; draconi
Quæ dabat & ſacros ſeruabat ĩ arbore ramos:
Spargẽs humida mella: ſoporiferũq; papauer:
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes
Quas velit:aſt alijs duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuijs:& vertere ſydera retro:
Nocturnoſq; ciet manes:mugire videbis
Sub pedibus terrã:&deſcẽdere mõtibꝰ ornos:
Teſtor chara deos & te germana:tuumq;
Dulce caput:magicas inuitam accingier artes.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras
Erige:& arma viri thalamo quæ fixa reliquit
Impius:exuuiaſq; omnes:lectumq; iugalem
Quo perij:

vultu conſilium.i.decretũ ſuũ:& ſerenat frõ-te.i.fronte ſerena pre ſe fert ſpẽ.ſ.remedij aut ſalutis:verba aũt quibus aggreſſa eſt ſũt hec. O germana.ideſt ſoror quaſi exvno germine mecum nata:gratare.i.cõgratulare ſorori. qa ego inueni viam ideſt modũ & rationẽ: que reddat mihi eũ ſcilicet qui caput mali noſtri eſt:vel que ſoluat me amantẽ eo.i.ab eo.Du-plex enim eſt remediũ amoris: aut potiri aut ſolui.Via autẽ eſt hec.Locus eſt(de more hoc habet Vergilius vt prius locum deſcribat q̃ que in eo cõtigerint)vltimus.i.remotiſſimꝰ: ethiopũ.i.in ethiopia Mauritanie iuxta finẽ oceani.i.vbi ad oceanũ ꝑuenitur ĩ fine mũdi huius:q; pro.i.iuxta ſolem cadentẽ.i.occidẽ-tem:vbi.i.in quo loco Atlas maximus.i.qui in mauritania eſt torquet.i.ſuſtinet& ĩuoluit humero.ſ.ſuo ſecundũ iudiciũ ruſticorũ: aut fictionem poetarum. axem.i.polum aptũ.i. coniunctũ:ſtellis ardentibus.i. reſplendẽtibꝰ. Saccerdos gentis maſſyle: eſt mihi monſtra-ta hinc.i.ab hoc loco.i.ab huiꝰ loci ĩcolis:exi

ſtens cuſtos templi heſperidum Hoc eſt eius quod in hortis heſperidũ eſt.q̈ pro & ea ſup. que dabat draconi ſcilicet peruigili q poma aurea heſpe.idũ conſeruabat priuſq̈ ab Hercule occiſus erat:& q̄ ſeruabat: ramos ſacros quia aurea ferentes mala:ſeruabat autem conſeruando draconem quē conſeruabat ſpargēs mella humida & papauer ſoporiferũ ideſt genitiuum ſoporis in alijs & ita conſeruatiuum cerebri &humorũ draconis qui perdurare nō potuiſſet in tanta vigilia niſi humidũ radicale melle humido fotum fuiſſet:&cerebrum papauere ſoporifero:q̄uis nō dormiuerit:hec ſcilicet ſacerdos:promittit.i. pollicetur ſe ſoluere ſcilicet ab amore.i.q̈ ipſa ſoluat:(nō erat neceſſariũ ponere:ſe quia advnā perſonā ſpectant)carminibus.ſ.magicis: hoc eſt incātationibus mentes quas velit:ſed immittere.ſ. promittit:alijs.ſ.mētibus:curas.ſ.amorũ duras.i.diu duraturas aut vehemētes & promittit ſiſtere.i.facere ſtare:aquā ſup.in fluuijs:& vertere ſydera retro.i.retrorſum:& ciet.i. excitat & euocat manes.i.īferos autvmbras defunctorum nocturnos.i. tēpore nocturno: tu videbis.i.q̄libetvidebit:ſi aderit dũ ipſa operabitur:terrā mugire ſub pedibus & ornos.i. arbores illas deſcēdere mōtibus. O chara germana.i.ſoror ego teſtor.i.obteſtor deos & te & tuum dulce caput(Solebant em̄ blandiēdi gratia per capita charorũ iurare potiſſimum greci.Vnde Iuue.in.vi. grecis nōdum iurare paratis Per caput alterius)ſup. me accigier.p accingi:inuitam.i.coactā improbitate Enee: artes magicas.i.per artes magicas.Tu ſecreta ideſt hec nemini reuelatura:erige pyrā.i.ſtruē lignorũ vt fiat rogus:ſub auras.i.ab inferiore parte in auras tendentē ſup.in tecto interiore.i.inter regiam noſtrā & ſup imponas.ſ.ſuper pyram arma ſcilicet gladium viri ſcilicet Enee:quem per indignationem nō nominat que ſcilicet arma ipſe impi⁹ reliquit fixa thalamo ſcilicet noſtro quaſi ideo reliq̄rit vt eo ſe interimeret:vñ impiũ dicit:& omnes exuuias.i.veſtes quas exuit:aut quas ab eo habemus quaſi ab hoſte ſeuo: & lectum iugalē.i. genialem & matrimonialē:quo perij.i.pudorem amiſi:ſed id mentit̄ quia in ſpelunca primum amiſerat:hoc eſt imponas ſuper pyram quicquid reliquerit aut tetigerit ſpecialiv ſu: quia ſacerdos iubet& mōſtrat:ſcilicet ex arte ſua rationibus euidentibus(aut lege iterum monſtrata ſacerdos)abolere.i. penitus delere &annihilare cuncta monumēta.i.q̄ memoriā faciant:viri nefandi quia perfidi.

Quo perij:ſuperimponas: abolere nefandi
Cũcta viri monumēta iubet:mōſtratq; ſacerdos

¶ Gratare:gratulare:ſuſcipe gaudiũ pro ſorore.Dicim⁹ enim grator tibi honore.Eum Aeneā quē vt notũ noluit dicere:quaſi eius faſtidio nomen abhorreat.Oceani finē: nemo nouit Oceani finē:ſed pro principio ponit aliũde ſumpto initio. Aethiopũ:duæ ſunt æthiopiæ.Vna circa ortum ſolis:altera circa occaſum in mauritania: quā nũc dicit.Dicta eſt ęthiopia a colore populorũ quos ſolis vicinitas torret. Atlas:nullũ nomen gręcũ in ns terminatur Torquet:ſuſtinet.Aptũ:cōiunctũ.ab eo qd' eſt ἀπoτεσθαι non autē inſignitũ ſtellis:axis nō em̄ habet ſtellas qui eſt medius inter ſeptētriones:vñ eos occidere axis vicinitas facit:nō quia in axe ſunt. Monſtrata:p̄dicta q̄ eſt oriunda maſſyla a qua nō longe abſunt horti heſperidũ ſacerdos nunc venit de locis q̄ ſunt circa atlantē.Nam aliter nō p̄cedit.Maſſylia.n. mediterranea eſt ciuitas be. onicę libyę vnde haud longe horti heſperidũ ſunt.Atlas vero vt diximus ī mauritania eſt.Heſperides atlantis filię nymphę hortum ſecundũ fabulas habuerũt in quo erāt aurea mala Veneri cōſecrata q̄ Hercules miſſus ab Euriſteo argiuorum rege occiſo p̄uigili dracone ſuſtulit. Reuera fuerunt nobiles puellæ quarũ greges abegit.Hercules occiſo eorum cuſtode.Vnde fingit mala ſuſtuliſſe ideſt oues. Nam gręce μηλα & mala & oues ſignificāt.Vñ μηλονομος ouium paſtor.Soporiferũ:quomodo ſoporiferũ vt vigilaret:ſed dicimus variam vim prebere victum varijs animalibus:nam ſalices hominibus amaræ ſunt:dulces capellis:vnde ſalices carpetis amaras.ſcilicet hominibus. Item cicutæ ſecundũ Lucre.hominibus ſunt venenoſæ& pingues reddũt capellas:& ſic forſitan papauer quod dat hominibus ſomnum adimit ſerpentibus:vel cōſtrue:vt ſeruabat in arbore ramos plenum ſit:deinde ſequantur hæc ſe promittit carminibus curas ſoluere ſpargens humida mella ſoporiferumq; papauer ideſt miſcēs:vt Cice. Spargere venena didicerunt:nec incongrue ad amaritudinem amoris mel adhibet:& ad obliuionem papauer. Siſtere aquam fluuijs ſi hęc poterit multo magis pōterit. Aeneam ab amore reuocare.Mugire videbis:videbit qs vt migrātes cernas.Teſtor.c.d.quia cum multa ſacra Romani ſuſciperent magica ſemper damnarunt.Accingier: additur er metri cauſa & i q̄ in vltima longa erat breuiat̄ ſecreta ſine arbitris& eſt bona elocutio rem loci vel temporis ad perſonam tranſferre vt nocturnus venit ſecret⁹ fecit Pyram ſub ſpecie ſacrificij preparabat mortis exequias. Arma gladium abuſiue arma proprie ſunt quæ armos tegunt.Impius:qui gladium furenti reliquit ex Home.eſt qui gladium Aiaci datum ab Hectore & Hectori baltheum ab Aiace refert:&hic de baltheo tractus eſt:ille gladio incubuit.Exuuias veſtem. Aeneæ quem hoſtē dixerat ſupra.Quo perij:propter extinctum pudorem. SER. Heſperides. Arma.

ASCEn. ¶ Hec effata ſilet pallor ſim̄l occupat ora&c. Docet quomodo omnia que iuſſerat iſtructa ſunt & quomodo ſimulās ſe ſacra magica ex animo peragere q̄ſierit omnia philtra & amātiora .ideſt que vim amatorij habere putata ſunt quo ſororem fallat de qua re quia Donatus non extat . Ordo eſt.Dido effata ideſt elocuta hoc eſt poſtq; elocuta erat hec: ſilet. ideſt obticet nam fruſtra diceret tacuiſſe:finis enim loquele ſilentium ſemper eſt:niſi preter ſpem & importune tacuiſſe cum plura loqui non poſſet innueret:aut niſi adderet:ſimul & cum primum taceret pallor occupat ora: tñ.i. q̄uis ſigna impatientis amoris daret: tamen anna non credit germanā ideſt ſororem ſuam pretexere ideſt preſtruere funera.ideſt mortē nouis ſacris .ideſt ſacrificijs ſcilicet magicis nec concipit mente.ideſt intelligere nō poteſt tantos

Ordo.

¶ Hæc effata ſilet:pallor ſimul occupat ora: Poeta.
Non tamen anna nouis p̄texere funera ſacris
Germanam credit:nec tantos mente furores
Concipit:aut grauiora timet:q̄ morte Sichei:
Ergo iuſſa parat.
At regina pyra penetrali in ſede ſub auras
Erecta ingenti:tedis atq; ilice ſectā.
Intenditq; locum ſertis:& fronde coronat
Funera:ſuper exuuias:enſemq; relictum:
Effigiemq; toro locat:haud ignara futuri.
Stant aræ circum:& crines effuſa ſacerdos

Tercentũ

Tercentū tonat ore deos:erebumq; chaoſq;:
Tergeminaq; hecatē:tria virginis ora dianæ:
Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni:
Falcibus & meſſæ ad lunam quærūtur ahenis
Pubentes herbæ:nigri cum lacte veneni:
Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus:
Et matri præreptus amor.
Ipſa mola manibuſq; pijs altaria iuxta
Vnum exuta pedem:vincliſq; in veſte recincta
Teſtatur moritura deos:& conſcia fati
Sydera.tum ſi quod nō æquo fœdere amātes
Curæ numen habet:iuſtumq; memorq; p̄catur.

SER. ¶Prætexere abſcōdere:preuertere. Tantos furores q̄tos cogitabat Dido. At regina pyra:notatus eſt verſus. Vitioſa eſt enim elocutio quæ habet exitus ſimiles:licet ſit caſuum diſſimilitudo. Intenditq; locum ſertis li. vt ſtupea vincula collo intendūt:& eſt hypallage. Intendit ſerta per locum. Funerea: cupreſſu. Nam & ſuperiora ligna ad funus pertinēt vt procōbunt piceæ ſonat icta ſecurib⁹ ilex. Effigiem:exprimit affectum amantis:q̄ etiā in morte amici imagini vult cōiungi. Ignara futuri: immemor ſuæ diſpoſitionis. Tercentum deos. ideſt ter centum numina:vnde Hecate dicta eſt:quia centū habet poteſtates: Tonat perite dixit: Nā ī aliquibus ſacris imitabanī tonitrua. Erebum inferorū profunditatē. Tria virginis ora Dianæ:iteratio eſt lunæ dianæ proſerpinæ. Simulatos: nam q̄ in ſacris haberi nō poterant ſimulabanī & habebantur pro veris. Per auernū aūt deſcenſus eſt ad inferos Ad lunā:nā hærbæ pro lunæ rōne tollunī. nec oēs eodem modo. Ahenis:perite dixit:nā aliæ vellunī:aliæ incidūī & hæc ad lunā.i.ad lune obſeruationē. Pubentes. q̄a aliæ ſiccæ:aliæ viridiores legunī & inter homines & hærbas reciprocæ ſunt trāſlationes:ſic.n. pubētes hęrbas dicim⁹: quēadmodū florē ętatis. Nigri:noxij:vel q̄a nigri ſūt homines poſt venenū vel ſunt hęrbę nigri lactis.i.ſucci & ꝑ periphraſim dicūt ſignificari agreſte papauer. Matri.p.a. refert Plyni⁹ pullos eq̄nos habere in fronte quandā carnem. quā ſtatim ijs natis adimit mater quā ſi q̄s p̄ripuerit pullū odit:& lac ei denegat. Iuue. Cui totā tremuli frōtem cæſonia pulli īfudit merito ergo credūt amorē creari ex carne:ſine q̄ mater nō alit ex ſe creatū. Mola:farre & ſale. ergo ipſa dido mola & pijs manib⁹ deos teſtaī Vnū ex.p.id.n.agiī vt iſta ſoluat & īnectaī Aeneas: In veſte re. q̄a ſupra diximus ī ſacris nihil ſolere eſſe ligatum p̄cipue eius q̄ amore vult ſolui. Conſcia fa.ſy. planetas q̄bus fatorum ratio cōtineī Si quod:cōpone tū numē p̄catur ſi quod curæ habet amātes nō æquo fœdere. Si quod bn̄ dubitat vtrū ſuꝑ res male poſitas habeat poteſtates. Inuocat aūt αɥτεροτα cōtrariū cupidini q̄ amorē reſoluit: aut certe cui curę eſt iniquus amor.ſ.vt implicet nō amantē. Iuſtum.m.q.p.vt expugneī q̄ eſt cauſa diſcordiæ.

tantos furores:ſcilicet quāti in Didone erant aut ſup.nō timet grauiora.i. maiora mala:q̄ ſupple in morte Sichei.ſ. prioris cōiugis illa pertuleerat:hoc eſt nō opinabatur ꝙ plus amaret Eneam amatorē q̄ Sicheū coniugē: nec ꝙ impatientius ferret huius profectionē q̄ illi⁹ mortem. ſed in morte viri non ſe occidit nec id parauit:ergo nihil tale ſuſpicans:parat ſcilicet peragere iuſſa.i.q̄ Dido iuſſerat hoc eſt ilico pyrā extruit & exuuias Enee affert. At.i. ſed regina.ſ.Dido pyra.i.ſtrue lignorū in formam ignis vt incendaī:erecta.i.extructa ſub auras.i.in altū in ſede penetrali.i.in loco penitiore intra tecta palatij:pyra dicit ingēti ideſt valde magna tedis.i.ex tedis que ligna reſine plurimū habent & ita facillime cōburuntur: atq; ilice.i.robore iligno:ſecta.i.fiſſo. hoc eſt poſtq; anna ingentē rogū ex tali combuſtibili extruxerat regina:intendit locū ſertis.i. intendit ſerta per locū illū & coronat fronde funera.i.ad funus apta & loca toro.i.lecto cōiugali:quē etiā iuſſerat afferri ſuper.ſ.pyrā aut inſuper:exuuias.ſ.Enee.i.veſtes quas exuerat & dereliquerat & enſem relictū:& effigiem.i. imaginem ad ſimilitudinē viri factam quam aut ad fictionem magice artis fieri curauerat: aut in ſignū amoris:locat dicit exiſtens haud ideſt non ignara immo certa mori. Are ſtant circum.i.in circuitu:& ſacerdos effuſa crines ideſt habēs capillos effuſos:vn̄ in funere polydori tertio huius. Et circū iliades crinem de more ſolute:tonat.i.horrifice vocat ore.ſ.ſuo tercētū.ideſt trecentos deos.i.numina deorū: & Erebum & Cahos: deos illos infernales:& Hecaten.i.proſerpinā a centū poteſtatib⁹ dictam:ter germinā.i.tres poteſtates habentem nam luna eſt in celo:diana in ſyluis vbi venatrix eſt: proſerpina in īferno:vn̄ addit & tria ora.i.tres effigies aut ꝑſonas diane ꝟginis.i. que in ſyluis diana dicīī & ſtudio venādi detenta perpetua virgo & ipſa ſacerdos priuſq; hec faceret ſparſerat &.i.etiā latices.i. aquas fontis auerni.i.lacus ad introitū inferni ſimulatos:ideſt per ſimulationē & fictionē quādā in ſacris ꝓ veris habitos cū deeſſēt vere aque auerni:& herbe pubentes.i.ſucci adhuc plene meſſe.i.deſecte aut inciſe:falcibus.i.cultris īcuruis:ahenis.i.ereis:q̄a nefas erat id ferreis facere:ad lunam.i.ſecundū oportunitatē lune querūtur ſcilicet ab ijs quibus id muneris ad magicum ſacrificiū iniunctū erat queruntur dicit cum lacte.i. ſucco dulci:veneni nigri.i. nociui & noxij:& amor ideſt caruncula ad magnitudinem caricis hippomanes ve:quod eſt cauſa amoris:reuulſus ſcilicet ſtatim priuſq; a labente matre abſumeretur:de fronte pulli naſcentis.ideſt recens nati aut nondum plene nati:& prereptus ſcilicet priuſq̄ abſumere poſſet:matri.ſ.eque:q̄ niſi carūculam illā aſſumpſerit pullū nō amat. Ipſa ſcilicet Dido cuius gratia hec omnia fiebant & que ſacerdos erat & regina:exuta pedem vnum.i.habens pedē vnum nudatū & ſolutum in vinculis:in veſte recincta ideſt diſſoluta ne quid ligatum in ſacris videatur: teſtatur mola. ideſt farre & ſale & pijs manibus ſcilicet q̄bus molam offerebat. teſtatur dicit moritura.ideſt certa mori: deos & ſydera conſcia fati.ideſt mortis ſue violente:tum ideſt inde precaī ſi quod ideſt ſi aliquod numē habet cure.ideſt ad curam:hoc eſt curat:amantes federe non equo ideſt illegitimo federe:aut inequali q̄n̄ alter amat alter non(hunc deum Seruius anterota ideſt contra erota ideſt cupidinē vocat) precatur dico illud ſupp. iuſtum & memor ideſt vt ſit iniuſtum & memor:& ita memor in neutro genere ponitur.

Nox erat:& placidum carpebant feſſa ſoporē
Corpora per terras:ſyluæq; & ſæua quierant
Aequora:

ASCEn. ¶Nox erat & placidum carpebant feſſa ſoporem&c. Declarat quomodo ceteris animātibus requieſcentibus Dido certa mori miſeros edebat planctus. de quibus cum Donatus nihil dicat. Ordo eſt. Nox erat:& corpora ſcilicet Ordo.

licet aialiū ceterorꝝ:feſſa.ſ.labore diurno:carpebāt ſoporē.i.carptim capiebāt ſoporē placidū.i.pſūdā dormitionē cū ai gete & ſylue & equora ſeua.i.oia que in nemore & mari degunt.quierāt.i.quieuerāt ſup.tūc:cū idest qñ ſydera voluuntur medio lapſu.i.cū mediū eſt noctis:cū omnis ager.i.quicquid verſatur in agro tacet: ſcilicet pecudes & volucres picte ideſt varijs colorib⁹ ornate:queqꝫ.i.quecūqꝫ ſcilicet volucres tenent:late.i.ampliter: lacus liquidos ideſt aquoſos:& queqꝫ.i.quecūqꝫ tenent ideſt occupāt & habitāt rura aſpera dumis.i.dumos q̄ ſunt in rure: huiuſmodi dicit pecudes & animātes:poſite.i.recubātes ſub.i. in nocte ſilenti.i.conticinio noctis lenibāt p leniebant:hoc ē mitigabāt curas:ſōno.i.p ſonū & corda ſup.earū erāt ſup.oblita laborem. At.i.ſed pheniſſa.ſ.dido q̄ erat de phenicia infelix ai.i.q̄ aium ſuū īfelicē fecerat nec ſoluit vnq̄ i ſomnos.i.nunqꝫ dormit.ve p vel nūqꝫ ſupple accipit noctē.i.requiē nocturnā oculis aut pectore:cure ingemināt ſup.ſe aut ingeminantur:hoc eſt multiplicant & amor reſurgens ideſt creſcens ſeuit.i. crudeſcit rurſus.i. iterum:& fluctuat magno eſtu irarū & inſiſtit ideſt ſermonē inſtituit adeo.i.tandē aut oino ſic:qꝫ pro & volutat.i.reuoluit & agitat corde ita.i.in hunc modū ſecū.i. apud ſe ſine arbitris.En cōmiſerātis ſicut in primo.En priamus:quid ago? ne.i.an aut nūquid ego irriſa expiar rurſus.i.iterꝝ procos.i.amatores cōnubia mea petentes priores.i.q̊s priores habui: ſed cōtēpſi q̊s ego ſum iā dedignata toties maritos.i.volētes eſſe maritos:aut dedignata ſū mihi maritos acceptare.Igiť quia ſcilicet nō eſſet honeſtū hic manere & incidere in contumeliam procorū priorū ego ſequar claſſes iliacas.ideſt troianas.& ſequar vltima.i. viliſſima iuſſa teucrū.i.teucrorū:hoc ero ancilla & contemptui omnibus troianis coacta etiā vltimis in dignitate:hoc eſt viliſſimis mādatis eorū parere & id meli⁹ q̄ vt dicamus de iuſſu Enee aut iouis cum Seruio:probat per irriſionem ſequēdum eſſe:particulam enim ne ſepe in irriſionem conuertimus vt Ne mihi poly-
Ne. damas aut troiades labeonem pretulerint. Et faciunt ne intelligendo vt nihil intelligāt dicit ergo.Quia ne.i.nam certe iuuat.i.prodeſt ante leuatos ſupple eſſe auxilio.i.profuerit qꝫ teucros iuuerim auxilio:& gratia veteris facti bene ſtat apud memores.i.gratos: hoc eſt non ingrati erunt accepti beneficij troiani:argumentatur deinde in cōtrarium dicens: aūt pro ſed fac velle ideſt pone vt velim:aut perſuade qꝫ velim:quis ſinet:ideſt permittet me: ſcilicet ſequi troianos:& accipiet me irriſam ratibus ſcilicet ſuis ſuperbis: quaſi dicat nemo.Quia ergo neqꝫ manendū eſt cum dedecore neqꝫ ſequendū:cōcludit ad ſe loquēs heu perdita neſcis tu.i.ſcis ne adhuc & ſentis ſup. ne:necdū.i.nō adhuc:piuria gentis laomedonteae.i.troiane laomedontis ſimilis q neptūnū & apollinem murorū troie ſtructores fefellit contra iuſiurandū.q.d.ſi deos fefellerunt & te nimirum fallent.Quid tū.i.inſuper:comitabor ne ſola nautas ouātes.i. letos de pfectiōe an ego inferar.ſ.in alienū regnū aut in naues: ſtipata.i.denſe circūdata:tyrijs & omni manu ideſt ſatellitio & copijs oib⁹ meorꝝ:& ego agā rurſus pelago eos ſup.q̊s ego reuelli vix.i.cū difficultate:qa timore aut odio pygmalionis vt dictū eſt in primo ſup. ab vrbe ſidonia & iubebo

Aequora:cum medio voluuntur ſydera lapſu:
Cum tacet oīs ager:pecudes pictæqꝫ volucres:
Quæqꝫ lacus late liquidos:q̄qꝫ aſpera dumis
Rura tenent:ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas:& corda oblita laborem.
At non infelix animi phœniſſa:nec vnq̄
Soluitur ī ſomnos:oculis ve aut pectore noctē
Accipit:ingeminant curæ rurſuſqꝫ reſurgens
Sæuit amor magnoqꝫ irarū fluctuat æſtu:
Sic adeo inſiſtit:ſecumqꝫ ita corde volutat.
¶ En quid ago?rurſuſne procos irriſa priores Dido.
Experiar?numadūqꝫ petā cōnubia ſupplex:
Quos ego ſum toties iā dedignata maritos:
Iliacas igitur claſſes:atqꝫ vltima teucrum
Iuſſa ſequar?qa næ auxilio iuuat ante leuatos:
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.
Quis me aūt:fac velle:ſinet:ratibuſqꝫ ſupbis
Irriſam accipiet?neſcis heu perdita:necdum
Laomedonteæ ſentis periuria gentis?
Quid tū?ſola fuga nautas comitabor ouātes:
An tyrijs omniqꝫ manu ſtipata meorum
Inferar?& quos ſidonia vix vrbe reuelli:
Rurſus agam pelago:ventis dare vela iubebo:
quī morere vt merita es:ferroqꝫ auerte dolorē
Tu lachrymis euicta meis:tu prima furentem
His germana malis oneras:atqꝫ obijcis hoſti.
Non licuit thalami expertem ſine crimīe vitam
Degere more feræ.tales nec tangere curas:
Non ſeruata fides cineri promiſſa ſicheo:

¶ Nox erat:protēdiť hæc deſcriptio ad exaggerationē SER.
vigiliarū Didonis.Sylue:ex opinione eorū q dicūt oīa quæ creſcunt aīalia eſſe.Aequora::elemēta etiā animalia eſſe voluerunt : vnde in.vi. Aequora mulcebant cantu Cum tacet omnis ager.i.ea q̄ in agris ſunt.Oculis aut pectore noctē.Accipit bene diſtinguit.Nam poteſt aliquis ſomnum ſenſibus capere:& mente turbari.Reſurgēs:grauior eſt cū reſurgit.En quid ago.Demōſtrantis pticula p quam multa cogitaſſe demōſtrat:& ſic prorupiſſe:En qd actura ſū:eſt aūt comicū pricipiū & cōgrue amatrici datum:ſic Terē.Quid igiť faciā.Nam hæc cōiunctio multa eam cogitaſſe ſignificat.Rurſus:duo ſignificat frequē Rurſus.
ter iterum raro viciſſim.i.mutuo.i.denuo vt hic.Numadum.p. inuidia a pſonis:petā mulier & regina numadas. ideſt vagos.Maritos.ſ.futuros:eſt aūt elocutio dedignor illā rem & illa re.Vltima iuſſa:aut intelligam⁹ enea obtuliſſe nauigandi facultatē:aut teucrorū iuſſa.i.q̄ ipi iuſſi ſunt a ioue vt nauiget hęc ſumma eſt.Quia næ.reuera & eſt vna pars.Stat:manet.Nautas inuidioſe.q.d. aſſuetos laboribus:Ouantes abuſiue lætantes ſed proprie ouatio eſt minor triūphus:qui ouatur & vno equo vtiť:& a plebeis vel eqtib⁹ ro.deduciť ad capitoliū:& de ouib⁹ ſacrificabať.Triūphās:albis eqs vtiť quattuor & ſenatu p̄eūte de thauro

de thauro ſacrificat. Vix:aut mox.i.paulo ante aut vere vix. Nam nulla ratione dimiſiſſent patriã:niſi aut odio: aut metu regis vrgente:vt in primo dictū eſt. Quin mo rere. Quinimmo & bene omnis eius intentio tendit ad mortem. nam ſi procos rogare turpe eſt:ſolā ſequi inho neſtum:& tyrios trahere difficile:ſola mors ſupeſt. Tu la chrymis: totum ei imputat: ſed cum excuſatione. Tu prima furētem ſic diuidit Vrbanus:Tu perſuaſiſti:vt nu berem victa lachrymis meis tu nūc his oneras malis Nā me olim occidiſſem niſi te deſerere formidarem. Obijcis ob naturaliter corripitur:ſed poſitiōe longatur. nam pri ma i eſt conſonans ex ob & iaceo fit obijcio More.ſ. Ply nius aſſerit lyncas poſt amiſſos coniuges alijs nō coniun gi. Alij fere aduerbium volunt vt ſit ſenſus:more quo iā ad viduitatē fere' conſueuerat. Crimine:vt ſupra:Potui ſuccūbere culpæ. Sicheo:pro ſicheio.

Lyncum natura.

iubebo ſup. eis dare ventis vela.q.d.id fieri non poſſe qa ergo ſolā ſequi ꝓbroſum eēt & quaſi meretricis more: & comitatū iuſtū ha bere nequiret:nec manere conueniebat:infert Quin.ideſt potius:morere.ideſt moriaris vt i.queadmodū merita es:qa tibi id ꝓcuraſti: & auerte.ſ.ab aīo dolorē ferro. i.morte ferro illata. O germana.i.ſoror anna tu euicta meis lachrymis:qa vt dictū eſt in principio ſic effa ta:ſinus lachrymis impleuit obortis: tu īquā oneras.i.onerabas. prima me furētem.i.īſano icēſā amore:his malis atq; obijcis hoſti.i. cru deli viro. Non.i.nonne licuit me expertē tha lami.i.coniugij.degere.i.ad finem vſq; agere: vitam more fere:ſine crimine.i. offenſiōe ꝑ iurij aut leſione pudoris:nec tangere tales cu ras quales nunc per illicitos amores ſuſtineo

more fere.i.ad morem beluarum ferarum que ꝓpter feritatem cōiugiū vitāt:hō aūt eſt aīal ſociale: & ita quadrat ei cōiugiū:ſed infeliciter amans ꝑfert vitā ferarū vite ſue. Non ſup. eſt:aut potuit fides promiſſa cineri ſicheo ꝓ ſicheio.i.ipſius ſichei:quia cum inhumaretur iurauit ſe nunq; alteri nupturam qđ Anna reprobauerat dicens. Id cinerem & manes credis curare ſepultos:ſeruata ſupple eſſe cineri ſicheio.q.d.ma xime potuit ſeruata tamen non eſt.

Poeta.

¶ Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus:
Aeneas celſa in puppi iam certus eundi
Carpebat ſomnos:rebus iam rite paratis:
Huic ſe forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in ſomnis:rurſuſq; ita viſa monere eſt:
Omnia mercurio ſimilis voceq; coloreq;:
Et crines flauos:& membra decora iuuentæ:

Mercuri⁹

¶ Nate dea:potes hoc ſub caſu ducere ſōnos:
Nec quæ circūſtent te deinde pericula cernis
Demēs:nec zephyros audis ſpirare ſecundos:
Illa dolos:dirumq; nefas in pectore verſat
Certa mori:varioq; irarum fluctuat æſtu.
Nō fugis hinc ꝑceps: dum ꝑcipitare poteſtas:
Iam mare turbari trabibus:ſæuaſq; videbis
Collucere faces:iam feruere littora flammis:
Si te his attigerit:terris aurora morantem.
Eia age:rumpe moras:variū & mutabile ſemꝑ
Fœmina:ſic fatus nocti ſe immiſcuit atræ:

Poeta.

¶ Tum vero æneas ſubitis exterritus vmbris
Corripit e ſomno corpus:ſocioſq; fatigat

Aeneas

¶ Præcipites vigilate viri:& cōſidite trāſtris:
Soluite vela citi:de⁹ æthere miſſus ab alto
Feſtinare fugam:tortoſq; incidere funes:
Ecce iterū ſtimulat:ſequimur te ſancte deorum
Quiſquis es:imperioq; iterū paremus ouātes
Adſis o placiduſq; iuues:& ſydera cœlo
Dextra feras:ſ dixit:vaginaq; eripit enſem

Poeta.

Fulmineū:ſtrictoq; ferit retinacula ferro.
Idē oēs ſimul ardor habet:rapiuntq; ruūtq;

Littora

ASCEn: DONA. Ordo.

¶ Tātos illa &c. Docet qūo etiam eneas dor miebat cū talia dido agitaret:& qūo a mercu rio excitatus abnauigauit:vnde Donat⁹ de perijt. Ordo eſt Illa.ſ.dido rūpebat ſuo pecto re tantos queſtus.i.violenter exꝑſſit:ſed ſup. eneas.iam certus eundi.i.qui decreuerat om nino abire.carpebat ſōnos.i. dormiebat ſup. in celſa puppi & hoc reb⁹.ſ.ad nauigationem neceſſarijs paratis rite.i.decēter:& ꝑ iſtitutōe nautica:forma.i.imago dei redeuntis:hoc eſt de⁹.ſ.mercuri⁹ i forma aſſūpta rediens ī ſom nis.i.iter dormiēdū:obtulit ſe huic.ſ.enee eo dem vultu quo pri⁹ obtulerat:& viſa eſt mo nere ita rurſus.i.iterū exñs ſimilis oia.i. ꝑ oīa & vocē & colorem & crines.i.capillos flauos & mēbra decora iuuēte.i.iuuētuti cōuenietia mercurio.ſ.prius viſo O nate dea potes inter rogatiue.i.potes ne ducere ſomnos.i.dormi re ſub hoc caſu.i.ꝑiculo in quo verſaris: Nec o demēs cernis.i.proſpicis deinde q̄ pericula circūſtent.i.obſideant te nec audis zephyros i.vētos illos ſecundos.i. ꝓſperos (quos mer curius adduxerat: dicente ioue voca zephy ros) ſpirare.i.flare Illa.ſ.tibi nota & multum infenſa mulier:verſat in pectore dolos:& dir nefas.ſ.in ſe (quia vult ſe interficere: quo cō perto tyrij in te irruant) aut in te niſi abiueris nam poſtea dictura eſt:natumq; patremq;. Cū genere extinxem. exiſtens certa mori vnde di cet. Quem metui moritura: & fluctuat vario eſtu.i.feruore & incendio irarum. Non.i.non ne fugis hinc preceps.i.precipitanter dū.i.q̄ diu poteſtas.i.facultas tibi ē precipitare. i. ꝑ cipitanter abeundi: Tu videbis iam.ideſt ita tim mare turbari trabibus ideſt diuerſis ma lis aut nauibus:& videbis ſeuas faces ſcilicet ad naues tuas comburendas aut inſequēdum te collucere ideſt ſimul lucere:& videbis iam littora feruere.ideſt feruida fieri:dixit autem a tertia coniugatione pe.breui flammis ſcili cet facularum.ſi aurora attigerit.i.offenderit te morantem his terris ideſt ſi ad craſtinā vſq; auroram hic manſeris:Eia age.duo cohortan di aduerbia ꝓpter vrgentem neceſſitatem:rū pe moras.i.cauſas īmorandi. Femina eſt ſemp varium & mutabile.ideſt res varia & muta bilis: hoc eſt inconſtans Mercurius ſup. fatus ſic ideſt in hunc modū imiſcuit ſe nocti atre: vero ideſt ſed eneas exterritus tum ideſt tunc ꝑcipue vmbris ſubitis.i.ſubito apparentibus

corripit



corripit.i.violenter rapit corp⁹ e ſomno: que violentia pre ſe ferebat ſecundum Seruium futurum infortunium:de quo li.quinto dicetur.& fatigat ideſt violentat & ſurgere cogit ſocios.dicens.ſ.O viri vigilate precipites.i. precipitanter ſurgentes.(Poſſet eſſe ordo fatigat ſocios precipites.i.fatigãdo precipires facit dicens.ſ.vigilate viri)& conſidite.i.ſimul locũ capite:trãſtris ideſt ſuper tranſitus nauium vbi ſedent remiges ſoluite.ideſt diſſoluite & pandite citi ideſt feſtini: vela ecce deus miſſus ab alto ethere ſcilicet mercurius. ſtimulat: ideſt impellit ſup. nos feſtinare.i. feſtinanter agere fugam ideſt profectionem noſtram & incidere funes.ideſt rudentes tortos ideſt implicitos:O ſancte quiſquis.i.quicũq; deorum tu es:nos ſequimur te.& nos ouantes paremus iterũ imperio:quia paruerant ĩſtruẽdo claſſem.aut paremus imperio iterum.ideſt ſecundario facto. O optandi particula adſis ideſt auxilio ſis & exiſtens placidus iuues ſcilicet nos:& feras ideſt afferas profectioni celo ideſt de celo:ſydera dextra.i.proſpera & feliciter ĩfluẽtia

Littora deſeruere.latet ſub claſſibus æquor.
Annixi torquent ſpumas:& cærula verrunt.

¶Certus eundi:indubitanter ꝓfecturus. Carpebat ſomnos:hoc accuſat paulo poſt Mercurius:ſed excuſatur his rebus nam & certus eundi erat:& cũcta rite præcipitauerat.aut p̃œconomia eſt:vt poſſit videre Mercurium.Forma dei.non deus ſed forma dei.Nam raro ſe videnda p̃bent numina.Eodem o ſemper longum eſt quia eodem ablatiuus eſt ſemper.Eadem autem & producit & corripit.Nam & nominatiuus eſt vt eadẽ mulier fecit: & ablatiuus vt eadem muliere faciẽte.Viſa monere:bene viſa nõ enim reuera eſt.Similis:aliud eſt idem eſſe:aliud ſimile eſſe.Ergo nunc certus eſt æneas:Vocem:oratõis eſt deus.Hora.Mercuri facunde nepos atlantis. Flauos:& ꝑvſtus & flauus Mercurius fingitur:quia ſatis vicinus eſt ſoli præter cæteras ſtellas.Et membra decora iu.quia de⁹ palæſtre eſt:Iuuentæ:ætatis cum iuuentus ſit perſonarũ. vt & rebus ſpectata iuuentus.Figura vero eſt vocẽ mẽbra & colorem. Zephyros: ventos. nam zephyris de aphrica nauigare non poterat. Dirum nephas. amatrix SER.
timenda

timéda eſt:q̃ ſit certa mori itẽ Variũ & mutabile ſemper fœmina. Præceps: feſtin⁹. Collucere faces: pp illud Ferte citi flammas. Vmbris ſicut ſupra. Forma dei. Corripit: Omẽ futurę tẽpeſtatis. Sãcte deorũ: aut diſtinguit ſancte: aut ſcd'm Enni. Rñdit iuno ſaturnia ſãcta deorũ. Quiſqs es: at dixerat oĩa Mercurio ſil'is. Sed teſte Cice. in li. de na tu. deo. tres ſunt Mercurij: ſupnus: terrenus & infern⁹. Ergo Quiſquis de trib⁹. Aut referas ad iouẽ. i. quiſquis es qui pcipis: vt in nono. Quiſqs in arma vocas: cum irim vidiſſet. i. qcunq; irim miſiſti. Plane illud occurrit quod ait. Deus æthere miſſus ab alto: vbi & Iouem & ſupnum complectitur Mercuriũ. Poteſt ẽt quaſi phantaſiã facere pp ter ſocios: & qſqs es iõ dicere. Quia licet viderit non tñ reuera nouit eſſe Mercuriũ: vñ ait ſupra. Et formam & vultum viſa monere. Iterũ parem⁹ nã iã paruerat pparatione nauigiorum. Et ſydera cœlo Dextra feras hoc eſt ventos: qui ex ortu ſyderum aut pſperi aut aduerſi ſunt Sic i Georgi. Præterea tã ſunt arcturi ſydera nobis: Nec enim ſydera dicit reuera cum arcturus vna ſit ſtella. Ergo dextra dixit ſydera ventos: vel tempora.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Regina e ſpeculis vt primum albeſcere lucem
Vidit: & æquatis claſſem pcedere velis:
Littoraq; & vacuos ſenſit ſine remige portus
Terq; quaterq; manu pectus percuſſa decorũ:
Dido. Flaenteſq; abſciſſa comas. (proh Iuppiter ibit
Hic (ait) & noſtris illuſerit aduena regnis:
Nõ arma expedient: totaq; ex vrbe ſequentur:
Diripientq; rates: alij naualibus: ite:
Ferte citi flammas: date tela impellite remos
Quid loquor: aut vbi ſũ: q̃ mentẽ iſania mutat
Infelix Dido. nunc te fata impia tangunt.
Tũ decuit cũ ſceptra dabas: en dextra fideſq;
Quem ſecum patrios aiunt portare penates:
Quẽ ſubijſſe humeris confectũ ætate parentẽ:
Non potui abreptũ diuellere corpus: & vndis
Spargere: nõ ſocios: nõ ipſum abſumere ferro
Aſcaniũ: patriſq; epulandũ apponere menſis:
Verũ anceps pugne fuerat fortuna: fuiſſet.
Quẽ metui moritura: faces in caſtra tuliſſem
Impleſſemq; foros flãmis. natũq; patrẽq;
Cũ gñe extinxẽ. & memet ſup ipſa dediſſem.

SER. ¶ Prima aurora: deſignatio tpis eſt non diei deſcriptio: vnde infert: vt primo albeſcere lucẽ vidit. Sic in. xij. Cũ primum craſtina cœlo Puniceis inuecta rotis aurora rubebit. Et bene hanc primum inducit vidiſſe crepuſculũ: que quaſi amatrix totam vigilauerat noctem. Sic in Buco. de amatore Naſcere præq; diem veniens age lucifer almũ. Nouo. l. epicureos imitatur qui aiunt ſolẽ de atomis cõſtare & cũ die naſci & cum illo perire Tithoni cubile Tithon⁹ Laomedõtis frater fuit: hũc ab aurora amatum in cœlũ leuauit: quẽ longinquitas vitæ in cicadam cõuertit. Hora. Longa tithonũ minuit ſenectus. Albeſcere lu. hypallage eſt. Luce em̃ albeſcunt omnia nõ lux albeſcit. Aequatis

citer iſluentia: dixit. ſ. eneas: & eripit. i. violenter extrahit vagina. ſ. ſua. enſem fulmineũ. i. morẽ fulminis feriẽtẽ aut radiantem. q; p &: ſup. id dicẽs ferit. i. percutit & incidit retinacula. i. funes qbus naues retinebantur ad littora ligate: enſe. i. gladio ſtricto ideſt euaginato & denudato. Idem. i. vniformis ardor. i. cupiditas habet. i. tenet aut inuadit ſimul omnes ſ. teucros: & rapiũt. ſ. que erant adhuc i littore & ruunt. i. precipites currunt: & deſeruere. ſ. paulo poſt littora. equor latet. i. occultũ ẽ ſub claſſibus. ſ. ſimul diſcedentibus: & ipſi annixi. i. ãnitentes: torquendo aquas excitant ſpumas: & verrunt. ſ. nauium caudis. i. gubernaculis: cerula. ideſt ceruleas aquas aut maria cerulea ideſt cerulei coloris.

¶ Et iã prima nouo &c. Deſcribit qũo poſtridie Dido vidẽs troianos abijſſe cõqueſta eſt. vñ qa Donat⁹ nihil dicit. Ordo aũt e. Et aurora linquẽs cubile tithoni. i. mariti ſui regis in oriẽte. croceũ. i. crocei coloris ſpargebat iã prima. i. primũ: aut recens orta terras lumine nouo. ſ. illi⁹ diei: & ſup. regina. ſ. dido vt. i. poſtq̃ vidit e ſpeculis. i. altis feneſtris vñ ſpeculari licebat lucẽ albeſcere. i. albã fieri primũ. i. primo tpe & claſſem pcedere. i. puehi: velis eq̃tis. i. equalr̃ pleno vento diſtentis: & ſenſit littora & port⁹ vacuos: qa ſine remige: ipſa pcuſſa. i. habẽs pcuſſum: aut vbi pcuſſerat terq; quaterq;. i. frequẽter: aut conſumate pectus. ſ. ſuũ decorũ. i. pulchrũ: manu. ſ. ppria: & abſciſſa comas flauẽtes. i. hñs abſciſſos capillos flauos (ſaltẽ p parte: qa poſtea dicet̃. Nec dũ illi flauũ pſerpina vertice crinẽ abſtulerat) ait ph Iuppiter ibit hic ideſt hoſtis me⁹: & ipſe aduena. i. cũ ſit aduena illuſerit. i. ei cõceſſum fuerit illudere. noſtris regnis. q. d. id ferendũ non eẽ. & ſup. tyrij nõ expedient. i. expedite capiẽt: arma. & ſequent̃ ſup. eos ex tota vrbe: vt fit ĩ bello tumultuario: & alij. ſ. aliq ex eis diripiẽt i. in diuerſa rapiẽt rates. i. naues troianorum: naualib⁹. i. e ſtatiõe nauiũ vbi naues parantur & fiũt. Ite o teucri ſup. & vos citi. ferte. i. iferte i naues troianorũ flãmas: date. i. mittite: tela. ĩpellite remos: oĩa ſunt precipitanter dicta quaſi loquentis animũ depingentia. vñ caſtigans ſe Dido qa hec cũ ſola vigilaret dixerat ait. Quid loquor: aut vbi ſum. q. d. ſola ſum & quaſi cũ multis loquor: q̃ inſania mutat mẽtem. ſ. tuam o dido infelix (loquit̃ enim p paros & apoſtrophen ad ſe quaſi ad aliã) fata ĩpia. i. mala in te fatalr̃ preſcita: tangunt nunc te. decuit. ſ. naues incẽdiſſe: tunc cum. i. quando dabas ſceptra. i. partem regni: en: ideſt ecce: hic exprobrantis ac irridentis eſt: dextra. i. virtus: q; p. i. fides. i. fidelitas ac fidelis pietas viri ſup. quem aiunt portare ſecum penates ſcilicet deos: patrios ideſt a patria troia auectos: & quẽ aiunt ſubijſſe. i. ſubeundo portaſſe humeris parentem ſcilicet anchiſen: confectũ i. cõſumptum fere ſenio. i. annoſitate. Non. i. nonne: quaſi dicat maxime: potui diuellere i. in diuerſas partes vellere: corpus ſcilicet nauium hoc eſt claſſem: aut potius corp⁹ enee abreptũ. ſ. ab alijs: & ſpargere ſup. ipſum eneam vndis non ſup. potui diuellere ſocios & ſpargere vndis. q. d. ẽt potui. Nõ. ſ. potui abſumere ferro. i. interficere aſcaniũ ipm. ſ. cui regnum italie dicit̃ deberi: & caput omĩs mali eſt & cã profectionis. & apponere epulandum menſis patris: quod progne dicitur feciſſe offerẽs

ASCEn. DONA. Ordo.

tereo ithim

tereo ithim filium vt in ſileno dictū eſt quaſi dicat etiam potui.& fuiſſet ſup.factum verū fortuna.ideſt alea pugne fuerat anceps. ideſt dubia.quia forte troiani nos viciſſent quo dicto inimica laudat troianos.ſed quem metui moritura quaſi dicat neminem debebam metuere que decreueram mori. Aut ſic vt ſibi obijciat verum fortuna pugne.fuerat anceps quaſi dicat potuiſſem quidē tentare.ſed fuiſſet dubium de victoria ad quod dicit concedēdo.fuiſſet quaſi dicat eſto fuiſſet anceps pugna quid tum. Quē metui ideſt metuere debui moritura quaſi dicat nullum. ego tuliſſem ideſt inferre potuiſſem faces ideſt tedas in caſtra ideſt claſſem eorum. & impleſſem ꝑ ipleuiſſem foros ideſt nauiū tabulata que ferunt inceſſus.flammis ſcilicet comburentibꝰ ea.& extinxem pro extinxiſſem.natum & patrem cum genere.i.progenie tota & ipa.ideſt ego dediſſem ſuper.ſ.extinctos. memet ideſt meipſam quod amatorie dicit.cū viuere nollet eo mortuo.

beſcit. Aequatis.v.feliciter plenis ſine motu aliq̄. Proh. iraſcentis exclamatio. Terentius Proh ſuppreme iuppiter. Aut teſtatur iouem.quem in aduentu æneæ inuocauerat. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. Ibit & illuſerit.ibit & illudet.tempus ꝑ tempore. ſic dixit vt certantēꝗ illudere capto. Non ar.ex. Furentis verba vt ipſa paulo poſt. Quæ mentem inſania mutat.nam ſana non imperat abſentibus.cū ſola ſit. Naualibus. Loca ſunt in quibus ſtant naues. Vbi quaſi dicat an in cœtu ſum. Cum ſceptra dabas.vt ac dominum ænea in ſceptra recepit. Fideſꝗ ſubaudi en etiam in ſequētibus aut certe hic eſt quem dicunt portare deos. Sane en nominatiuo melius iungitur.vt En priamus. Ipſum Aſcanium: aut quia eſt cauſa nauigationis.vt quem regno heſperiꝗ fraudo.aut ad patris dolorem.vt qui nati coram me cernere letum feciſti. Epulandū ponere:quod fecit Progne occiſo Ithi filio propter ſororis ſtuprum. In caſtra.in claſſes.vt nos caſtra mouemus. Foros Tabulata nauium ab eo ꝙ inceſſus ferant.& eſt generis maſculini.numeri tantum pluralis.vt hi fori ſororum. Cum genere extinxem. pro extinxiſſem morte æneæ & Aſcanij & eſt ſyncope. Super ipſa.ſatis amatorie. En. Fori.

Sol qui terrarū flāmis opera omnia luſtras:
Tuꝗ harum interpres curarū & cōſcia Iuno:
Nocturniſꝗ hecate triuijs vlulata per vrbes:
Et diræ vltrices & dij morientis eliſſæ
Accipite hæc:meritūꝗ malis auertite numē:
Et noſtras audite preces.ſi tangere portus
Infandum caput:ac terris adnare neceſſe eſt:
Et ſi fata Iouis poſcunt.hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus:& armis
Finibus extorris:complexu auulſus Iuli
Auxilium imploret: videatꝗ indigna ſuorum
Funera:nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit:regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diē: mediaꝗ īhumatus harena.
Hæc ꝑcor:hāc vocē extremā cū ſanguine fūdo.
Tū vos o tyrij ſtirpem:& genus omne futurum
Exercete odijs cineriꝗ hæc mittite noſtro
Munera:nullus amor populis nec fœdera ſūto
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor:
Qui face dardanios ferroꝗ ſequare colonos.
Nunc olim quocunꝗ dabunt ſe tempore vires:
Littora littoribus contraria fluctibus vndas
Imprecor:arma armis pugnēt:ipſiꝗ nepotes.

ASCEn. ¶Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Recitat reliquā partem querele didonis in qua cum facto troianos perſequi nequeat execrationibus & diris imprecationibus perſequitur.i quibus poeta ſubtiliter alludit ad futuras carthagineñ.ac romanorum hiſtorias
DONA. Donatus autem ſolum dicit. Exercete odijs. quod factum eſt tribus bellis punicis. Exoriare aliquis.aliqui de Hānibale volunt intelligere.ſed melius eſt vt ſit hoc perturbate perſone que neſciat ſe impoſſibilia poſtulare.qđ ſequentia indicant cum poſtulet.& littora & vndas inter ſe diſcordare Pugnent ipſiꝗ nepotes. hoc dixit poſſibile. nam & furentes quandoꝗ quod rectum eſt ſentiunt. Hec ille.
Ordo. Ordo eſt O ſol qui luſtras ideſt purgas & circūis flammis ſcilicet radiorum tuorum. omnia opera terrarum ideſt que fiunt in terris.& tu o iuno interpres ideſt mediatrix &conciliatrix.harū ideſt huiuſmodi ſcilicet matrimonialium curarū aut harum.ideſt mearum curarum.i.ſollicitudinū amorū:& conſcia harū curaꝝ:qa nuptura ſacrificauerat iunoni ante omnes cui vincla iugalia cure.& o hecate.i. proſerpina vlulata.i.cum vlulatione queſita triuijs.i.in triuijs per vrbes.ſ.varias nocturnis.ſ.temporibus:aut vlulata triuijs nocturnis.i.nocturno tempore ab vlulantibus & tecū rapta eſſes querentibus frequētatis:& vos dire ideſt furie eumenides: vltrices.ſ.ſcelerū & dij eliſſe morīetis.i. in quarum poteſtatem ventura eſt eliſſa:hoc eſt ipſa que loquitur. ꝑ mortē hoc eſt dij manes aut inferi aut anceretici.accipite.i.intelligite:hec.ſ.dicta & precamina mea & auertite numē.ſ.infeſtum & inimicū.meritum malis.i.a malis qđ mali merentur habere infeſtū:& ita ſe innocentē indicat.aut meritū malis.i.ꝑ mala mea: & ita confitēdo ſe innocentē faceret:accipitur aūt meritū hic in ſignificatione paſſiua:& audite ꝑces.i.imꝑcatiōes noſtras. Si neceſſe eſt.ſ.neceſſitate fatali:caput infandū.i.deteſtabile &indignum quod nominetur:hoc eſt eneā:tangere portꝰ.ſ.italie.ac annare terris. ideſt ad terras:& ſi fata iouis poſcunt.ſ.id fieri.& hic terminus.i. hec extrema definitio fatorū heret.i. cōfirmata eſt:at.i.ſaltem ipſe vexatꝰ: bello.i. peritia bellandi:&armis populi audacis:& extorris.i.exul &excluſus finibꝰ.i.limitibꝰ regni ſibi

SER. ¶Sol.iam vtitur imprecatiōibus & deuotionibus: vnde deuotor & deuotrix qui imprecatur dicitur: non autem terrarum flammis ſed opera terrarum. Recte aut inuocat ſolem. vt ſupra per nomen liberi ſacrificauit. Curarum. aut quas patior. aut generaliter curarum coniugalium interpres:hoc eſt media & conciliatrix. Cicero. Qui interpretes corrumpendi iudicij eſſe ſolent. Conſcia iuno. Siluit rem turpem.ſic ſupra. Et pronuba iuno. Nocturnis.non triuijs.ſed per nocturnum tempus. vlulata.ꝑ.vr. proſerpinam raptam a Dite patre Ceres cum per orbem incenſis faculis quæreret per triuia & quadriuia vocabat. Hinc in eius ſacris a matronis ꝑ triuia exercetur vlulatꝰ. Interp.

cetur:vlulatus. ſicut in Iſidis ſacris vbi eſt imitatio inuenti Oſiridis:quem dilaniatum a Tiphone fratre vxoriſis per totum orbem queſiuit:Iuuena.Plangentis populi currit deriſor anubis.Hecaten autem inuocat cauſa vltionis:vnde & furias inuocat:ſed vſurpatiue dixit diras. Nam diræ in cœlo: furiæ in terris:eumenides apud inferos.Vnde & tres eſſe dicuntur.ſed hæc nomina confundunt poetæ.Vltrix ideſt Tiſiphone.Græce enim τισισ vltio eſt Dij morie̅tis eliſſæ:aut manes dicit.Vnde eſt Vos o mihi manes eſte boni:quoniam ſuperis auerſa voluntas.aut anæreticos dicit ideſt Martem & Saturnum: qui intercidunt vitæ rationem:ſi radijs ſuis ortum geniture pulſauerint.Hora.Te iouis impio tutela Saturno refulgens eripuit: volucreſq́ tardauit alas: & bene tardauit. Nam neceſſitas fati tardari poteſt non penitus tolli. Virgi.nec fata vetabant Stare deceq́ alios priamum ſupereſſe per annos Meritumq́ malis auertite numen. Quod mali merentur.Preces. imprecationes:vt paulopoſt imprecor arma armis pugnent Adnare.vt i primo Huc pauci veſtris adnauimus oris ideſt per tempeſtatem venim⁹: & bono colore futura predicit. Fata iouis: participium eſt non nomen.Terminus hæret. ſi hoc eſt immutabile. Audacis po. Rutulorum quos ſemper inducit audaces. Finibus ex.Extra ſuas terras remotus.& ſignificat qua̅do Euandri & Tarcontis petiuit auxilium.Indigna ſu.f. Palantis dicit & cæterorum.Pacis iniquæ. propter perditam linguam habitum & nomen.quæ omnia ſolet victor imponere victis ſicut poſtulat iuno.Sed cadat:Cato dicit iuxta laurolauinium cum æneæ ſocij prædas agerent:bellum eſſe commiſſum.in quo Latinus occiſus eſt. Turnus fugit:& auxilio mezentij comparato vict⁹ qde̅ eſt.Sed in eo prælio æneas non comparuit.Aſcanius poſtea Mezentium interemit.Alij dicunt ꝙ victor ęneas cu̅ ſacrificaret ſuper numicum fluuium lapſus eſt:& eius cadauer nuſq̄ apparuit. Vnde ipſa dicit Mediaq́ inhumatus harena.Poſtea dixerunt inter diuos receptum: & iouem indigetem appellatum.Ante diem:ante fati neceſſitatem.& bene quod paſſura eſt optat æneæ.Cum ſanguine.quaſi imprecationes ſuo ſanguine conſecret. O tyrij: non ſunt mandata ſed imprecationes. Nam ſi mandata ſunt quomodo genus futurum.Sunto vrbanus ait verbo eam iuris vſam propter odia hæreditaria. Exoriare: exoriatur & oſtendit Hannibalem:ex oſſibus:ſecundum Anaxagoram qui homœomeriam dicit ideſt omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis. Ergo ſicut ex oſſibus ſic ex ſanguine & medullis nam omnia pro parte ſui tranſeunt in procreationem.Lucretius: nu̅c ab Anaxagore veniamus homœomeriam.Fluctib⁹ vndas propter illud quod in fœdere ſancitum eſt.vt corſica media eſſet inter romanos & carthaginenſes. Pugnent. ipſiq́ nepotes poteſt ad ciuile bellum referri.

gni ſibi conceſſi & auulſus complexu iuli:imploret ideſt ſuppliciter.quaſi cum ploratu petat:auxilium: & videat funera ſuorum indigna.ideſt miſeranda:aut feda nec.i.& non.& cum tradiderit ſe ſub leges pacis inique: aut quia pace indignus eſt:aut quia talis pax votis eius iniqua ſit:cum non victor ſed victus per eam videatur quia linguam & nomen & habitum amittet:no̅ fruatur luce optata ideſt vita: ſed cadat ante diem ideſt terminum & perhiodu̅ vite inhumatus media harena(hec omnia que imprecatur d do poſtea euenerũt: ſed ſunt generaliter accipienda: non enim ea futura nouerat vt poeta ſed optauerat: quocirca no̅ potuit ſpecialia que ſi poeta ex perſona ſua poſt factum locut⁹ fuiſſet:aut deum aliquem introduxiſſet qui hec loqueretur nimirum expreſſiſſet.Na̅ vexatus eſt bello audacis populi.ſcilicet rutulorum & latinorum implorauit auxilium euandri arcadis cuius filij pallantis indignam mortem vidit: fecit pace̅ iniquam vt dictum eſt & occiſus in numicum proiectus eſt inſepultus.)Ego precor hec ideſt vt hec eueniant: & fundo hanc vocem extremam ideſt vltimam quam maxime exaudiri volumus(vnde in teſtamentis ſupreme voluntati maximum po̅dus eſt) cum ſanguine ideſt effundo ſimul aut paulo poſt (quia quod parum diſtat nihil diſtare videtur)ſanguinem:Tum ideſt inſuper vos o tyrij ideſt carthaginenſes tyro profecti exercete ideſt fatigate ſtirpem & omne genus futuru̅ odijs:& mittite noſtro cineri hec mu̅era: ideſt obſequia:null⁹ amor nec ſup.vlla federa ſunto ſcilicet in futuru̅:populis ſcilicet tyro troiaq́ profectis(contra id quod dixerat in primo Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.Hunc letum tyriſq́ velis.troiaq́.ꝓfectis Eſſe diem)Aliquis vltor: hoc propter Ha̅nibalem finxit poeta ſed Dido generaliter loquitur: & ne ſpecialiter loqui videatur addit aliquis. exoriare ideſt exoriat̃ vt ſit ſecunda perſona pro tertia:aut potius ſic.O vltor exoriare aliquis ex noſtris oſſibus: qui ſequare.Ego autem ſicut valla docet ꝙ ſuus & tuus vocatiuo non carent:dicerem licet raru̅ ſit aliquis etiam infinite poſitum non carere vocatiuo:vt hoc loco quia ſe indefinite voluit ſignificare locutam:non dixit ſolum vltor:ſed aliquis.ſit ergo ordo. o vltor aliquis ideſt quicu̅q́ futurus es:exoriare ideſt ex oriaris & naſcaris.ex noſtris oſſibus ideſt ex duriſſimo reliquiarum mearum.qui ſequare ideſt ſequaris. hoc eſt perſequi poſſis colonos dardanios ideſt a dardania in italia̅ appulſos face & ferro ideſt crudeliſſimo bello quo omnia igni & ſanguine contaminantur.ſequare dicit olim nunc ideſt ab hac hora.quocu̅q́ te̅pore vires ideſt facultates naſcendi aut bellandi dabunt ſe.ego imprecor ideſt per imprecationem opto littora ſcilicet carthaginenſia.co̅traria.ideſt inimica.littoribus ſcilicet italicis & vndas ſup.contrarias vndis. & arma pugnent armis & ipſi nepotes ideſt poſteri.pugnent ſup.inter ſe.Hec propter punica bella finxit poeta.que neſciuit dido futura.quocirca vt dixi nihil ſpecialiter imprecata eſt.



ASCEn: ¶Hec ait:& partes animum verſabat in om nes. Hoc loco necem quā ſibi dido intulit de‐
ſcribit: de qua dicit Donatus ſic: Tum breui‐
DONA. ter: nam hoc conueniebat que ꝙ primum mo
ri cuperet: Huc ſiſte: huc inſtanter adduc. Ca‐
ra. blanditur vt impetret per blandimēta: qd'
illa propter ingraueſcentem etatē poterat re‐
cuſare. Elegit perſonam que tarde pergeret &
cum mora remearet: vt ſibi longiuſculum ad
mortem patrandam ſpacium daretur: & pro‐
pter hoc dixit ſiſte & non mitte. Dic corpus:
& hoc ad moram innectendam pertinet. Et
p. & hoc ſimiliter. Moriemur: in plurali di‐
xit: vel quia ſic ſepe vſurpamus vt de vno
dicamus nos: vel quia & reliquie erant peri‐
ture. Hauriat: pars vltionis erit ſi hoſtis abi‐
ens rogi flammas aſpiciat: & triſtis omnibus
Ordo. nauiget. Hec ille. ¶Ordo eſt. Dido ſup. ait
hec. & verſabat: ideſt frequenter vertebat: ani
mum in omnes partes: querens ideſt appe‐
tens inuenta occaſione abrumpere ꝙ pri‐
mum. ideſt valde cito lucē inuiſam: ideſt vi‐
tam odio

¶Hæc ait: & partes animū verſabat in oēs. Poeta.
Inuiſam quærens ꝙ primū abrumpere lucem:
Tum breuiter barcen nutricem affata ſichei.
(Nāq; ſuā patria antiqua cinis ater habebat)
¶Annam cara mihi nutrix huc ſiſte ſororem: Dido.
Dic corpus ꝓperet fluuiali ſpargere lympha:
Et pecudes ſecum: & monſtrata piacula ducat
Sic veniat: tuq; ipſa pia tege tempora vitta:
Sacra ioui ſtygio: quærite incœpta paraui
Perficere eſt anim⁹: fineq; imponere curis:
Dardaniiq; rogum capitis permittere flāmæ.
¶Sic ait: illa gradum ſtudio celerabat anili: Poeta.
At trepida & cœptis īmanibus effera Dido

Sanguine

Sanguineā voluens aciē:maculiſq; trementes
Interfuſa genas:& pallida morte futura
Interiora domus irrumpit limina:& altos
Conſcendit furibunda rogos:enſemq; recludit
Dardaniū:non hos queſitum munus in vſus.
Hic poſtq̄ iliacas veſtes notumq; cubile
Conſpexit:paulū lachrymis:& mēte morata
Incubuitq; thoro:dixitq; nouiſſima verba.
Dido. ¶Dulces exuuiæ dū fata deuſq; ſinebant:
Accipite hanc aīam:meq; his exoluite curis.
Vixi:& quē dederat curſum fortuna peregi.
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago:
Vrbem preclaram ſtatui:mea mœnia vidi.
Vlta virum:pœnas inimico a fratre recepi.
Felix heu nimium felix:ſi littora tantum
Nunq̄ dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.
Poeta. ¶Dixit.& os ĩpreſſa toro. Dido. Moriemur inultæ
ſed moriamur(ait)ſic:ſic iuuat ire ſub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignē crudelis ab alto
Dardanus:& noſtræ ſecū ferat omnia mortis.

SER. ¶Tū breuiter.feſtinatione mortis ſimul nectit cauſam morarū & ſibi & ſorori.Huc ſiſte:huc adduc:vt & gregē ſiſtit ad arā.Hinc& ſiſtat̄.i.abducat̄:nā ſtare aliud eſt.nec aliter poſſumus dicere q̄ ſta hic & ſiſte huc. Fallit.n. plærūq; verbi ſimilitudo:quia dicimus ſto & ſiſto. [Sto. Siſto.] Cum diuerſa ſignificent pro eodē.Spargere lym.nam in feris ſacrificantes aſpergebantur:vt Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ.Superis abluebātur: vt Donec me flumine viuo Abluero:Modo īferis ſacrificabat:vt ſacra ioui ſtygio.Piacula:purgationes alias ſacrilegia. Sic veniat ne pretermitteret aut precederet. Tege corona:vt ipſa tardaret.Ioui ſtygio:hoc eſt Plutoni. [De⁹ vnus] Dicunt Stoici vnum eſſe deum:cui nomina variantur pro actib⁹ & officijs vñ etiam duplicis ſexus numina eſſe dicūt:vt in agēdo mares:in patiendo fœminæ ſint natura:vnde eſt cōiugis in gremium læte deſcendit.ab actibus aūt vocantur:vt Iuppiter iuuans pater:Mercurius q̄ p̄eſt mercibus:Liber a libertate.Sic mō iouem ſtygiū dicit īferis ſacrificatura: vt iunoni infernæ dictus ſacer.Hinc eſt iouis orō Cœlicolę mea mēbra dei quos noſtra poteſtas Officijs diuiſa facit Quę rite icœpta.p.Ordo eſt:īcepta q̄ paraui animus eſt rite ꝑficere.Dardanijq; rogū ca.in quo ei⁹ imago fuerat. Studio anili.aut ꝓ ætatis poſſibilitate:aut ꝓ induſtria:q̄ vtunt̄ aniculæ.At trepida:nā feſtina moritura nil timebat.Cœptis effera:furiata ſæuis cogitationibus. Pallida morte futura:vel pallidior q̄ ſoleant eſſe hoīes poſt mortem:aut pallida omine mortis futuræ.Furibunda:furenti ſimilis.Quæſitū munus in vſus:quem æneas nō ad hunc vſum reliquerat:vt ſupra dixim⁹ ſecundū Homerū vertitur munus in ꝑniciem:tale eſt in Buc.Hos illi quod nec bñ vertat mittim⁹ hædos. [Noīa in būd⁹ non vt ait ſeruius ſunt intelligēda.] Et mente:conſilio.Deuſq; ſinebant:aut iuppiter qui æneam diſcedere iubebat: aut amor aut neceſſitas fati. Vixi excuſat vitæ abruptionē: nā ait Plato magna pœna affici aīas eorū:q vitam añ tp̄s relinquūt.Et quē dederat curſum fortuna pegi:non natura nec fatū.Tribus em̄ vita humana continet̄ natura cui vltra.cxx.ſolares annos nō cōceditur.Fato cui nonaginta anni.i.tres ſaturni curſus exitium creant:niſi aliarum [Vitæ perihodus.]

ſtellarum

tam odio habitam:aut lumen celi quod inuita videbat ſecludere per mortem.Tum:ideſt deinde:affata eſt breuiter:ideſt paucis verbis aut incunctanter ne videatur malum pretendere.barcen.ideſt anum illam:nutricē ſichei ſcilicet mariti(Namq; pro qa:cinis ater ideſt funeſtus aut aduſt⁹:habebat ideſt occupabat: ſuam ideſt ipſius didonis nutricem). Eſt autem mala reciprocatio ꝓ qua aptius dixiſſet. Nam ipſius patria antiqua &c.ſup.in patria ſcilicet ſidonia ātiqua:ideſt chara:quia duas habere non poteſt:aut nobili aut patria. ideſt regione:antiqua ideſt priore:dixit ergo:o cara nutrix ſiſte ideſt adduc & conſtitue accerſendo:mihi:ideſt ad votum meum:huc ideſt ad me:ſororem ſup.meam videlicet Annam. dic vt ſup.properet.i.feſtinet(non tamen petebat callida in malum ſuum mulier eam ꝓperare.ſed ne videatur appetere omnium abſentiam verum potius ſororis preſentiā mandat vt properet ſperans anteq̄ anus id dixerit & ſoror q̄tūuis properanter effecerit:necem quam cōceperat exequi in ſe ſecluſis arbitris cum ēt nutrix ablegata eſſet)ſpargere.i.aſpergere & irrigare caput:ſcilicet ſuum:lympha ideſt aqua:fluuiali q̄ vim purgatiuam habere credebatur ab illis:vnde i ſcd'o.Donec me flumie viuo Abluero.& dic ſup.vt ducat ſecū pecudes & piacula.i.purgamina aut libamina qbus pient̄.i.placent̄ manes:monſtrata ideſt īdicata ꝑ ſacerdotem maſſilie gentis:& ipſa veniat ſic ideſt luſtrata & cū piaculis ac pecudibus quaſi dicat non aliter:& tu ipſa o nutrix.tege tp̄a.ſ.capitis tui:vitta pia.i.religioſa:qa animus eſt mihi ꝑficere ioui ſtygio. ideſt plutoni.ſacra.i.ſacrificia:que icepta ego paraui rite:aut que incepta ego paraui.i.intēdi ſcilicet ꝑficere rite:& animus. i. voluntas & propoſitum eſt.imponere curis.ſ.amorum finem:id vere dixit:ſed alium finē intellexit anus:credebat enim remediū intelligere cum mortem intelligeret.& animus eſt permittere flāme.i.igni.hoc eſt icēdere rogum. i. pyram ac ſtruē lignorum:capitis dardanij.i.i quo eſt effigies enee qui & dardanus dictus eſt Dido ſup. ait ſic. illa.ſ.nutrix ſichei:hoc eſt barce celerabat ideſt celeriter abibat.ſtudio.i.conatu anili.i.qui anui cōgruebat:que dum ſe mouet vix ꝓmouet At.i.ſed.Dido trepida ideſt feſtina:& effera ideſt immanis effecta.& quaſi eminenter fera aut vt dicunt a mentis ſtatu tranſportata:īmanibus ceptis.i.per immania hoc eſt crudelia cepta:voluens aciem.ſ.oculorum ſanguineam.i.cruentam(Queres qui id nouit poeta.cum ſine arbitris eſſet dido. Sed ſcies id noſſe a muſis quarū ſacerdos eſt. aut ex coniecturis)& interfuſa.ideſt habens iterfuſas genas ideſt receptacula lachrymarū trementes ideſt trepidas & cōmotas:interfuſa dicit maculis.ideſt diuerſis coloribus. & pallida morte futura.i.ꝓpter mortem futuram.irrumpit.i.violenter intrat:īteriora limina domus.ſ.ſue.& ip̄a furibunda.i.frequēti furore percita:conſcendit altos rogos.ſ.vbi erant arma exuuie & effigies enee & recludit.i.aperit & euaginat.enſem dardaniū.i.ipſius enee dardanij:appoſitorie exiſtens:munus.i.quod forte muneri datum erat enee.non quod ipſe dederat aut munus.i. inſtrumentum quo obeat munus.i.officium bellicum.nō queſitū.i.cōparatū ab enea.in hos.i.in hmōi vſus.i.ad interficiendum ſe.ſicut dido factura eſt.Poſtq̄

dido ſup.

per taciturnitatem. Hora.Fauete linguis carmina nõ prius
audita muſarum ſacerdos. Cingite. t. r. Ex more Roma-
no:vbi omnis ætas coronata ludos ſpectabat:quod oſten-
dit per æneam aceſtem & aſcanium per quos omnes oſten
dit etates

dit ętates Materna: vel quia filius vel quia veneris ſacrificaturus marito. Helymus princeps troianorũ: qui dicitur tres in Sicilia condidiſſe ciuitates. Aeui ma. honeſtius ꝙ ſi æuo maturus diceret Rite: ſecundũ ritum ſacrificij quod exigebat: vt libaret de mero baccho ideſt puro vino. Carcheſia genus poculorũ. Humi: terrę. Nouo vel ſtatim mulſo: vel poſt fœtum: quod colluſtrum dicitur neutro genere. Sanguine ſa. ſ. victimarum. Sacrificat aũt partim quaſi mortuo numero pari: partim quaſi deo numero impari: vt cædit quinas de more bidentes: Nam numero deus impare gaudet Purpureos: ad ſanguinis imitationem in quo eſt ſedes animæ. ſic in. vi. Purpureos ſpargam flores. Item purpureaſq; ſuper veſtes velamina nota. Fit vt ſedis ſuę cognoſcat imitationem. Salue: ſalue & vale ſecundum Var. in logiſtoricis ſynonyma ſunt: vnde his & in ſalutationibus & in execrationibus vtimur. Teren. Valeant qui inter nos diſſidium volunt: vnde hæc etiam mortuis dicimus non ꝙ eis optemus ſalutem: in quibus nulla eſſe põt. ſed vt ſignificemus ita nos digredi: vt oſtẽdamus illos nunꝗ in noſtram communionem eſſe véturos. Diſtingue etiam nam quo tempore ſepelijt dixit ſalue & vale. Recepti neqꝗ ci. cineres pro ipſo patre poſuit: ac ſi diceret. Salue pater de troia liberate ſine cauſa propter quod ſequitur. Non licuit fines italos fataliaq; arua. Recepti iterum. Alij ad hiſtoriam referunt ſupra dicta reſpõſione mutata vt dicant. Recepti iterum cineres ſemel ex troia: ſemel a Diomede q dicitur oſſa eius eruta cum palladio reddidiſſe. Nequicꝗ autem ſecundũ Epicureos qui dicunt omnia perire cũ corpore. Animęq; vmbręq; Plato & Ariſto. & omnes periti dicunt in homine quatuor eſſe animas. Aliam vitalem vt in vermibus qui tm̃ mouentur. Aliam ſenſualem: vt in mutis animalibus in quibus eſt ſenſus timoris & gaudij. Tertiam intellectualem vt in hominibus qui & cogitare & iudicare poſſunt. Eſt quarta infra omnes quę phyſice dicit̃ in herbis & arboribus quę motu carentes oriuntur: crefcũt & occidũt. Homo horum omnium particeps eſt: vnde Sallu. Alterum nobis cum dijs alterum cum beluis cõmune eſt. Si autem quatuor ſunt animæ: totidem erunt vmbræ. vt ſi quis inter geminas ſit lucernas geminam vmbram creat. Hoc de animis etiam Lucre. tradit ſed non tantum veritati ſtudet quantum ſectæ Epicureæ. Alij tamen dicunt vmbræ eſſe genitiui ſingularis vt ſit cineres animæ & vmbræ paternæ quod nõ valde probandum ꝙ nec vmbra nec anima cineres habeat. Quicunq; eſt: tedio longæ nauigationis hoc dicit.

Salue. Vale.

ceres & primores. cætera pubeſq; qa Aſcanius etiã de pube erat) ſequitur. i. imitat idẽ faciẽs. Ille. ſ. princeps Aeneas ibat e conſilio. i. cętu & concione: cum multis milibus. ſ. hominũ niſi ſit milibus pro militibus. ſed poterãt eſſe multa milia: eo ꝙ ſiculi aderant: ad tumulũ. ſ. Anchiſe: ibat inquit medius & hoc magna caterua comitante: & ipſe libans. i. ſacrificans: hic. i. cum eſſet ad tumulum: fundit. i. effundit rite ideſt ſecundũ ritũ ſacrificij duo carcheſia. i. pocula mero baccho. i. in quibus erat merũ. i. purum vinum: humi. i. in humum & fundit duo ſup. carcheſia nouo. i. recẽs mulſo lacte: & duo ſ. carcheſia plena ſup. ſanguine ſacro. i. victimarum mactatarum (Seruius iterũ dicit coluſtrũ neutro genere dici: ſed in bucolicis oſtenſum eſt etiã coluſtrã gñe fœminino reperiri) & iacit. i. ꝓijcit in tumulũ: flores purpureos. i. ſanguinei coloris: quia talibus oĩbus oblectat̃ anima in corpe degens ac fat̃ talia. o ſancte (qa in deorũ numerũ aſſumpt⁹ es) parẽs ſalue (põt dici ſalue iterũ vt docet Donat⁹) & ſaluete cineres & . i. ſimul aĩe paternæ. i. qbus cõiũcta aliqñ fuit anima paterna: & vmbrę paterne. i. quibus aſſociata fuit vmbra paterna: & ita genitiui ſunt ſingulares vt donatus vult qđ & mihi placet: ꝗuis Seruius philoſophet̃ aſtruẽs multas eſſe vnius animas ac vmbras: vt ſit ordo. Saluete animę & vmbrę paternę: ſed neq; animam neq; vmbram ſe recepiſſe ſignificat Aeneas cũ animã apud ſuperos: vmbrã apud inferos deputet: verum cineres qui fuerũt aliqñ receptacula animę & vmbrę paterne. Non licuit dolentis interrogatio. q. d. atqui nõ licuit mihi: quærere tecum. i. te comite: ſicut dixerat nec nate tibi comes ire recuſo: fines Italos. i. italicos: & arua fatalia. i. a fatis nobis ꝓmiſſa: & tybrim auſonium. i. qui defluit per auſoniam qcunq; eſt quod addit ꝓpter tediũ longe inqſitionis. q. d. credo eqdem ex quo ꝓmiſſus eſt nobis tybrim eſſe in auſonia: ſed quia tam diu queritur nec inuenitur nõ poſſum certi quicꝗ de eo dicere. LANDI.

Landini de ludorũ inſtitutione verba ſunt hęc. Ludi.

Certamina: mos fuit apud priſcos vt in honorem maximorum virorũ preſertim eorũ qui in bello oppetiſſent funebres ludi exhiberentur. Fueruntq; prime inferie: vt ex captiuis nõnulli ad tumulũ maſtarentur: hinc gladiatorũ munus originẽ ſumpſit. Primi aũt ludi funebres quorũ memoria extet inſtituti ſunt ab hercule ĩ honorẽ Pelopis ei⁹ ataui & Ioui cõſecrati dictiq; ſunt olympici: qa apud olympum arcadie montem celebrabant̃ in piſeis finibus: hos intermiſſos Iphitus eius filius inſtaurauit: hinc initium habuit prima olympias. Hi ludi iam expleto quarto anno quinto incipiente agebantur. Primus in illis ipſe Hercules coronatus eſt. Qui cum a bello ad ſacra conuerſus eſſet etiam a dijs ſecundũ Diodorũ munera accepit a Minerua peplum a Vulcano clauam & thoracem. Dedit Neptũnus equum: Mercurius enſem: Apollo arcum: & illo vti docuit Ceres parua myſteria ad purgandam centaurorum cædem illi oſtendit. In his ludis victores oleaſtro coronabantur. Secundi fuere phocenſes poſt phytonem ſerpentem ab Apolline cæſum in Apollinis honorem conſtituti. Eratq; victoribus corona ex lauro. Tertij achei in iſthmo ob idq; iſthmi dicti in honorem Polemonis: quem latini Portunũ nominant qui ex Melicerta homine deus marinus effectus eſt. In his corona ex pinu victoribus decernitur. Quarti argolici qui nemæi a nemæa ſylua nominantur in archemori honorem inſtituti ſunt. Hic enim puer Lycurgi filius fuit. & Opheltes appellatus. Verum a nutrice dum fontem argiuis in thebanum bellum proficiſcẽtibus indicaret temere humi relictus a dracone ictus perijt. Argiui autem in patris ſolatium illi ludos inſtituerunt: & quia principium facti inde cœptum eſt pro Ophelte Archemorum appellarunt. Eſt illis corona ex apio vel vt ex herbe humilitate ætas infantilis exprimeretur: vel quia in apio iacens extinctus ſit. Hæc igitur erant præcipua genera ludorum in græcia ꝗuis & plærique alij extarent: vt in attica vbi celebrabant ludos mineruæ in egina Eaco: in Archadia lyceo Ioui Theſpijs amori: Oropi Amphirao: Argis Iunoni: & alibi alijs.

Poeta. ¶ Dixerat: hæc adytis cũ lubric⁹ ãguis ab imis
Septem ingens gyros: ſeptena volumina traxit
Amplexus placide tumulum: lapſuſq; per aras
Cæruleæ cui terga notæ. maculoſus ab auro
Squamã

¶ Dixerat hęc. Poſt preces Aeneę ſignificauit ſe Anchiſes eis dignum emittendo ſerpentem Diuinitatis ſuę indicem quo viſo & ipſe & ſocij eius ſacrificia inſtaurabãt de qua re dicit Donatus ſic. Agmine: dixit agmẽ quo naturaliter impellitur ſerpens. Pulchritudo & innocentia ſerpentis rem celeſtem & non noxium animal ſignificat ASCEN. Dona.

ſignificat propter quod magis honores inſtau
Ordo. rauit. Hęc ille. Ordo ē. Aeneas ſup. dixerat hęc
que. ſ. prǫmiſſa ſunt: ſup. tunc quum. i. quando
anguis lubricus. i. faciliter elabens propter pin
gue cuti adherens: traxit exiſtens ingens. i. val
de magnus traxit dico ab imis adytis. i. ſacra-
rijs & penitioribus ſepulchri locis ſeptem gy-
ros & ſeptena volumina. i. conuolutiones col-
ligendo ſe in ſpiras ſeu annulos ſuos amplexus
ideſt amplectens tumulum. i. ſepulchri tumo-
rem: placide. i. ſine feritate & lapſus ſupple eſt
per aras; ſcilicet Anchiſe iam extructas; cui. ſ.
angui: note. i. macule ceruleę. i. cærulei coloris
ſupple incendebant terga: & fulgor maculoſus
auro. i. ſimilis fulgori auri incendebat. i. reſplē
dere faciebat: ſquamas ſcilicet eius ſic ceu. i. ve
luti: arcus ſcilicet celeſtis qui & pluuius dici-
tur & iris: trahit nubibus: mille varios colores:
ſole exiſtente aduerſo ideſt oppoſito. Aeneas
obſtupuit viſu ideſt cum id videret: ille ſcilicet
anguis ſerpēs ideſt repens: longo agmine ideſt
impetu & volumine membrorum: tandem. i.
nouiſſimo: inter pateras & pocula leuia ideſt
polita qꝫ pro ideſt ſimul libauit ideſt parum de
guſtauit dapes. ſ. anchiſe oblatas & innoxius
ideſt nulli nocens ſucceſſit rurſus tumulo imo
ideſt in tumulum imū: & liquit altaria depaſta
ideſt dapes quas in altaribꝰ depaſtus erat ignis:
aut denegat vt ſit depaſta ideſt non abſumpta
ſed ſolūmodo libata: nam ſi abſumpta eſſent
non derelinqueretur. Aeneas inſtaurat ideſt au
gmentat genitori ideſt patri ſuo Anchiſe: ho-
nores inceptos ideſt ſacrificia in honorem eius
incohata: hoc ideſt propter hoc aut tanto ma-
gis exiſtens incertus ne pro an; putet genium
ideſt deum generationis & principium generis
(Porphirius genus vocat) loci ſcilicet illius: ne
pro an famulū parentis. i. an eſſet deus loco illi
preſidens: An Anchiſe ſpecialiter in famulum
addictus: cedit. i. mactat quinas. i. quinqꝫ niſi
ſit vtriuſqꝫ ſexus quinas bidētes ideſt oues; de
more. ſ. ſacrificantium: & tot ſues. i. porcos &
totidem. i. etiam biſquinos iuuencos. i. iunio-
res boues nigrantes terga. i. habentes terga ni-
gra: quia is color manibus gratus: & fundebat
vina pateris. i. per pateras aut potius cum pa-
teris: quia inferis omnia cōſumenda offerūtur:
vnde in ſexto de funere miſeni. Congeſta cre-
mantur thurea dona dapes fuſo crateris oliuo
& vocabat ſepulchris. i. ad ſepulchra animam
magni anchiſe: & manes anchiſe magni ideſt
in deorum numerum aſſumpti remiſſos ideſt
relaxatos acheronte ideſt a lacu infernali: nec-
non ideſt & etiam ſocij læti ferunt ideſt afferūt
dona quæ cuiqꝫ eſt copia ideſt ſecundum co-
piam ideſt facultatem quæ cuilibet erat: & one
rant ſcilicet ſacrificijs: aras: & mactant iuuen-
cos: & alij locant ahena ideſt vaſa ærea ad ab-
luendas carnes: ordine ideſt per ordinem: &
ipſi fuſi per hærbam ſubijciunt verubus prunas
ideſt carbones ardentes: & torrent ideſt aſſant carnes ſcilicet ad parentationem faciendam.

Squamā incendebat fulgor ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas: ille agmine longo
Tandē inter pateras: & læuia pocula ſerpens:
Libauitqꝫ dapes: rurſuſqꝫ innoxius imo
Succeſſit tumulo: & depaſta altaria liquit
Hoc magis īcęptos genitori īſtaurat honores
Incertus geniūne loci: famulumne parentis
Eſſe putet: cædit quinas de more bidentes:
Totqꝫ ſues: totidem nigrātes terga iuuencos.
Vinaqꝫ fundebat: pateris animamqꝫ vocabat
Anchiſæ magni: maneſqꝫ acherōte remiſſos:
Necnon & ſocij: quæ cuiqꝫ eſt copia læti
Dona ferunt: onerantqꝫ aras: mactātqꝫ iuuēcos
Ordine ahena locant alij: fuſiqꝫ per hærbam
Subijciunt verubus prunas: & viſcera torrent.

¶ Lubricus an. labilis alias locum dicit: vt per lubrica ſur SER.
gens Septem gyros per magnitudinem loci genium vult
probare. Nullus enim locus caret genio: qui per anguē plę
runqꝫ oſtenditur. Perſius: Pinge duos angues: pueri ſacer Anguis.
eſt locus extra meijte diſcedo. Locus ex Home. qui indu-
cit gręcos apud Aulidem omen decennalis belli ex ſerpen-
te collegiſſe: qui etiam matrem conſumpſit nouem pullis
comeſis: ſic & nunc. vij. gyris finem errorum Aenę oſten-
dit: qui ſeptem annos durarunt & eſt optimum figmētum
Annus enim ante inuentas literas indicabatur picto ſer-
pente ore caudam tenente: quia annus in ſe recurrit. Gyros Annus.
nomen legimus: verbum exinde non inuenimus. Incende Gyrus.
bat: illuſtrabat. Agmine lon. tandem: poſt illos gyros tan-
dem longo repere cœpit. Agmine impetu. Serpens: repens
participium eſt: libauit: leuiter tetigit dapes ſuperpoſitas:
quæ ſilicernium dicuntur quaſi ſilicenium ſupra ſilicē po
ſitum. Depaſta non a ſe nā ipſe libauit ſed tamdiu manſit
donec flamma omnia aris impoſita conſumeret. Genio ne
loci: quia vt ſupra diximus nullus locus eſt ſine genio. Fa-
mulum ne: conſueuerāt priſci vt hodie apud indos vt quo
tiens reges moriebantur cū his dilecti equi vel ſerui & vna
ex vxoribus carior incendebanť: inter quas de hoc ipſo ma
gna erat contentio: poſſumus igitur intelligere ſeruum ſe-
pultum cum anchiſe. vel per apotheoſin deum vult eſſe ef
fectum. vnde dat famulum: quaſi miniſtrum ſingula eñ
numina habent inferiores poteſtates miniſtras: vt venus
adonī: Diana virbium: aut ex ſententia Pythagoræ dicit
qui primus deprǫhendit de medulla hominis: quę eſt in ſpi
na anguem creari: quod Ouid. in. xv. metamor. dicit loquē
te Pythagora. Acheronte. r. aut veniētes de acheronte: aut
Acheronte remiſſos: qui iam in Acheronte non eſſent poſt
apotheoſim factam.

Expectata



Expectata dies aderat:nonamq; ſerena
Auroram phaethontis equi iã luce vehebant:
Famaq; finitimos:& clari nomen aceſtæ
Excierat:læto complerant littora cœtu
Viſuri æneadas:pars&certare parati.
Munera principio ante oculos circoq; locantur
In medio ſacri tripodes:virideſq; coronæ
Et palme precium victoribus: armaq; & oſtro
Perfuſæ veſtes argenti auriq; talenta:
Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos:
Prima pares ineũt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delecte claſſe carine:
VelocemMneſtheus agit acri remige piſtrĩ:
Mox italus

¶ Expectata dies. Poſtq̃ nouem dies parentatione ac epulũ lęti abſoluerãt aderat nona dies qua certamina ineũda erãt:&primo naualia in qbus quatuor directores cõcertauerũt: quorũ & nauium ipſorũ noia memorię cõmendanda ſunt:nã interdũ directores interdũ naues poſiturus eſt.Sũt ergo hi: Mneſtheus agẽs piſtrim Gyas chimerã:Sergeſtus cẽtaurũ. & Cloanth' ſcyllã Donatus dicit ſic. Expectata quaſi tardius deſideratibus veniſſet. Viſuri ęne. expſſit pleniſſimã laudẽ troianorũ:cũ ſiculi nõ ſolũ cã ludorũ conuenirent. Circo:non q eſſet circus: ſed locus in formã circi. In medio: vt ab oibus ſpectari poſſent Armaq; & oſtro.p.u. trãſit ad gñalitatẽ ne ſpeciatim diceret. Hæc ille. Ordo eſt. Dies expectata ideſt deſiderata a troianis auidis laudis & certaminis.i. nona dies aderat &equi phaetontis.ideſt quos phaeton aliquãdo gubernauerat cum eſſet auriga ſolis patris ſui:hoc eſt equi ſolis:vehebãt iã ſerena luce.i. cũ ſerenitate

ASCEñ. Donatus. Ordo

cum ſerenitate aurorã nonã.i. nonũ diẽ precedentem. Et ſama.i. troianorũ aut certaminis: & nomen aceſte clarũ.i.inclytũ excierat.i. excitauerat & euocauerat finitimos.i. populos in cõfinijs habitãtes. Et ipſi cõplerãt.i.cõpleuerãt littora:lęto cetu.i.cõuentu: viſuri.i.vt hi q videant æneadas.i. ænee ſocios & pars.i.partim ipſi erãt ſup.parati.&.i.etiam certare:nedũ videre certãtes munera.i. pmia locant̃ principio i.in primis priuſq̃ certaret̃:ante oculos.ſ.certaturorũ:& in medio circo videlicet tripodes ſacri.i.tam pcioſi ac ſi eſſent ſacri:aut digni q cõſecrentur &corone virides ſcilicet ex ramo ſemperuirenti & palme appoſitorię precium ideſt vt ſint precium victoribus locantur ſcilicet in medio circo:& arma & veſtes perfuſe oſtro.i. purpura:& talẽta.i.certa pondera auri & argẽti:& tuba canit.i cãtu indicat:medio.i.de medio aggere.ſ.q erat in littore:ludos cõmiſſos.i. cõmittẽdos aut iniũctos vt pagerent̃. Quattuor carine.i.naues:pares.ſ.fere collecte ex omni claſſe:ineũt.i.incipiũt grauib9.i. validis remis prima certamina.i.primos ludos qui nauales erãt. Mneſtheus ductor ille peritus agit.i. ipellit acri remige.i.ſtrennuis remigãtibus piſtrim ideſt nauẽ illã velocẽ.i.velociter actã acri.ſ.remige: Mneſtheus inqt:mox.ſ.futurus:italus.i. habitator italię&.pgenitor italorũ:a quo noĩe ſup.deductũ eſt genus.i. familia & progenies. Mẽmi.i. eorum qui dicunt̃ mẽmij. Et Gyas.i. alius ductor:ſup.agit chimeram nauem illam ſic dictam:ingentem.i. valde magnam ingenti mole.i.habentem ingentẽ magnitudinẽ:aut agit ingenti mole.i.motu:chimeram ingentẽ. ideſt valde magnã appoſitorię: opus vrbis.i. inſtar vrbis hoc eſt tã magnã vt vrbẽ putares: aut quã non priuatę domus ſed vrbes extruere poſſint quã.ſ.nauim chimeram dictã: pubes.i. iuuent9:hoc eſt multitudo iuuenũ dardana.i. troiana:hoc eſt ipſi troiani iuuenes impellunt triplici verſu.i.ordine aut impulſu quo ęquorauerrũt:aut cantu quo vtunt̃ vt ſimul verrãt aut oĩbus his nã ſubdit remi cõſurgunt terno ordine hoc eſt ipſa erat triremis. Et ſergeſtus a quo domus ideſt familia ſergia.i. ſergiorum: qui quo hęc ſcripſit vergilius tpe rome nobiles erant. Et ita in gratiã illorum videt̃ hęc cõmemorare poeta:gaudebant enim nobiles romani troiugene appellari quod & Iuue. docet vt recitat Seruius& Perſius dicens. Ne mihi polydamas aut troiades labionem ptulerint: Nuge. Nec mirum ſi ſeducta principali diſcrepãt: vt a cloantho cluentius &c. tenet nomen.i. cognomen inuehitur. centauro.i. naui ſic dicta: magna. Et cloanthus quartus ductor: vnde.i. a quo o clueti(ſic ei meli9 legit̃ q̃ cloãthi) gen9 ſup.eſt tibi:ſup.inuehit̃:ſcylla.i.tali naui:cerulea.i.cerulei coloris: aut qua in mari tute vtat̃.

Mox ital9 mneſthe9: gen9 a quo noĩe Memmi.
Ingentemq̃ gyas ingenti mole chimæram
Vrbis opus:triplici pubes quã dardana verſu
Impellunt: terno conſurgunt ordine remi.
Sergeſtuſq̃: domus tenet a quo ſergia nomen
Centauro inuehit̃ magna: ſcyllaq̃ Cloanthus
Cærulea: genus vnde tibi romane cluenti.

SER. ¶ Phætontis: ἀποτουφαιθειν. Circo: ſpacio ludorum loco Sacri tripodes: ſic pulchri: vt ſacros putares; nec enim ſacrilegus erat vt ſacra donaret:& ſic dictum eſt: vt Dodoneoſq̃ lebetes. ideſt quales ſunt in dodona. Et palme zeugma ex vtroq; latere. Nam victoribus precium & ad ſupra dicta & ad dicenda pertinet. Argenti auriq̃ ta. Talentum ſecundũ varias gentes varij eſt ponderis: apud Roma. talentum eſt ſeptuaginta librę: ſicut Plau. oſtendit in muſtellaria qui ait duo talenta eſſe centum quadraginta libras. (Talẽtum.) Legimus etiam talẽtum eſſe paululum quidam: nam Home. in ludis funebribus Patrocli vltima pmia ponit eſſe δυω χρυσοιαταλαντα ideſt duo aurea talenta; quod nos cogit aliquid minimum intelligere. Nam ſi primus victor bouem accepit conſequens non eſt vt dicamus vltimum tam magnum accepiſſe premium: vnde apparet talentum etiã minimum quiddam ſignificare. Et tuba; romano more ſicut hodieq̃ videmus omnibus ludis funebribus: vt ſunt diuorum: nam ſi ſacri ſunt ideſt votiui illuſtrantur faculis. Ante etiam hymnis incipiebant. Prima certamina: primo bello punico naumachiam ad exercitum inſtituendum romani cœperunt: poſtq̃ probarunt gentes etiam nauali certamine plurimum poſſe: ad quam rem in hoc certamine multum alludit poeta. Pares: diuerſis comparabiles rebus vt ſequentia indicant. Melior: fortior: Grauibus remis: fortibus vt Ferit enſe grauem tymbreus oſyrim: Nam graues inferunt tarditatem. Remige: erit nominatiuus remex: Serenus ſemiremex hercules Piſtrim: vel a tutela depicta vel ἀποτουπριζειντακυματα: ideſt a ſecandis fluctibus. Mox italus: ſubaudi futurus. Nam memmiorum familiam conſtituit. Bene autem laudat familias nobilium: nam a Sergeſto ſergia familia fuit:& a cloantho cluentia:& a Gia gygania. Nobiles autem fuiſſe familias a troianis teſtatur Iuuena. Iubet a precone vocari Ipſos troiugenas. A quo nomine.ſ.mneſthei & Mneſthe9 ſic eſt: vt Tydeus: nã dipthõgus græca eſt. Ingenti mol. motu vt magna ſe molle mouentem. Vrbis.o.tam magnam vt vrbem putares. Triplici verſu.omnes enim triremes fuerunt. Verſu autem ordine: vt ille etiã feras in verſum diſtulit vlmos: aut verſu tractu a verrendo: vt Aequora verrebant caudis æſtumq; ſecabant: ſane vnus eſt ſenſus. Pubes impellunt: Figura eſt: vt pars in fruſta ſecant: ſane ſciendum inter barbariſmum & lexim hoc eſt latinam elocutionem & perfectam metaplaſmum eſſe qui vno ſermone fit ratione vitioſus. Item inter ſolœciſmum & ſchemas ideſt perfectam ſermonũ connexionem: figura eſt: quę fit cõtextu ſermonum ratione vitioſa. (Figura.) Ergo metaplaſmus & figura media ſunt & diſcernuntur peritia & imperitia fiunt autem ad ornatum. Domus ſergia. familia. vt da propriam tymbreæ domum. Centauro maſculini fe. generis eſt cum de naui dicitur. Terentius in Eunuchum ſuam cum comœdiam diceret. Iuuenalis. contra ſenſit vt ſcriptus & in tergo necdum finitus oreſtes: ſed confunditur genus aut metri aut hiatus cauſa: ſic Horatius. Nec cupido ſordibus aufert: cum cupido pro cupiditate generis ſit fœminini: vt Vergilius ait. Timidæ dammæ. ceruiq̃ fugaces. cum ipſe ſecundum fidem dixerit: Cum canibus timidi venient ad pocula dammæ: Cærulea aut nigra aut alta carina: omne enim altum nigrum eſt: vt Scrupea tuta lacu nigro: nemorumq̃ tenebris. Cluenti: ad ipſum apoſtropha eſt.

Aſcen. ¶ Eſt pcul &c. More ſuo priuſq̃ rem deſcribat premittit deſcriptionem loci in quo geretur certamen nauale additq̃ quomodo finib9 exire ſuis: de qua re & ſequentibus cum in actione potiuſquã in ſententijs cõſiſtant pauca afferuntur a Donato ea autem ſunt hæc. (Donatus.) Intenti

expectantes

Eſt procul in pelago ſaxum: ſpumantia contra
Littora: qđ tumidis ſubmerſum tundit̃ olim
Fluctibus: hyberni condunt vbi ſydera cori:

Tranquillo

Tranquillo ſilet: immotaq̧ attollitur vnda
Campus: & apricis ſtatio gratiſſima mergis.
Hic viridem æneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit ſignum nautis pater: vñ reuerti
Scirent & longos vbi circunflectere curſus.
Tum loca ſorte legũt: ipſiq̧ in puppibus auro:
Ductores longo effulgent: oſtroq̧ decori.
Cætera populea veſtitur fronde iuuentus:
Nudatoſq̧ humeros oleo perfuſa niteſcit.
Conſidunt tranſtris: intentaq̧ brachia remis
Intenti expectant ſignum: exultantiaq̧ haurit
Corda pauor pulſans: laudũq̧ arrecta cupido
Inde vbi clara dedit ſonitum tuba finibus oẽs
Haud mora ꝓſiluere ſuis: ferit æthera clamor
Nauticus: adductis ſpumãt freta verſa lacertis
Infindunt pariter ſulcos: totumq̧ dehiſcit
Conuulſum remis. roſtris ſtridentibus æquor.
Non tam precipites biiugo certamine campũ
Corripuere. ruũtq̧ effuſi carcere currus.
Non ſic immiſſis aurigæ vndantia lora
Concuſſere iugis: ꝓnıq̧ in verbera pendent.
Tum plauſu fremituq̧ virũ ſtudiiſq̧ fauentum
Conſonat om̃e nemus: vocẽq̧ incluſa volutant
Littora: pulſati colles clamore reſultant.

SER. ¶ Procul: aut non nimis longe: vt Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. Interdum: ſatis longe ſignificat. Trãquillo melius ſeptimus caſus eſt q̧ datiuus. Campus ſaxi latitudo Apricis: Apricum locum ſole gaudentem dicimus cui contrarius eſt opacus & abditus: Vergilius Ducere apricis in collibus vua colorem. Item apricum hominẽ qui ſole gaudet: Perſius Noſtra vt floralia poſſint Aprici meminiſſe ſenes. Apricum quaſi αυεvχvχovσ ſine frigore. Mergis: Eſacus filius Priami fuit hic ſe p̄cipitauit e muro: nec periit & cum ſepius hoc faceret deorum miſeratione in auem conuerſus eſt quæ ad imitationem hoc facit. Circumflectere: vno ſermone & profectionem & reuerſionẽ cõplexus eſt. Ductores: dñi nauiũ: nõ gubernatores. Populea veſtit̃ fr. iu. hebe eſt iuuẽt⁹ vxor Herculis: nunc ergo aut ꝓpter hoc iuuẽt⁹ vtit̃ populeis coronis aut ad imitationẽ virtutis. Populus. n. arbor Herculi ſacra eſt: vt popul⁹ alcidę gratiſſima. Nudatos: Bene nudos: qui tecti eſſe conſueuerunt. Nam nudum eſt nunq̃ tectum: vt nuda facies. Tranſtris: & tranſtra dicuntur & iuga vt in. vi. Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebant. Intenti eodem ſermone in diuerſis rebus vtitur. Aliter enim brachia aliter mentem tendimus. Exultantiaq̧ hau. Cor. pa. pulſans. hypallage eſt omni parte pulſans pauor corda haurit ideſt ferit vt Latus haurit apertum. & exultare facit Laudumq̧: ne eſſet turpe quod ait pauor. Sane hę ſunt bellorum proluſiones vnde etiam ad tubam gerunt̃: ſed ſciendũ maioris ętatis funera ad tubam ſolere proferri. Perſius Hinc tuba candelæ. Minoris vero ad tybias: Sta. de Archemoro Tybia cui teneros ſolitum deducere manes. Finibus omnes: ſecundum naturam ante generali vſus deſcriptione venturus ad ſpecialitatem. Præcipites veloces: vt Præcipites vigilitate virĩ. Biiugo & hoc celeritatis eſt plures enim ſe impediunt

Apricum

Mergus.

Funebrie.

expectantes ſignũ. Exultantia. c. ꝓpter ſollicitudinẽ victorię quę erat incerta. Hęc ille. Ordo eſt. Saxũ. i. ſcopulus aut rupes ſaxea: eſt ꝓcul. ſ. a littore: in pelago ideſt mari cõtra littora ſpumantia: ideſt ex oppoſito littorum ſpumantiũ quod ſup. ſaxum tũditur. i. percutitur olim. i. aliquando vndis tumidis ideſt inflatis exiſtẽs ſubmerſum ideſt obrutum: illis vndis tunc. ſ. vbi ideſt qñ cori. i. venti illi qui & cauri dicuntur (nam au mutatur in o longam) hiberni. i. tp̃e hyemali ac pluuioſo flantes condunt. i. abſcondunt. ſ. nubibus quas producũt ſydera ad cœlũ ac ſtellas: campus. i. planicies capax: ſilet tranquillo. i. cum tranquillitas eſt & attollit̃. i. editur vnda immota. i. quando vnda nõ mouetur ſed tranqllitas eſt ſupeminet illud ſaxũ habens in medio campũ amenũ exiſtẽs ſtatio. i. locus in quo ſtare & reqeſcere poſſunt mergi: gratiſſima: mergis. i. illis auibus vrinantibus: apricis. i. apricãtib⁹ hoc eſt ſoli ſe explicantib⁹ poſtq̧ ſeſe immerſerint. Aeneas pater. i. princeps totius cetus: conſtituit hic. i. in hoc cãpo aut ſaxo: metam. i. terminũ nauigationis: viridẽ qa ex ilice. i. quercu illa frondẽti ſignũ. i. in ſignũ aut exiſtentẽ ſignũ nautis. vñ. i. a quo ſigno ſcirent reuerti: & vbi ſcirẽt circũflectere: lõgos curſus. i. celeres nauigatiões in longũ ductas tũ. i. deinde: legunt. i. diſpertiuntur loca. ſ. e quibus exiliant: qa q̃ ex directo ſtabãt breuiorẽ excurſum facture erant: & ipſi ductores. i. dñi nauiũ & qui ꝓ premio contendebant effulgẽt in puppib⁹ auro lõgo. i. lõge viſo: q̧ ꝓ & decori ſup. ſũt oſtro. i. purpura. Cętera iuuẽtus. ſ. remigatura veſtit̃ frõde populea: quę in tutela eſt herculis & niteſcit. ſ. ꝑ ramos viſa aut veſtita erat ſolũ in capite: Perfuſa humeros nudatos. i. hñs humeros nudatos ꝑfuſos oleo. ſ. cõtra aq̃s & ſudores: ſup. ipſi remiges cõſidunt. i. ſimul locũ capiũt tranſtris. i. in ipſis trãſtris. i. iugis ꝑ quę trãſit̃ in ſup̃mo nauiũ. & brachia ſup. eorũ ſũt intẽta remis & ipi intẽti expectãt ſignũ. ſ. quo dato exilirẽt: & pauor pulſans. i. titillans corda exultantia. ſ. nouitate rei & ſpe victorię: haurit i. ferit & cõcutit timore ignominię & cupido. i. auiditas laudũ eſt ſup. arrecta. i. attenta. Inde. i. deinde vbi. i. poſtq̃ turba clara dedit ſonitũ. i. ſignũ ineũdi certaminis qđ dat ſonando haud mora. i. nulla fit mora: & ſup. oẽs ꝓſiluere. i. ꝓcul ſaliuerũt e finib⁹. i. limitib⁹ ſuis clamor nauticus ferit. i. pulſat æthera. i. ſummũ aerẽ freta verſa lacertis. i. brachiis remigũ adductis ſpumãt. ſ. ex ipetu p̄cipiti: & ipi remiges infundũt pariter. i. ſimul: & vno ictu ſulcos. i. aquarũ fiſſuras ſulcis ſiles: & totũ ęquor dehiſcit. i. apit ſe cõuulſum. i. ſimul euulſũ remis: & hoc roſtris ſ. nauiũ ſtridẽtib⁹. i. ſtridorẽ faciẽtibus dũ aq̃s añ ſe inuẽtas ſulcãt & ꝓruũt: nõ eſt legendũ roſtriſq̧ ſtridẽtib⁹: qa neq̧ verſ⁹ ſtaret: ſtridẽs em̃ primã ꝓducit vt prio huius. Talia iactãti ſtridens aqlone ꝓcella: neq̧ ſnĩa nõ em̃ cõuulſum erat æquor roſtris ſicut remis: qa remi a latere aq̃s cõuellũt: roſtra a parte anteriori ſindũt Currus. i. equi currũ trahẽtes aut ipſi currus tracti: nõ corripuere. i. ſimul rapuerũt vnq̧ campũ. i. circum in curuli certamine biiugo. i. dũ vt celerius agant̃ binis iugis cõtendit̃ non dicit corripuere campũ: & effuſi carcere. i. carceribus. i. locum vbi priuſq̧ emittãtur equi curſuri arcẽtur. exiſtẽtes tam precipites. i. veloces vt ſup. naues ante dicte. Aurige concuſſere ſic. i. tã vehementer lora vndantia. i. valde effuſa. aut ſpumis. abundãtia: ſed melius effuſa. i. laxa & colla fluentia

Ordo

la fluentis:& hoc iugis ſcilicet equorum ideſt
ipſis equis iugalibus:immiſſis ſcilicet in cam-
pum ex carceribus & non pendent ſic proni.i.
inclinati:ad verbera vt ſupple remiges incum
bunt remis: Tum ideſt deinde poſtq̄ ſignum
datum eſt:omne nemus ideſt tota ſylua vicina
conſonat plauſu & fremitu virum:ideſt virorũ
& ſtudijs ideſt ſtudioſis acclammationib⁹ fauẽ
tum.i. fautorũ & littora incluſa.ſ. inter mon-
tes volutant.i.frequenter euoluunt vocẽ.ſ.ac-
clamantiũ & colles pulſati.ſ.ictu vocũ.reſultãt
i.reſultare videñ & redundare clamore ꝓpter
vehementem clamorem quem reſilire faciunt
ASCEn. ¶ Effugit ante alios &c. Vt lectorem audito-
rem ve varietate euentorum recreet:docet va-
ria vſos fortuna in nauali certamine. nam qui
primas partes ĩ principio obtinuit nouiſſimas
vix nactus eſt:vnde donati nihil habem⁹. Or-
Ordo. do autem eſt. Gyas ideſt nauis ipſius gye: vi-
delicet chimera effugit ante alios .i. ante alias
naues & elabiẽ ideſt celeriter percurrit primis
vndis ideſt ꝑ primas vndas ĩter turbam & fre-
mitum: quem cloanthus conſequitur deinde
ideſt proximo loco:exiſtens melior ideſt peri-
tior remis ideſt arte remigandi ſed pinus.i. na-
uis ex pinu facta videlicet ſcylla tarda.i.tarda-
ta:pondere.i.molle & magnitudine:tenet.i.im
moraẽ ip̄m piſtris.i.nauis mneſthei & centau-
rus.i.nauis ſergeſti tendunt.i. contendũt: poſt
hos.ſ.p̄dictos gyan & cloanthũ:equo diſcrimi
ne.i. æquali diſtantia ſuperare locum priorem
ideſt a priorib⁹ occupatũ & piſtris abit.i. preit
(q̄a derelinquit poſt centaurũ)nunc.i.aliq̄ñ &
centaurus ingens.i. valde magna p̄terit nũc.ſ.
piſtrim victam.i.ſuperatã & poſthabitã.& am
be feruntur nunc.i.aliq̄ñ vna.i.pariter & fron-
tibus.i.roſtris aut proris: iunctis & carine lõge
ſulcant.i.findũt:vada ſalſa.i.aquas marinas&
ipſi ꝓpinquant iã ſcopulo.i.ſaxo vbi ęneas me
tam conſtituerat & ipſi tenebant metam.ſ.fere
cũ gyas princeps.i.principium tenẽs & victor
in medio gurgite:compellat voce.ſ.vehemẽti
menetem rectorem.i. gubernatorẽ nauis. quo
abis:mihi.i.in damnũ meũ(& ita vt landinus
ſentit non vacat. Valla tamen argute ſentit da
tiuos ꝓnoĩales ſepe ad nullũ referri nullũq̄ de-
monſtrare:vt ſi dicamus:hic mihi ſemꝑ dor-
mit non enim mihi pluſq̄ alijs dormit) abis
igiẽ mihi vel ex more loquẽdi vel in damnum
meũ: tm̄.i.intantũ exiſtẽs dexter.i.in dextrum
tendẽs : o menete dirige curſum huc.i. in hanc
partẽ vbi ego ſum q̄ ſignificat ſe in leua fuiſſe
vñ poſſet dici quo abis mihi.i.a me:hoc eſt ab
ea parte ĩ quã nauẽ directã velim ama.i.ſeque
re litt⁹:& ſine.i.ꝑmitte ſup.vt palmula.i.remu
lus formam palme in fine habens ſtringat.i. le
uiter contingat:cautes.i. ſcopulos quos vita-
uit menetes in ſiniſtra extantes. Alij ſcilicet gu
bernatores timidi videlicet teneãt altum ideſt
profundum mare dixit.ſ.gyas:ſed menetes ti-
mens ſaxa ceca.i.latentia detorquet proram.i.
anteriorẽ partem nauis:ad vndas.i.fluctus ꝓ-
fundos pelagi:& gyas reuocabat.i.iterũ voca
bat cum clamore ſcilicet valido:o menete quo
abis diuerſus ſcilicet ab ea parte in quam ten-
dere volo.iterum ſupple dico tibi:ſed imperfe
ctus ſermo trepidãti competit: pete ſaxa ideſt
etiam ſi ſaxa ſint quod addit ne menetes excu
ſando ſaxa tempus terat & ecce ideſt p̄ter ſpem
cũ talia diceret:ipſe.ſ. gyas : reſpicit cloanthũ
inſtantem a tergo:& tenẽtem propiora ideſt ꝓ
ꝓpiores partes hoc eſt ꝓxima loca. Ille ſcilicet

cloanthus

impediũt carcere pro carceribus: nã in ſingulari ſignificat Carceres.
cuſtodiam noxiorum : in plurali autem repagulum quo
equi arcentur:vnde carceres quaſi arceres ſecundum Var-
ronem. Iugis iugalibus. Vndantia: valde effuſa. Conſona:
propter eccho quæ eſt noſtræ vocis æmula:vnde & reſul-
tant addidit.

Effugit ante alios: primiſq̄ elabitur vndis
Turbam inter fremitumq̄ gyas:quem deinde
cloanthus
Conſequitur melior remis:ſed pondere pinus
Tarda tenet:poſt hos æquo diſcrimine piſtris
Centaurusq̄ locum tendunt ſuperare priorem:
Et nunc piſtris abit: nũc victam preterit ingens
Centaurus:nunc vna ambæ: iunctiſq̄ feruntur
Frontibus:& longæ ſulcant vada ſalſa carinæ:
Iamq̄ ꝓpinquabãt ſcopulo:metamq̄ tenebãt:
Cum princeps:medioq̄ gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menetem: Gyas.
¶ Quo tm̄ mihi dexter abis:huc dirige curſũ
Litt⁹ ama:& læuas ſtringat ſine palmula cautes
Altum alij teneant ſ dixit:ſed cæca Menetes Poeta.
Saxa timẽs: ꝓram pelagi detorquet ad vndas:
¶ Quo diuerſ⁹ abis (iterũ) pete ſaxa:menete: Gyas.
¶ Cũ clamore gyas reuocabat:& ecce cloãthũ Poeta.
Reſpicit inſtantem tergo: & ꝓpiora tenentem.
Ille inter nauemq̄ gyæ: ſcopuloſq̄ ſonantes
Radit iter læuum interior. ſubitq̄ priorem
Præterit: & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum vero exarſit iuueni dolor oſſibus ingens:
Nec lachrymis caruere genæ:ſegnẽq̄ Menetem
Oblitus decoriſq̄ ſui ſociumq̄ ſalutis:
In mare precipitem puppi deturbat ab alta:
Ipſe gubernaclo rector ſubit: ipſe magiſter:
Hortaturq̄ viros:clauũq̄ ad littora torquet.
At grauis vt fundo vix tãdem redditus imo eſt
Iam ſenior madidaq̄ fluens in veſte Menetes
Summa petit ſcopuli:ſiccaq̄ in rupe reſedit.
Illum & labentem teucri:& riſere natantem:
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.

¶ Elabitur : celeriter percurrit : vt Labere nympha polo SER.
Turbam inter in ipſo principio. Diſcrimine: interſtitio. Sa
ne variat nunc naues & nunc ductores commemorãs. Prio
rem ĩter ſe:hoc eſt tertium. Metamq̄ te. nauticum verbum
princeps:modo ordinis. Mihi vacat vt ſolet frequẽter. Lit
tus:littus eſt omne quod aqua alluitur vnde ſaxũ littus vo
cauit. Stringat:radat.q.d. hoc volo quod times . Palmula:
extrema pars remi in modum palme portenta. Iterum:hoc
verbũ & a poeta põt dici quod iterũ vocabat & a Gya vt
quo abis iterũ nõ iterũ pete. Nauemq̄:q̄ vacat. Exarſit iu-

ueni cã

ueni cã ex cauſa pendet. Hora. Non ego ferrẽ calidus iuuẽta conſule Planco. Nec lachrymas: nimis iraſcentis eſt. Cice. de Verre cũ iraſceretur lachrmas interdum vix tenere. Oblitus decoriſq; ſui. Inhoneſtũ eſt em̃ iraſci: duci p̃ſertim Sociũq; ſalu. poſſumus & ſocium ſalutis ſuę oblitum intelligere. Ipſe gubernaclo: vt oſtenderet nihil eſſe quod ipſe non poſſet efficere Hortaturq; viros: aut ipſe dicit celeuma nam oratores dicunt: aut quia conſternati fuerant perdito gubernatore. Clauum: fuſtem gubernaculi. Iam ſenior madidaq;. cõtra illud quod occurrebat gubernatorẽ natandi peritum fuiſſe debere: addidit ſeniorem Fluens in ve. cui veſtes fluebant honeſte locutus eſt ſic Iuue. Et multo ſtillaret penula nimbo: Riſere natantem. vnde in ludis voluptas queritur. Reuomentem: ſępius vomentem.

cloanthus radit. i. molliter contingẽdo cautes pertranſit: iter leuũ. i. ſiniſtrum a quo menetes diuerterat: inter nauem gye. ſ. chimeram & ſcopulos ſonãtes. ſ. cõcuſſione aquarũ: & p̃terit ſubito priorẽ. i. eũ q fuerat prior: videlicet gyam & tenet ęquora tuta ideſt ſine ſaxis: relictis metis. ſ. vñ deberẽt reuerti: & qa nondũ reuerſus erat nondũ victor erat licet primus metas pertigerat. Tũ vero. i. ſed tũc maxime: aut tũc ad verũ ingens dolor exarſit. i. excanduit iuueni. ſ. gye qui ideo ardentior erat quia iuuenis oſſibus. i. ad medullas vſq; nec gene. i. orbes oculorum caruere lacrymis: hoc eſt ſimul lacrymauit: & ipſe oblitus decoris. i. honeſtatis ſue: & ſalutis ſociũ pro ſociorũ ſuorũ deturbat. i. cum turba deijcit menetem ſegnem ab alta puppi precipitem in mare. Ipſe ſcilicet gyas ſubit gubernaclo ideſt ad gubernaculum exiſtens rector ideſt fungens officio gubernatoris quem deturbauerat: & ipe. ſ. ſimul ſubit gubernaclo exiſtens magiſter ideſt princeps & gubernator. & hortatur viros ideſt viriliter remigantes: & torquet clauum ideſt gubernaculum ad litora ſcilicet quæ menetes vitauerat. At ideſt ſed menetes grauis: quia iam ſenior & fluens in veſte madida vt ideſt poſtq̃ redditus eſt tandem ideſt poſtq̃ diutius fuerat ſub aquis ſupple a fundo: imo ideſt emerſerat a fundo: ipſe petit id eſt cõſcendit ſumma ſcopuli erat enim prope ſcopulum quem vitauerat: & reſedit in rupe ſica: teucri riſere ſcilicet prius illum & ideſt ſimul labentem: quia ſciebant peritum eſſe nec ſubmergi poſſe: & natantem ideſt cum nataret ad ſcopulum & rident. ſ. iam reuomentem ideſt frequenter vomentem: fluctus ſalſos ideſt aquas marinas.

Hic læta extremis ſpes eſt accenſa duobus:
Sergeſto Mneſtheoq; Gyan ſupare morantem.
Sergeſtus capit ante locũ: ſcopuloq; p̃pinquat.
Nec tota tamen ille prior preeunte carina:
Parte prior: partẽ roſtro p̃mit æmula piſtris:
At media ſocios incedens naue per ipſos
Mneſthe⁹ Hortat̃ Mneſtheus: nunc nũc inſurgite remis
Hectorei ſocij: troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite vires:
Nunc animos quibus in getulis ſyrtibus vſi:
Ionioq; mari maleæq; ſequacibus vndis:
Nõ iã prima peto mneſthe⁹: neq; vincere certo
Quãq̃ o: ſed ſup̃ent qb⁹ hoc Neptũne dediſti.
Extremos pudeat rediſſe: hoc vincite ciues:
Poeta. Et p̃hibete nephas: olli certamine ſummo
Procumbũt: vaſtis tremit ictibus ærea puppis.
Subtrahiturq; ſolum tũ creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit ſudor fluit vndiq; riuis
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem:
Nãq; furens animi dũ p̃ram ad ſaxa ſuburget
Interior: ſpacioq; ſubit Sergeſtus iniquo.
Infœlix ſaxis in procurrentibus hæſit.
Cancuſſæ cautes & acuto in murice remi
Obnixi crepuere: illiſaq; prora pependit.
Conſurgunt nautæ: & magno clamore morant̃
Sudes potius q̃ trudes. Ferrataſq; ſudes & acuta cuſpide contos
Expediunt fractoſq; legunt in gurgite remos
At lætus Mneſtheus: ſucceſſuq; acrior ipſo
Agmine remorum celeri: ventiſq; vocatis

Prona

ASCEñ.

¶ Hic læta extremis &c. Docet reliquorũ conatus & vt dixi varium euentũ: ſimulq; in gratulationem domus ſergie egregios animos facinuſq; virile ſergeſti cõmemorat qui tamẽ in fœlici fortuna vſus nauem fregit: qua re ſpem cœpit Mneſtheus tã grandẽ vt q vltimus erat primus euaſiſſet niſi cloanthus diuina ope fretus partã gloriam protexiſſet. De qua re cum nihil allatũ ſit ex Donato. Ordo eſt. Hic. i. hoc loco aut ex hoc euẽtu: ſpes læta. i. letificans: eſt accenſa duob⁹ extremis. ſ. ſergeſto & mneſtheo videlicet ſuperare gyan morantem ideſt moram trahentem: quia gubernatorem amiſerat Sergeſtus capit locum ante. ſ. q̃ mneſtheus: & propinquat ſcopulo. ſ. vbi meta erat cõſtituta nec tamen ille. ſ. ſergeſtus erat prior tota carina p̃eunte. i. tota naui ſed prior erat parte. ſ. nauis ſue: & piſtris nauis mneſthei: emula ideſt iſecutrix p̃mit roſtro. i. anteriore p̃te ſua hoc eſt p̃raferrata: partem. ſ. centauri que nauis erat ſergeſti: At. i. ſed Mneſtheus incedens. i. ingrediens per ipos ſocios in media naue. hortat̃. ſ. his verbis. o ſocij hectorei. i. fortes qualis hector aut q aliquãdo hectori ſocij fuiſtis: quos ego delegi ideſt de multis legi comites ſcilicet huius profectionis in extrema ſorte troię ideſt in ipſa ruina & euerſione troię: inſurgite nunc nunc ideſt maxime nunc remis promite. ideſt p̃ferte nũc illas vires: & illos ſupple animos nunc quibus vſi ſupple: eſtis in ſyrtibus getulis. ideſt getulicis vt in primo viſum eſt & in mari ionio. qñ ſcilicet iuxta charybdim nauigarẽt: vt ĩ tertio recitatum eſt. & in vndis maleę: illius p̃montorij laconie p̃uincie: ſequacibus. ideſt perſecutricibus. Ego mneſtheus. ideſt q̃uis mneſtheus hoc eſt qui primas partes obtinere ſoleo tamẽ non peto iam prima. ideſt primas partes: neq; certo ideſt contendo vincere ideſt ſuperare: q̃q̃ o ideſt vtinam id mihi datum ſit aut q̃q̃ o q̃ glorioſum foret in hoc certamine ſuperaſſe ſed o neptumne ſuperent ſup. illi quibus tu dediſti hoc ideſt q̃ non ſua virtute ſed tuo numine freti nunc ſuperant. Pudeat ſupple ſaltẽ vos rediſſe extremos o ciues vicite & p̃hibete hoc nephas. ideſt p̃ victoria obtinete ne. ſcilicet redeamus extremi: & p̃hibete tantum dedecoris a nobis. Olli. illi tunc: procumbũt. i. toto pectore incumbunt remis: ſummo certamine. ideſt

Ordo.

conatu

conatu quaſi cõcertarẽt de laude iter ſe .puppis ꝑrea.i.fortis aut erata: tremit vaſtis.i.valde amplis ictibus: & ſolũ.i.ſuſtentaculũ eius hoc eſt aqua ſubtrahit.ſ.impulſu remorũ tũ.i.inſuper anhelit⁹.ſ.remigũ: creber.i.crebro emiſſus: quatit artus & ora arida: & ſudor fluit vndiq;.i.ab oĩ parte: riuis.i.p riuos aut in morẽ riuorũ. Ipſe caſus.i.euẽtus attulit viris.i.viriliter remigãtibus: honorẽ optatũ.ſ. vt extremi nõ eſſent: nãq; ſergeſtus furẽs animi.i.faciẽs aĩm quaſi furere: vñ honeſtius dixit q̃ ſi dixiſſet furens aĩo ſuburget.i. ab iteriore vrget exiſtẽs iterior: ꝓram ad ſaxa.ſ.a menete vitata & a cloantho fœliciter ꝑtranſita: & ſubit ſpacio iniquo.i.nõ ſatis magno ꝓ captu cẽtauri: iᵱe infœlix hęſit.i. mãſit herẽs in ſaxis ꝓcurrẽtib⁹.i. ꝓminentib⁹ aut procul cõcurrere viſis. Cautes cõcuſſe ſunt ſup.a remis & naui: & remi obnixi.i. obtinẽtes vt ſeruẽt nauim crepuere.i. fragorẽ dedere in murice.i.ſaxi acumine: acuto.i.aſpo: & ꝓra illyſa.i.ꝑtim lęſa pepẽdit.ſ.ad ſcopulos nautę.i. nauiũ ĩpulſores: cõſurgũt.i. ſimul cõtendũt nauẽ ſuſpẽſam amouere conãtes: & morãt.i.morã trahũt ſup.cũ clamore magno & ſuo quo ſe mutuo cohortant: & ſpe ſtãtiũ & expediũt.i.expedite ĩjciũt trudes ferratas.i.ꝑticas ferro munitas: qb⁹ naues detrudere ſolẽt: & cõtos.i.baculos oblõgos qb⁹ ꝓfunditatẽ ꝑcõtari ſolẽt cuſpide acuta.i.hñtes cuſpidẽ acutã: & legũt.i.colligũt in gurgite remos fractos.ſ.ad ſcopulũ: at i.ſed Mneſtheus lęt⁹ q; ꝑ infortuniũ ſergeſti eũ ꝑteriret: & acrior ſup.effect⁹ ipſo ſucceſſu.i. q̃a bñ ſucceſſit petit.i.trãſuolat celeri agmĩe.i.impulſu remorũ: & vẽtis vocatis.i.optatis maria ꝓna.i.deflua & iclinata: & decurrit.ſ. deorſum pelago apto.i.patẽti ſine obſtaclo. Dat exẽplũ dicẽs: Qualis.i.qualr colũba cõmota.i. deturbata ſpelũca.ſ.ſua.i.de cauerna ſua ſubito.i.ex ĩprouiſo.cui.ſ.colũbe dom⁹ ſup.eſt & nidi dulces ꝓpť pullos ſup.ſunt ĩ pumice latebroſo.i.lapide cauernoſo ferť.ſ. e ſpelũca. volãs ĩ arua & iᵱa exterrita tecto.i.euolãs ex tecto ꝓpter terrorẽ: dat ingentẽ plauſum pẽnis.i.alis ſuis: & iᵱa mox.i. paulopoſt lapſa.i. deuolãs aere q̃eto.i. nõ cõcitato radit.i. molliter ſecat: iter liq̃dũ.i. acrẽ: nec; cõmouet alas celeres: ſed equatis & ĩmotis alis deſcẽdit. Sic.i. talis mneſtheus ſup. volat & piſtris vltima.i.q̃ fuerat vltima ſecat ſic ęquora: & iᵱe impet⁹ fert ſic iᵱam volantẽ: & deſerit primũ ſergeſtũ luctantẽ in alto ſcopulo & vadis breuib⁹.ſ.iter ſcopulos: nã impulſu ĩduxerat nauẽ vñ q̃etã reducere neq̃bat: & vocantẽ fruſtra.i. icaſſum: auxilia forte deorũ q̃a ſtultũ fuiſſet a cõcertãtib⁹ auxiliũ petere: & diſcentẽ currere remis fractis: ide.i. deĩde cõſeq̃ť gyã & chymerã nauẽ.ſ. gye ĩgẽti mole.i. hñtẽ igentẽ molẽ. & ſup. chymera cedit.ſ.mneſtheo ac piſtri: quia ſpoliata eſt magiſtro.i.gubernatore.ſ. Menete.

Prona petit maria: & pelago decurrit aperto:
Qualis ſpelunca ſubito commota columba
Cui domus: & dulces latebroſo in pumice nidi
Fertur in arua volãs: plauſumq; exterrita pẽnis
Dat tecto ingentem: mox aere lapſa quieto
Radit iter liquidũ: celeris neq; cõmouet alas:
Sic Mneſtheus: ſic iᵱa fuga ſecat vltima piſtris
Aequora: ſic illam fert impetus ipſe volantem.
Et primum in ſcopulo luctantem deſerit alto
Sergeſtum: breuibuſq; vadis fruſtraq; vocantẽ
Auxilia: & fractis diſcentem currere remis.
Inde Gyan ipſamq; ingenti mole chimæram
Conſequitur. cedit q̃m ſpoliata magiſtro eſt.

SER. ¶ Aemula piſtris: eiuſdem rei ſtudioſa: vt Cicero pro. M. Marcello illo æmulo atq; imitatore ſtudiorum meorum. Alias inimicum ſignificat. Inſurgite. Cõtra Luca. Atq; in trãſtra cadũt. Hectorei: aut fortiſſimi: aut reuera quõdam. Getulis: africanis a parte totum nam getulia mediterranea eſt. Syrtes vero iuxta libyam ſunt ſic de ſyrtibus Hora. vbi maura ſemꝑ æſtuat vnda. Fuiſſe aũt troianos in ſyrtibus ille indicat locus. In breuia & ſyrtes vrget miſerabile viſu. Ionio qñ iuxta charybdim nauigarũt. Maleęq;. malea ꝓmontorium eſt laconię prouincię vbi vnde ſunt ſequaces ideſt perſecutrices vt capreæ q̃ ſequaces illudũt. Prima. q.d. que ſoleo. Mneſtheus: ſemper ille victor. Hoc vincite. loco victorię ſit poſtremos non redire. Nephas modo opprobriũ Aerea fortis vt & iunctos temo trahat æreus orbis nam ærea non eſt puppis: ſed prora: Subtrahitur ſolum vnicuiq; rei quod ſubiacet ſolum eſt ei cui ſubiacet. Vnde eſt nauis ſolum mare. & aer auium: & eſt verbum cuius perlucida ſignificatio per naturam non inuenitur: riuis more riuorum. ac ſi riuatim diceret. Furens animi figurate dixit: vt preſtans animi iuuenis iterior: ſiniſterior: Cice. in quem intus omnia canere dicebant. Sallu. Legitur introrſus prima aſię bithynia eſt. Iniquo: anguſto vt ſyluis inſedit iniquis Procurrentibus prominentibus: & veluti obuiam venientibus. Murice: ſaxi acumen eminens per tranquillitatem. Morantur: retro agunt. Legunt: alij pretereunt: ſed melius legunt ideſt colligunt: nam ſequitur. Et fractis diſcentem currere remis. Prona vicina littoribus: vnde altum eſt longe poſitũ. Columba: vbiq; de his domeſticis colũba. Virgilius dicit Perſius vero ait Teneroq; columbo eſt ſimilis nam agreſtes palumbes vocantur. Exterrita pennnis. penarum concuſſione terrorem ſignificans vt timuitq; exterrita pennis Ales non enim pennis timet ſed timorẽ inducit. Radit ſecat purũ aerem. Fruſtra: quis enim ei relicta victoria ſubueniret.

Aerea.
Solum.
Intus.
Columba

Solus iamq; ipſo ſupereſt in fine Cloanthus
Quẽ petit: & ſummis annixus viribus vrget.
Tum vero ĩgeminat clamor cunctiq; ſequentẽ
Inſtigant ſtudijs: reſonat clamoribus æther.
Hi propriũ decus & partũ indignanť honorẽ
Ni teneant: vitamq; volunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit: poſſunt: quia poſſe videnť:
Et fors æquatis cepiſſent præmia roſtris.
Ni palmas ponto tendens vtraſq; Cloanthus:

ASCEN. ¶ Solus iamq; &c. Poſtq̃ Mneſtheus ſergeſtũ & gyantem ſuperauerat reſtabat inquit ſolus Cloanthus in fine quem & Mneſtheus viciſſet niſi implorato atq; impetrato deorum auxilio cloanthus portum attigiſſet: quem victorẽ pronunciat æneas meritoq; donat premio. Horum exemplo ne qua pars diuine poeſeos bona eruditione vacet. docet poeta in rebus bellicis cerebroſitatem obeſſe plurimum & id in Gyaqui Menetem ſocium ſalutis deturbauit. temeritatem non minus officere: vt in Sergeſto qui nauem fregit. Virtutem plurimum poſſe vt in

Mneſtheo

Fudiſſetq;

Fudiſſetq; p̄ces diuoſq; in vota vocaſſet:
Cloāth⁹. Dij qb⁹ īperiū pelagi: quorū æquora curro
Vobis lætus ego hoc cādentē in littore taurum
Conſtituā ante aras voti reus: extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus: & vina liquentia fundam.
Poeta. Dixit: cūq; imis ſub fluctibus audit omnis
Nereidum phorciq; chorus Panopeaq; virgo
Et pater ipſe manu magna portunus euntem
Impuit: illa noto citius volucriq; ſagitta
Ad terram fugit: & portu ſe condidit alto.

Meneſtheo qui etiam Cloanthum viciſſet ſi ſuis duntaxat auſpicijs & viribus contendiſſet. Sed diuinum auxilium omnibus preſtare quo Cloanthus victor euaſit: monet ergo tacite vt illud implorem⁹. Docet preterea aleā fortunamq; belli eſſe variam ne dum aſpirat primo fortuna labori ſucceſſu ipſo vecordes ſegneſq; efficiamur neue in aduerſo pricipio deſperemus: qa ſperandum eſt vt debile principium melior fortuna ſequatur. Quia vero ex donato nihil habemus colligamus ordinē qui talis eſt. Iamq; ideſt & iam ſolus cloanth⁹ Ordo. ſupereſt ideſt reſtat vincendus in ipſo fine. i. iuxta terminum quem ſcilicet Mneſtheus petit ideſt aggreditur: & vrget annixus ideſt annitens ſummis viribus. Tum vero. ideſt ſed



Tum ſatus anchiſa cunctis ex more vocatis
Victorem magna p̄conis voce Cloanthum
Declarat: viridiq; aduelat tempora lauro:
Muneraq; in naues ternos aptare iuuencos.
Vinaq; & argenti magnum dat ferre talentū.
Ipſis p̄cipuos ductoribus addit honores
Victori chlamidē auratā: quā plurima circū
Purpura: Mæādro duplici Meliboea cucurrit
Intextuſq; puer frondoſa regius ida
Veloces iaculo ceruos curſuq; fatigat:

tunc maxime & adverum clamor ingeminat ſupple ſe aut ingeminat. ideſt multiplicatur. & cuncti ſcilicet ſpectantes inſtigāt ſtudijs. i. cohortationibus ſtudioſis: ſequētem ſcilicet mneſtea: ether ideſt aer ſublimis: reſonat clamoribus. hi ſcilicet priores cum cloantho: indignantur. ideſt indigne ferunt ni teneant decus proprium ideſt quod ſibi iam proprium fecerant: & honorem partum. ideſt acquiſitū hoc eſt q̄ non conſeruarēt victoriam partam & volunt paciſci. ideſt in pactum expendere vitam ꝓ laude ideſt vellent potius amittere vitam q̄ laudem: & dare vitam pro laude cō ſeruanda. Succeſſus ideſt proſper ꝓceſſus alit ideſt fouet & accendit hos. ſcilicet Mneſthei ſocios ſequentes: & poſſunt ſcilicet cloanthū ſuperare; quia videntur. ſcilicet ſibi. ideſt qa

perſuaſerũt ſibi poſſe:quoverbo docet poeta quid animus preſtans poſſit.vnde Horatius. Incipe dimidiũ facti qui bene cepit habet.Et fors.i.forte:ſed ne vocaliũ eſſet cõcurſus maluit fors dicere q̃ forte vel o fors.i.fortuna vt ſit apoſtrophe:ipſi cepiſſẽt p̃mia roſtris equatis.i.equali vicinitate &tẽpore in portũ reductis ni.i.niſi cloãthus tendẽs vtraſq; palmas.ideſt man⁹ cõiunctas põto.i.ĩ pontũ: fudiſſet preceps & vocaſſet diuos ĩ vota:dicẽs ſup.O dij qbus ſup.eſt imperiũ pelagi.i.ĩ pelago & quorũ equora ego curro:Ego letus qa reus.i.obnoxius voti.ſ.pſoluẽdi cõſtituã vobis añ aras.ſ.veſtras vt imolẽ taurũ cãdentẽ.i.cãdidum in hoc.i.p̃ſenti littore:ne.ſ.lõga ſit dilatio veĩẽda:& porriciã.i.porro iaciã ĩ fluctus ſalſos.exta.ſ.tauri & fundã vina liquẽtia(a liqueo).i.fluida & pura dixit.i.finiuit preceps cloanth⁹:& oĩs chor⁹.i.cetus & multitudo nereidũ.i.nymphaꝝ maris& phorci.i.qb⁹phorcus preeſt:& panopeia.i.vna de nereidibus:virgo.ſ.cũ alie nõ ſint:& portunus.i.portuũ deus:pater.i.p̃cipue ĩ ea re reuerẽd⁹:ĩpulit ip̃e i.nõ p ſuos ſed vt dicũt ĩ ꝓpria pſona manu magna videlicet ſua:euntẽ.ſ.nauẽ:illa.ſ.nauis cloanthi ſcylla videlicet:fugit ad terrã.i.ad littora:citi⁹noto..i.vento illo rapaci:& ſagitta volucri:&cõdidit ſe alto portu.i.penit⁹ intrauit portũ vſq; ad litt⁹.Tũ.i.deinde:ſat⁹.i.genitus anchiſa:videlicet eneas declarat.i.pronũciat:magna voce p̃conis: cloanthũ victorem & aduelat;tẽpora.ſ.eius lauroviridi:ĩ ſignũ victorie.& dat aptare.i.aduectare munera.i.dona gratuita.ſ.ternos iuuẽcos ĩ naues i.ĩ ſingulas naues tres iuuẽcos:& vina:& dat ferre magnũ talentũ.i.põdus argenti:& addit ipſis ductorib⁹.ſ.Cloantho.Mneſtheo & gye & ſergeſto:p̃cipuos honores.i.munera honorifica:ceteia em erãt cõia oĩb⁹ remigib⁹:Addidit videlicet victori.ſ.cloantho chlamidẽ auratam aureo.ſ.filo ĩtextã aut aureo lymbo cinctã quã circũ.i.circũ quã purpura plurima melibea ꝓ melibeia aut eo qđ eſt melibẽſis hoc eſt theſſalica:currit meãdro duplici.i.flexuoſo.i.ĩ morẽ meãdri flumĩs flexuoſi & per varios gyros cariã circũfluẽtis:& ſup.in qua puer regius.ſ.ganymedes:trois regis troianorum filius:intextus.i.ĩ ea textus fatigat ĩ ida frondoſa.ideſt ſylua illa troiana:que etiam intexta aut acu picta in clamyde erat:iaculo.ſ.venatorio ceruos veloces:& fatigat ſup.eos curſu:exiſtẽs acer &ſimilis anhelãti qa anhelare ĩ pictura non potuit ſicut nec currere: ſed currẽti ſĩĩs erat:quẽ.ſ.puerũ: armiger iouis.i.aqla ei⁹ tela hoc eſt fulmĩa ferẽs eo ꝙ altiſſime volat & ſolis radios viſu nõ formidat:p̃pes.i.celeriter volãs rapuit ſublimẽ.i.raptũ ĩ ſublime vexit pedib⁹ vncis.i.vnguib⁹ ſuis:cuſtodes lõgeui.i.ſeniores pedagogi q ad cuſtodiã pueri exierãt venatũ.tẽdunt neq̃q̃.i.fruſtra palmas ad ſydera:qa iuſſu iouis rapt⁹ erat ganymedes:vt eſſet pincerna deoꝝ reiecta hebe iunonis filia vñ eſt:& rapti ganymedis honores vbi dictũ eſt ꝙ etiã ad ſtuprũ raptus erat& latratus canũ ſeuit in auras:qa aquilam inſeq nõ potuerũt canes niſi ſolo latratu quẽ ingeminauerũt.Eſt aũt mira laus ipſius texture ſeu phrygionũ picture:dũ hec tam ad viuũ efficta ſunt vt geri videanť nõ depingi.

Acer anhelanti ſimilis:quẽ p̃ceps ab ida
Sublimẽ pedibus rapuit Iouis armiger vncis
Longeui palmas nequicq̃ ad ſydera tendunt
Cuſtodes:ſæuitq; canum latratus in auras.

SER. ¶Ipſo ſupeſt in fine:vt& ſpatia & ſi plura ſupſint:tranſeat elapſus prior. Propriũ de quaſi iã partã victoriã: & honorẽ ni teneãt indignanť.Succeſſus:felicitas. Poſſunt: quia poſſe videnť.Sperabãt victoriã ſpectantiũ opiniõe vt cunctiſq; ſequentẽ ĩſtigãt ſtudijs.Palmas vt diximus ſupra antiquũ hoc eſt caprius tamẽ dicit per naturã vitioſam hanc eſſe elocutionẽ: ſiue vtrãq; palmã:ſiue vtraſq; palmas dixerimus eſſe in aliquo vſurpationẽ.Imperium eſt pelagi.ideſt in pelago:vt Dij quibus imperiũ eſt aĩaꝝ ideſt in aĩabus:Letus vi.A p̃cedenti quod ſequitur:Ante aras:De quibus paulopoſt pars ſpoliãt aras.Voti re.debitor:vnde & vota ſoluentes dicimus abſolutos. Porriciam:exta porriciunť ideſt porrigunť niſi forte dicamus & fluctib⁹ maris offerri quod ſi eſt proijciã.i.porro iaciã legendũ eſt.Phorci Latine hic phorcus huius phorci dicimus nã apud nos græca lingua hui⁹noĩs nõ eſt declinatio:eſt aũt deus marin⁹.Panopeaq; vir.vna de nereidib⁹ quã ideo ſeparatim dixitvt illas nõ virgines ĩtelligam⁹. Portunus:deus marinus:q portubus p̃eſt:&bene impulit eum ipſe iã vicinũ portui nota autẽ eſt fabula. Athamas poſt furorẽ a iunone ĩmiſſum cũ occiſo Learco melicertã alterum filiũ cũ Ino vxore ſua pſequereť:cũ ſe illi in mare p̃cipitaſſent voluntate numinũ in deosverſi ſunt Melicerta in portunum qui græce palæmon diciť:ino ĩ matrem Matutã:q̃ græce diciť leucothoa.Portu ſe condidit alto.i.vſq; ad iteriora peruenit.Ex more ludorũ ſcilicet per preconẽ:Victorem:primũ ſubaudi.Nam illi duo victores ſunt Sergeſti hinc paulopoſt Quam modo nauali mneſtheus certamine victor.Dat ferre græcum eſt duo verba coniungere vt paulopoſt:Donat habere viro.Sed hoc datur poetis. Magnum.t.vt diximus breue quiddã ſed magnum alterius minoris comparatione. Circum in parte extrema vt diximus.Duplici:Flexuoſo:& hoc dicit erat in chlamide flexuoſa & in ſe remeabilis purpura in modum meandri fluminis cariæ prouĩcię Meliboea ꝓ meliboenſis:eſt ãt theſſalię ciuitas meliboea regi⁹. Trois regis phrygiæ filius.Fatigat:laus picturæ:quaſi gerat & non gerere videať.Prępes modo volans.Sublime:ĩ altũ. Palmas nequicq̃ ad ſydera tendunt.aut admirantes: aut increpantes deos.

Vtramq; palmam.

Portun⁹.

ASCEn. ¶At qui deinde &c.Docet q̃ ceteris premia

DONA. data ſint de qbus Donat⁹ dicit ſic Leuib⁹minutis & omni ſubtilitate pfectis.Oſtedit illã fortẽ & pulchrã Deinde accedit tertia laus ab auctore.Decus ꝓpter aurũ. Tutamẽ propter texturã trilicem laudat demoleũ:qa illa armatus agebat hoſtes.Laudat magis eneã q illum vicerit ac ſpoliauerit:&portauerit Laudat eũ cui donať:qa ipſe portare optime poſſet pro-

Tæna. ptereaq; eſſet dign⁹ dono.Puniceis tenis: vittis roſeis.Plenis velis:facit cõtra nauticã conſuetudinẽ.nam ſubituri portũ demittũt vela ſed neceſſe eis erat qa carebãt remis:Creſſa gen⁹ plena laus ſerue:q̃ ẽ ab artificio genere &tecũditate.hec ille.

Ordo. Ordo eſt.At.i.ſed eneas ſup. donat

At qui deinde locum tenuit virtute ſecundũ
Læuibus huic hamis conſertã auroq; trilicem
Loricã:quam demoleo detraxerat ipſe:
Victor apud rapidũ ſimoenta ſub ilio alto
Donat habere viro:decus &tutamẽ in armis.
Vix illã famuli phegeus ſagariſq; ferebant
Multiplicẽ connixi humeris:indutus at olim
Demoleus curſu palantes troas agebat.

Tertia dona facit geminos ex ære lebetas:
Cymbiaq; argento perfecta atq; aſpera ſignis.
Iamq; adeo donati omnes: opibuſq; ſuperbi
Puniceis ibant euincti tempora tænis:
Cum ſceuo e ſcopulo multa vix arte reuulſus:
Amiſſis remis atq; ordine debilis vno:
Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.
Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens
Aerea quē obliquū rota tranſijt: aut grauis ictu
Seminecem liquit ſaxo: lacerumq; viator
Nequicq; longos fugiens dat corpore tortus:
Parte ferox: ardenſq; oculis: & ſibila colla
Arduus attolens: pars vulnere clauda retētat:
Nexantem nodis ſeq; in ſua membra plicantē.
Tali remigio nauis ſe tarda mouebat:
Vella facit tamen & plenis ſubit oſtia velis.
Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat
Seruatam ob nauem lætus ſocioſq; reductos
Olli ſerua datur operum haud ignara mineruæ
Creſſa genus pholoe: geminiq; ſub vbere nati:

SER: ¶Virtute qa ille fauore/vicerat numinū vn̄ p̄mia danr̄ cōgrua illi chlamis deorū cōtinēs fabulā: illi lorica virtutis iſignę. Hamis auro. Hamis aureis. Simoenta: a noīatiuo eſt greco nō in ισ ſed in εισ exeunte Ilio alto: o breuis fit ſequente vocali. Decus: quia aurea: Tutamē: quia triplex. Phegeus ſagaris nominatim dicendo adidit laudē. Curſu palantes troas agebat: Ad Aeneæ qui eum vicit pertinet laudem. Cymbiaq; pocula in formā cymbe aſpera ſignis αγαγλυφα Oēs q vicerant puniceis. t. vittis roſeis & ſignificat lētiſcatas coronas: que ſunt de frodibus & diſcoloribus faſcijs. vt ait varro magni honoris ſunt Tenis: aūt modo vittis: alias extremitates vittarū dicit: vt Fit lōge tenia vittē. Atq; ordine debilis vno. Sergeſt⁹ & bn̄ ex mutatiōe ſenſuū q̄ſiuit ornatū. Nā irrideri & ſine honor̄ eē hoīm ē. Remis carere: nauis. Vię aggere agger eſt media vie eminentia coaggeratis lapidib⁹ ſtrata vn̄ vię aggere dixit. Aerea fortis vt ęrea pupis grauis fortis vt grauib⁹ certamina remis: Tortus: hos tortus. i. ſine cā tentat icestus. Clauda ab hoīe trāſtulit: Cice. Mācā ac debilē fore preturā ſuā Membra etiā hoc ab hoīe tranſtulit vela facit tn̄ αγακολουθου. Nā nō premiſit q̄q; remigare nō poſſet Subit oſtia port⁹ vt ſupra diximus: iō qa exit⁹ fluminū frequēter port⁹ efficiūt Promiſſo aut magno aut an̄ pmiſſo: vt itelligamus in oīb⁹ ludis illud eſſe ſeruatū Nemo ex hoc numero mihi nō donat⁹ abibit: quod etiā in pictali certamine victori velatū auro vitiſq; iuuencū Enſem atq; inſignē galeā ſolatia victo aut certe promiſiſſe eum intelligam⁹ qn̄ vidit nauē periclitantē: Operū haud ig. m. perita lanificij. Creſſa genus figura greca vt qui genus vn̄ domo. Pholoe: Nomē proprium erat autē
Lacto: Lacteo. lactans: nam infantes lactentes dicimus.

donat huic viro qui tenuit deinde. i. poſt primū hoc eſt poſt cloanthum: ſecūdū locū virtute. ſ. ꝓpria hoc eſt mneſtheo donat dicit loricā. i. tunicā armature que olim ex loris fiebat cōſertā. i. cōtextā: hamis. i. annulis leuibus. i. ſubtilibus & politis: & trilicē. i. trib⁹ licijs & triplici ordine nexā auro. i que licia aut qui hami erant ex auro: quā. ſ. loricā ipſe. ſ. eneas victor: detraxerat demoleo: greco illi ingētiſſimo ſub ilio alto. i. ante troiā: apud ſymoēta fluuiū illū rapidū. i. raptim ꝓfluentem donat inquit habere. i. vt habeat illā loricā: decus. i. ad ornamentū & tutamen. i. ad munimen: in armis. i. cum ī armis foret (bene ſecūdum merita dat munera. Nam quia Cloanthus deorū auxilio vicerat: dat ei munus quo in toga vti poſſet qa vero Mneſthe⁹ ꝟtute dat inſigne armorū) Phegeus & ſagaris robuſti illi: famuli. ſ. demolei aut Aenee: ferebant vix. i. cum difficultate. ſ. loricā multiplicē. i. denſe cōplicatam aut multum duplam connixi. i. ſimul nitentes humeris. ſ. ſuis quibus plurimum tn̄ poſſent: at. i. ſed demoleus idutus olim illam ſupple agebat curſu. i. inſequendo cum curſu troas palantes. i. oberrātes ſine ductore. Et ita laus eſt tunice que a tali viro meruit geſtari: & Aenee qui talem valuit ſuperare: Et Aeneas facit tertia dona. i. pro tertio dono dat lebetas. i. ollas geminos. i. duos & pares ex ere. i. ereos (declinat̄ hic lebes hui⁹ lebetis: vel tos vnde accuſatiu⁹ pluralis hos lebetes vel tas) & cymbia. i. pocula in morē cymbarum facta perfecta argento atq; aſpera. i. vt greci dicunt anaglypha. ſignis. i. ſculpturis quia habebāt nōnunq; caprum inſculptum. vnde Iuue. Et ſtātem extra pocula caprum. Iamq;. i. iā adeo i. omnino omnes ibant donati. i. premiati vltra meritū & ſuperbi opib⁹. ſ. datis euincti tēpora. i. habentes tēpora euincta & circūdata: tenis. i. ſertis aut vittis extremitatem capitis ambientib⁹ punicies. i. roſeis: cū. i. qn̄: Sergeſtus reuulſus vix. i. difficulter: e ſeuo. i. magno & aſpero ſcopulo ſup. cum multa arte: agebat ſine honore ratē. i. nauē. ſ. centaurū irriſam & hoc remis amiſſis. ſ. ꝓ pte atq; debilis vno ordie aut qa nō niſi vnū ordinē remigū retinuerat: aut quia vno e trib⁹ ordinib⁹ ſpoliatus fuerat. Dat ſimlitudinē dicēs. Qual' ſepe (. i. quod ſepe fit: nō ſepe deprenſus) ſerpens deprenſus. i. occupatus cū tranſire vellet aut recubaret in aggere. i. tumulo & eminētiore pte vie quē. ſ. ſerpentem rota erea. i. fortis & erata hoc eſt ere munita tranſit obliquū. i. per obliquum cum nō ſeruaret rectū curſum aut quē viator grauis. i. infeſtus & moleſtus: ictu. i. ꝓpter ictū liquit ideſt deſeruit ſeminecē ideſt ſemimortuū ſaxo. i. p ſaxū quo ictū dederat ipſe. ſ. ſerpens deprēſus: fugiēs. i. fugere tentās dat corpore. i: cōtrahendo & extendendo corpus. nequicq;. i. fruſtra tortus. i. volutiōes longos. i. i longū ductos exiſtēs ferox pte. ſ. illeſa: & ardēs oculis: & arduus attollens. i. erigēs ora ſibila. i. ſibilātia: pars. ſ. reliqua clauda. i. claudicās vulnere. ſ. illato retētat. i. imorat̄ & impedit eum a fuga aut inſultu: nexantem ſe nodis: & plicantem ſe in ſua membra. i. in annulos & ſpiras. Nauis. ſ. ſergeſti: tarda. i. tardata qa coliſa & ſpoliata pte remorū: mouebat ſe. ſ. p remiges ſuos. hoc eſt remigio tali: quali volutōe mouet̄ ſerpēs vulnerat⁹ tn̄. i. nihilomin⁹ q̄q; cōfractiōe tardaretur: tamen facit vela & ſubit oſtia plenis velis: quia remis egebat Aeneas donat Sergeſtum munere promiſſo: quod intelligitur promiſiſſe dum videret eum in ſcopulis luctantem: aut dū omnes ſe ad certamen accingerent. exiſtens letus ob nauem ſeruatā: & ſocios ſ. eius reductos. Serua. i. ancilla dat̄ olli. i. illi exiſtēs haud. i. nō ignara imo perita operꝝ minuere. i. texture qua Pallas p̄minet & Arachnē puellam lydiam vicit: Pholoe. ſ. nomine creſſa. i. cretēſis genus. i. quātum

ad patriam & gemini nati qui eius fecunditatē indicant:ſub vbere ſup.eius dantur ſup.Sergeſto Conueniens profecto negocio merces nam vt illa operoſa & induſtria eſt:ita & Sergeſtus qui nauē ſeruauit:vnā matrem meruit:& ſocios vnde & filios eius:ſed ſerua erat vt ſignificet ignobilem fuiſſe ſergeſti virtutē qua non laudem meruit:ſed ſolum dedecus quantum potuit vitauit.Idem in ceteris donis ſeruatū eſt vt in duobus prioribus declarauimus:tertium autem coquinarum & poculentis aptū cerebroſo quadrat q rectorem excuſſerat.Oblitus decoriſq; ſui ſociumq; ſalutis.



ASCEn. ❡Hoc pius Aeneas&c.Recitat quomodo peracto nauali certamine Aeneas currendi concertationem inſtituit premia condigna victoribus pollicens:de qua re pauca Donati vba in ſequenti particula afferemus.

Ordo. Ordo autem eſt Aeneas pius ſcilicet vbiq; ſed hic pcipue quia & patri officium anniuerſarium ſolēniter exhibet & ſergeſtum pie donauerat ſatis leto munere: donaturus conſimiliter. Niſum lapſurum:tendit in campum gramineū ideſt graminoſum atq; herboſū:hoc certamie.ſ nauali:miſſo.i.demiſſo quem.ſ. campum ſilue cingebant vndiq; collibus curuis.i.que erant in collibus curuis:aut colles curui cīgebāt vndiq; ſiluis q; pro & in ſup. cuius theatri.ideſt ſpectaculi media valle erat circus id eſt locus aptus curſui circum quem in corone formam ſederent ſpectatores vt in circenſibus ſolent: quo ideſt ad quem circum aut campum heros ſcilicet Aeneas tulit ſe medium qui locus in

incessu

Hoc pius Aeneas miſſo ceramine:tendit
Gramineū in campū:quē collib⁹ vndiq; curuis
Cingebant ſylue:mediaq; in valle theatri
Circus erat:quo multis cū milibus heros:
Conceſſu medium tulit extructoq; reſedit.
Hic qui forte velint rapido contendere curſu
Inuitat precijs animos:& præmia ponit.
Vndiq; conueniunt:teucri mixtiq; ſicani:
Niſus & Eurialus primi.
Eurialus forma inſignis viridiq; iuuenta:
Niſus amore pio pueri:quos deinde ſecutus
Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.

Hunc

Hunc ſaliꝰ ſimul & Patron quorũ alter Acarnã
Alter ab arcadia tegeæ de ſanguiue gentis:
Tum duo trinacrij iuuenes Helymꝰ: panopeſq;
Aſſueti ſyluis comites ſenioris Aceſtæ.
Multi p̃terea quos fama obſcura recondit:
Aeneas quibus in medijs ſic deinde locutus.

Aeneas. Accipite hæc aĩs lætaſq; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit
Gnoſia bina dabo læuato lucida ferro
Spicula celatamq; argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit vnus honos: tres p̃mia primi
Accipient: flauaq; caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris ĩſignẽ victor habeto.
Alter amazoniã pharetram plenãq; ſagittis
Treicijs: lato quam circumplectitur auro
Balthcus: & tereti ſubnectit fibula gemma.
Tertius argolica hac galea contentus abito.

SER: ¶ Gramineum graminoſum: Cice. de haſtis Bene etiam ne gramineas haſtas. Collibꝰ vndiq; curuis: mutauit: nõ enim ſylua colles habet: ſed in collibꝰ ſylua: debuit ergo dicere. Quem col. cingebãt ſyluis. Mediaq; in valle theatri: media in valle erat circus theatri. ideſt ſpatium ſpectaculi & theatri græce dixit αποτησ θεωριασ non enim eſt ſpeciale. Conceſſu mediũ tulit. ordo eſt quo ſe Aeneas medium tulit cum multis milibus: & extructo conceſſu reſedit. Animos: eorum ſubaudi. Mixtiq; ſicani. Quod pars ait. Et certare parati. Viridiq; iuuẽta: ætates omnes: Varro ſic diuidit. Infantiam: pueritiam: adoleſcentiam: iuuentam: ſenectam. Hæc tamen ſicut etiam de temporibus ſupradiximus ſingulæ trifariam diuiduntur: vt ſit prima viridis adulta & preceps: hinc eſt Viridiq; iuuẽta & cruda deo viridiſq; ſenectus: Item Sallu. ſed mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus matre ſua veneno interfecta. Niſus amore pio pueri aut genitiuus eſt & dicit eum ob hoc veniſſe: ne amicum relinqueret: aut diſtinguẽdum per ſe: & erit nominatiuus pluralis vt pueri non referas ad ætatem: ſed ad agonale ſtudiũ: in quo ſunt virorum & puerorum ſuperata certamina: nã αγδρεσκαι παιδεσ dicunt licet confuſio ſit ætatum: Acarnan: epirota. Arcanania em̃ eſt pars epyri. Tegeæ: ſi deriuatiuum fuerit de non ſequitur. Si tegeæ legerimus: nõ ſtat verſus niſi addita de ſyllaba. Deriuatiuũ autem ille indicat locꝰ Tum lateri atq; humeris tegeæum ſubligat enſem. & tegeum oppidum eſt archadiæ. Quos fama obſcura recõdit per contrariũ illos ſuperiores omnes eſſe nobiles indicauit. Gnoſia: cretenſia gnoſos ciuitas cretæ: & bene ſicut etiam in nauibus poſt generalia dat ſpecialia. Læuato nitido vt ad leuem clypeum ſublatis cornibus io. Primi: aliorum cõparatione non vnus eſt primus. Flaua viridi: vt ſupra iaſpide fulua. Phaleris: equorum ornamentis: ſermo græcus eſt. Habeto habeat tertia perſona eſt a futuro imperatiui: quæ in hoc modo numeri ſigularis ſimilis eſt ſecunde. Amazoniam: quaſi amazoniam: vt ſacri tripodes. Baltheum: baltheus dicitur nõ tantum quo cingitur: ſed etiam a quo arma dependent. Contẽtus abito. quaſi de paruo munere.

Aetatis diuiſio.

inceſſu regum ac principũ eſt: quia cũ multis milibus: ſcilicet ipſum ſtipantibus: & reſedit ideſt locũ ſedendi cepit: ſup. in conceſſu ideſt loco ad conſidendum apto extructo. ſcilicet paulo ante: & inuitat hic: ideſt cum illic eſſet aut eo tẽpore: p̃cijs. ideſt premijs animos ſup. eorum qui velint forte contẽdere rapido curſu: & ponit ſup. eis p̃mia. Teucri. i. Troiani: & ſicani. ideſt ſiculi: mixti. ideſt confuſi conueniunt vndiq;. i. ex oĩ parte: ſed Niſus Et Euryalꝰ trioiani illi ſup. cõueniũt aut oſtendunt primi: Euryalus inquit inſignis. i. decoratus: forma. i. formoſitate & iuuenta viridi. i. florente adhuc: Niſus inſignis aut cõuenit ſup. pio. ideſt caſto amore pueri. ſ. Euryali quos. ſ. duos. Diores regius. i. de regali proſapia. ſ. de egregia ſtirpe Priami: quia ſi ad dignitatem ſpectes primus eſſe debebat: ſed dictum eſt ꝙ mixti conuenerint pro auiditate animi non nobilitate ſanguinis: ſecutus ſup. eſt. Hunc. ſ. Diorem ſecuti ſup. ſunt: ſaliꝰ & patron quoꝝ ſcilicet duorũ prior videlicet Salius ſup. erat acarnã. i. de acarnania hoc ẽ epyrota. alt̃ ſup. erat ab archadia de ſanguine gẽtis tegee illiꝰ oppidi aut ſanguine. i. quantũ ad ſanguinem gentis tegeee. i. nobilis populi tegeã ĩcolẽtis in archadia. Tum. i. poſtea ſup. ſecuti ſũt duo iuuenes trinacij. i. ſicilieñ. ſ. Helymus & Panopes. comites Aceſte ſenioris que cauſa erat quare ipſe ſe certamini nõ cõmiſit aſſueti ſyluis. i. venationi: vnde aceſtes occurriſſe dictꝰ eſt ĩ pelle libyſtidis vrſe. Preterea. i. preter eos quos dixit: multi ſup. alij: quos fama obſcura recondit. i. occulit & ĩnominatos tenet in qbꝰ medijs. i. in quorũ medio: Aeneas locutus eſt deinde. ſ. poſtq̃ conuenerant: ſic. i. in hũc modum. Accipite. i. intelligite hec. ſ. q̃ dicã animis. ideſt aduertite animos ad ea que dicã: & pro. i. aduertite mẽtes letas nemo abibit mihi ideſt a me. aut nemo ex hoc numero abibit non donatus. i. aliquo dono auctus mihi. i. a me. Ego dabo ferre. i. reportare a me bina. i. ſingulis duo ſpicula. i. haſtilia: gnoſia. i. cretẽſia lucida. i. reſplẽdẽtia: ferro leuato. i. nitido: & bipennem celatã. i. ſculpturis ornatã argento. i. ex argento factis: hic honos. i. hoc decus & ornamentũ: erit vnus. i. vniforme & equale omnibus: tres primi. ſ. victores: qui primi ad metam percurrerint: accipiẽt premia: ſcilicet merita & peculiaria & nectentur caput. i. habebũt caput nexũ oliua flaua. ideſt ſubuiridi que congrue datur aut quia diu perdurat vitalis vt qui perpetuo ſpiritu ad metã ferũt aut qa oleo ſepe vncti & paleſtra exerciti videntur ĩ tali certamie victores. Primꝰ victor habeto equũ inſignẽ. ideſt inſigniter ornatũ phaleris ideſt ornamẽtis equinis: & merito qa equus celeri curſu preſtat & ideo ſoli ſacrificatur: vt in faſtis dicit Ouidius: Ne detur celeri victima tarda deo. Alter: ideſt ſecũdus habeto ſupple pharetrã. ideſt thecam ſagittariã amazoniam: ideſt quali amazones vtuntur que habiles ad arcũ ſunt & celeres ad curſum plenam ſagittis threicijs. i. thracijs quia amazones nõ longe a Thracia ſunt. thracũq; mulieres curſu valẽt. vñ primo huius. Vel qualis eq̃s thriſſa fatigat Harpalice: volucrẽq; fuga preuertit̃ hebrum. Quia igitur ſagitte velociter emitti ſolent & thraces atq; amazones currere: vnde de pentheſilea amazonum regina in eodem primo Audetq; viris concurrere virgo: ideo cõgruũ eſt curſori egregio premium quam ſcilicet pharetram baltheus alto auro ideſt ex alto auro aut habens latum aurum aut circumplectit̃ auro

lato.&fibula ſubnectit.ideſt ſubnexam tenet gemma tereti:ideſt habens gemmam teterem que pro acu fibule ſit tertius abito contentus:quaſi non plus expectaturus hac galea(oſtendens eam docet non contē nendam)argolica ideſt ab argolicis forte in fugam verſis ablata:&ita congruū quoq; erit p̄mium.

Hæc vbi dicta locū capiunt:ſignoq; repēte. Poeta.
Corripiunt ſpacia audito:limenq; relinquunt.
Effuſi nymbo ſimiles:ſimul vltima ſignant.
Primus abit longeq; ante oīa corpora Niſus
Emicat:& ventis &fulminis ocyor alis.
Proximus huic longo:ſed proxim⁹ interuallo
Inſequitur Salius:ſpacio poſt deinde relicto
Tertius Fryalus.
Euryalūq; Helymus īſeqtur quo deīde ſub ipſo
Ecce volat:calcemq; terit iam calce Diores
Incūbens humero:ſpatia & ſi plura ſupeſint
Tranſeat elapſus prior:ambiguūq; relinquat.
Iamq; fere ſpatio extremo feſſiq; ſub ipſum
Finem aduentabant:læui cū ſanguine Niſus
Labitur infelix:cæſis vt forte iuuencis
Fuſus humū:viridesq; ſup madefecerat hærbas
Hic iuuenis iā victor ouans veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo:ſed pronus in ipſo
Concidit:immundoq; fimo:ſacroq; cruore.
Non tamē Euryali nō ille oblitus amorum:
Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.
Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus harena
Emicat Euryalus & munere victor amici
Prima tenet: plauſuq; volat fremituq; ſecūdo.
Poſt Helym⁹ ſubit & nūc tertia palma diores
Hic totum caueæ conceſſum ingentis: & ora
Prima patrū magnis Salius clamoribus implet
Ereptumq; dolo reddi ſibi poſcit honorem:
Tutatur fauor Euryalū:lachrymeq; decoræ:
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus
Adiuuat:& magna proclamat voce Diores:
Qui ſubijt palmæ:fruſtraq; ad præmia venit
Vltima ſi primi Salio reddantur honores.
Tum pius Aeneas [veſtra īquit munera vobis Aeneas.
certa manēt pueri:& palmā mouet ordīe nemo
Me liceat caſum miſerari inſontis amici.
Sic fatus tergum getuli immane leonis Poeta.
Dat Salio villis oneroſum atq; vnguib⁹ aureis.
Hic Niſus: [ſi tanta inquit ſunt premia victis. Niſus
Et te lapſorum miſeret:quæ munera niſo:
Digna dabis:primā merui qui laude coronā.

ASCEn. DONA. ¶Hec vbi dicta locum capiunt:ſignoq; repēte corripi &c. Quia(inquit Donat⁹)ignobilior fuiſſet hic ludus exornat illum deſcriptione:quia ponit varios caſus:hec ille addens ad illud:ſimul vltima ſignant:deſignabant locū qui finem curſibus daret. Item ad illud Non ille oblitus amorum. Propter hāc inquit cauſam poſuit in ſuperioribus tātum inter illos amorem. Item cauea inquit iccirco theatrum dicitur ꝙ incluſos continet ſpectatores. Hec ille. Ponit ergo poeta varios currentiū caſus nam Niſus qui primus fuerat propter lubricitatē ſoli cecidit & ſeſe Salio oppoſuit quo cadente prima palma Euryalo cui⁹ gratia Niſus ſe Salio oppoſuerat obuenit & ſecūda helymo:tertia vero ſi Salio nulla det̄ Diori vīlis ſuborta eſt quam beneficentia ſua ſedauit aeneas. Docet ergo hoc ludo quod & ſuperiori poeta:non optimo cuiq; ſummā contingere gloriam:inq; omni negocio plurimum iuuare amicitiā:principemq; decere preter ceteros munificentiam. ¶Ordo autem eſt. Vbi.

Ordo. ideſt poſtq; hec dicta ſup ſunt ab aenea:curſores ſup. capiunt ſcilicet ſorte:locum &corripiunt repente ideſt raptim tranſeūt:ſpacia audito ſigno quod datum erat vt non prius excurrerēt:& relinquunt limen. ideſt regulā aut ſignum creta factum:aut ſulcum:aut chordā effuſi ideſt effundētes ſe ſimiles nymbo. ideſt ventis pluuioſis:qui vt in primo dictum eſt: qua data porta ruūt. &ſignant ideſt deſignāt ſimul:oculis. ideſt intuitu vltima. ideſt metā vt ad eam directo tramite & ita breuiori ſpatio percurrant. Niſus abit primus & emicat longe ante omīa corpora ſcilicet reliqua:exiſtens ocyor. ideſt velocior:&. ideſt ſimul ventis:& alis fulminis. ideſt quibus fulmen videtur deferri. Salius inſequitur proximus huic. ſcilicet Niſo longo interuallo. ideſt multa diſtantia:ſed tamen ſupple proximus:quia non erat propior licet ipſe nō eſſet prope. Deinde ſequitur Euryalius:tertius ſcilicet in ordine: relicto ſpacio. ideſt interuallo:& Helymus ſequitur inde Euryalium ſub quo ipſo ecce diores deinde volat & terit calcē. ideſt poſtremā partem pedis eius:calce ideſt pede ſuo incumbens hūero. ſcilicet Helymi aut ſuo. & ſi plura ſpatia ſuperſint ideſt niſi Helymus tramitē directum occupaſſet ipſe Diores elapſus trāſeat prior. ſcilicet q̄ Helymus & relinquat ambiguum. ideſt minus firmum ad celeritatem: aut incertū victorie. Iamq;.i.&i iam ipſi aduentabāt ſpacio exiſtente fere extremo:& ipſi feſſi ideſt fatigati ſub. ideſt paulū citra: ip̄m aut vt Seruius legit ipſam finem. ideſt metā conſtitutam:cum.i. quando Niſus infelix.i. diſfortunat⁹:labitur.i.cadit multo ſanguine. ideſt propter multum ſanguinē:vt ideſt ſecūdum ꝙ erat ſupple fuſus forte. ideſt a caſu nō ꝙ a caſu fuſus erat:ſed quia caſuale erat ꝙ illic fuſus eſſet qua Niſus tranſcurrere parabat fuſus erat ſuper humū:iuuencis ceſis ſcilicet a Cloantho ad ſacrificium aut ab alijs curſuris: & madefecerat herbas virides: hic ideſt hoc loco iuuenis ſcilicet Niſus ouans ideſt iā victor & ita minus precauēs:quia bos vetulus & lapſus firmius pedem figit q̄ iuuencus:vt diuus Hieronymus memorat haud ideſt nō tenuit veſtigia titubata.i. titubātia & vacin

lantia

Ni me

Ni me quæ Salium fortuna inimica tuliſſet:
Poeta. Et ſimul his dictis faciē oſtentabat: & vdo
Turpia mēbra fimo. riſit pater optimus olli
Et clypeum efferri iuſſit Dydimaonis artes.
Neptunni ſacro danais de poſte refixum.
Hoc iuuenē egregiū preſtanti munere donat.

SER. ¶Corripiūt ſpatia:raptim eūt:vt corripit exemplo aui
duſq; refringit. Limenq; relinquūt:aut regulā:aut ſignū
decreta factū. Simul vltima ſignāt:intuentur vltima ſpa
tia auiditate vincendi:vt notat & deſignat oculis aut ſi⸗
gnāt vltima.i.cumulorū ſummitatē ſignant veſtigijs vt
alibi:vix ſūma veſtigia ſignat harēa. Prim⁹ abit:ſicut de
nauib⁹ poſt generalitatē trāſit ad ſpecialitatē:& bñ quia
tribus ſtatuta ſunt p̄mia quinq; cōmemorat duob⁹ caſu⸗
Alata. ris. Alis velo:qa tā ventos q̄ flumīa fingūt alata poete vt
alitis auſtri. Proximus huic ſecundū hūc locū ꝓximū di
cimus etiā longe poſitū nullo interueniēte. Quo deinde
ſub ipſo.i.poſt ipſum. Calcē calce terit:calcē dicimus vñ
terram calcamus. Ergo nō proprie dixit calcē calce terit.
Planta em̄ calcē nō potuit terere:vñ a parte totū accipiē⸗
dum.i.calcē pede terit. Incūbens humero:aut helymi hu
mero aut currētis eſt geſt⁹. Elapſus prior:ideo labiť.i.ce⸗
leriter currit:vt prior fiat:& ſatis licēter eſt dictū. Ambi⸗
guumq; relinquat. Minus firmū ad celeritatē. Sub ipſam
finem bis ſubaudit finē:ſub ipſam finē feſſi aduētabant
ad finē. Labiť īfelix. Quia parta victoria caruit. Cęſis vt
forte iuuēcis. Bene rē notā p̱ trāſitū tetigit:agonalis em̄
moris fuerat poſt ſacrificia ad certamē venire. Fuſus hu⸗
Titubat⁹ mū:Ordo eſt ſuperfuſus. Titubata:participiū ſine verbi
origine. In ipſo cōcidit:abltm̄ poſuit:qa nō eſt mutatio.
Amores. Oblitus amorū.i.amoris nec ſupradictis cōgruit. Ait em̄
amore pio pueri:nunc amorū qui pluraliter nō niſi turpi
tudinem ſignificāt:Spiſſa harena:Tenui:Quanto enim
quid minutius tāto eſt denſius. Prima tenet:ταπροτα Fre
mituq; ſecundo:bene ſecundo addit: quia eſt & iratorū.
Per caueā autē plebem ſignificat:Nam cauea cōſeſſus eſt
populi. Oraq; prima patrū:hoc eſt quod Iuue. dixit: Om
nibus ad podium ſpectantibus. Decoræ:nam ipſe fletus
habebat aliquid venuſtatis ortus a gaudio:Terenti⁹. La
chrymo præ gaudio:quod puero conuenit propter victo
riam inopinatam. Aut etiam pertinet ad commiſeratio⸗
nem commouendā contra eū qui ſe victorem aſſerebat
Veniens creſcens:vt hic ſegetes illic veniūt felicius vuę
Pueri:Quia vt ſupra diximus παιδεσ dicuntur. Me li⸗
ceat ideſt liceat me miſerari. Nam non me licet ſed mihi
dicimus. Caſum:alluſit a cadēdo. Tergum:pro tergus po
ſuit. Oneroſum plus eſt q̄ oneratum: ſicut ſceleroſum:
plus eſt q̄ ſceleratum. Laude. Virtute:conſequēs pro an⸗
tecedente:ex virtute enim ſequitur laus. Fortuna excuſat
dolum. Olli.illi ſcilicet arriſit vel iuſſit afferri. Recte aūt
arma dat iuueni:& laudat illa ab artifice vt diuini opus
Alchimedontis. Neptunni ſacro intelligimus ad Aeneā
tranſiſſe per Helenū:ne videať ex ſacrilegio quæſitū.

lantia:preſſo:ſolo:quia ſolum non preſſit ſed
ſuperuolauit:vñ negatio haud vtrūq; deter⸗
minat & tenuit & preſſo:quia neq; tenuit ve⸗
ſtigia:neq; preſſit ſolum ſed concidit pronus
in ipſo q; ideſt ſimul:immūdo fimo:qui erat
eiectus ex extis que Cloanthus proiecit in ſal
ſos fluctus:& in cruore ſacro.ideſt in ſacrifi⸗
cio effuſo. Non dixit in ipſum cruorem:quia
iam erat in ipſo ſaltem pro parte Tamē.ideſt
licet lapſus erat:ille ſcilicet Niſus:nō ſup.erat
oblitus euryali ſcilicet amici ſui:non amorū
ſcilicet piorum erga euryalū(vnde landinus
contendit amores etiam caſtos reperiri teſti⸗ Amores.
monio non futili marci videlicet Ciceronis
ſic i libro de officijs dicētis. Formam quidem
ipſam & tāq; honeſti faciem vides q̄ ſi oculis
deccerneretť mirabiles amores(vt ait Plato)
excitaret ſapiētie. Nam ipſe Niſus oppoſuit
Salio ſe. ſurgens ideſt erigens ſe per lubrica.i.
loca pingui perfuſa & labi facientia:autē pro
ſed ille ſcilicet Salius iacuit reuolut⁹:harena
ſpiſſa ideſt ſanguine vitulino cōcreta. Eurya
lus emicat prioribus ſcilicet iacentibus:& vi
ctor munere.i. beneficio amici ſcilicet niſi te
net prima ſcilicet loca:& volat plauſu & fre⸗
mitu ſecundo ideſt fauorabili:& Helymus vo
lat poſt:& Diores ſubit nunc tertia palma.i.
tertie palme aſſecutor. Salius implet hic ideſt
hoc loco ac tempore:vel ex hoc facto totum
conſeſſum ingentis cauee.ideſt omnes conſi⸗
dentes ingenti cauea.ideſt circo cauo quia i.i
medio eius currebatur:& implet ora patrum
prima.ideſt primū aut precipue: magnis cla⸗
morib⁹ quia ab illis potius expectauit ſubſi
dium q̄ a iunioribus:ſciens q; tutetur fauor
Euryalum:& poſcit honorem.i.primū p̄miū
cum honore ereptum ſibi dolo ſcilicet Niſi:
reddi ſibi. Fauor ſcilicet totius iuuētutis tu⸗
tatur ideſt protegit Euryalū.i.cauſam eius &
lachryme decore.quas ſcilicet emiſerat timo
q; tanto & tam inſperato honore fraudaretur
& virtus veniens gratior.i.acceptior in pul⸗
chro corpore:adiuuat ſup.eum:& Diores ꝓ⸗
clamat.i.pro eo clamat magna voce:qui ſci⸗
licet diores ſubijt palme.i.ad palmā tertiam
ſi Eurialo prima contingat:& qui venit.i.ve
nerit aut veniſſet fruſtra ad premia vltima.i.
tertia:ſi primi honores reddantur ſalio quia
tunc ſecundi redderenť Euryalo & tertij hely
mo Pius Aeneas inquit tum.i.tūc o pueri ve
ſtra munera manent vobis certa.i.indubitata
& nemo mouet palmā ordine ſcilicet ſuo:hoc
eſt debito & conſtituto. Liceat.i. licitū ſit &
permittatur me miſerari.i.miſericordia pro⸗
ſequi:caſum.i.infortuniū ex lapſu amici.ſci⸗
licet Salij:inſontis:qui citra culpam ſuā dolo
Niſi lapſus eſt. Ipſe fatus ſic.i. in eum modū
dat ſalio tergum.i.coriū tergi hoc eſt tergus:
immane ideſt valde magnū & horrendū leo⸗
nis getuli.i.getulici qui iubatus eſt vnde addit oneroſum.i.valde graue villis atq; vnguibus aureis.ideſt
habens vngues aureos(Congruum profecto tali viro munus qui virtute quidē vicerat ſed dolo victus
erat:leo.n. dolū neſcit: virtute pollet)Niſus inquit hic.i.poſt hoc factū:hoc loco aut tempore. Si tanta p̄⸗
mia ſunt victis:& miſeret te lapſorū que munera dabis digna Niſo.ideſt mihi(Loquiť em̄ de ſe)qui me⸗
rui primā coronā laude.i.laudis:aut laude.i. virtute laudabili licet caſu amiſerim ni.i.niſi fortuna inimi
ca tuliſſet me.ideſt abſtuliſſet a premio:ea ſup.q̄ tulit ſup. Salium:& ſimul.i.pariter cum his dictis oſten
tabat faciē:& membra turpia.i.obſcena limo vdo.i.intrinſecus humido & pingui. Pater optimus. ſcili⸗
cet Aeneas riſit olli.i.tunc illi:& iuſſit clypeum(appoſitorie)artes.i.opus artificioſum: Dydimaōis illi⁹
ſummi artificis:refixū ideſt diſſolutū:danais.i.per danaos.de ſacro poſte Neptunni(Et ita inſimulat da⸗
naos ſacrilegij non ſe:nec putem poetā voluiſſe intelligi ab Heleno ſuſceptū:ſed ī ſuprema nocte aut pri⁹
direptum a grecis ſicut de lorica demolei prius dictum eſt(iuſſit inquit clypeum illum:efferri ideſt e the⸗
ſaurario aut armamētario in medium ferri:& donat iuuenem egregium. ſcilicet Niſum:hoc preſtanti mu
nere:victores autem premia acceperunt:cum dixit & palmam mouet ordine nemo.



ASCEn. ℂPoſt vbi confecti curſus & dona peregit.
Nunc ſi cui virtus ani. &c. Conſtituit tertia
certamia pugilū videlicet celeſtib⁹ cōcertare
volentiū in quocertamine Darhes iunior ab
Entello ſeniore diuina fretovirtute deuincit̄:
ad quā rē diuus Hieronymus pulchre alludit
in epiſtola ad diuū Auguſtinū. Donatus aūt
DONA. vel mutilus eſt vel pauca dicit. Ea aūt ſunt.
Putans iam ex hoc ſignificat emerſurū aliū
qui vincat. Cuncti. vt provictore ab omibus
haberi oſtendat̄ & ſimul eſt teſtimoniū ſuoꝝ
meritoꝝ. Hec ille. Ordo eſt. Poſt. i. poſteavbi
Ordo. ideſt qn̄ curſus ſunt confecti. i. cōſummati. &
Aeneas peregit dona Nūc ait ſic. Si cui. ideſt
alicui virtus & animus p̄ſens. i. p̄ſtans & cito
exiens in operationē. ſup. eſt in pectore. adſit
ideſt preſto & p̄ſens ſit. & attollat. i. erigat bra
chia. palmis. i. manibus euinctis. i. expreſſe &
extra manicas vincti. ſ. ceſtibus. Aeneas ī quā
ait ſic. & proponit geminū. i. duplicē honorē
hoc eſt premiū honorificū pugne ideſt certa=
minis. ſed ꝓprie pugne. qa p̄cipue pugnis fit
Victori ſup. proponit iuuencūvelatum auro
ideſt laminis aureis. aut auratis cornibus. ſed
magnifice dixit velatū auro. & vittis. ſ. roſa=
ceis. hoc eſt ſertis caput cingētibus quod mu
nus victori competit. qa bos firmiter figit pe
dem. & aduerſariū cōtendit proſternere. & ꝓ=
ponit victo. enſem atq; galeam inſignē. ſola=
tia. i. que habeat pro ſolatio. qa ſcit durā eſſe
concertationē. galeā aūt dat ad tutamen capi
tis quod victo cōcutiendū v̄iſimile eſt. en=
ſem v̄o. vt ſi tali pugne ſe cōmittere poſt illa
nō audeat

ℂPoſt vbi confecti curſus & dona peregit.
Nunc ſi cui virtus animuſq; in pectore p̄ſens
Adſit: & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait: & geminū pugne proponit honorē.
Victori velatū auro vittiſq; iuuencum:
Enſem atq; inſignē galeam ſolatia victo.
Nec mora continuo vaſtis cū viribus effert
Ora Darhes: magnoq; virū ſe murmure tollit.
Solus qui Paridē ſolitus contendere contra.
Ideq; ad tumulū quo maximus occubat hector
Victorem Buten immani corpore: qui ſe
Bebrycia veniens Amici de gente ferebat
Perculit: & fulua moribundū extendit harena.
Talis prima Darhes caput altū in p̄lia tollit:
Oſtenditq; humeros latos: alternaq; iactat
Brachia portendens: & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quiſq̄ ex agmine tāto
Audet adire virū: manibuſq; inducere cæſtus
Ergo alacris cunctoſq; putās excedere pugna:
Aeneæ ſtetit ante pedes. nec plura moratus

Tum læua

Tum leua taurum cornu tenet: atq; ita fatur.
Darhes Nate dea ſi nemo audet ſe credere pugnæ
Quæ finis ſtandi: quo me decet vſq; teneri:
Poeta Ducere dona iube: Cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidæ: reddiq; viro promiſſa iubebant.

Præſens. fortis plenus animo. Auro quia ſolent laminas quaſdam habere. vt & Statuã ante aras aurata fronte iuuencum. Virum murmur. Suffragio virorum. Solus q pa. verba ſunt murmurãtis populi. Paridem. ab eo quod eſt Paridis vel Paridos. Quod autem legimus parin venit ἀπὸ τοῦ πάριος τὸν πάρι τοῦ πάριη. & volunt ſi propriũ ſit in dos exire ſi appellatiuum in os. ſecundũ vero Troica Neronis adeo fuit fortis vt in agonali certamine ſuperaret omnes etiam ipſum Hectorem. qui cum iratus in eum ſtringeret gladium. dixit ſe eſſe germanum qđ allatis crepundijs probauit. nam ſub habitu ruſtici adhuc latebat. Hos autem ludos transfert Vergi. ad Hectoris tumulum qui ſunt facti cum debuiſſet Hector occidi. cum ludi funebres celebrarentur cadaueri Hectoris ab Achille occiſi. Amyci. Neptũni hic rex fili⁹ fuit ex Meliẽ nympha. qui a Polluce victus eſt in pyctali certamine. Bebrycia. bithynia eſt. Sallu. igitur introiſus aſiæ prima bithynia eſt multis ante nominib⁹ appellata. Ipſa enim eſt maior phrygia. Moribundũ. morienti ſimilem. Talis qualẽ multitudo loquebatur. Oſtẽdit melius dixiſſet oſtentat. Alacris. q̃uis acer dicat ſemper tamen nuſq; dicit alacer. ſed alacris. q̃uis inde naſcatur. inde eſt q Pampini ſuppri mit genus. quia dubitatur.

(Margin: SER. — Paris. — Amycus.)

nõ audeat. gladiatoriam exerceat. Nec mora ſupple fit: cum. i. qñ Darhes effert ora vaſtis. i. valde amplis viribus vel nec mora: & Darhes effert ora cũ vaſtis virib⁹. i. illis cõcomitatibus: & tollit. i. erigit ſe cũ magno murmure virũ. i. virorũ p̃cipue. Troianorũ: Darhes inq̃t: q ſolus: ſolitus ſup. erat cõtendere cõtra Paridẽ: a quo ẽt Hectorẽ victũ dicũt & ita ab eo agnitũ fratrẽ cũ iter paſtores latuiſſet: & q idẽ p̃culit. i. p̃cuſſit ad tumulum quo Hector maximus. ſ. bellatorũ: occubat. i. ſepult⁹ iacet Buten victorẽ. ſ. alioꝶ: corpore imani. i. habẽtẽ corpus imane: hoc eſt tam magnũ q inhumanũ & terribile viſum fuerit: qui. ſ. Butes veniens. i. ort⁹ de gente bebrycia. i. bithyniana amyci illi⁹ bithinie regis q ceſtibus aduenas ĩ nemore bebricio adortos necabat: ferebat. i. extollebat ſe. (De amyco & Bute in fine hui⁹ lectionis videbimus. Debet aũt p̃ferri qñ p̃priũ eſt media breui) & qui. ſ. Darhes extendit. ſ. Buten. moribũdũ. i. frequẽti mortis agone laborãtẽ: arena fulua. in qua. ſ. cõcertabãt. Darhes talis. i. tali gloria elatus tollit ĩ prima p̃lia. i. prim⁹ preliaturus caput altũ. i. erectũ & oſtẽdit humeros latos & portendens. i. longe extẽdẽs brachia ſup. ſua iactat ſup. ea alterna i. viciſſim nũc hoc nunc illud. & ỹberat auras ictibus. ſ. inanibus ad oſtentationẽ & vt ceteris terrorẽ ĩcureret. Alius. i. cõpugil alter q̃rit huic. i. cõtra hũc nec q̃ſq; ex tanto agmine audet adire virũ. & inducere manibus ceſtus. i. armaturas q̃bus illum cedat: ergo ipſe alacris i. letus & exultans (Theren. etiam alacris in maſculino poſuit. q̃uis a recentioribus alacer reperiatur. qđ nõ videt ab acer deductũ quia acer primam producit alacer pe. corripit) & putans excedere cuctos. pugna ideſt arte & virtute pugilum. ſtetit ante pedes Aenee nec moratus. i. & nõ expectans plura tenet tamen. i. deinde. taurũ. i. iuuencũ auratis cornib⁹ leua. i. ſiniſtra manu. cornu. i. p cornu atq; fat ita. O nate dea. ſ. Venere. ſi nemo audet redere. i. committere pugne ſe q̃ finis. i. q̃ expectatio aut quis modus ſup. eſt ſtandi. i. q̃diu aut cur hic ſtamus ocioſi: quouſq; (Eſt enim Thmeſis. i. inſectio) decet me teneri. ſ. ſuſpenſum aut immorari: iube ducere. i. adducere dona. ſ. taurum. & cuncti dardanide fremebant ſimul. i. pariter cum illo ore. alij habent ſimili ore. i. ſimili ſermone ſeu oratione. & iubebant ideſt volebant. aut iubebant non Aenee ſed cuſtodibus iuuenci promiſſa ſcilicet premia reddi viro ſcilicet darheti qui cum nemo congredi auderet. Landinus de Amyco & Bute dicit ſic. Amyci Bebryciorum rex bebricia enim bithina eſt. Solinus bithinia in ponti exordio Thraciam ab oriẽte tangit. prius bebricia. inde migdonia. poſtremo a rege Bithinio bithinia dicta. Hic aduenis in nemore bebrycio inſidiabat. & ceſtibus interficiebat. Ergo cũ Pollux qui illuc cum argonautis acceſſerat ab eodem prouocaretur vicit eum & interfecit. De hoc Ply. in eodem tractu portus amyci eſt bebricie rege interfecto clarus. Eius tumulus lauro tegitur quã inſanã vocant. quoniam ſiquid ex ea decerptum manibus referatur iurgia fiunt. donec abijciatur hec de amyco Butes vero occiſo patre amyco drepanum confugit in Siciliam & a Lycaſte nobili meretrice ob pulchritudinem adamatus eſt ex eaq; Erycem ſuſtulit. Hec mulier ob admirabilem formam venus dicta ab incolis eſt. Qua propter Eryx filius Veneris eſt putatus.

(Margin: Amycus Bithinia. — Butes. Eryx.)

Hic grauis Entellũ dictis caſtigat Aceſtes
Aceſtes Proximus vt viridante toro cõſederat hærbæ
Entelle heroum quõdam fortiſſime: fruſtra
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona ſines: vbi nunc nobis deus ille magiſter
Ne quicq̃ memoratus Eryx: vbi fama p̃ omnẽ
Trinacriã: & ſpolia illa tuis pendentia tectis:
Poeta Ille ſub hæc: nõ laudis amor nec gl'ia ceſſit
Entellus. Pulſa metu: ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sãguis hebet: frigẽtq; effœte in corpore vires.
Si mihi q̃ quondã fuerat: quaq; improbus iſte
Exultat fidens: ſi nunc foret illa iuuenta.

Haud eq̃dẽ

Hic grauis Entellum &c. Docet quomodo Entellus ſenior ab Aceſte in pugnam ad reprimendã Darhetis iactantiã excitatus ceſt⁹ immenſi ponderis p̃tulit. quos Darhes ſtupefactus recuſauit. quo facto docet egregi⁹ poeta iactantiã fere ruborẽ ſequi. hoĩeſq; ĩdies imbecilliores naſci vt & Neſtor Homeric⁹ atteſtaĩ vñ & Iuuenalis Terra malos hoĩes nunc educat atq; puſillos. Donati verba ſunt hec. Entelle. hec obiurgatio nõ ĩiurioſa. cui ſit admixta laus. Fruſtra tanta ne tam pa. Singula verba cum pondere pronuncianda. Fruſtra. i. ſine laboris merito. Tanta. tam precioſa. tam pulchra ſine gloria vincendi tolli dona patieris. Eſt aũt ſentẽtia. q̃m in ſupioribus ille dixerat ſi nemo audet videberis tu etiã timuiſſe. Sic Donatus Ordo eſt. Aceſtes grauis. i. maturus & ſeuerus ac magne authoritatis vir. caſtigat hic. i. ex hoc Darhetis dicto: Entellũ. pugilẽ illũ preſtantẽ ſed ſeniorẽ dictis. i. ſermõe ſequẽti vt. i. ſcđm q cõſederat. i. ſimul ſederat p̃xim⁹ ſup. ĩ toro herbe viridãte. i. vireſcẽte. O Entelle

(Margin: ASCEn. — DONA. — Ordo.)

O Entelle fortiſſime quōdā heroū:fruſtra.i.in
vanum ſi nūc fortis nō es ne.i.an:tu patiēs.i.
puſillanimis:ſines.i.pmittes tāta dona.i. pre
mia tolli.i.auferri vł abduci nullo certamine
ſ.cōmiſſo:·vbi.ſ.eſt:nūc ille.ſ.iclytus & notiſ
ſim⁹ de⁹ magiſter nobis.i.q fuerat nobis ma
giſter.ſ. Eryx fili⁹ Bute & Veneris aut Lica-
ſtes meretricis ꝓ Venere habite memorat⁹.i.
noīat⁹ & clarus:neqcq̄.i.fruſtra ſi nulla ei⁹ in
diſcipulis derelicta eſt peritia:vbi.ſ.eſt fama
memorata ꝑ oēm trinacriā.i.ſiciliā: & vbi.ſ.
ſūt illa.i.notiſſima ſpolia:pēdētia tuis tectis.
Q ueres forte qūo q̄rat vbi ſint cū dicat vbi
ſint qa in tectis.Sed nō iō q̄rit ꝙ neſciat vbi
ſint:ſed vt quaſi imemorē priſtine virtutis cō
moneat & ad cōſimilē inſtiget:ac ſi dicat:cur
nūc nō apparet in te priſtina illa virt⁹ tua:· ille
ſ.Entell⁹ ſup.inqt ſub.i.poſt hec . Amor lau-
dis nō ceſſit ſup.pulſus metu:nec gl'ia ceſſit.ſ.
e pectore meo pulſa metu:ſed em̄.i.ſed certe:
ſanguis gelid⁹.i.ifrigidatus:hebet.i.torpeſcit
ſenecta.i.ſenili etate: tardante.i.tardū faciēte
& vires effete. i.omnē feturā enixe:hoc eſt q̄
nullā vim retinuerūt nimiū exhauſte frigent
in corpore:ſi illa iuuenta q̄ fuerat mihi quon
dā:quaq;.i.& qua iſte iprobus. i. iprobandus
ꝓpter iactātiā.ſ.Darhes:exultat:fidēs.i. cōfi-
dēs ſi inqt illa foret mihi nūc:eqdē.i.ego cer
te veniſſem.ſ.in certamē:ſed haud.i.nō indu-
ctus p̄cio:nec iuuenco pulchro.i.q̄tūuis pul-
chro(Et ita nō vituperat p̄miū:ſed ſignificat
ſe:non tam premij q̄ laudis cupidū reſpōdēs
ad illud Tanta ne tā patiens nullo certamine
tolli dona ſines(vñ addit)nec moror.i.expe-
cto dona ſed ſup.laudē quod nō v̄bis : ne vi-
deat̄ in ſe admittere iactantiā quā in alio vitu
perauit:ſed factis indicat vnde ipſe locut⁹ ſic
proiecit deinde in mediū geminos.i.binos &
equalis magnitudinis ceſtus.i.armaturas ma
nuū:imani.i.valde magno & preter hominū
morē:pondere.i.ponderoſitate & mole:qbus
ſ.ceſtibus.Eryx filius ille Veneris vt dixi ha
bitus:acer.i.ſtrēnuus ſuetus ſup.erat.ferre ma
num in p̄lia.i.pugnā & intendere.i.ligare bra
chia.i.lacertos duro tergo.i.tergore indurato
animi.ſ.ſpectantiū:obſtupuere. ſ.pondus ce-
ſtuū:qa ſeptē ingentia terga boum tantorum
i.igentiū:aut tam magnorū vt tergora vide-
bant̄ rigebant.i.rigida & iplicata ſtabant plū
bo & ferro inſuto.i.qđ intus cōſutū erat. Ipſe
Darhes ſtupet ante oēs.i precipue qa res eum
tangebat:& recuſat.i.refutat longe.i.multū:
qa dixit excedere iuſtā menſuram iuſtūq; pō-
dus:& anchiſiades.i.Anchiſe fili⁹ Aeneas(ꝓ-
pter metrum dixit anchiſiades ꝓ anchiſides)
magnanimus.i.magni animi & magnarū vi-
riū v̄ſat.i.frequēter v̄tit & iactat huc illuc.i.ī
diuerſas partes:pōdus & ipſa imēſa volumi-
na vinclorum:ꝓ vinculorum: quibus.ſ.bra-
chia & manus vincirent̄.Tū.i.deinde: ſenior
ſ.entell⁹:referebat pectore.i.ex alto ſtomacho
tales voces. Q uid:· ſup.diceret:ſi qs vidiſſet
ceſt⁹ & ꝓ.i.ama:aut ceſtus & arma reliq̄:ip̄i⁹
Herculis qui Erycē vicit & occidit:· q.d. lōge
nimirum maiora & p̄ſtantiora erāt victoris q̄
victi & ſi vidiſſet pugnam triſtē.i.cruentā in
qua Eryx occubuit:in hoc ipſo littore.i.q̄ hic
īter Herculē & Erycē : cōmiſſa eſt:tu cernis.ſ.
arma hec infecta adhuc ſanguine & cerebro.ſ.
Erycis ſparſo:ſed ſup.Eryx:ſtetit his.ſ.ceſtib⁹
quos recuſat Darhes:contra magnū Alciden.
i.Herculē de genere alcei:& ego ſuet⁹ ſup . ſū
his.ſ.

Haud equidē p̄cio inductus pulchroq; iuueco
Veniſſem:nec dona moror ſic deinde locutus Poeta
In mediū geminos immani pondere cæſtus
Proiecit:quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum:duroq; intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi:tantorū ingentia ſeptem.
Terga boum:plumbo inſuto ferroq; rigebant.
Ante oēs ſtupet ipſe Darhes : longeq; recuſat:
Magnanimuſq; anchiſiades:& pondus:& ipſa
Huc illuc vinclorū immenſa volumina verſat.
Tum ſenior tales referebat pectore voces:
Q uid:ſi qs cæſtus ipſius & herculis arma Entellus
Vidiſſet:triſtemq; hoc ipſo in littore pugnam:
Hæc germanus eryx quōdā tuus arma gerebat
Sanguine cernis adhuc ſparſoq; īfecta cerebro.
His magnū alciden cōtra ſtetit:his ego ſuetus:
Dū melior vires ſanguis dabat:æmula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.
Sed ſi noſtra Darhes hæc troius arma recuſat:
Idq; pio ſedet Aeneæ:probat author Aceſtes:
Aequemus pugnas : Erycis tibi terga remitto.
Solue metus:& tu troianos exue cæſtus.

SER.

¶ Grauis : ætate vel obiurgatione . Obiurgat: caſtigat.
Thoro:hærbæ:Verbum de verbo.Nam ab hærbis tor-
tis dictus eſt torus.Fruſtra:Ordo eſt : Tanta ne dona fru-
ſtra tolli ſines tam patiens.Secundum autem Iginium q
de familijs Troianis ſcripſit:vn⁹ fuit ex Troianis de quo
poeta mutat hiſtoriam.Nobis:non vacat vt ibi:q mihi
accubantes:in conuiuijs : ſed nobis pro noſter poſitū eſt
cauſa vitandi homœoteleuton.Sub hec ſtatim : vel poſt
hęc.Gelidus:aliud ex alio pendet.Q uare enim habet:qa
gelidus:& quare gelidus:quia ſenis eſt.Effœte:exhauſte:
tranſlatio a mulieribus quas partus debiles reddit:quaſi
poſt fœtum.Improbus:nimis auidus:qui ſine certamine
poſtulat premiū . Illa:magna:aut que quondam fuerat.
Moror:expecto.Nam ſupra dixerat:ſe non moueri pre-
mijs.& paulo poſt victor bouē interimit. Q uibus quo-
rum ſtructu.Ferre.m.pugnare contendere.Nā vtraq; ma
nus armatur.Intendere.Ligare : vt intenditq; locum ſer-
tis.Tantorum:virorum.Longe:Valde.Verſat:conſide- Vertere
rat:Sallu.Exercitum vertere . Tum ſenior : iunior & ſe-
nior per dimunitionem ſunt hæc comparatiua : vt iam
ſenior:ſed cruda deo viridiſq; ſenectus. Cæſtus & arma:
Per endiadin:arma ideſt cæſtus.Triſtemq;:hoc ipo in lit
tore pugnā . Aut in quo magiſter occiſus eſt aut in triſti
littore ideſt iſœcundo.Varro enim dicit ſub eryce mon
te eſſe infœcundum campum fere in tribus iugeribus:in
quo Eryx & Hercules dimicauerunt . Hæc Germanus
Eryx: Germanus ſecundum Varronem in libris de gra- Germa-
dibus ex eadem genitrice natus eſt non vt multi dicunt nus.
de eodem germine quos ille tantum fratres vocat : ſecun
dum quem bene nunc Erycem Veneris & Butæ filium
Aeneæ dicit fuiſſe germanum.Sanguine.non Herculis q
victor euaſerat.ſed ipſius Erycis quo infecerat ſe tegen-
do.Geminis duobus.Auctor:huius certaminis . Pugnas
i.arma ſequens pro antecedenti.Tibi:pro te vt tibi deſe
rit heſperus œtam.

his.ſ.ceſtibus pugnare:tunc ſup.dum ſanguis melior.i.vegetior & fortior:dabat vires.necdum.i.& dum nondum ſenectus emula.i inimica & pſecutrix vite noſtre nōdum ſparſa noſtris temporibus geminis.i. ambobus.hoc eſt illis capitis noſtri partibus.aut toto capite accipiendo a parte totū.canebat.i.canos faciebat ſed ſi Darhes troius.i.troianus(& hoc aut inuidioſe dicit quaſi minores & imbecilliores ſint Troianis ꝗ Siculi aut ſignificat ideo recuſare:quia ſua cuiq; genti arma ſunt & quibus ſueti ſum⁹ ijs pſtam⁹) recuſat hec noſtra.i.noſtratia quaſi dicat ſicilienſia arma.& id ſedet.i.placet.pio Aenee.& Aceſtes author ſ.pugne mee q inſtigauit.probat.i.approbat.equemus.i.equales faciamus pugnas.i.ceſtus ſeu inſtrumenta pugnandi.o Darhes ſolue metus ego remitto tibi terga.i.tergora boum plūbo & ferro inſuto.Erycis.i. quibus Eryx cōtra Herculem ſteterat.& tu exue ceſtus Troianos.i.qbus vos Troiani ſueti eſtis. quia cōmodū eſt cōſuetis inniti armis.licet ergo maioribus vti poſſet Entellus vult tñ vt neuter cōſueta habeat arma.Et ideo dixit Aequem⁹ pugnas.i.arma ſcd'm Seruiū que ſunt inſtrumēta pugnandi.

Poeta.

Hæc fatus duplicē ex hūeris reiecit amictū:
Et magnos mēbrorū art⁹:magna oſſa lacertoſq;
Exuit:atq; ingens media conſiſtit harena
Tum ſat⁹ anchiſa cæſtus pater extulit æquos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterq;.
Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit auras:
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
Immiſcentq; man⁹ mãibus: pugnãq; laceſſunt
Ille pedum melior motu:fretuſq; iuuenta.
Hic membris & mole valens:ſed tarda tremēti
SER. ¶ Hic celebrata tenus: Tmeſis eſt hacten⁹ & hic ſermo quã tum ad artem ſpectat duas continet partes orationis vt hac pronomen ſit tenus prepoſitio ſicut pubetenus & crurum tenus: ſed iam vſus obtinuit vt pro vna parte habeatur ergo aduerbium eſt. Omnis enim pars orationis cum deſierit eſſe quod eſt in aduerbiũ migrat: & eſt tẽporis: nã hucuſq; ſignificat. Hic primum ſequetur enim palinuri vel Miſeni mors ideo mutata fortuna eſt. Irim de cœlo mi. ſa. i. ex magna parte ſeruatur vt Mercurius ad concordiam: iris ad diſcordiam mittatur: vnde & iris dicta eſt quaſi ἔρις. Falſum eſt autem quod dicitur miniſtra eſſe tantum dearum: cum & a Ioue plerumq; mittatur vt Aeream celo cum Iuppiter irim Dimittit: germanæ haud mollia iuſſa ferentem: & bene irim mittit: quæ fit de nubibus: quarum dea eſt Iuno. ventoſq; aſpirat eunti: vt de Mercurio. voca zephyros Mille coloribus ſcilicet factum vel mille colorum per antiptoſin. Nulli viſa ſcilicet ipſa dea: nam arcus videtur quẽ non irim ſed viam iris dicit. Alij celeritatis eſſe volunt nulli viſa. De inde arcum in genere maſculino dixit Vergil. Cattullus & alij in fœminino referentes ad originem. Deſertos. a viris. In ſola: deſerta. Teren. Venit meditatus ex ſolo loco. Acta: ακτη grecum eſt. Flentes heu: ideſt miſerabiliter flentes & a perſona poetæ dicitur vel ſit ipſarum mulierum. Reponit: duobus diuerſis adiunxit Iſmarij: thracis: Iſmarus mons thraciæ & bene ſuadet ab autoritate. Sic aut mutato habitu aut iſta dictura.

Nota. Iris. i. lis. Arcus. Acta.

enim hominem largo ore & largi oris: ſic arcũ mille coloribus & mille colorũ. Seruius tamen vbiq; talis ablatiuos pro genitiuis cenſet poſitos) decurrit. i. deorſum currit tramite cito. i. celeriter tranſcurſo: nulli. i. nõ vlli non viſa vlli. i. ab vllo: & conſpicit. ſ. poſtq̃ deſcenderat: ingentem cõcurſum. ſ. hominũ & luſtrat. i. circũſpicit littora: & videt portus deſertos. ſ. a Troianis: & claſſem. ſ. Aeneę: relictam. At. i. ſed troades. i. mulieres Troianę: ſecretę. i. ſeparatę a viris procul. i. longe a viris. ſ. in acta. i. littore ſola. i. in deſerto: flebant Anchiſen. ſ. optimũ patrẽ: & leuamen omnis caſus amiſſum. ſ. per mortem cuius memores erãt quia eius ãniuerſariũ celebrabãt & ipſę cunctę. i. ſimul omnes flẽtes aſpectabant pontum. i. mare profundũ. flentes dicit heu. i. miſerabiliter: vel flendo dicentes: heu tot vada & tantũ maris ſupereſſe. i. reſtare tranſfretandũ feſſis. i. fatigatis longa nauigatione vna. i. vniformis vox. i. precatio: eſt ſup. omnibus: quia omnes: orant. i. implorant vrbem in qua. ſ. maneant: tedet ſup. eas perferre laborem pelagi. i. nauigationis per pelagus: ergo iris haud ignara. i. gnara & perita nocendi: conijcit ſeſe inter medias. i. in mediũ illarũ: & reponit. i. deponit: q; . i. ſimul faciẽ. i. effigiẽ & veſtem deę. i. quali vtitur cum in forma deę apparere vult: & ſup. fit. i. apparet & effingit. Beroe coniunx longeua. i. annoſa: Doricli illius viri: Iſmarij. i. Thracis: cui fuiſſent. ſ. ſi aut bellum aut longa nauigatio non abſumpſiſſet: quondam. i. aliquando & . i. ſimul genus. i. progenies & generatio: & nomen. ſ familię & nati. i. liberi ab eo denominati: & ita quia nota erat propter claritatem viri & filiorum quos habuerat potuit facilius perſuadere: ac ipſa infert ſic. i. transformata in faciem Beroes matribus. i. inter matres dardanidum pro dardanidarum: ſe mediam. At ſic. i. cum hac oratione ſequenti.

Iris

¶ O miſeræ: q̃s nõ man⁹ (inq̄t) achaica bello
Traxerit ad lætum patriæ ſub mœnibus: o gens
Infelix: cui te exitio fortuna reſeruat:
Septima poſt troiæ excidium iam vertit̄ æſtas
Cum freta cum terras oẽs: tot inhoſpita ſaxa
Syderaq; emenſæ ferimur: dũ per mare magnũ
Italiam ſequimur fugientẽ: & voluimur vndis.
Hic Erycis fines fraterni: atq; hoſpes Aceſtes.
Quis ꝓhibet muros iacere & dare ciuibus vrbẽ:
O patria & rapti nequicq̃ ex hoſte penates
Nulla ne iam troiæ dicentur mœnia: nuſq̃
Hectoreos amnes xanthũ & Simoenta videbo:
Quin agite & mecum infauſtas exurite puppes.
Nam mihi caſſandræ per ſomnũ vatis imago
Ardentes dare viſa faces: hic quærite Troiam:
Hic domus eſt inquit vobis: nunc tẽpus agi res
Nec tantis mora prodigijs: en quatuor aræ
Neptũno: deus ipſe faces: aĩmq; miniſtrat.

Poeta.

Hec memorãs p̄ria ĩſenſum vi corripit ignẽ
Sublataq; ꝓcul dextra connixa choruſcat:
Et iacit: arrectæ mentes: ſtupefactaq; corda
Iliadum: hic vnã in multis q̃ maxima natu
Pigro tot Priami natorum regia nutrix.

Non

ASCEñ. ¶ O miſere & c. Recitat orationem quã monita & inſtructa a Iunone habuit ad troianas mulieres in forma beroes iris demiſſa: cohortãs videlicet naues incendi vt Aeneę auferret ſpes in Italiam proficiſcendi: qd' vnum pretendit Iuno ſciens: q; nihil Carthaginenſi imperio obeſſe poſſit ſi Troiani regnum in italia non conſtituerint ob eam igitur rem claſſem incenſam voluit: de qua nihil affertur a Donato. ¶ Ordo aũt eſt. Ipſa ſupple iris in forma beroes: inquit o miſere. i. miſerãde mulieres: quas manus achaica. i. achiuoꝝ exercitus: non traxerit bello. i. per bellum: ad letum. i. mortẽ ſub menibus patrie qd' alibi dicit: troie ſub menibus altis. O gens infelix cui exitio. i. exterminio aut morti reſeruat te fortuna. q. d. ad triſtiſſimũ cum tã inimica perduret: ſeptima æſtas vertitur. i. finitur iã poſt excidium Troie cum nos emenſe. ſ. tranſfretando: hoc eſt que tranſfretauimus freta ſupple omnia cum terras omnes cũ tot ſaxa inhoſpita. i. nullum prebentia hoſpitium: & ſydera ideſt tempeſtates: ferimur. i. trahimur. ſ. adhuc dum ſequimur per magnum mare Italiam fugientem. i. nolẽtem inueniri quia adhuc ſemel in Sicilia fuerant & viciniores Italie q̃ nũc ſint & cum voluimur adhuc vndis. i. per vndas & tempeſtates maris (priuſq; cetera pergam diſcutiam quã ſeruius inſolubilem purat queſtionem quõ videlicet adhuc ſeptima dicatur ęſtas cum in primo dictum ſit a Didone. Nam te iã ſeptima portat omnibus errantem terris & fluctibus eſtas quãquidẽ queſtionẽ ſi propius inſpexerimus poeta ipſe diſſoluit: nam principiũ ſeptime eſtatis fuiſſe cũ ad Didonẽ appelleret̄ idicat verbũ portat: nã veniẽtia tẽpora portãt. vnde hora. in de arte Multa ferũt anni venientes cõmoda ſecũ Multa recedentes adimũt. hic aũt ſignificatur finis eiuſdẽ ſeptime eſtatis cũ dicit̄ vertit̄ quaſi progredi neſciens vnde & vertex montis & capitis. Nec obſtat q; anniuerſarium

Ordo.

rium agat Anchiſe nec illud nunc hyemen inter ſe: quia hoc poſterius dixit fama tam ficti prauiq; tenax q̃ nuncia veri non aũt manſiſſe eam hyemem atteſtata eſt Dido dicens Quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem. De priore ergo hoc dicemus. Ad finem ſexte eſtatis appulſum Aeneam cũ Anchiſe ad Siciliam ibiq; paulo poſt defunctum Anchiſen quo circa totam illam hyemẽ ab Aceſte amico ſuſcipiunt hoſpitio dum patri exequias faciũt naueſq; reparant & ſeſe reficiunt Troiani: niſi eñ immorati dicantur in ſicilia cũ parũ apud Antandrõ: Thraciam Cretam: Strophadas: Epirũ: Carthagineq; fuerint: non poſſent tot eſtates eſſe peracte Incepiſſe autem nauigationem nouam cum eſtate indicat ille locus in principio tertij. vix prima inceperat eſtas. Et pater anchiſes dare fatis vela iubebat: cum ergo oraculo heleni edocti & admoniti quia ante & trinacria lẽtandus remus in vnda q̃. ſ. in Italiam proficiſcerentur quo dicto ſignificat lente illic profecturos. & cum moris ſit niſi vrgeat neceſſitas claſſem nõ moliti ſub hyberno ſydere: & iã hoſpitio eſſent ſuſcepti ab amatiſſimo viro Troiano videlicet Aceſte: veroſimile eſt eos eam hyemẽ manſiſſe in Sicilia vnde cum primo vere: Vix e conſpectu ſicule telluris in altum vela dabant leti &c. cum. ſ. noua ſuborta tempeſtate in carthaginẽ depulſi ſunt vbi eam manſerunt eſtatem fere totam: atq; ita ad finẽ ſeptime eſtatis abeuntes in ſiciliam peracto anno Anchiſe anniuerſariũ celebrant. Nihil ergo in hac inſolubili queſtione inſolutũ reliquit poeta) Fines. i. limites. Ericis. ſ. montis: fraterni. i. a frate ductoris noſtri Aeneę Eryce videlicet denominati: ſupple ſunt hic & Aceſtes vir Troianus & amicus eſt hic hoſpes. i. q nos libenter ſuſpicit hoſpitio. Quis prohibet iacere muros. ideſt fundamenta murorum & dare vrbem ciuibus: quia ciues preſto ſunt deeſt ſola vrbs. quaſi dicat nemo prohibet o patria ſ. Ttroia cuius gens tota per longam nauigationem extinguetur: & o. penates rapti. i. erepti: nequicq̃. i. fruſtra: ex hoſte. ſ. greco. ne. i. an: an nulla mœnia dicentur iam. i. vnq̃ poſt hac Troiana. q. d. videtur ꝙ non & nuſq̃ hoc eſt an non videbo vſq̃: amnes hectoreos ideſt troianos ad quos hector Troianꝰ tam viriliter pugnauit. ſcilicet xanthum & Simoenta qui Troiam perfluebãt & quorum ſimulachra helenꝰ in epiro fecerat. Quin ideſt quinimmo agite cohortatiui aduerbium. ideſt audentes ſitis & exurite mecum ideſt vt ego factura ſum puppes infauſtas. ideſt nobis infortunium afferentes: Nam imago vatis Caſſandre viſa eſt mihi per ſomnum: dare mihi faces ardentes. ideſt incẽſas querite hic Troiam ſcilicet quam in italia queſiture eſtis & inquit domus. ideſt perpetua manſio eſt vobis hic tempus eſt agi. ideſt agendi res: ſcilicet dictas & ad inſtitutum noſtrum facientes ideſt iam exurende ſunt claſſes cum commodiſſime exuri poſſint. Nec mora ſupple ſit aut eſſe debet tãtis prodigijs ideſt portentis rem properare monentibus en. ideſt videte quatuor are ſupple extructe & parate ſunt. Neptunno: ipſe deus ſcilicet nauigantiũ. miniſtrat faces. ſ. ad incedendum naues quia in aris eius derelictus erat ignis a ſacrificantibus & miniſtrat animũ. ſ. rei perpetrande cum autor eius eſſe videatur & adiutor. Ipſa iris in forma beroes memorans. i. recitans hec: corripit prima ignẽ infenſum. i. valde offenſurum naues: & coruſcat. i. reſplendet procul cõnixa. i. cõnitens inijcere ignẽ dextra. ſ. manu ſublata. i. ſurſum lata & iacit. i. inijcit ignẽ: mentes iliadũ. i. troianarũ: mulierꝝ arrecte ſunt. ſ. admiratõe & corda ſup. earũ ſtupefacta ſup. ſunt: hic. i. tũc Pirgo illa vetula exiſtẽs vna in multis. i. inter multas: nutrix regia tot natorũ Priami: que ſupp. erat maxima natu. i. antiquiſſima ſup.

Non Beroe vobis: nõ hæc rhœteia matre: Pirgo.
Eſt Doricli cõiunx: diuini ſigna decoris
Ardenteſq; notate oculos: qui ſpiritus illi:
Qui vultus vociſve ſonus: vel greſſus eunti:
Ipſa egomet dudum beroen digreſſa: reliqui
Aegram: indignantem: tali q; ſola careret
Munere nec meritos Anchiſæ iferret honores.
Hæc effata: Poeta.
At matres primo ancipites: oculiſq; malignis
Ambiguæ ſpectare rates: miſerũ inter amorẽ
Præſentis terræ: fatiſq; vocantia regna:
Cum dea ſe paribus per cœlum ſuſtulit alis:
Ingentemq; fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Tum vero attonitæ monſtris: actæq; furore
Cõclamãt: rapiuntq; focis penetralibus ignem:
Pars ſpoliant aras: frondem ac virgulta faceſq;
Conijciunt: furit immiſſis vulcanus habenis:
Tranſtra per & remos: & pictas abiete puppes.

SER. ¶ O miſere: magna arte nõ ex abrupto qd' vult perſuadere dicit ſed vtiẽ circũſtãtijs. Exitio: dixit & nõ regno. Septima at q & dido etiã ſeptima dixit: vñ quidã dicũt Aeneã paucis diebus fuiſſe Carthagini. nã dixit. (Septima æſtas.) Cũ ſubito aſſurgens fluctu nymboſus oriõ qui ſcd'm Sal. oriẽ iuxta ſolis eſtiui pulſum. Itẽ ait dũ pelago deſeuit hyems & aquoſus orion: vt hyemẽ ꝓ tẽpeſtate poſuerit: ſed illud occurrit. Nũc hyemẽ inter ſe luxu q̃ lõga fouere. Sed quidã ita purgãt. vt inẽtra anni metas & ad aphricã venerit & inde deceſſerit: ſed in primo ait ſeptima eſtas: vñ apparet hanc octauã fuiſſe: qd' & ab Anchiſe morte indicat impletus ãnus. Ergo inſolubilis eſt locus & quẽ Verg. emẽdaſſet. Cũ terras omnes: qa pagrauerat multa ſyderaq; emẽſe ferimur aut tẽpeſtates aut prouincias: que ſyderibus ſubiacẽt: vt in Buco. Aethiopum verſemus oues ſub ſydere cancri. Per magnũ: procelloſum: Lucre. Suaue mari magno. Italiã ſequimur fugiẽtẽ vt iã tandẽ. Italie fugientis prendimus oras: & reuera nullꝰ ſequiẽ niſi qd' fugit: Voluimur: nõ nauigamus. Hic ery. fi. argumẽtũ a facili. Ne quicq̃ q nõ proderãt cũ eſſent fatorũ comites. Infauſtas mali ominis. Nã mihi caſſandre: nõ cui credere nõ debeãt ſed cui cũ ſua pernicie nõ crediderãt. Iam tẽpus agi res. i. Troiã fieri. Mora prodigijs ecce prodigium (Prodigiũ) de bono & argumẽtaẽ ad incendiũ nauiũ. Aras ardere Neptũni quas ideo quatuor dicit qa ſinguli duces ſingulas poſuerant: nã cõtra Numero deus impare gaudet. Alij dicunt a Cloãtho poſitas quas ꝓmiſerat ſe daturũ Neptũno. Deꝰ cuius ſunt naues infenſum. i. ipſa infenſa. Tot: aut multorꝝ aut ſupradictorũ: vt Quinquaginta illi thalami. Non beroe hortaẽ numinis autoritate. Diuina coellgit ſigna qbus dij cognoſcunẽ: vt Nãq; haud tibi viſus mortalis: aut vox hominẽ ſonat. Spiritus: odor vt come diuinũ ṽtice odorẽ (Signa diuinitatis.) Spirauere. Vel greſſus: vt Et vera inceſſu patuit dea. Prio: anteq̃ numẽ agnoſcerent. Miſerũ aut magnũ Teren. Eam miſere amabat: aut quo efficerẽtur miſeriores. Abicte: ideſt in Abiere pictas: vel que eſſent picte & de abiete.

inquit

inquit o matres:hec non eſt vobis beroe rheteia.i.Troiana ex rheteo promontorio Troie cõiunx Dorycli:notate ideſt conſiderate ſigna diuini decoris ſcilicet oculos ardentes.i.ardenter reſplendentes & notate:qui ideſt qualis(& melius legitur qui ꝙ quis ad euitandum ſibilum ſicut& illic. Qui vultus&c)ſpiritus.i.odor ſit illi qui vultus ſit illi ve pro vel qui ſonus vocis vel qui greſſus ſit illi eunti.i.incedēti.q.d.hec omnia ſunt ſigna diuini decoris:vt Seruius bene declarat:ego met digreſſa.i. digrediens ab ea reliqui dudū.i.paulo ante ipſam beroen.ſ.quam hec repreſentat:egram & indignantē ꝙ ipa ſola careret tali munere.i.officio anniuerſario:nec inferret Anchiſe honores meritos.ſ.dum viueret.hec effata.i.elocuta ſup.eſt pirgo:at.i.ſed matres ancipites.i dubie primo.i.in principio.ſ.quid facerent ſpectare ſup. ceperant:aut ſpectare pro ſpectabāt rates.ideſt naues quas incendere iuſſerat iris:oculis malignis.i.maleuolis:exiſtentes ambigue inter miſerum.i.miſere afficientem amorem preſentis terre:& regna vocantia.ſ. a longe fatis: ideſt deorum voluntate(Eandem rem diuus. Ambroſius in homelijs docet inter amorem preſentis patrie & celeſtis euenire multis dicens ſic. Raro ꝗuis ex celſa virtus futuris commutet preſentia Difficile quippe videtur hominibus vt ſpem periclis emant: dānoq; preſentium future locum mercentur etatis. hec ille. Licet ergo Troiane mulieres ſcirent regna promiſſa fatis eſſe preſtantiora preſentibus tamen propterea ꝙ bonum preſens dulcius eſt ꝗ futurum: magis amabāt preſentia vt multi mortales terrena quia preſentia celeſtibus quia futuris preferunt:tunc ſup.ambigue erant: cū dea ſcilicet iris ſuſtulit.i.ſurſum tulit ſe per cœlū:alis paribus.i.conformibus:& ſecuit fuga.i.per fugā vel dum fugeret ingentem arcum qui.ſ.iridis ſignificator eſt tum vero.i.ſed tunc maxime attonite ſup.ſunt matrone ille monſtris.i.rebus inſolitis & raro viſis & acte.i.impulſe furore.ſ.immiſſo ipſe cōclamant. i.ſimul clamāt more muliebri:& rapiunt ignem focis.i.ex aris incenſis:pars.i.ipſe partim aut pro parte:ſpoliant aras.ſ.cōbuſtibilibus ſuperpoſitis: & conijciunt.ſ.in naues frondem.ſ.arborum:ac virgulta. ſ.arida & faces ideſt tedas: & vulcanus.i.ignis furit.i.debacchatur & ampliter diffunditur per tranſtra.i.loca in nauibus per que tranſitur: & in quibꝰs ſedent remiges& per remos.ſ.in tranſtris repoſitos:& per puppes abiete.i.abiegnas aut ex abiete factas pictas.i. pulchras aut reuera pictas.i.inſignibus ornatas:& hoc habenis immiſſis vulcano.i.igni vt libere vagetur per omne cōbuſtibile:quia ignis creſceret in infinitum donec eſſet combuſtibile.

Nuncius Anchiſæ ad tumulū:cuneoſq; theatri
Incenſas perfert naues Eumelus:& ipſi
Reſpiciunt atram in nymbo volitare fauillam.
Primus & Aſcanius curſus vt lætus equeſtres
Ducebat:ſic acer equo turbata petiuit
Caſtra:nec exanimes poſſunt retinere magiſtri
Aſcanius Quis furor iſte nouꝰ quo nūc quo tēditis(iqt)
Heu miſeræ ciues:nō hoſtē:inimicaq; caſtra
Argiuum:veſtras ſpes vritis: en ego veſter
Poeta Aſcanius ⸢galeam ante pedes proiecit inanem
Quo ludo indutus belli ſimulachra ciebat.
Accelerat ſimul Aeneas:ſimul agmina teucrū.
Aſt ille diuerſa metu per littora paſſim:
Diffugiunt:ſiluaſq;:& ſicubi concaua furtim
Saxa petunt.piget incepti luciſq;: ſuoſq;
Mutate agnoſcunt:excuſſaq; pectore Iuno eſt.
Sed iccirco flamme:atq; incendia vires
Indomitas poſuere:vdo ſub robore viuit
Stuppa vomens tardum fumū:lentuſq; carinas
Eſt vapor:& tot deſcendit corpore peſtis.
Nec vires heroū infuſaq; flumina proſunt:
Tum pius Aeneas hūeris abſcindere veſtem:
Auxilioq; vocare deos:& tendere palmas:
Aeneas Iuppiter oīps ſi nondū exoſus ad vnum
Troianos:ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit hūanos: da flammā euadere claſſi
Nunc pater:& tenues teucrū res eripe leto:
Vel tu quod ſupereſt infeſto fulmine morti:
Si mereor:dimitte:tuaq; hic obrue dextra.
Vix

ASCEñ.

¶Nuncius & c. Docet quomodo nunciatum & reſtinctum eſt nauium incendium:quodq; naues abſumpte ſint quia quatuor dumtaxat: ſeruatis.ſ.reliquis precibus Aeneę: de quibus Donatus dicit ſic Iuppiter omnipotens.amplexus eſt omnia que pro malorum neceſſitate fuerant poſtulanda.Iuppiter:hoc ſolū ſatis eſt auxiliandum Omnipotens.vt non ſolum preſtandi habeat potētiam: ſed etiam difficilia poſſit remouere:ſed quoniam non ſatis eſt poſſe niſi etiam velit addit ſi non omnes ad vnum odiſti :ideſt niſi me quoq; odiſti. Addit etiam commiſerationem ponens egeſtatis anguſtias. Poſtremo ponit meritum poſtulantis & plenum auxiliū dantis.Senior:& etate & arte a Pallade accepta meruerat audire.Eſt autem huic ſententie conſona illa Terentiana. Quando id fieri non poteſt quod vis:id velis quod poſſis.hec ille. Ordo eſt. Eumelus.i. vir ille qui interpretatur bene curans:nuncius.i.nūciās prefert. i.ante alios nunciat aut perfert ad tumulum Anchiſe & ad cuneos theatri.i.ſpectaculi naues ſup.eſſe incēſas:& ipſi.ſ.ludo intenti reſpiciunt atram.i.piceam fauillā.i.flammā ignis volitare in nymbo.i.forma nubis atre:& Aſcanius primus: vt ideſt ſcđm ꝙ ipſe letus ducebat curſus eq̄ſtres ſic ipſe acer.i. ſtrennuus petiuit equo.i.in equo caſtra turbata.i.inſenſas naues: nec magiſtri.i. cuſtodes exanimes.i. animum timore amittentes:putantes.ſ.naues ab hoſtibus aut piratis incenſas:poſſunt retinere.ſ.Aſcaniū&inquit ſup. vbi aduenerat heu miſere ciues:quis. i. qualis eſt iſte furor nouus.i. magnus & inſolitus quo. ſ.tenditis quo tenditis nunc.i.quid habetis intentionis:non hoſtē ſup. repellitis nec ſup. vritis caſtra inimica.i.inimicorū. ſ.argiuū pro argiuorū ſed vritis veſtras ſpes.i. naues in quibꝰ locanda eſt ſpes veſtra perueniendi ad fatalia regna:en.i.videte ego ſup.ſum veſter Aſcanius quaſi dicat non hoſtis & ſup. hoc dicens: proiecit galeam inanem:quia educto capite: ante pedes.ſ.mulierum : qua.ſ.galea ipe indutus ludo ideſt ad ludū aut dū luderet: vel ciebat.i.excebat & ꝓuocabat ſimulachra belli:& Aeneas qui.ſ.pedes erat:accelerat.i.celeriter accurrit& agmina teucrū pro teucrorū.i.troianorum accelerant ſupp.ſimul. Aſt.i.ſed ille.ſ.matrone que naues incenderant diffugiunt metu.i pre timore:paſſim

DONA.

Ordo.


re:paſſim per diuerſa littora:& petunt ſiluas & ſicubi ſaxa concaua ſup.erant: ea ſup.petūt fur tim.i.clanculum.piget ſup.eas incepti & lucis. ideſt vite: & ipſe mutate.ſ.a furore agnoſcunt ſuos:& iuno.i.inſania immiſſa a Iunone eſt ex cuſſa pectore.ſ.earum ſed flamme:atq; incendia non poſuere.i. depoſuerunt iccirco vires in domitas.i.difficulter domabiles ſtuppa.ſ.pica ta qua naues ſtipate erant:viuit.ideſt incēſa eſt ſub robore.i.ligno nauium: hudo.ſ. extrinſec⁹ vomens.i.emittens fumum tardum.i. denſum & tarde hoc eſt cum molimine aſcendentem & vapor lentus.i.tardus eſt.i.conſumit carinas.i. ventres nauium & peſtis.i. vis incendij deſcen dit toto corpore.ſ.nauium. Eſt ergo declamatio per contrarium.nam cum proprium ſit igni per naturam aſcendere:propter picem attrahen tem tunc etiam deſcendebat:& ita congrue vo cauit peſtem quia ignis peſtilētialis precordia vitans nonunq̄ ima petit: nec vires heroum.i. preſtantiſſimorum virorum:atq; flumina infu ſa proſunt:quia non poſſunt extinguere incendium tum.i.tunc pius Aeneas cepit ſup.abſcin dere humeris.ſ.ſuis veſtem & vocare deos auxilio. i.in auxilium: & tendere.i. extendere ad deos palmas.i.manus complicatas. Poſſent in finitiui dicti etiam reſolui in preterita imperfe cta indicatiui per locutionem rebus narrandis aptam.Sicui videatur impatientius factum q̄ Aeneas veſtem abſciderit humeris:non intelligi q̄ cum Aeneas ludis funebribus preeſſet ſacerdotiſq; officio fungeretur:non potuit ijs ve ſtibus quibus funebria exercuerat ſuperos inuocare: vnde abſcidit quia exuendi locus non erat ex humeris veſtem & vocauit deos auxilio quod impatientis ſignum non eſt: vocauit autem ſic:O Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus ſup.es:ad vnum ideſt omnino:troianos & ſi quid.i.in aliquo pietas ātiqua.i. ſolita tua clemētia:reſpicit labores humanos:O pater da nunc claſſi euadere flammam & eripe leto ideſt deletioni & exterminio(licet autem ex vſu letum accipitur pro morte tamen per naturam ſi gnificat deletionē vnde non eſt omnino acyrologia)res tenues.i. exiles & modicas:teucrū. ideſt teucrorum:vel tu ſi mereor(innuens autem ſe non meruiſſe deprecatur)dimitte morti ideſt exitio: fulmine infeſto.i. vim inferente: quod ſupereſt.i.reliquum eſt.ſ.Troianorum & obrue hic.i.in hoc loco: tua dextra. i. extingue nos penitus: ſi nihil nobis ſaluum eſſe permittis Aeneas ſup. vix ediderat.i.elocutus erat.hec cum tempeſtas atra.i.ex denſa nube producta:furit.i.precipitatur: ſine more.i. exemplo: aut modo: & hoc imbribus effuſis:& ardua terrarum.i.montes:& campi.ſ.plani tremiſcunt tonitru: & imber turbidus aqua & nigerrimus:denſis auſtris.i.ventis illis immixtis ruit.i.preceps decidit toto ethere.i.aere:& puppes implentur ſuper.i. vſq; ad ſuperfluitatem aut ſuperimplentur quod idem eſt robora ſemuſta.i.ſemiexuſta:madeſcūt ideſt madefiunt:donec omnis vapor.i.vis ardoris reſtinctus ſup.erat:& omnes carine ſeruate ſup. erant a peſte.i.ab incendio quatuor.ſ.dumtaxat amiſſis.i.abſumptis per incendium.

Vix hæc ediderat: cum effuſis imbribus atra — Poeta.
Tēpeſtas ſine more furit: tonitruq; tremiſcunt
Ardua terrarum & campi:ruit ethere toto
Turbidus imber aqua: dēſiſq; nigerrim⁹ auſtris
Impleturq; ſuper puppes: ſemuſta madeſcūt
Robora:reſtinctus donec vapor omnis & oēs
Quatuor amiſſis ſeruatæ a peſte carinæ.

¶Magiſtri:cuſtodes:Terent. Me filijs reliquit quaſi magiſtrum.Furor:quaſi ad furētes loquitur: & veluti ne nūc quidam agnitus cum dicat: En ego veſter Aſcanius:galeā proiecit inanem.Nouus autem eſt magnus aut inopinatus Quo tenditis. ideſt quid habetis intētionis. Veſtras ſpes vritis: nauibus enim ad regna tendebant.Inanem:concauam ſine capite. Ludo per ludum.Excuſſaq; pectore.Iuno eſt:furoris cauſa non furor:iccirco quia furor deſierat.Vdo ſub robore vicino aquis.Stuppa.ſecundum antiquam orthographiā:nam ſtuppa dicta eſt a ſtipando.Abuſiue etiā linum dicimus Tardum:denſum craſſum: nam ignem ſolet fumus preire:vnde tardum addidit.Corpore nauium vt Diſiice corpora ponto Deſcendit peſtis. incendium more ſuo: & declamauit per contrarium: nam ignis ſuperiora ſemper petit. Flumina proſunt vis aquæ. Humeris abſcindere veſtem:notat quidam q̄ Aeneas damnum quatuor nauium impatienter doleat:ſed magis illud conſiderādum eſt: quod ait ſupra. Aſcanius Veſtras ſpes vritis. vt damnum non doleat:ſed ſpem nauigationis ereptam Iuppiter omnipotens figuratis hoc agit coloribus: nec vt pereat:ſed vt reſtingatur incendium.Si nōdum:optimus ductus eſt:qui agentis voluntatem latenter oſtendit. Exoſus antiqui dicebant odi & oſus ſum: hinc exoſus nunc nomē in vſu eſt:verbo non vtimur.Ad vnum nullo excepto.Si quid tibi pietas: aut ſi tibi pietas preſtat aliquid humanis laboribus:aut ſi quid meremur propter pietatis cultum: vt Parce pio generi hoc ipſum remunera: vel ſi reſpicit res humanas pietas que de terris olim receſſit.Res eripe leto. Acyrologia eſt.i.improprietas ſermonis: non em̄ letum dicitur niſi de viuentibus animalibus.Quod ſupereſt.i.quod cōgrue ſequitur.Sine more: ſine exemplo. Tonitruq; tremiſcunt:ablatiuus hic incertus eſt vtrum a neutro indeclinabili veniat hoc tonitru: vt hoc cornu:nam inde eſt. Fracteq; tonitrua nu.vt cornua:an a maſculino ſcd'm quartā declinationem hinc em̄ eſt tonitrus agis: & mea fulmina torques: Ardua terrarum periphraſis montium: Aethere toto:pro aere poſuit. Madeſcunt ro. aut hummectant:aut reſoluuntur in cinerem:quod naturale eſt poſt incendium.

SER.
Intentio.
Exoſus

¶At pater



At pater Aeneas caſu concuſſus acerbo:
Nunc huc ingentes: nunc illuc pectore curas
Mutabat: verſans ſiculiſne reſideret aruis:
Oblitus fatorum: Italas ne capeſſeret oras:
Tum ſenior nautes: vnum tritonia Pallas
Quem docuit: multaq; inſignẽ reddidit arte.
Hæc reſponſa dabat: vel quæ portenderet ira
Magna deum: vel quæ fatorum poſceret ordo.
Iiſq; hic Aeneam ſolatus vocibus infit.
Nautes. Nate dea quo fata trahũt retrahũtq; ſeqmur
Quicqd erit: ſuperãda oĩs fortuna ferẽdo eſt.
Eſt tibi dardanius diuinæ ſtirpis Aceſtes:
Hunc cape

ASCEñ. ¶ At pater Aeneas.&c. Memorat perplexum Aeneam conſilio prudentiũ virorũ vſum p̃ci- pue Nautis & poſtmodũ Anchiſe: a quibus co hortabatur ſiqui Troianorũ eſſent ignaui aut inualidi eos in Sicilia derelinquat quę res maxi mopere in gloriã vergit Romanorũ qui nõ niſi a validiſſimis quibuſq; originẽ traxiſſe p hoc cenſent: prudenter ergo poeta intentũ ſuũ qd' eſt auguſtũ a genere collaudare cõſequit: in cu ius gratiã dixit atim Iulo dilectũ alludens ad actiam Auguſti matrem Auguſto a Iulio ado ptato chariſſimã: de hac aũt re cum nihil extet Donati. Ordo. Ordo eſt. At.i.ſed Aeneas pater.ſ. pa- tratus: gaudebat enĩ Romani principes vocari p̃res p̃cipue Auguſt' in cui' grãm nũc Anchiſen nũc Aeneã patrẽ appellat: cõcuſſus acerbo caſu ſ. amiſſarũ nauiũ: mutabat.i. v̾ſabat pectore in gentes curas nũc.i. aliqñ huc.i. in hanc ſñiam nunc illuc.i. in illam ſñiam verſans ideſt agitãs ſecum: ne.i. an reſideret.i. ſedem caperet obli- tus.i. ſimilis obliti & immemoris fatorũ ideſt oraculorũ

oraculorum aut ꝓmiſſorū ꝑ oracula quę fata.i. volūtates deorū indicauerāt:ne.i.an capeſſeret i.captū iret oras.i.regiones Italas. Tum.i. tunc cum ſic dubius eſſet:Nautes vir ille Troianus ſenior.i. ꝓuectioris ętatis:in qua prudentia eſſe ſolet:quē pallas tritonia.i. minerua dea ſapientie a tritone palude denominata:docuit vnū.i. precipue:& reddidit.i.effecit:inſignē.i.excellētē & īſignitū multa arte.i.virtute & peritia:dabat hęc reſponſa quia interrogatus videt̄: aut hęc dicta quę cogitationibus Aeneę reſpondebant. Docens ſup. vel.i.etiā ea quę magna ira deum.i.deorum.ſ.Iuno vel ira deorū læſorū a Troianis:quicūq; eſſent portēderet.i. porro intenderet: quia conata eſt iuno. Quo regnum Italię lybicas auerteret oras:& dīj volebant pietate & perſeuerātia Aeneę placari: vel.i. etiam ea quę ordo fatorū poſceret:quia poſcebat Romanum imperiū ex optimis quibuſq; naſci: & ita fata via inuenerunt.nam Iuno incendit naues vt nemo Troianorū in italiam proficiſceretur:dij id permiſerūt vt nullus imbecillis & vecors Romani imperij autor eſſet &hic.ſ.nautes ſolatus.i.cōſolatus Aeneam his vocibus infit i.dicit & ita ſcribetur ijſq; ꝑ i geminū qđ ſi ſcribatur iſq; ordo eſt:& is.ſ.nautes ſolatus.i.cōſolans vocib⁹.i. verbis:hic.i.in hoc caſu: infit.i. dicit.O nate dea ſequamur quo fata trahunt& retrahunt:qa dū ꝓſpera erat nauigatio videbātur trahere in Italiā & dū aduerſa retraheret:ſed tū ſemper trahebāt:ſed eo medio quo volebāt vt.ſ.ſolūmodo intrarent viuida bello pectora: longa nauigatione exercita. Quicquid erit.i. quicqđ obuenerit: oīs fortuna eſt ſuperanda.i. vincēda.ferendo.i.patiēdo:dū.ſ. ſuffertur. Eſt tibi Aceſtes dardanius.i.Troianus diuine ſtirpis.i.ortus de ſtirpe deorū cape hunc ſociū conſilijs.i.in conſilijs tuis vel ad cōſilia tua & coniunge hunc volentē.i. voluntariū & beniuolū vt ſit nomen ſine tpis ratione:aut volentem.i. voliturū & morigeraturū: trade huic ſup. eos: q ſupant.i.reliqui ſunt nauibus amiſſis.i. q nō poterunt capi claſſe tua propter amiſſas naues: & ſup.eos:quos ꝑteſum eſt.i. quos penitet magni incepti.ſ.regni conſtituendi in Italia:&pro i.tuarū rerum & ſenes lōgeuos ac matres feſſas ęquore.i.longa nauigatiōe.& delige.i.cū delectu ex qre:qcqđ ē tecū inualidū.ſ.quo ad corp⁹ & metuens picli.ꝑ periculi.ſ.quo ad aīm& ſine i.ꝑmitte:vt ſup.tales habeāt mœnia.i.oppidū his terris.ſ.ſicilię:ipſi appellabūt vrbē aceſtam noīe ꝓmiſſo.ſ. ab Aceſte:qui videt̄ ꝓmiſiſſe ſi q velint cōſtruere vrbē in ſicilia dare locū& iura loci.nomēq; ciuitatis:vñ dixit cōiūge volētē qa ſciuerat eū iam velle. Aeneas īcenſus ſup. talibus:dictis amicis ſenioris: & ita prudentis & beniuoli vnde illi acquieſcendū viſum eſt:& ita ſubdit̄ Tū vero.i. ſed tūc maxime: diducit̄ i. temperate dirigit̄ aīm.i. ſcđm aīm.in oēs.i. oīs gñis curas. Et nox atra.i.obſcura tenebat.i. occupabat polū.ſ.nobis viſibilē:q nobis ſemp ſublimis eſt:ſubuecta bigis qbus & luna vehit̄ cū ſol quadrigis vtat̄ Facies.i. imago parentis Anchiſe delapſa cœlo: qa iā in deorū numerū aſſumptū ſignificauit: viſa eſt dehinc.i.poſtq̄ ſopor curas euicerat effundere tales voces. O nate magis chare.i.charior mihi vita.i.q̄ vita quondā.i. aliqñ dū vita manebat.ſ. mihi nate inqt exercite fatis iliacis ideſt Troianis debitis ego venio huc.i.ad hūc locū in quo nos ſumus impio.i. ex mandato Iouis q depulit claſſibus ignē qa eū inuocauerat Aeneas dicēs Iuppiter

oīpotens

Hūc cape conſilijs ſociū: & coniūge volentem.
Huic trade amiſſis ſupant qui nauibus: & quos
Perteſum magni incœpti: rerumq; tuarum eſt.
Longæuoſq; ſenes: ac feſſas æquore matres:
Et quicqđ tecum inualidū metuēſq; pericli eſt
Delige: & his habeant terris ſine mœnia feſſi.
Vrbem appellabūt promiſſo nomine aceſtam. Poeta.
Talibus incenſus dictis ſenioris amici:
Tum vero in curas animum deducit̄ omnes:
Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat:
Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis
Anchiſæ: ſubito tales effundere voces:
Nate mihi vita quondā: dū vita manebat: Anchiſes.
Chare magis: nate iliacis exercite fatis.
Imperio Iouis huc venio: qui claſſibus ignem
Depulit: & cœlo tandem miſeratus ab alto eſt:
Conſilijs pare: quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat ſenior: lectos iuuenes fortiſſima corda
Defer in Italiam: gens dura atq; aſpera cultu
Debellanda tibi latio eſt: Ditis tamen ante
Infernas accede domos: & auerna per alta
Cōgreſſus pete nate meos: nō me impia namq;
Tartara hñt: triſtes ve vmbre: ſed amœna piorū
Concilia: elyſiumq; colo: huc caſta ſybilla
Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.
Tū genus oē tuū: & quæ dentur mœnia diſces.
Iāq; vale: torquet medios nox humida curſus.
Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.

SER.

¶ Fatorum:oraculorum. Tum ſenior nautes: bene daturum conſilium & ab ætate & a prudentia &religione commendat:quod aūt dixit Pallas quem docuit. propter illud quod ſupra diximus fingitur: quia ipſe Romam palladiū detulit vnde nautiorum familia Mineruæ ſacra retinebat: quod etiam Varro dicit in libris quos de familijs Troianis ſcripſit. Vnum precipuum. Tritonia pal. pro vno proprio duo antonomaſia poſuit. Reddidit arte virtute απο τησ αρετησ. Reſponſa dabat laus conſilij:vel quę portenderet ira magna deum ideſt Iuno: & alibi cœleſtum vis magna iubet. Solatus vocibus infit: ſolatur & infit:nam ſolans debuit dicere:ſicut ſequēs eius īdicat cōſolatio. Quicqd erit vt alibi. Fuerit quodcūq; fatebor. Ferēdo eſt dū fert̄ modus gerūdij a paſſiuo. Eſt tibi iā hoc cōſiliū eſt. Diuinę ſtirpis: ꝓpter Dardanū Volentē voliturū:nā velle habebit nā iā vult. Supant:ſupſunt ſupfluūt: dicit aūt nō tm̄ debiles:ſed ēt valētes iuuenes vñ ſeqtur. Longeuoſq; ſenes:nec em̄ adderet q;:niſi ſupra iuuenes dixiſſet. Itē expſſius. Et qcquid tecū inualidū eſt metuēſq; picli. Perteſum magni incępti.vt ſi nō pteſum thalami tedęq; fuiſſet. Promiſſo nomine ab aceſte.ſ. Dicta aūt aceſta deinde Segeſta. Tū vero Nā & añ cogitauerat: vt pectore curas mutabat verſans. Aīm diducit̄:gręca figura vt mentē lęſus. Et nox atra polū quaſi maior cā cogitationis vt&ſub noctē cura recurſat Bigis: ꝓprie modo: Bigis enim melius plurali vtimur q̄ ſingulari:

Nautes. Voliturū Biga.

gulari.ideo Rorifera gelidum tentauerat aera biga: Abuſiue dixit Statius. Cœlo facies delapſa parentis: aut ſecundum quod ſupra diximus: quia animæ cœlum tenent: ſimulachra vero apud inferos ſunt: aut ad errorem pertinet ſomni. Nam & viſa ait aut certe a Ioue miſſam poteſtatem aliquam quæ ſe in anchiſę conuerteret vultum: nam & ipſe dicit imperio Iouis huc venio: & infert Elyſiumq; colo. Chare ma. pro charior: bene autem addidit dum vita manebat. Nulla enim eſt vita poſt mortem. Imperio Iouis ab authoritate vt ipſe deum tibi me claro demittit olympo regnator. Nautes dat ſenior: vt ſolet ijſdem vſus eſt ſermonibus. Nam ait tunc ſenior nautes. Atq; aſpera cultu: quod in nono altius exequitur. Natos ad flumina primum Deferimus Debellanda tibi: bene victoriam nõ bella ſola prędixit: in quibus eſſe poterat terror. Auerna alta: vt gargarus gargara: & tartarus tartara. Non me impia namq; propter facilitatem. Amœna: loca ſunt ſolius voluptatis plena: quaſi amunia: vnde nullus fructus exoluitur. Vnde nil prętantes immunes vocamus. Piorum concilia elyſiumq; collo. Elyſium eſt vbi piorum animæ habitant: poſt corporis animæq; diſcretionem. Vnde & interitus dicitur res inter animam & corpus veniens. Ergo Elyſium ἀπὸ τοῦ λύσεως. Quod ſecundum poetas in medio inferorum eſt ſuis fœlicitatibus plenum vt ſolemq; ſuum ſua ſydera norunt: ſecundum philoſophos elyſium eſt inſulæ fortunatæ quas ait Sallu. inclytas eſſe: Home. Carminibus quarum deſcriptionem pius commentator dicit eſſe ſublatam ſecũdum Theologos circa lunarem circulum: vbi aer purior eſt vnde ait ipſe Vergi. Aeris in campis. Item Lucanus. Non illuc auro poſiti nec thure ſepulti perueniunt. Tum genus omne tuum: & quæ dentur mœnia diſces. hæ ſunt cauſę ꝓpter quas æneas deſcendit ad inferos. Generis agnitio: & ciuitatis nomen: quod ei nullus vnq̃ predixerat: ſed ſolus indicat pater. Latet enim vt ſupra diximus verum vrbis nomẽ vñ ei pater quaſi ꝓ myſterio & affectiõe: ait illa inclyta Roma. Torquet medios nox humida curſus. Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis. Dies eſt plenus qui habet horas vigintiquatuor: nam & nox pars diei eſt. Dicimus autem diem a parte meliore: vnde vſus eſt. vt ſine commemoratione noctis numerum dicamus dierum. Hic autem dies ſecundum ægyptios incohatur ab occaſu ſolis: ſecundum Perſas ab ortu ſolis: ſecundũ Ethruſcos & Athenienſes a ſexta hora diei: ſecundum Romanos a media nocte & hos nũc ſecut⁹ ait medios curſus nox humida torquet. Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis: Hæc autem plene exequitur: & Cice. in auguralibus: & Aulus Gellius in libris noctium atticarũ. Hoc etiã illa res iuris indicat: ꝙ cũ tribunũ plebis ab noctare ab vrbe non liceret: licebat tamẽ exire poſt noctem mediam: & ante mediam reuerti. Sæuus oriens. Sol cuius lux eſt vmbris inimica. Vnde Lucanus Et medio ferit axe diem. Eſt autem phyſicum: nam pereũt vmbre ſolis aduentu.

Amœnũ. *Elyſium.* *Diei diuiſio.*

oĩpotens &c. & qui miſeratus eſt tandem ab alto cœlo. Pare ideſt obtempera: quaſi dicat: qa hoc qui me miſit vult Iuppiter cõſilijs: quę nautes ſenior. dat pulcherrima ideſt decentiſſima & que vſui erunt & genti tue decori: defer in italiam iuuenes lectos. ideſt preſtãtium corporũ appoſitorię corda ideſt pectora: fortiſſima ideſt habẽtes maximos animos: quia gens dura & aſpera ideſt rigida cultu. i. exercitio: eſt tibi debellanda latio ideſt in italia: tamen. i. licet fatale eſt te debellare Italos: accede ante. i. pri⁹ ſcilicet ꝙ debellare incipias domos infernas. i. infernales: Ditis ideſt Plutonis: & pete ꝑ auerna alta. i. ꝓfunda. i. per atrũ & ꝓfundũ locum auerni per quẽ dicitˀ deſcẽſus ad inferos: vt paulopoſt principium. vi. videbimus meos congreſſus. i. congrediendo pete me: nãq; tartara. i. loca fontiũ ꝓfundiſſima. ſ. in inferno: impia. i. impiorũ receptacula: non habent. i. non occupant me. Et bene quia loca quę nos iubẽtes incolumus nos habemus & inhabitamus: ſed vbi inuiti aſſeruamur nos habent: ve pro vel vmbre triſtes. i. triſtitiam afferentes nõ habent me ſed concilia. i. conuenticula: amena piorum. ſ. hoĩm cultorum dei dũ viuerent & colo. i. inhabito elyſium. i. campos fortunatos beatorũ. ſ. incolarum. Sybilla caſta: quia virgo ducet te huc. i. ad has noſtras ſedes: multo ſanguine. i. ſacrificio multi ſanguinis: pecudũ. i. ouium nigrarum: quia talibus inferi gaudent. Tum. i. tũc cũ. ſ. illic fueris: diſces oẽ gen⁹ tuũ. i. a te oriturũ & q̃ mœnia dentˀ. i. deſtinẽt tibi a fatis: qa Romana mœnia. Iamq;. i. & iam aut deinceps vale: qđ diſcedẽtis verbũ eſt: nox humida torquet medios curſus. i. mediũ eſt noctis veſtre: & oriẽs. ſ. ſol ſęuus. i. violẽtus & ĩfeſtus vmbris q̃ lucẽ fugiũt afflauit me. i. regna ſubterranea equis: anhelis. i. anhelantibus ex fatigatione. Niſi aũt dixerimus velle ſignificare tunc oriri ſolem apud regiones inferorũ quas pertrãſeat Anchiſes: cũ hic ſit mediũ noctis difficile erit ĩtelligere quomodo dicat mediũ noctis cũ ſol oriatur. Nã ſi dicam⁹ diẽ incohari a medio noctis tunc licet ſit principiũ diei: tñ non eſt principiũ lucis nec oriẽtis ſolis non põt ergo ſimul dici mediũ noctis & principiũ ortus ſolis niſi ad diuerſa referantur. Nã atrã fuiſſe noctẽ indicat illud. Et nox atra polũ bigis ſubuecta tenebat: dicemus ergo Anchiſen ſignificare ſe lumen ſolis offenſurum niſi preceps abierit priuſ ꝙ ad inferos redierit: aut quia de cœlo deſcendit eoq; rediturus eſt: poſſet a ſole offendi cui⁹ radij in ſublime priuſq; in humum ſpargantur vnde dixit afflauit &c. Verum oritˀ alia dubitatio. Nam ſi Anchiſes in cœlum tranſlatus eſt non poteſt vereri lucem: vnde de daphnide Candidus inſuetum miratur limen olympi Sub pedibuſq; videt nubes & ſydera Daphnis: de cœlo autem veniſſe dictum eſt viſa de hinc cœlo facies delapſa parentis. vnde dicemus mixtam eſſe in Anchiſa naturam cœleſtem quę lucem amat: & infernam que eandem refugit.

Poeta. Dixerat: & tenues fugit ceu fumus in auras.
Aeneas. Aeneas quo deinde ruis: quo proripis (inqt)
Quẽ fugis: aut qs te noſtris cõplexibus arcet:
Poeta Hec memorãs cinerẽ: & ſopitos ſuſcitat ignes
Pergameumq; larem: & canæ penetralia Veſtæ
Farre pio: & plena ſupplex veneratur acerra.
Extemplo ſocios: primumq; accerſit aceſten.
Et Iouis imperium: & chari præcepta parentis
Edocet

ASCEN. ¶ Dixerat: & tenuęs fugit ceu fumus in auras Aeneas quo &c. Poſt abſceſſum Anchiſe quẽ Aeneas alloqui volebat abeuntem ſacrificia innouauit & conſilia patris Aceſte patefecit q ea comprobauit vnde vrbis fundamẽta iaciũt & templum Veneri: & lucum anchiſe extruũt reparatiſq; remis & cæteris nauigiorum armis cæteri abire parant: vnde Donati hoc ſolũ habetur. *DONA.* Patribus dat iura vo. Hoc ad Aeneam refertur: ad quem redit poſt expletam Aceſte beniuolẽtiam. *Ordo.* Ordo autem eſt. Dixerat. ſ. Anchiſes & fugit. i. abit & euaneſcit in auras tenues ceu fumus: Aeneas inqt deinde. ſ. poſtq; abire videbat: quo ruis. i. preceps adis: quo proripis id eſt porro rapis & aufers ſuptte: quem fugis: quaſi dicat

Edocet: & quæ nunc animo ſententia conſtet
Haud mora conſilijs: nec iuſſa recuſat Aceſtes
Tranſcribunt vrbi matres: populũq; volentem.
Deponunt animos nil magnæ laudis egentes.
Ipſi trãſtra nouãt: flammiſq; ambeſa reponunt
Robora nauigijs: aptant remoſq; rudenteſq;
Exigui numero: ſed bello viuida virtus.
Interea Aeneas vrbem deſignat aratro:
Sortiturq; domos: hoc iliũ. & hæc loca troiæ:
Eſſe iubet: gaudet regno troianus Aceſtes:
Indicitq; forum: & patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina aſtris: erycino in vertice ſedes
Fundatur veneri idaliæ: tumuloq; ſacerdos:
Ac lucus late ſacer additur anchiſæo.

quaſi dicat fugis ne filium tuũ: aut ſi nullũ fugis quis arcet. i. abſtinet te noſtris cõplexibus. ideſt cur non permitteris a nobis cõplecti. ipſe memorans ideſt cum hæc diceret aut dixiſſet: ſuſcitat. i. commouet cinerem & ignes ſopitos ideſt coopertos cinere: & ipſe ſupplex veneratur larem pergameum ideſt ignem perpetuum quem Troiani colebant: hoc eſt veſtam vnde addit: & penetralia. i. arcana veſte canę. i. antique & fauillis caneſcentis: farre pio. i. religioſo & ſacrificijs debito: & acerra. i. thuribulo: plena. ſ. thuris. Ipẽ accerſit ideſt aduocatum it: aut aduocat extemplo. i. ilico peracto ſacrificio: ſocios. ſ. ꝓfectionis: hoc eſt concionem citat: & primũ. i. precipue aut ante alios accerſit Aceſtẽ & edocet ſup. eos enarrando: imperium Iouis ſignificatum. ſ. per Anchiſen qui ſe Iouis imperio aduenisse dixit: & ꝓ. i. p̃cepta parẽtis. ſ. Anchiſe: chari. i. multũ dilecti: & edocet quę ſnĩa: conſtet. i. ſedeat & firma ſit: quia prius hæſitabat nunc animo. ſ. ſuo: mora haud. i. non ſup. fit conſilijs. i. deliberationi. i. non capit̃ longa deliberatio: nec Aceſtes recuſat iuſſa ideſt imperia Iouis & precepta Anchiſe: & iuſſa. i. volũtatem Aenee: & ita ipſi ambo aut deputati ab eis tranſcribunt vrbi. i. ad inhabitandam vrbẽ matres & populum volentem. ſ. manere & ipſi tranſcripti: & qui volebant tranſcribi: deponũt ideſt ſubmittunt animos: nil. i. in nullo egentes. i. cupidos quia earum rerum quarum egemus cupidi ſumus magne laudis. i. qui nõ tangebantur cupiditate magne laudis & qui paruifaciebant magnam laudem pluris facientes requiem & ſolacium q̃ gloriam & laudem: aut qui tranſcribunt: deponũt. ſ. a nauibus: aut deponũt. i. quaſi depoſitarios cõmittũt vrbi: animos nil magne laudis egentes. i. non tactos cupiditate magne laudis: poſſet forte & ſic exponi: deponunt. ſ. a numero tranſcriptorum: animos nil egentes magne laudis: ſed plenos quia non egemus rebus niſi eis careamus cum ergo ipſi qui in italiã deducendi ſunt: laude magna non careant: nec ea egere dicẽtur: ſed prima cõſtructio mihi placet: quia addit ipſi. ſ. qui abituri ſunt nouant. i. innouant tranſtra. ſ. ſemuſta igni: & reponunt nauigijs: robora. i. fortes trabes ambeſa. i. circum eſas & abſumptas flammis. ſ. immiſſis: & aptant remos & rudentes. i. funes ſeu chordas velorum exiſtentes: exigui. i. pauci numero: ſed virtus viuida ideſt veges & idonea bello ideſt ad bellum gerẽdum. Interea ſcilicet dum reliqui nauibus reſarciendis eſſent intenti: æneas deſignat vrbem aratro: quo. ſ. mœnia deſignabãt faciens ſulcum: vt Seruius declarat: & ſortitur. i. per ſortes diſtribuit domos: & iubet hoc eſſe. i. repreſentare & dici iliũ ideſt arcem troianã: & hæc eſſe loca troię: aceſtes troianus gaudet regno. i. iuriſditione ciuitatis a troianis in modũ troię condite: & ideo quia ſub ditione eius eſſe permittebat ęneas ꝑmiſit etiam vt illi nomen ſuum imponeret & aceſtam vocaret: iuraq; ciuibus daret vnde addit & aceſtes ſup. indicit forũ. i. mercatũ: & dat patrib⁹. i. ſeniorib⁹ vocatis. ſ. ad cõcionẽ vñ Kalende dicte: iura. ſ. ciuitatis noue: tunc ideſt deinde: ſedes ſcilicet templi fundatur ideſt corroboratur ſi prius erat extructa aut extruitur: veneri idalię ideſt quæ in idalio luco cyprio precipue colitur: in vertice erycino. i. erycis montis ab eryce filio veneris dicto: exiſtẽs vicina aſtris ideſt educto quaſi ad aſtra: & ſacerdos ac lucus ſacer ideſt conſecratus late additur tumulo anchiſeo. i. in quo anchiſes ſepultus fuerat.

SER.

Aeneas quo deinde ruis? Ordo eſt. Aeneas deinde quo ruis. Quem fugis? quaſi ignorans rationem qua fugeret. Farre pio vel quia exinde ſacrificabant: vel quia mos fugit apud maiores vt diuinum ignem farre ſeruarent: quia ſi duraſſet in alterum diem eum aptum agẽdis rebus ſacrificabant. Canę: aut antiquæ aut propter ignis fauillas. Primum principem. Acerra ideſt archa thurali: id quod continet pro eo quod continet̃. Haud mora: hoc eſt quod ait. Et coniunge volentẽ. Nec iuſſa: voluntatem: vt ſupra Infandum regina iubes renouare dolorem. Aut certæ quę Iuppiter iuſſerat. Tranſcribunt vrbi matres: Romani moris verbum eſt. Tranſcripti enim in colonias deducebãtur. Vrbi: ad vrbem. Deponũt: quaſi de nauibus.

Trãſcribi

Animos nil magnę laudis egentes: aut Aeneas deponit eos qui nulla glorię cupiditate tanguntur. Aut hi qui erant tranſcripti ideſt matres & volentium multitudo deponunt animos ideſt ſubmittunt inertię. Robora nauigijs: melius ſic diſtinguit̃. Exigui numero: ſed bello viuida virtus. Trãſit ad rem a numero. Vrbem deſignat aratro: quem Cato in originibus dicit morem fuiſſe.

Vrbis cõditio.

Conditores enim ciuitatis taurum in dextrã vaccam intrinſecus iungebant & incincti ritu ſabino ideſt togę parte caput velati parte ſuccincti tenebant ſtiuam incuruam: vt glebę omnes intrinſecus euaderẽt. Et ita ſulco ducto loca murorum deſignabant: & aratrum ſuſpendentes circa loca portarum: vnde territorium dictum eſt quaſi terribouium: tritum bobus & aratro.

Territorium.

Regno troianus Aceſtes: ſuo nomine enim fuerat ciuitas appellata. Indicitq; forum ideſt tempus & locum deſignat agendorum negociorum: qui conuentus vocatur: indicit autem verbum iuris eſt: & per hoc potentem vult ſignificare ciuitatem. Et patribus dat iura vocatis. Dat condendi iuris poteſtatem his quos appellauerat patres: aut certe vocatis patribus iura diſtribuit.

Patres.

Hi autem: vt Salluſtius dicit: vel ætate: vel curę ſimilitudine patres appellati ſunt Senatores aũt alij a ſenecta ætate: alij a ſinendo dictos accipiunt: ipſi enim agendi facultatem dabant per ſenatuſconſultum.

Senatores.

Idaliæ cypriæ. Sacerdotes. Alij ad tumulum: alij verſo ordine ad templum referunt: vt lucus tantum tumulo detur anchiſæ vt inducite fontibus vmbras Paſtores: Nemora enim aptabant ſepulchris.

Iamq;



Iamq; dies epulata nouem gens omnis: & aris
Factus honos: placidi ſtrauerunt æquora venti
Creber & aſpirans rurſus vocat auſter in altum
Exoritur procurua ingens per littora fletus.
Complexi inter ſe noctemq; diemq; morantur
Ipſæ iam matres: ipſi quibus aſpera quondam
Viſa maris facies: & non tolerabile numen
Ire volunt: omnemq; fugæ perferre laborem:
Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis.
Et cōſanguineo lachrymās cōmēdebat aceſte.
Tres Eryci vitulos: & tempeſtatibus agnam
Cædere deinde iubet: ſoluitq; ex ordine funes.
Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ:
Stās celſa in puppi pateram tenet: extaq; ſalſos
Proijcit in fluctus: ac vina liquentia fundit.
Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntes
Certatim ſocij feriunt mare: & æquora verrunt.

¶ Viſa maris facies: vt Me ne ſalis placidi vultum. Vult autem iſtos aſpectum quoq; maris horrere. Fugę profectionis. Eryci: & tempeſtatibus: Bene iunxit: Procellæ enim aut de fluminibus aut de montibus quaſi περιωγαιασ dicuntur. Soluitq; ex ordine funes. Ordo eſt: iubet cædere

ex ordine

¶ Iamq; dies epula &c. Commemorat q̄uo ex tructa vrbe epulati ſunt ꝓfecturi cū permanētibus auſpicibus ceptorum operum operati ſunt erycięq; fratri ad nauigationem ꝓſperā habendam. Item ne odio æneę ſed diuturne nauigationis tedio: & iunonis ſuaſu eos qui vrbem ex poſcebāt id feciſſe putemus: dicit cū ab inuicē ſeparandi eſſent: quo tp̄e maxime viget amoris ignis: eos ipſosq̄ q̄ vrbē orauerāt nūc parato oēm fuge pferre laborē. De qua re cū Donatus aut interciderit: aut nihil dixerit. Ordo eſt. Iāq; ideſt & iam oīs gens. ſ. tam abitura q̄ permāſura epulata ſup. erat. i. cōuixerat: nouem dies: & honos factus ſup. fuit aris ideſt ſacrificatū fuit & venti placidi ſtrauerunt ideſt æquauerunt ęquora & auſter aſpirans creber ideſt crebro vocat. i. inuitat rurſus in altū. ſ. mare. Ingēs fletus exoritur p littora ꝓcurua: dū. ſ. alij ab alijs diſcederent: & ipſi cōplexi. i. complectentes inter ſe: moranī noctē & diem: ita q̄ diſcedere nequirēt Ipſe matres & ipſi. ſ. viri imbeciles aut ignauiores: qbus facies. i. aſpectus aut fractura & effigies ſeu ſpecies maris viſa eſt quondā aſpera: & quibus numen maris. i. quod mari p̄eſt: viſum ſup. eſt non tolerabile: qa toties pericula paſſi fuerant volunt iam ire. i. proficiſci cum alijs & perferre ideſt ad finem vſq; ferre: oēm laborem fuge. i. ꝓfectionis & ꝓfugij: quos. ſ. flentes & abire volentes ęneas bonus. i. clemēs & pius: ſolatur. i. cōſolatī: dictis amicis. i. amicabilibus & lachrymans cōmendat ſup. eos aceſte conſanguineo. Et iubet deinde. i. poſtq̄ eos conſolat⁹ fuerat: cedere ideſt mactare ex ordine ideſt rite eryci. ſ. fratri ſuo veneris filio: ſed vt prius dictum eſt meretricis: ꝓ deo tamen habito tres

vitulos

ASCEN.

Ordo.

vitulos & tempeſtatibus agnā; ſicut pri⁹ dictū eſt: Nigrā hyemi pecudē: zephyris fœlicibus albā: & iubet funes ſolui. ſ. ſacrificio peracto.. Ipſe q. ſ. rebus vilib⁹ intētus nō erat ſed eas imperauerat: euinctus caput. i. habens caput euinctū: folijs oliuę tonſę tenet pateram ſtans in celſa puppi: & pijcit exta. ſ. vitulorum: in fluctus ſalſos. i. mare: ac fundit vina liquentia ideſt pura & lympida. Ventus ſurgens a puppi. i. a poſteriori parte nauis: pſequitur euntes. i. pcedentes iam in nauigatione. Socij feriunt certatim ideſt cum certamine laudis: ꝙ optime. ſ. qſꝗ poteſt: mare: & verrūt. ſ. remis ęquora. i. maria plana & ęqua: hoc eſt remis & ventis operam nauant.

ex ordine ideſt rite peragi ſacrificium & ſic ſolui funem Sic in. vij. Phrigiamꝗ ex ordine matrem inuocat ideſt rite. Tonſæ oliuæ comptę minutis folijs. Procul: in prora. i. in parte extrema.

ſic Turbidus hic ceno: ꝑ qualitate inferni fuit natura aque turbida cenoſa odoris peſſimi: vt pote que eructaretur a Ceno. Portitor: is proprie eſt qui portum obſeruat: vt nullus eius iniuſſu in alienas regiones trãſeat. His igitur aquis tam male olentibus tam horridis aſpectu erat par cuſtos: nec diſſimilis loco & regioni. Stant lumina flam. inflexibiles oculi quaſi flammã emittebant. Sordidus. a. ſordidum erat velamẽ neq; tm̃ vt totum tegeret corpus & non fibula ſed nodo nectebatur. Ipe ratem: non agendi poteſtatem: ſed pœnam habebat quia multa ſimul officia implebat: nam dabat vela vectabat corpora ſubigebat ideſt non ſine labore agebat. Viridis: non propter colorẽ: ſed quę adhuc non parum de priſtinis tꝑibus retineret. Cruda & viridis: quia nondũ tendebat ad maturitatem. Iuuenes: qui adhuc ſuis cõmodis inſeruire patrię potuiſſent. Pueri & virgines. quos in ſpeciem poſteritatis ſeruande conuenerat in longũ ſenium perduci. Diſtinguit ſexus & ętates: vt oſtendat mortem oĩbus eſſe cõem: nec moriẽdi eſſe ordinem. Quam multa: ex hac cõparatione quanta fuerit turba: oſtendiẽ. Triſtis durus nunq; affabilis. Nũc hos: nam oẽs ſimul non poterat. Hęc ille. Ordo aũt eſt. Aeneas tre- Ordo. pidus. i. feſtin⁹ ſubita formidine corripit hic. i. hoc loco vbi nũc ſunt mõſtra ferrũ. i. enſem ferreũ & offert. i. obijcit veniẽtibus. i. ad ſe ꝓperantibus: aciem. i. acumen ferri: ſtrictã. i. euaginatam: & ni. i. niſi comes. ſ. ſibylla docta. i. perita rerũ infernarũ admoneat tenuis vitas. i. animas ſine corpe: vnde prius inania regna dixit: volitare ſub imagine caua. i. non habente corpa ſed ſimulachra dũtaxat atq; vmbras: forme. ſ. habẽtis corpa ipſe irruat. ſ. in ea monſtra & diuerberat ferro. i. enſe fruſtra vmbras qa non poſſunt contingi cũ nihil habeant ſolidi: hinc ſup. eſt eminet aut apparet: via quę fert. i. ducit ad vndas acherõtis: illius fluuij infernalis ſine lętitia dicti: tartarei. i. ad ꝓfunditatem infernalẽ tendentis: gurges. i. ꝓfundus vortex aquarum oĩa ingurgitans exiſtens turbidus ceno. i. luto turpi & voragine. i. ingurgitatione: vaſta. i. valde ampla: ęſtuat. i. æſtũ & feruorẽ ſuũ exercet hoc eſt ebullit hic. i. hoc loco ad quẽ accedunt: atq; eructat oẽm arenã: cocyto. i. in cocyton per ſtigen Charon portitor. i. tranſuector & magiſter portus horrẽdus terribili ſquallore. i. ſitu & immundicia: ſeruat has aquas & ſub hęc flumina cui. ſ. charõti plurima canicies. i. incana barba iacet inculta: mento. i. ꝑ mentũ: & cui lumina i. oculi' ſtant. i. horrẽt & arrecti ſunt flamma. i. igni emicanti: & cui amictus ſordidus more nautarum. dependet ex humeris: nodo. i. ꝑ nodũ quo connexus eſt. Ipſe. i. vt vulgo dicunt: in ꝓpria pſona: ſubigit. i. gubernat: cõto. i. ptica aut ſude ratẽ. i. ſcaphã qua aĩas traducit: & ſubuectat corpa. i. ſimulachra corporũ aut corporaviuorũ qñ adueniunt: cymba. i. nauicula ferruginea. i. ferruginei hoc eſt fuſci ſeu ſubnigri coloris exiſtens iam ſenior. i. plus q̃ illi officio conueniat ſenex: ſed ſenectus eſt cruda & viridis. i. perpetua & indefatigabilis deo. i. qa deus eſt. Omnis turba effuſa. ſ. e corporibus ruebat huc. i. ad hũc: ad ripas. ſ. matres atq; viri ideſt femelle & maſculi: ſed femellas quia imbecilliores prepoſuit vt viciniores orco: & corpora magnanimum pro magnanimorum herorũ: defuncta vita. i. quę iam expleuerãt officiũ vitę: hoc eſt ſimulachra eorũ & pueri & puelle innuptę & iuuenes impoſiti rogis ante ora parentũ. Per quod admonet iuuenes ne nimiũ cõfidãt annis: qa plures liberi a parentibus ſepeliuntur q̃ eos ſepeliant. Quã. i. q̃tum. multa folia cadunt lapſa. i. labentia in ſyluis: primo frigore. i. ꝑ frigus primũ: autumni: aut q̃ multe aues glomerantur ideſt in modũ glomeris aduoluunẽ ad terram ab alto gurgite. ideſt fluxu maris.

gu maris.vbi.i.quando annus ideſt tempus anni frigidus.i.frigidum fugat(ſup.aues:trans pontum. ad quęrendum.ſ.aerem tepidum aut temperatiorem:& immittit terris apricis.i.ſoli expoſitis vbi plus caloris eſt ꝙ vbi frequentes ſylue ſunt ſup.tam multi:ſtabant orantes tranſmittere ideſt vt poſſint tranſmittere primi:curſum:& tendebant ideſt extendebant ſupplicantium more:manus.ſ.ſuas amore ripe vlterioris:quia volebant tranſmitti ad locum ipſis debitū:ſed nauita.i.portitor charon:triſtis ideſt immitis:accipit nūc hos:nunc illos certo tñ iudicio aſt.i.ſed arcet alios.i.longe tenet alios ſubmotos.ſ.a cymba:lōge ſup.in arena.i.littore arenoſo:videlicet eos.q munus vite nō expleuerāt aut ſepulture honore ſecundū ethnicos caruerant.

ASCEN. ¶ Aeneas &c. Tangit ſubinde poeta philoſophorum de inferis opiniones. Quia enim piū eſt defunctorum cadauera ſepelire ne inſepulta relinquerentur dicit vmbras eorū qui ius ſepulture non obtinuerūt centū annos errare: id eñ eſt quaſi plenū vite tempus: nā ſi viginti anni vltra centū dent̄.decē primi vite anni ſunt quaſi inutiles,ꝑpter iſfantiā& decē vltimi ꝑpter delirationē decrepite ętatis quę ad infantiā redit.

DONA. Cetera cum ordine patebunt. Sed Donati verba ſunt. Breuiter: ne qua fieret rebus neceſſarijs mora. Certiſſima proles: natus ex homine non immerito paues:ſed nihil debes metuere: quia a dijs principiū ducis:Cocyti ſtagna:non auget moram quia reſpondet ad id quod non īterrogat:ſed minuit. Nā curat ne poſtea interroget. Stagnum igitur inquit cocyti habet nomen. Palus vero q ex ſuperfuſione aque efficit̄ ſtyx appellatur. nec indiget ꝓbatione ꝙ inſepulti nō tranſportent̄. qm̄ cernit ibi quos ſepelire non potuit. Quos ſimul a troia. reuocat in memoriā legenti qui iſti eſſent:& vbi:& quando & qua vi periſſent & ſimul ne quis daret vitio ęneę ꝙ ſuos nō ſepeliret:qm̄ ſepelire non potuit: In vndis nō effuſus in vndis:ne ſit vitiū in caſu:ſed effuſus cū in vndis eſſet. Hęc ille.

Ordo. Ordo aūt eſt: Aeneas(enim pro quia:miratus ſuppleerat &motus tumultu.i.multitudine aiarū tumultuoſe ad ſcapham ꝓperātium)ait o virgo dic:quid cōcurſus.ſ.animarū ad amnē vult.i.ꝑtendit:ve.ꝓ vel quid anime petunt:vel quo diſcrimine.i.qua differentia & diſcretione: hę.i. quędā ex illis:linquūt ripas quia vident ſe non poſſe tranſmitti: ille.i. alię verrunt remis.ſ. in ſcapha charontis dum charon gubernaculum tenet quę tranſmitti volunt remigiū ſupplent: vada liuida.i.ſubnigra cuius coloris eſt plūbū. Is eñ liuor dicitur vnde Amaſius poeta Tum ſuccos herbaſq; dedi quis liuor abiret. Quē facit impreſſo mutua dente venus. Sacerdos longeua.ſ.ſybilla cuius rationem aſſignat. Seruius:fata eſt olli ideſt illi:breuiter ſic. O generate Anchiſa.ſ.patre.certiſſima proles deum.i. deorum.ſ.ꝑ venerē matrē aut quia anchiſes quoq; per apotheoſim deus factus ſit tu vides alta.i. ꝓfunda ſtagna cocyti.i. illius fluuij infernalis & paludem ſtygiam.i triſtitie infernalis: cuius numen dij timent iurare& fallere:nō timēt iurare ſed iurare &fallere:hoc eſt peierare qa obligant ſe iurando ꝑ ſtygem ad triſtitiā q̄ dijs cōtraria eſt:hęc turba quam cernis. eſt ois.i. tota vel hęc ois ideſt tota turba quā cernis eſt inops i.ſine terra ꝙ ꝓ.i. inhumata hoc eſt inſepulta: aut poti⁹ inops.i.ſine ope&auxilio.hoc eſt pauper cula:nec(vt iuuenalis dicit)habet quē porrigat ore triētē veteres eñ ſupſtitioſi dabāt defunctis in ore trientem vt a charonte eo naulo traducant̄ quorū vero corpa interierāt in aquis quia ſepultura & naulo caruerunt putabantur centū errare annos,vnde dicit ille.ſ.horridus& incultus eſt charon portitor.i. portus obſeruator & trāſuector hi quos vnda vehit ſepulti ſuple ſunt nec dat̄.i. ꝑmittit̄ charonti licet velit tranſportare.ſ.alios ripas horrēdas nec fluenta ideſt flumīa rauca.i.reumata.aut rauce reſonā tia tranſportare

Aeneas(miratus enim motuſq; tumultu)
Dic(ait)o virgo: qd vult cōcurſus ad amnē: Aeneas.
Quid ve petūt animæ vel quo diſcrimīe rippas
Hæ linquunt: illæ remis vada liuida verrunt:
Olli ſic breuiter fata eſt longæua ſacerdos. Poeta
Anchiſa generate deum certiſſima proles. Sibylla.
Cocyti ſtagna alta vides: ſtygiamq; paludem.
Dij cuius iurare timent & fallere numen.
Hæc oīs quā cernis inops inhūataq; turba eſt:
Portitor ille charō: hi quos vehit vnda ſepulti
Nec ripas datur horrendas: nec rauca fluenta
Tranſportare: prius q̄ ſedibus oſſa quierunt.
Centū errāt annos: volitātq; hæc littora circū:
Tum demū admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt.
Conſtitit Anchiſa ſatus: & veſtigia preſſit Poeta.
Multa putans: ſorteq; anio miſeratus iniquam
Cernit ibi mœſtos: & mortis honore carentes
Leucaſpim: & lyciæ ductorē claſſis Orontem.
Quos ſimul a troia ventoſa per æquora vectos
Obruit auſter: aqua inuoluens nauēq; viroſq;:
Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat:
Qui libyco nuper curſu: dum ſydera ſeruat
Exciderat pupi medijs effuſus in vndis.

SER. ¶ Aeneas:ordo eſt ęneas ait dic virgo:Cętera ꝑ parentheſim ſunt. Diſcrimine:differētia. Linquūt redeūtes nō tranſeūtes. Liuida.nigra nā liuidū.i. iuidū nō niſi apud neotericos inuenies Luc. Liuor edax tibi cūcta negat. Licet Ouid. dixerit. Liuor edax vitium mores nō exit in altos. Longeua Apollo ſibyllā pie dilexit:& poſcēdi qd vellet arbitriū dedit.illa hauſit harenā manibus: & tā longā vitā popoſcit. Id Apollo poſſe fieri rñdit ſi erythręā inſulā relinqueret illā nunq; reuiſura Venit ergo cumas: vbi corpis virib⁹ deſertavit ā in ſola voce retinuit. Hoc intelligētes eius ciues ſiue inuidia ſiue cōmiſeratione moti epiſtolā miſerunt creta antiquo more ſignatā. At illa viſa terra patria in mortē reſoluta eſt Vñ ſunt q dicāt hanc eſſe q̄ romana fata ſcripſit: ꝙ incēſo apollinis tēplo inde Romā illati ſunt libri:,vnde hęc fuerat. Certiſſima ꝓles: cū ſubire iferos potuerit. Multi eñ ad gl'iam ſibi gen⁹ fingūt vt Romulus ex Marte. Alexander ex ioue hāmone:ſic de hercule Salue vera Iouis ꝓles. Fallere numē:ſiue ꝑpter victorię fauorē Stygis filię: nā ſtatuit iuppiter ſi qs fefelliſſet ei⁹ numē vno anno & nouē dieb⁹ ambroſia & nectare priuaret̄:ſed rō eſt ꝙ ideo ꝑ ſtygē dij iurāt qa triſtitia cōtraria eſt ęternitati. Inops inhumata Duo dicit:ꝙ neq; legitimā hēt:nec ymaginariā ſepulturā. Inopē eñ dicit ſine pulueris iactu:nā ops terra eſt:iops ſine terra ſine humatiōe. Vult aūt oñdere tm̄ valere inanē q̄tū plenā ſepulturā: Nā & Deiphobi vmbra trāſuecta eſt. cui Aeneas cœnotaphiū fecit:vt tūc egomet tumulū rhetheo in littore

in littore inanē Conſtitui. Bene aūt ſepultos.i.fletos Nā ſine fletu ſepultura nō eſt.vñ legimus ihumata infleta ꝗ turba:facit ſupradicta flumia trāſire:qbus luctus nomen impoſuit.Centū aūt annos:ideo dicit qa illi ſūt legitimi vitę humanę:qbus cōpletis pōt aīa tranſire ripas.i.ad locum purgationis venire:vt redeat rurſus ī corpora.Sane ſciendū:qa cū terrā dicimus hæc ops facit:ſi nymphā dicimus hæc opis:ſi diuitias hę opes nūero tm̄ plurali.Rauca fluentia:aut reumata.i.ęſtuaria dicit aut bn̄ pluraliter: quia de tribus loquiť.Sedibus oſſa quierūt.i.priusq̄ corpus in naturā ſuā redeat.i.ī terrā.Stagna exoptata reuiſit Lethei.ſ.fluminis Veſtigia preſſit cogitatiōe.ſ.tardatus. Putans reputās cū aīo ꝑtractans.Sorteꝗ aīo miseratꝰ ini. iniqua em̄ ſors eſt puniri ꝓpter alterius negligentiā: nec enim qs culpa ſua caret ſepulchro.Bene autē aīo q̄ſi rei præſago vt alibi:Præſaga mali mens.Ipſe em̄ ęneas īſepultus iacebit:vt mediuſꝗ ihumatus harena.Mortis honore:ſepultura:vt quiſqs honor tumuli.Ductorē claſſis: apertū exemplū claſſem etiā dici vnā nauē.Nam legimꝰ vnam q̄ lycios fidūꝗ vehebat Orontē Auſter.hic diſtinguendū.Seſe agebat:ſeſe agere eſt ſine negocio incedere. Qui lybico nuꝑ curſu:bn̄ lybico.Nauigatio em̄ non ab diuerticulo:ſed ab intētiōe accepit nomē.Effuſus ī vndis Sarchaiſmos eſt Quāq̄ Donatꝰ eſſe ordinē velit:dū ſeruat ſydera in vndis medijs.

tia tranſportare dicit prius q̄ oſſa quierūt ſedibus.ſ.ſuis:hoc eſt buſtis aut ſepulchris.Ipſi ſup.inſepulti errant centū annos.ſ continuos quod dixi ſpaciū legitimū vite:& volitāt.i.p̄cipitāter voluunť circū hec littora.tū.i.deīde admiſſi.ſ.in ſcapham:demū.i.tandē ſ.poſt lōgam expectationē:reuiſunt ſtagna exoptata. ſcilicet lethes ꝑ quā obliuionē maloꝝ ībibūt Satus.i.ꝓgenitus:anchiſa.ſ.eneas:conſtitit.ſ. cogitabūdus:& preſſit veſtigia putās.i.reputans aīo multa:& miſeratus aīo ſortē iniquā. ſcilicet eoꝝq ꝓpter carentiā ſepulchri illic vagabanť cū multi ſua culpa nō carēt ſepultura: nec ſuis merits obtinere poſſent:& eſt p̄ſagiū future mortis:qa etiā eneas in numico ſubmergēdus ſepultura cariturus eſt:iuxta īprecationē didonis ī quarto.Sed cadat añ diē mediaꝗ ihumatus harena&c.miſeratus ergo ſortem iniquā cernit ibi leucaſpim & orontē ductorem claſſis lycie(de qua ī primo.Vnā q̄ lycios fidūꝗ vehebat orontē.de leucaſpi autē Excutiť ꝓnuſꝗ magiſter voluiť ī caput)meſtos & carētes honore mortis.i.qui impēdiť mortuis.ſ.ſepulture quos vectos a troia ſimul ſcilicet cū enea:ꝑ eq̊ra ventoſa auſter.i.ventꝰ ſpecies pro genere:obruit aqua& ita nō erant ſepulti.nec licet cenotaphiū fecerit profuit.vnde dixit:nec iam exaudire vocatos inuoluens ſcilicet auſter ꝑ aquā & nauē & viros.Ecce.q.d.preter opi.Palinurus gubernator.ſ.olim dū vita manebat:agebat. ideſt impellebat ſeſe ad eneā.qui exciderat nuper.i.paulo ante puppi.i.e puppi curſu.ideſt in trāſcurſu: libyco ideſt facto ex libya per ſiciliā tamen exciderat dicit:dū ſeruat.ideſt ſeruaret ſydera:quia dictum eſt oculoſꝗ ſub aſtra tenebat.effuſus.ſ.in mare.exiſtens ſup.in medijs vndis.ideſt dū eſſet in medio vndarū: tantum ab vno littore q̄tum ab altero & ita vſus eſt ablatiuo:quia ſi e naui effuſum in aquas conſtruxerit:dixerit in vndas.

Hunc vbi vix multa mœſtū cognouit ī vmbra
Aeneas. Sic prior alloquitur quis te Palinure deorū:
Eripuit nobis:medioꝗ ſub æquore merſit:
Dic age:nāꝗ mihi fallax haud ante repertus:
Hoc vno reſponſo animū deluſit Apollo:
Qui fore te ponto incolumē:fineſꝗ canebat
Venturū auſonios:en hæc ꝓmiſſa fides eſt:
Poeta. Palinurꝰ. Ille autem neꝗ te phœbi cortina fefellit
Dux anchiſiade:nec me deus æquore merſit:
Namꝗ gubernaclū multa vi forte reuulſum:
Cui datus hærebam cuſtos curſuſꝗ regebam:
Præcipitans traxi mecum.maria aſpera iuro:
Non vllo pro me tantū cepiſſe timorem:
Quā tua ne ſpoliata armis excuſſa magiſtro:
Deficeret tantis nauis ſurgentibus vndis.
Tris notus hibernas īmēſa ꝑ æquora noctes
Vexit me violentus aqua:vix lumine quarto:
Proſpexi Italiam:ſumma ſublimis ab vnda:
Paulatim adnabam terræ:iam tuta tenebam:
Ni gens crudelis madida cū veſte grauatum
Prenſantēꝗ vncis manibus capita aſpera mōtis
Ferro inuaſiſſet.prædamꝗ ignara putaſſet

¶ Hunc vbi vix multa &c.Recitatꝰ v̄ba enee ad palinurū & palinuri ad eneā reſpōſiōe:vñ ſunt Donati explanatōes huiuſmodi. ASCEn. Multa vm.hoc excuſat ꝙ amicū nō ſtatim agnouerit Qui fore te pōto nihil dixerat de palinuro DONA. Apollo:ſed tacendo de ſuis aduerſis boni aliquid promiſiſſe vr̄.Deus cognouit vim illā eſſe diuinā ſed qs deꝰ fuerit ignorat.qa nō vidit niſi phorbātē. Vi reuulſum oñdit ꝓ viribus pugnaſſe.vt excuſet factū.Capita aſpera. aſpera ſaxorū q̄ ex mōtis radicibꝰ veluti capita in mare extāt.Verſant ī littore.ne ī ꝓfundo eſſe videreť.Per iocundū.qa apud inferos nō eſt iocūdū.quaſi dicat ad id qđ cupis remeare Per genitorē.cuiꝰ cauſa tot ſubis labores.Malis his.captat hic cōmiſerationē.Inijce terram oſtendit facilitatē.Portuſꝗ require velinos.remouet laborē querēdi. Aut tu ſi qua via eſt. oſtendit illū poſſe & qa tanto vir eſt corporis robore & animi īgenio qa natꝰ ex dijs.Quia Venerē matrē habet.qa ipſi maiora dij cōceſſerunt quando vomenti hūc deſcēſum ꝑmiſerūt.hec ille.Ordo eſt.Aeneas alloquiť prior ſcilicet q̄ ille loquereť hunc.ſ.palinurū.vbi.i. poſtq̄ agnouit ſup.eū vix.i. cū ſūma difficultate.qa meſtū.i.meſtitie ſigna habentē.ī multa vmbra.O palinure qs deorū eripuit te nobis.& merſit te ſub eq̊re medio age.i. agedū dic ſup id mihi:nāꝗ pro qa apollo haud.i.nō repertus mihi.i.a me añ.i.prius.fallax.i. mendoſus aut deceptoriꝰ deluſit.i.decepit.animū hoc vno.ſ.reſpōſo q canebat(qđ catatoſiopetenon intelligiť.id aūt fit qñ ꝑ id quod ſequitur.intelligiť tacitū aliqd p̄ceſſiſſe vt hic. Nam nuſq̄ legiť apollinē ꝓmiſiſſe enee ꝙ Palinurus ad italiā ꝑueniret.ſed qa id ꝓmiſſum dicit multa ītelligemus ꝓmiſſa & dicta q̄ nō ſunt ſcripta ī libro hoc)te fore.i.futurū eē īcolumē.ideſt ſaluū & ſuperſtitē.ponto.i.mari & venturꝫ ſup.ad fines auſonios.i.italicos promiſſos

miſſos ab apolline:vñ Helenus ĩ.iij. Auſonie
pars illa ꝓcul quã pandit apollo.cn.icuſandi
modo aduerbiũ idq; ĩ appollinẽ.hec eſt fides
promiſſa: Aũt ꝓ ſed.ille.ſ.palinurus ſup. ait
aut reſpondit.O dux anchiſiade.i.ab anchiſa
genite:neq; cortina.i.loc⁹ſecretior vnde phe=
bus reſpõſa dabat phebi.i.apollinis fefellit te
nec deus merſit(deus tñ ſomn⁹ deiecit eũ)me
equore.i.mari:nã ego p̃cipitãs.i.p̃ceps cadẽs:
aut ſup.me p̃cipitãs:ſed neutrũ dicit: qa neq;
deum icuſare voluit neq; mẽtiri: traxi mecũ
gubernaclũ.ꝓ gubernaculũ:reuulſũ forte mul
ta vi:cui.ſ.gubernaculo ego dat⁹ cuſtos.ſ.na
uis:herebã.i.adherebã&regebã curſ⁹.ſ.nauiũ
ego iuro maria aſpa(iuramẽtũ q̃drãs naute)
me nõ cepiſſe vllũ tm̃.i.tã magnũ timorẽ ꝓ
me.i ꝓ ſalute mea:q̃.i.q̃tũ ſup.ceperim ne na
uis tua ſpoliata armis.i. gubernaculo:& ex=
cuſſa magiſtro.i.gubernatore hoc eſt habens
gubernatorẽ excuſſũ & bñ excuſſũ: qa nauis
dicit̃ a plauto ligne⁹ equ⁹:deficeret.i.periret:
aut periclitaret̃:tãtis vndis ſurgẽtib⁹ quãtas
ſ.opinat⁹ erat palinurus ſurrecturas vñ nuſq;
amittebat oculos qa noluit cõfidere monſtro
i.mari mõſtroſo vt dictũ eſt ĩ quito:ſed ſereni
tas inducta erat p neptũnũ p̃cib⁹ veneris:quã
rem neſciuit Palinur⁹ cũ eã poeta muſa reue=
lante nõ ignoraret:Notus.i.vent⁹ ille pluuio
ſus q poſtea ortus eſt:hoc eſt auſter.ſic em̃ lati
ne dicit̃ q grece notus:vexit: ſup.me tris no=
ctes.ſ.totas:p eq̃ra imenſa:exiſtẽs violẽt⁹ aq̃.
(Iterũ q̃ras q ſint ille noctes nã videt̃ vna no
cte eneas Cumas appulſus poſtq; effuſus erat
palinurus:&ſtatim acceſſiſſe ſibyllã.vñ ergo
tris noctes.ſed dicemus abſũptas eſſe interea
dum eneas ramũ inq̃reret& ſocij pyrã iſtrue=
rent & exequie fierent:& ſacrificia ꝓ deſcẽſu
ad inferos fierẽt:& dũ deſcẽderẽt etiã plures
poſſe trãſactas eſſe noctes)Ego vix.i. cũ dif=
ficultate ꝓſpexi quarto lumine.i.die italiam
exiſtens ſublimis:ab vnda ſũma q̃ i medio cũ
ſit ſpherica altior eſt:&ego adnabã paulatim
(quia fret⁹ erat gubernaculo)terre.i.ad terrã:
& ego tenebã iã tuta.ſ.loca hoc eſt vbi ſaluus
eſſe poterã(& ita ver⁹ erat apollo nec ſubmer
ſus erat ſed vt dicet̃ occiſus)ni.i.niſi gẽs cru
delis.i.ĩhumana:ĩuaſiſſet ferro.i.aut cõto fer
rato aut enſe ſup.me grauatũ cũ veſte madi=
da:&prenſantẽ.i.prẽdere tẽtantẽ manibus vn
cis.i.ĩcuruis:& ĩ vncũ curuatis:capita aſpera:
i.rupẽ mõtis.ſ.ſaxoſi:& niſi ipſa ignara: pu=
taſſet ſup.me predã.i.habere qđ p̃daret̃. Flu=
ctus habet nũc me.i.corp⁹ meũ nã ip̃e loq̃bat̃
cum enea ſed ĩ vmbra: nã corpus erat ĩ fluctu
verum vt Auguſtin⁹ docet dũ veſtis aut mẽ
brum noſtrũ p̃cutit̃ dicim⁹ nos p̃cuti. Volue
runt tñ veteres corpus ꝓprie eſſe noſtrũ:cũ in
ipſum ſolum habeam⁹poteſtatẽ.nã aia inq̃t
vniuerſalis eſt vita ĩ oĩbus corporib⁹ vt etiã
Auerrois licet erroneũ ſit meminit ĩ cõmenta
rijs.Beatus aũt Auguſtin⁹.in.xix.de Ciuitate
dei querit an aĩa ſola an corp⁹ ſit homo. Alij
enim dicebãt animã ſolã eſſe hoĩem:Vñ Pla
to dicebat hominẽ nõ eſſe ꝙ digito mõſtrari
poteſt.ſicut ergo eques ꝓprie nõ dicit̃ equus
ſed hõ tm̃:nec tñ homo dicit̃ eques niſi ſit in
equo : ſic aĩa tm̃ dicit̃ homo:ſed nõ niſi ſit in
corpore. Alij aũt cõtradicebãt corpus eſſe ho
minẽ auctoritate homeri q dicebat heroũ ani
mas receſſiſſe a corpore ꝙ ſolũ maneat : ſicut
poculũ dicit̃ tm̃ mõ vas ſed tñ ſi potũ aliq̃n cõ
tineat:ſic corp⁹ eſt ſolũ hõ dũmõ aĩam tenet.

Nũc me fluctus habet:verſantq; ĩ littore venti:
Quod te per cœli iucundũ lumen:& auras:
Per genitorẽ oro:per ſpes ſurgentis Iuli:
Eripe me his inuicte malis:aut tu mihi terram
Inijce(nãq; potes)portuſq; require velinos:
Aut tu ſi qua via eſt:ſi quã tibi diua creatrix
Oſtendit(neq; enim credo ſine numine diuũ
Flumina tanta paras ſtygiãq; innare Paludẽ)
Da dextrã miſero:& tecũ me tolle per vndas:
Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcã.

¶Multa mœſtũ.cognouit in vmbra:prudẽtiores dicũt
animas recedẽtes a corporib⁹ ſordidiores eſſe donec pur
gẽt̃ q̃ purgatę ĩcipiũt eẽ clariores. Vñ paulo poſt Donec SER:
longa dies p̃fecto tp̃is orbe concretã exemit labẽ purũq;
reliquit Aethereũ ſenſum atq; aurai ſimplicis ignẽ.i. no
vrentis vt eſt ſol.Inde eſt ꝙ aliæ aiæ lunarẽ circulũ: aliæ
ſolſtitialẽ retinere dicunt̃ ꝓ modo purgatiõis:Recte ergo
palinurũ obſcura vmbra circũdatũ dicit & vix agnitum
quia nec ad loca quidẽ venerat purgatiõis.ſic &de Dido
ne Agnouitq; p vmbrã obſucra. Quis deorũ.gręce. τισ=
θεου. Nobis : nã gubernator cõmuni perit periculo. Sub
æquor.merſ.Thmeſis ſubmerſi ęquote: Venturũ. κατα=
τοσιωϖετεɥου intelligim⁹. Cortina:vel ꝙ cor teneat:vel
ꝙ tripos ſeptus erat corio ſerpentis:vel quia κορηυτειɥει.
ideſt extẽdit puellã:vt maiorq; videri.Nec me.hic diſtin
guendũ ne ſit cõtrariũ.Nam eũ ſõnus deiecit:q̃q̃ alij fru
ſtra dicãt ꝙ credebat Phorbantẽ cũ extictis diuinãdi ſit
conceſſa licẽtia:vt iã nũc ſciat ſomnũ fuiſſe.Gubernacu=
lum:vt ſit veriſimile ꝙ venerit ad italiã: Præcipitãs: dũ
præcipitarer.Iuro aut execratio:aut quaſi nauta iurat.p
maria Spoliata armis:p dito gubernaculo.Excuſſa magi
ſtro.noue dictũ de qua fuerat excuſſus magiſter.Surgen=
tibus vnds:ſignificat fuiſſe pelagus timens. Nam tẽpe=
ſtas fauente Neptũno nõ erat:nec de æneę peritia dubita
uit ſed propter perditũ gubernaculũ:Hibernas:aſperas&
rettulit ad effectũ nauigãtis. Adnabã:&hic diſtingui põt
adnabam terræ.Gens crudelis:lucanorum & dicit eum a
velienſibus interemptũ:vt portuſq; require velinos: ſed
velia quo tempore æneas in italiam venit nondum erat:
quæ anticipatio ſi a poetæ perſona fit:eſt tolerabilis:ſi p
alium eſt vitioſa:ſed Palinuro diuinandi ſententiã dat
quaſi ab vmbra ſit dictum. Velia autẽ dicta eſt a paludi
bus quibus cingitur:quas græci ελη dicunt. Fuit ergo he
lia]:ſed accipit digamon vt henetus venetus. Montis:
ſaxi alibi contra:Saxi de vertice paſtor.i.montis:itẽ fert̃
in obruptũ magno mons iprobus actu ꝓ ſaxo: Nam iſta
reciproca ſunt. Me fluctus habet: quia ſecundũ philoſo=
phos corpus ſolum noſtrũ eſt quod nobiſcũ oritur nobi
ſcum moritur. Anima enim generalitatis eſt & ideo non
eſt noſtra:vt etiã in alia corpora plærumq; trãſeat. Eripe
me.corpus meum quod eſt hominis propriũ. Eſt autem
Home.αυτουσ Δελωρια τρεχε κυɥεσιν.Cœli iucũdũ lumẽ
bene iucundũ addidit.Eſt enim etiam apud inferos: ſed
non iucundum.His inuicte malis:qui inferos ſubire po=
tuiſti.His autem ac ſi diceret quæ cernis. Terram inijce:
bene autem maius petijt vt vel hoc ipetraret. Terræ aũt
iniectio ſecundum pontificalẽ ritum poterat fieri:&circa
cadauer &circa abſentium corpora quibuſdam ſolenni
bus ſacris. Namq; potes:quia vbiq; eum rerum diuina=
rum inducit peritum. Si qua via eſt:ſi eſt vlla ratio. Di=
ua creatrix:rerum omnium generaliter. Innare. nauigare
more ſuo. Da dextram:da auxilium. vmbra enim nunq̃
tenetur:vt Ter fruſtra comprenſa manus effugit ima=
go:quieſcam ſaltem in morte. Nam nautæ ſemper va=
gantur.

Alij rectius vtrūq; definiunt hominē:quia fide credim⁹ quoniā anima rationalis &caro vnus eſt homo.
Et ſicut in definitione hominis erat controuerſia ſic etiam in ſummi boni. Alij enim vt Stoici ponūt in
anima.ideſt in virtutibus eius. Alij vt Epicurei in voluptate corporis potiſſimum:alij vt Peripatetici in
vtroq;:ſed finem facio)fluctus ergo habet me.ideſt corpus meum:cum hic tecum vmbra mea loquatur
aut ſimulachrū quia vmbra corpus ſequitur:& venti verſant me.ideſt corpus meum in littore: ad quod
ſcilicet cadauer appulſum erat. Quod.i.quocirca.ego oro te per lumen celi iocundum.ſ.tibi:&per auras
ſcilicet vitales quas adhuc carpis: & per genitorē & per ſpes(quia in puero preter ſpem adhuc nihil erat)
iuli.ideſt aſcanij:ſurgentis.i.creſcentis in annos & virtutes:o inuicte.i.voti tui vbiq; cōpos eripe me his
malis ſcilicet que vides me pati & paſſurū quia ſepultura careo:aut tu inijce mihi terrā.i.fac cenotaphiū
ideſt inane ſepulchrū namq; pro quia tu potes.i.pmiſſum eſt id tibi.& require portus velinos.i.q poſtea
velini dicentur(Nam tempore Tulli ſexti regis Romanorū venerūt greci qui veliā in italia : maſſiliāq;
in Gallia conſtruxerūt que velia prius helya dicta eſt vt dicit Strabo:iuxta hanc autē eſt Palinurus pro≈
montorium a Palinuro denominatū.Eſt ergo vitioſa prolepſis.i.preceptio nominis anteq; impoſitum
eſſet:que quia a poeta non fit ſed a Palinuro vitioſa eſt:nec purgatur ſi dicat palinuri vmbrā aut manes
iam corpe nudatos id ſciſſe:qa fruſtra tn̄ iuberet Aeneā reqrere portus velinos q eo tūc velini nō dicebāt
& quos qrenti nemo mōſtrare potuiſſet. voluit ergo Higin⁹ authore Gellio li.x.ca.xvi.hūc locū eſſe cor
rigendū & correptū fuiſſe ſi ſupuixiſſet poeta. Verba Auli Gellij qa lectiōe digniſſima ſūt:ſtati ponem⁹)
Aut igit̄ inijce terrā faciēdo inanē ſepulturā & reqre eos port⁹ q poſtea velini dicent̄:&cōde cadauer meū
Aut ſi qua.i.aliqua via.i.ratio aut mod⁹faciēdi eſt quā viā diua creatrix.ſ.rerū & mater tua. Ven⁹oñdit
tibi(Neq; em̄ credo.i.credo em̄ ꝙ nō paras.i.tētas:innare tāta flumia & paludē ſtygiā:ſine numie.i.nutu
& volūtate atq; auctoritate diuū.i.diuorū:ſi ergo aliqua via tibi oſtēſa eſt qua id facere poſſis)da miſero
ſ.mihi dextrā & tolle me tecū p vndas vt ego ſaltē ī morte.q.ſ.in vita nūq; qeui qeſcā ſedibus placidis.ſ.
in cāpis elyſijs. Verba Auli Gellij dicto loco ſūt hec. Rephendit Higinus Vergiliū correcturūq; eū fuiſſe
exiſtimat:quod ī lib.vi.ſcriptū eſt. Palinur⁹ eſt apud īferos petēs ab Aenea vt ſuū corp⁹ reqrendū & ſepe A.GEL.
liendu curet. Is hec dicit. Eripe me his unuicte malis aut tu mihi terrā Inijce(nāq; potes)portuſq; require
velinos. Quo inqt modo aut Palinur⁹ nouiſſe:aut noīare potuit port⁹ velinos:& eneas ex eo noīe locū
inuenire:quū Velia oppidū:a q̊ portū:q ī eo loco eſt velinū dixit Seruio Tullo regnāte Rome poſt annū Velinus
amplius ſexcēteſimū q eneas ī italiā venit cōditū ī agro lucano:& eo noīe appellatū eſt. Nā q ab Harpa≈ portus.
lo inqt regis Cyri pfecto ex terra phocide fugati ſūt:alij veliā parti maſſiliā cōdiderūt: Inſcitiſſime igit̄
petit vt eneas portū velinū reqrat:quū id nomē eo tpe fuerat nuſq; gētiū:neq; ſimile iqt illud videri de
bet:qd̓ eſt ī prio carmie. Italiā fato pfugus:lauinaq; venit. Littora:aut qd̓ eq̄ eſt ī.vi.lib. Chalcidicaq; le≈
uis tādē ſupaſtitit arce. Q m̄ poete ipi qdā κατα προληψιν.i.per anticipationem hiſtorie dicere ex ſua p≈
ſona cōcedi ſolet. Que acta ipe poſtea ſcire potuit ſicut Vergilius ſciuit de lauinio oppido:& de colonia
chalcidēſi.ſed palinur⁹ q potuit id inqt ſcire:ea q̄ poſt āños .Dc.facta ſūt:niſi qs eū diuinaſſe apud īferos
putat:pinde vt aie defunctoꝝ ſolet. Sed & ſi ita accipias:q̄q̄ nō ita dr̄ Aeneas tn̄ q nō diuinabat:q̄ pacto
potuit reqrere portū velinū: cui nomē tūc ſicuti dixim⁹:nullū vſq; fuit. Itē hoc q̄q; ī eodē libro rephēdit:
& correcturū fuiſſe Vergiliū putat niſi mors occupaſſet. Nā quū Theſea:inqt iter eos noīaſſet:q ad īferos
adiſſent:ac rediſſent dixiſſetq;. Quid theſea: magnū qd memorē Alcidē: & mi gen⁹ ab ioue ſūmo eſt po
ſtea in̄ refert:Sedet eternūq; ſedebit infelix Theſeus: Qui aūt inqt fieri pōt vt eternū apud inferos ſedeat
quē ſupra cū ijs noīat q deſcēderint illuc:atq; inde rurſum euaſerit:pſertim cū ita ſit fabula de theſeo:atq;
ſic Hercules eū euellerit e petra & ī lucē ad ſuperos eduxerit. In his q̊q; ꝟſib⁹ erraſſe Vergiliū dicit:Eruet
ille argos:agamēnoniaſq; micenas. Ipſumq; eacidē genus armipotētis achilli. Vltus auos troie: tēpla &
temerata minerue. Confudit inqt & pſonas diuerſas & tpa.nā neq; eodē tpe:neq; eoſdē p hoīes cū achcis
& cū Pyrrho bellatū eſt Pyrrhus em̄ quē dicit Aeacidē:de epyro ī italiā trāſgreſſus cū romanis depugna≈
uit:aduerſus Maniū Curiū in bello ducē. Argiuū aūt bellū.i.achaicū multis poſt annis a.L. Munio impe
ratore geſtū eſt:poteſt inquit igit̄ medius eximi verſus:qui de Pyrrho iportūe imiſſus eſt:quē Vergilius
proculdubio exempturus inquit fuit.

Poeta. Talia fatus erat:cœpit cum talia vates:
Sibylla: Vnde hæc o Palinure tibi tam dira cupido:
Tu ſtygias inhumatus aquas: amnēq; ſeuerū
Eumenidū aſpicies: ripam ve iniuſſus abibis:
Deſine fata deum flecti ſperare precando:
Sed cape dicta memor duri ſolatia caſus:
Nam tua finitimi longe lateq; per vrbes
Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt.
Et ſtatuēt tumulū:& tumulo ſolēnia mittent:
Aeternūq; locus Palinuri nomen habebit.
Poeta. His dictis curæ emotæ: pulſuſq; parumper
Corde dolor triſti: gaudet cognomine terra:
❡Ergo iter inceptū pagūt:fluuioq; ppinquāt:
Nauita quos iā inde vt ſtygia pſpexit ab vnda
Per

❡Talia fatus erat:cepit cū talia vates:Reci≈ ASCEn.
tat quomodo repreſſa ſit auiditas palinuri ſer
mone Sibylle:&quomodo ad charontē per≈
uenerint:&quomō ipſos allocutus ſit:de qb⁹
omnibus dicit Donatus ſic. Cepit cum talia
vates. Reſpondet ſibylla cui leges īferorū no DONA.
tiores eſſent. Fata:fatum dixit iudicatū cuius
firmitas moueri non poſſit. Nec ve.alci. dat
exempla eorū q apud inferos illicita cōmiſiſ≈
ſent ſub occaſione ꝙ deorū originē ducerēt:
Tartareū vna iniuria priuare omnes inferos
ſuo cuſtode. Ipſius aſo.alia ipſius regis iniu≈
ria:Trementē:iniecit timorem Hercules illi
qui neminē timuit. Hi dominam ditis peius
conati ſunt q̄ hic.loca ſunt accuſatiōis facere
vim vxori aliene. Vxori regis & pſentis ipſi
quoq; regine & hec a pſona:a loco ꝟo de ipo
thalamo quē noſſe preter maritū neminē li≈
cuit. A tacto abſtrahi quē honeſte tangere nō
licuit. Hec ille. Ordo eſt. Palinur⁹ ſupple erat
fatus talia tunc ſupple cum vates: ſcilicet ſi≈ Ordo.
bylla cepit:ſcilicet fari talia:ſcilicet qualia ſe
quūtur. O palinure: Vnde ſupple orta eſt: aut
venit tibi hec tā dira.ideſt execrabilis quaſi
ex deorū ira cupido: Tu:ideſt putas ne ꝙ tu



quaſi dicat viliſſimus q neq; de genere deorũ es:neq; heroica virtute p̄ditus.& in ſup inhumatus.i.inſepult⁹ aſpicies aquas ſtygias trãſfretando.ſ.eas:& amnẽ ſeuerũ.i.triſtẽ& rigidum.Eumenidũ.i.circa quẽ habitant Eumenides.i.furię. Et iniuſſus.i.ſine iuſſu deorum abibis:ſcilicet a loco tibi deſtinato per centũ annos:ripam.i.ad ripam vlteriorẽ; quaſi dicat id fieri nõ poteſt.Et ideo deſine ſperare fata.ideſt decreta deũ.i deorũ:flecti.i.quod flectantur aut flecti poſſint:precando.i.per preces tuas.Sed cape memor dicta.i.verba mea ſolatia.ideſt que ſint ſolatia caſus duri.i.immutabilis ac irremediabilis.Nam finitimi.ſ.eius loci vbi corpus tuũ inſepultũ iacet: acti.ideſt impulſi longe & late p vrbes. prodigijs ideſt oſtentis celeſtibus.i. de celo veniẽtibus vnde peſtis immitetur: piabunt.i.purgabũt oſſa tua:& ſtatuent: ideſt conſtituẽt tumulũ ideſt ſepulchrum:& mittent:ſolennia:ſcilicet ſacra funebria tumulo:ſcilicet tuo: & loc⁹ habebit eternum:ideſt in eternũ vt ſit aduerbiũ nomen

Per tacitum nemus ire:pedẽq; aduertere ripæ:
Sic prior aggreditur dictis:atq; increpat vltro.
 Quiſq́s es armatus q nr̃a ad flumina tẽdis: Charon:
Fare age q̇d venias:iãq; iſtinc cõprime greſſus:
Vmbrarũ hic locus eſt:ſomni noctiſq; ſoporæ.
Corpora viua nephas ſtygia vectare carina.
Nec vero alciden me ſum lætatus euntem
Accepiſſe lacu:nec Theſea Pirithoumq;:
Dijs q̃q̃ geniti:atq; inuicti viribus eſſent:
Tartareum ille manu cuſtodẽ in vincla petiuit:
Ipſius a ſolio regis traxitq; trementem:
Hi dominã ditis thalamo deducere adorti.

❡ Vnde hęc o palinure tibi tã dira cupido.Dira ex deorum ira veniẽs aut magna:Iuxta illud in nono hui⁹ Sua cuiq;

cuiq; deus ſit dira cupido. Seuerũ: triſtẽ & ſunt reciproca Eumenidũ: circa quẽ habitãt eumenides. Eumenides dictæ Nam ευμενεισ beniuolus eſt ꝙ minime ſint beniuolę per antiphraſim figurã. Ripam abibis: vt abeo ĩ thuſcos. Alij habent adibis. Fata quæ ſemel decreuerunt & locutus ſecundũ epicureos: qui dicunt. Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira: Duri impoſſibilis ad imitationem longe lateq;: de hiſtoria eſt. Lucanis enim peſte laborantibus reſpondit oraculum manes Palinuri eſſe placãdos quã ob rem haud procul a velia & nemus ei dederũt & cœnothaphium. Prodigijs cœleſtibus: & peſtilentiam & oraculum compendioſe tangit. Piabunt. expiabũt placabunt. Aeternum: in æternum: & eſt aduerbiũ. Palinuri plus eſt q̃ ſi tuum dixiſſet. Parumper: paulatim lætari cœpit. Spes enim ſola nondum beneficiũ acceperat patris: alij parumper valde parum volunt. Gaudet cognomine terra eſt enim hic & hæc cognominis: in Plauto em̃ vna de bachidibus dicit: illa mea cognominis eſt: Metri autẽ neceſſitate a cõmuni genere in e miſit ablatiuum. Nauita: epentheſis vt maors pro mars inde vt ſtygia proſpexit ab vnda. vt ſiculo proſpexit ab vſq; pachynno: & ſic intelligimus hæc tria iuncta eſſe Acherontem Stygem & Cocyton: De his enim naſcũtur alia. hinc eſt nouies ſtyx interfuſa coercet. Tacitũ: aut ſolum aut ipſi taciti. Aggreditur: hoc ſermone oſtendit eum iratum Armatus: acſi diceret: nihil pium mollitur armat⁹. Qui cur. Iſtinc a loco in quo es. Viua. nam ſunt corpora mortuorũq; tantum videntur. ideſt vmbræ. Me ſum lætatus. lectum enim eſt in orpheo ꝙ quando Hercules ad inferos deſcendit: Charon territus eũ ſtatim ſuſcepit: propter quod anno itegro in compedibus fuit

Alcides Alcides. αϖθτησ αλκησ quidam dictũ volunt: quod non procedit quia prima ætate ſic dictus eſt: Ergo ab Alceo patre amphitryonis. Quãq̃ ac ſi dicat hoc in te nondum probaui: ſed per ſimulationem. nam norat. In vincla: Hercules a prudẽtioribus mente magis q̃ corpore fortis dicitur. Ergo cum plura fecerit duodecim ei labores dantur propter duodecim agnita ſigna. Quod igitur ab inferis Cerberum traxit notatur ꝙ omnes cupiditates & omnia vilia terrena contempſit. Nam cerberus eſt terra quæ eſt conſumptrix corporum vnde cerberus quaſi κρεοβοροσ: id carniuorus dicitur: vnde eſt Oſſa ſuper recubans: nam oſſa non cito terra conſumit. Ipſius a re ſcilicet atqui cerberus ſtatim poſt flumina eſt vbi eſt quaſi aditus inferorum ſolium autem Plutonis ĩterius eſt. ergo vel ad naturam canum referas qui territi ad domum refugiunt: aut ſolum pro imperio accipias vt alibi arces pro imperio: vt imbellem auertis romanis arcibus indum: cum indi vſq; ad primos venerint fines: ideſt vſq; ad arces. Dominam: vel de græco eſt qui vxorem Δεσποιναν. dicũt: aut ditis thalamo & dominam charon ad ſe retulit.

nomen palinuri. Quod melius eſt q̃ ſi dicat eternum nomẽ palinuri. Cure. ideſt ſollicitudines palinuri: emote ſunt. ſcilicet a precordijs: his dictis. ideſt verbis Sibylle. & dolor pulſus eſt parump ſupple de corde triſti. ideſt meſto. & ipſe gaudet terra cognomine. pro cognomini vt recte ſentit Seruius: Nam vt dicamus terram gaudere cognomine palinuri non procedit: quia neq; terra adeſt, neq; gaudij ſi adeſſet capax eſſet: Ergo quia ſcilicet vt cunq; placat⁹ erat palinur⁹: ipſi peragũt ideſt continuant & ad finem vſq; agunt iter inceptum & propinquant fluuio ſcilicet tranſeundo. Quos ſcilicet Sibyllam & eneam nauita. ideſt portitor ſeu nauta palinurus: vt. i. poſtq̃ proſpexit ire iam inde a ſtygis vnda ꝑ nemus tacitum ideſt ipſos tacentes aut vbi ſunt alta ſilentia: & aduertere pedem ripe. ideſt ad ripã aggreditur prior quia audacior erat ſic. ideſt in hunc modũ: dictis. ideſt verbis terribilib⁹: atq; increpat vltro: ſcilicet priuſq; offenſus eſſet. Age adhortandi aduerbium fare. ideſt dic eloquere: quiſquis. ideſt. quicunq; es qui tendis armatus quaſi vim illaturus ad flumina noſtra ideſt infernalia & mortuis duntaxat ꝑuia: fare inquit: quid. ideſt ad quid venias: & comprime iam. ideſt deinceps greſſus iſtinc: ideſt ab hoc loco. quia hic locus eſt vmbrarũ ideſt ſimulachrorum & ſomni & noctis ſopore: ideſt ſoporifere vt ſit a nominatiuo ſopora quia ſoporus a. um. dicitur ſicut odorus ſonorus & canorus & c. nephas ſup. eſt vectare corpora viua. ideſt viuentũ carina ideſt naui ſtygia per aquas traducenti: & ſi dicat eneas quod dixerat ſibylle herculem & theſea puectos eſt: reſpondet vero. i. certe nec ſum letat⁹ me accepiſſe: ideſt ꝙ acceperim lacu: ſcilicet ſtygio. alciden. ideſt herculẽ euntẽ. ideſt trãſeuntem vi ſua ad inferos nec theſea & pirithoum ſociũ theſei. q̃q̃ eſſent geniti dijs: atq; eſſent inuicti viribus. Ille alcides. i. hercules petiuit in vincla: ideſt vt vinceret manu. ſcilicet ſua cuſtodem tartareũ ideſt cerberũ canẽ tricipitem quem ab inferis ad ſuperos traxit vt recitat Seruius. & traxit ipſum trementem ſcilicet pre timore: a ſolio ipſi⁹ regis: ſcilicet plutonis: hi ſcilicet theſeus & piritho⁹ adorti ideſt per inſidias conati ſunt deducere: ideſt abducere aut ducere ſeorſũ de thalamo ditis: dominam: ſcilicet inferorum aut etiam ditis: quia more greco: quem pleriq; obſeruant cõiugem dominam vocat: ſcilicet proſerpinam deam inferorum.

Poeta. Quẽ cõtra breuiter fata eſt ãphryſia vates:
Sibylla. Nullæ hic inſidiæ tales: abſiſte moueri:
Nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat vmbras:
Caſta licet parui ſeruet Proſerpina limen.
Troius Aeneas pietate inſignis & armis:
Ad genitorẽ imas erebi deſcendit ad vmbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago:
Poeta. At ramum hunc (aperit ramũ q veſte latebat)
Sibylla. Agnoſcas (rabida ex ira tum corda reſidunt.
Poeta. Nec plura his. ille admirans venerabile donũ
Fatalis

¶ Quem cõtra breuiter fata eſt amphryſia vates Nulle & c. Docet quomõ reſpõſum ſit a ſibylla vtq; viſo aureo ramo placat⁹ eos ſuſceperit charon de qua re dicit Donat⁹ ſic. ASCEn Breuiter: quia q̃ iuſta ſunt longo ſermone nõ egent DONA. Nulle inſidie: loquiť ergo cõtra vt dixit. Nã loquiť contra illa q̃ ſuſpicabať. Nec vim tela fe. cõfutat quod ille vehemẽter timebat. Ferẽ enim ferrũ plerũq; nõ vt inferať: ſed vt repellatur iniuria. Pietate & armis: nã proper pietatem deſcẽdit ad patrẽ: propter vero fortitudinem nõ reformidauit pericula q̃ ſunt apud inferos: Alias aĩas quo facilius Aeneã ferret. Ingentẽ: aut ꝙ re vera eſſet magnus. aut cõparatione exigue nauis. q̃ ad ĩcorporeas aĩas vehendas inuẽta eſſet. Tandẽ autẽ mora fuit qa nauis ꝑter ſolitũ eſſet honuſta. Vel ex affectu enee qui properabat ad patrem. Hec ille.

Fatalis virgæ longo poſt tempore viſum
Cæruleã aduertit puppim: ripæq; propinquat.
Inde alias animas: q̃ per iuga longa ſedebant
Deturbat: laxatq; foros: ſimul accipit alueo
Ingentẽ Aeneã. gemuit ſub pondere cymba
Sutilis: & multam accepit rimoſa paludem.
Tandẽ trans fluuiũ incolumes vatẽq; virũq;
Informi limo: glaucaq; exponit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat: aduerſo recubans immanis in antro.
Cui vates horrere videns iam colla colubris:
Melle ſoporatã & medicatis frugibus offam
Obijcit. ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectã: atq; immania terga reſoluit
Fuſus humi: totoq; ingens extenditur antro.

Ordo. ¶ Ordo eſt. Q uẽ cõtra. ideſt cõtra quẽ vates amphryſia. i. Apollinea fata. i. locuta eſt breuiter abſiſte moueri. i. commoueri: aut pre ira trepidare & agitari nulle tales inſidie ſupple ſunt aut pretendunt: hic. i. in nobis nec tela. i. arma noſtra inuaſiua: ferunt. i. inferũt vim. i. violentiã. Licet. i. licitum eſt & fas eſt. hoc eſt conceditur. per nos: nos non obſtamus quominus ingens ianitor: ſcilicet Cerberus latrãs antro. i. in antro ſuo infernali terreat eternũ. ideſt ſi ita dicã eternaliter: vmbras exangues ideſt ſine ſanguine: hoc eſt mortuorũ ſimulachra: & licet. i. licitũ eſt: vt ſup. proſerpina caſta quia ſterilis: ſeruet limen patrui. i. fratris patris ſui. ſcilicet plutonis eſt em̃ filia iouis. Reſpondet ergo ad id quod q̃ſiuerat: quid. ſ. veniat dicens. Aeneas troius. i. troianus: ſed a troe videt̃ deduci troius: a troia troian⁹: plus autem eſt troiũ eſſe q̃ troianũ: inſignis pietate: ideſt virtute religionis & armis. i. virtute bellica deſcendit ad imas vmbras herebi. i. iferni: ad genitorẽ. i. patrẽ ſuũ anchiſen. ſi imago tante pietatis nulla. i. nullo modo mouet te vt nulla ſit nomẽ pro aduerbio aut ſi nulla imago. i. reſpectus tante pietatis quãta eſt in enea qui etiã in infernũ deſcẽdit viſur⁹ patrẽ mouet. i. afficit cõmiſeratione te: qa dictũ eſt in fine Georgicon. Ignoſcenda quidẽ ſcirent ſi ignoſcere manes: quaſi dicat manes neſcire ignoſcere. nec miſereri: at. i. ſaltem agnoſcas hunc ramum ſcilicet aureũ & fatalem quem qui habẽt: ad inferos libere accedere poſſunt: & ſupple hoc dicens aperit. i. denudat ramũ qui latebat veſte. & corda: ſcilicet charontis: rabida ex ira: reſidũt. i. ſedant̃ tunc. ſ. viſo ramo. quo verbo videt̃ innuere reliquos ſine ramo deſcẽdiſſe qa ſi ramũ attuliſſent hercules & theſeus nõ minus poſſet & nũc dolũ ſuſpicari in enea q̃ tũc in eis illi ergo vi ingreſſi videntur ſine ramo nõ ex deorũ volũtate: fuiſſe tñ q cum ramo deſcẽderint vt forſitã Orphe⁹ patet ex eo quod dictũ eſt primo auulſo non deficit alter nam ſi nemo attuliſſet nõ fuiſſet auulſus: nec videt̃ q̃mõ Charon nouiſſet priuilegiũ rami ſi nullus eũ attuliſſet. Q uinetiã hic expreſſe dicit longo poſt tempore viſum: Allatus eſt igit̃: ſed a pijs dijs id volẽtib⁹ & p̱mittentib⁹. Nec plura ſup. dixit aut fecit ĩ cõtrariũ his. i. q̃ hec dicta: ille. ſ. charon admirãs donũ virge. i. virgulti aut rami fatalis: venerabile. i. dignũ veneratione quod ſibi ꝓſerpina afferri volebat: viſũ poſt. i. poſtea aut poſt modũ longo tẽpore aut viſum longo tẽpore poſt aduertit. ſ. ad eneã & ſibyllã puppim ceruleã. i. cerulei coloris & ꝓpinquat ripe. i. ad ripam vñ diſceſſerat ne violẽter inſiliret Aeneas: & ipſe deturbat. i. deijcit inde alias aĩas. ſcilicet defunctorũ: q̃ ſedebãt p̱ iuga. i. trãſtra longa: vt. ſ. tranſmitterent̃: & laxat. i. euacuat: foros. i. tabulata & ſedilia remigũ & accipit ſimul alueo. i. receptaculo nauis in morẽ alui: hoc eſt in carinã: (BERO. Beroald⁹ em̃ vt ſupra oſtẽſum eſt vbi de triſtri ſenectute locutus eſt docet in ſeruiũ alueũ poti⁹ de naui q̃ de flumine hoc loco dici) Aeneã ingentẽ. ſ. ſecũdũ modũ aluei q̃ nõ niſi vmbre transferri ſolebãt & eſt aut ſyneresis aut hypmeter v̾ſus nõ vitioſus quia vltima abijcit p̱ vocalẽ ſequentẽ in principio ſequẽtis verſus: cymba. i. nauicula ſutilis. i. conſuta& ita parum cõpacta: gemuit. i. fatiſcens ſonitũ dedit ſub põdere. ſ. Aenee inſiliẽtis: & rimoſa. i. plena rimis iam. ſ. deſolidata: accepit multã paludẽ: i. multũ aque paludis ſtygie & ipſe Charon exponit tandẽ transfluuiũ: i limo iformi. i. ſine forma hoc eſt pulchritudine in vlua. i. herba paluſtri glauca. i. marini coloris vatem. ſ. Sibyllã & virũ. ſ. Aeneã incolumes. Cerberus: canis ille infernalis: ingẽs. i. valde magnus: pſonat

¶ Amphryſia vates apollinea & eſt longe repetitũ epitheton nam Amphryſus eſt theſſaliæ fluuius iuxta quẽ SER. Apollo priuatus diuinitate ab ioue irato Admeti regis pauit armẽta: quia occiderat cyclopas fabricatores fulminũ: qbus Aeſculapius Apollinis fili⁹ extinctus eſt qa hipolitum ab iferis potẽtia herbarũ reuocarat. Nec vim tela ferũt. ac ſi diceret tm̃ repellit licet: fas eſt & eſt concedentis aduerbiũ ſicut eſto. Aeternũ: aduerbiũ eſt vt ſupra & ſubauditur bis: æternũ latrans æternũ terreat. Patrui: quia iouis eſt filia ex Cerere. Seruet: cuſtodiat. vt Tantas ſeruabat filia ſedes. Troius quaſi dicat a dijs originẽ ducens. Pietate inſignis & ar. ꝓpter illud Pauci quos æqu⁹ amauit Iuppi. Aut ard. e. ad. æ. u. Erebi: proprie pars inferorum in qua qui bene vixerũt morant̃ nam ad elyſium non niſi purgati veniũt: vnde eſt. Et pauci læta arua tenemus. Hinc deprenſum eſt animas de elyſio ad corpora non redire quia p̱ purgationẽ carẽt cupiditate. Si te nulla mo. Neceſſitate vult perſuadere quia ſcit manes nulla reflecti. Pietatis ima. i. pietas: Vt vis herculea. i. Hercules: & eſt periphraſis. Aperit: nudat: vt Aperire ꝓcul mõtes ac voluere fumũ. Fatalis virgæ: nam eſt ſi te fata vocant. Longo poſt aut aduerbiũ eſt: aut ꝓpoſitio ãtique poſita. Iuga. Græce dixit ξυγα quæ tranſtra vocamus. Laxat vacuat vt ſupra: Foros Tabulata. Multitudine em̃ remota quaſi laxant̃ ſpacia. Alueo: Fluminis: & per ſyneresim aluo. Ingentem æneam vt oſtendat per purgationẽ animi etiam corpora fieri leuiora qđ de ſibylla vult accipi. Sutilis: intexta ergo fragilis. Tandẽ propter paludis magnitudinem aut quod melius eſt ꝓpter pond⁹ Aeneæ & ꝓpter cœni denſitatẽ. Informi. ſine forma. Perſonat: aut p̱ſonare facit: aut per regna ſonat. Et qa de animis dictur⁹ eſt bene facit ante Cerberi mentionẽ cõſumptoris corporum Luca. Q ui viſcera ſæuo ſpargis nr̃a cani. Tunc em̃ animæ locũ ſuum recipiunt: cũ fuerit corpus cõſumptũ. Colubris: fingitur pro pilis habere ſerpentes: & eſt hyppallage quia in collo eius horrebant colubræ. Offa: hinc diminutiuũ ofella quod nõ geminat. ſ. Q uod ait melle: alluſit ad corpora q̃ cum melle obruunt̃. Toto antro: per hoc eius magnitudo oſtendit̃ vt de Polyphemo iacuitq; per antrum immenſum.


Melius alueo nauis dicat̃.

hec regna

hec regna:ſcilicet in que deuenerũt:latratu trifauci ideſt tribus faucibus edito:recubās exiſtens ĩmanis in antro aduerſo ideſt in aduerſo ſito:qui vates videns colla ſup. eius horrere pro horreſcere .ideſt horrida ſiue aſpera fieri colubris ideſt ſerpētibus infernalibus iram excitantibus obijcit offam ideſt fruſtrũ edulij ſoporatam.i.imbutũ melle:& frugibus medicatis . ideſt medica arte paratis.Ille ſcilicet Cerber⁹:pandēs i deſt aperiēs:fame rabida.ideſt ad rabiem inducente tria guttura(tot em̄ cum triceps eſſet habebat)corripit ideſt ſimul rapit ſup. offam obiectam atq; reſoluit ſcilicet reclinādo & deinde recubando terga immania ideſt valde magna & terribilia:fuſus.i.proſtratus humi.i.ſuper humũ & ipſe ingens.i. quia valde magnus erat extenditur toto antro ideſt per totum antrum.

Occupat Aeneas aditum:cuſtode ſepulto:
Euaditq; celer ripam irremeabilis vnde.

¶Occupat Aeneas aditũ &c.Docet q̄mō ingreſſus ſit Aeneas ad ĩferos& qs ſit illic dāna torũ ordo quē nō multũ a chriſtiana fide abhorrere videm⁹.Nā prio gradu ĩfantes cōtineri dicit(vt nos)q ſine baptiſmo mortui ſũt ASCEn.



Continuo auditæ voces: vagitus & ingens:
Infantumq́ animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis vitæ exortes: & ab vbere raptos
Abſtulit atra dies: & funere merſit acerbo.
Hos iuxta falſo damnati crimine mortis.
Nec vero hæ ſine ſorte datæ: ſine iudice ſedes:
Quæſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum
Conciliumq́ vocat: vitaſq́ & crimina diſcit.
Proxima deinde tenēt mœſti loca: q ſibi letū
Inſontes peperere manu: lucemq́ peroſi
Proiecere animas. q̄ vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem: & duros perferre labores:
Fata obſtant: triſtiq́ palus inamabilis vnda
Alligat: & nouies ſtyx interfuſa coercet.

Secundo innocēter dānatos: quales nos obve-
niale culpā aut nondū expletā penitētiā ī pur
gatorio dicimus. Tertio q ſibi mortē ſeu aīe
ſeu etiā corporis cōciuerūt: quos in iferno vñ
nulla ē redēptio. affligi credim⁹. Sācte aūt di
cit. Nec vero hec ſine ſorte date ſine iudice ſe
des. Nā licet vn⁹ eos atq́ idē torreat ignis nō
tamē equali taxant̄ ſorte: ſed illi vrgent̄ gra-
DONA. uius quorū delictio maior aut grauior culpa
eſt. De hac aūt re dicit Donat⁹ ſic: Dulcis vite
ex. quos dulcis vita cito deſeruit: & fecit exor
tes. i. extra ſorte viuēdi maiorē. Ab vbere ad
augmentū miſerationis: q inſontes a matris
vberib⁹ rapti añ extiguerent̄ q̄ loq cepiſſent.
Queſitor mios & inqrendi & vrne agitande
habet poteſtatē Inſontes: dicit̄ cā facti. Nihil
enim fit niſi qd faciēdi habet neceſſitatē: hec
Ordo. ille. Ordo eſt. Aeneas occupat aditū. i. igreſſū
regni: cuſtode. ſ. cane ſepulto. i. pfunde qeſcē
te more ſepultorū Et ipſe celer. euadit. i. euadē
do ptingit ripā. i. marginē & orā vñ irremea
bilis. i. vñ nulli patet redit⁹: qa ſpirit⁹ vadēs
& nō reuertēs: & ſi reuerſus eſt Aeneas id fiet
per aliud iter. Voces. ſ. lachrymabiles audite
ſup. ſunt: cōtinuo. i. illico vt illuc pueuerat &
vagit⁹. i. plorat⁹ infantiū: ingēs. i. valde ma-
gnus: audit⁹ ſup. eſt & aīe infantiū audite ſup.
ſunt: flentes i prio limine. i. in itroitu iferni ac
ſi dicat in lymbo. Quos. ſ. ifantes exortes. i.
acleros hoc eſt ſine ſorte & mūere dulcis vite
vel q̄ omnibus quodāmō dulcis eſt: vel eius
que dulcis eſt. ſ. in flore inuēte qñ voluptati-
bus frui ſolet & raptos ab vbere. i. cū adhuc la
cterēt. dies atra. i. fueſta abſtulit. ſ. e medio vi-
uētiū & merſit. i. abſcōdit: acerbo. i. imiti fūe
re. hos iuxta. i. iuxta. hos ſup. ſūt dānati mor
tis. i. ad mortē: falſo crie. i. ob crimē eis falſo ī
poſitū. Nec vō. i. certe nō he ſedes nō ſūt date
i. aſſignate ſine ſorte & ſine iudice. i. iudicio.
ſ. certo: Alludit ad iudicia hūana q̄ aut ſorte
fiebāt: i caſibus. ſ. dubijs aut certo iudicio vñ
de Didone i prio Partibus equabat iuſtis aut
ſorte trahebat. Apud iferos aūt q̄uis nulla ſit
ſors mere caſualis quantū ad iudicis ſentētiā
eſt tñ ſors quodāmō q̄tū ad ſuſpiciētes: qa di
cit dānatos falſo crimie apud iferos diſtineri
quē locū ipſi nō meruerūt: ſed ſortiti ſunt qa
ſ. tales i hac vita ſortiti ſūt iudices. Seruius tñ
vult tēpus iudicij nō iudiciū ſortiri. Minos q̄
ſitor. i. inqſitor (Radamātho tñ alij iqſitionē
aſſignāt Minoi iudiciū: vñ hora. Et de te ſplē
dida minos Fecerit arbitria: Aeaco vō execu
tionē: vñ Iuue. quas torqat vmbras Aeacus
ſed hec officia cōfundunt) mouet vrnā i qua
ſ. ſortes ſunt nō tñ exeūt mere a caſu ſed fatis
ita diſponētibus. Ille. ſ. Minos: q́. i. ſimul vo-
cat conciliū. i. conuenticula: ſeu cetū: ſilentū
ſ. vmbrarū in ſilētio exiſtentiū: & diſcit. i. diſ
quirit examinādo: vitas & crimina q̄ in vita
commiſerūt aut vitas crimīoſas. Deide me
ſti. i. deſt ppetuo merore affecti & p excellen-
tiam meſti (quia em ppter merorē ſibi mortē
concitarūt ſi in ea ſnia pmanēt ī qua moriūt̄
eterno merore affligunt̄) tenēt loca pxima. ſ.
ſuperioribus q iſontes. i. innocētes ſed deſpe-
ratione aut meſtitia affecti: peperere. ideſt acqſierunt ſibi mortem manu. ſ. ſua & qui peroſi. i pfecto odio
habentes: lucem ideſt auram vitalem: proiecere animas ſcilicet ſuas q̄. ideſt q̄tum: cū exclamatione. quaſi
dicat o q̄tum vellent nūc perferre in alto ethere. i. aere in quo nos ſumus: & ideſt ſimul pauperiem: & la-
bores duros. ideſt difficulter tolerabiles ſed ſupple fata obſtant: que ſcilicet vetant reditum quia in pote-
ſtate hominū eſt ſe interimere: ſed non ad vitam reducere & palus inamabilis. ideſt non amanda. ſcilicet
ſtyx: alligat. i. arcet vnda triſti. i. triſtitiam afferente: & ſtyx. ſ. palus triſtitie infernalis interfuſa nouies. i.
per nouem circulos & gyros coercet. ſcilicet ne exeant ſemel recepti.

Occupat: raptim ingreditur. Sepulto: ſine pulſu. i. ſine SER.
motu dormiente. Irremeabilis: epithetū ęternū & etia ipſi
Aeneæ irremeabilis quia per aliam portā egreſſurus eſt
Continuo au. vo. Nouē circulis iferi cincti dicunt̄: quos Circuli inferni.
nūc exequitur. Primus animas infantiū tenet. Secundus
eorum qui ſibi per ſimplicitatē adeſſe nequierūt. Terti⁹
eorum qui euitantes erumnas ſe interemerunt. Quartus
eorum qui amauerunt. Quintus virorum fortiū. Sextus
nocentum qui pniunt̄ a iudicibus. In ſeptimo animę pur
gantur. In octauo ſunt animæ ita purgatæ vt redeant. In
nono vt iā nō redeant in campo elyſio. Vagitus: poetice Ploratus.
dixit. ploratus tantū lachrymarum: planctus tantū vocū Plāctus.
Fletus ad vtrumq́ pertinet. Sed confundūtur plærunq́. Fletus.
In limine primo: Qui de prima ipſi ſubrepti ſunt vita.
Exortes: Expertes ſine parte ακληρουσ grece. Acerbo: ima
turo: tranſlatio a pomis. Sine ſorte: Sine iudicio. Nā an-
tiqui non audiebant cauſas niſi ſorte ordinatas. Nam tē-
pore quo agebantur cauſę: conueniebant omnes vnde &
concilium ait. Et ex ſorte dierum ordinem capiebāt: quo
poſt diem trigeſimū ſuas cauſas exequebantur: vnde eſt
Vrnam mouet: Iuue. Gratia fallacis prætoris vicerit vr-
nam. Queſitor: proprie is eſt qui exercendis quæſtioni- quæſitor
bus præeſt: inducit aūt Minoa tanq̄ crudelem: quod Epi
theton Plato & Homerus ei dant. nam Aeacus & Rada-
manthus fratres minores ſunt. Mœſti. Quia ſecūdū Pla
tonem grauiter puniūtur eorum animæ qui ſibi inferūt
mortē. Lucem: figurate: nā peroſum illius dicim⁹ Proie-
cere Quaſi rē vilē. Duros perferre. Home. his verbis.
βουλοιμην Δεπαρουροσ εων θητευεμεν αλλω
ΑνΔρι παρακληρω ω μη βιοτοσ πολυσ ειη
η πασι νεκυεσσι καταφθιμενοισιν ανασσειν.
Achillis vmbrā iducit dicētē libēti⁹ ſe oia aduerſa apud
ſuperos tollerare q̄ apud inferos iperare. Aethere: noſtrū
habitaculum Aetherem vocauit inferorum comparatio
ne. Fata iura naturæ. Nouies ſtyx interfuſa: qui altius de
mundi ratione queſierunt dicūt intra mundi hos nouem
circulos incluſas eſſe virtutes: in quibus & iracūdiæ ſunt
& cupiditates: de qbus triſtitia. i. ſtyx: vñ dicit nouē eſſe
circulos ſtygis: q̄ iferos cīgit. i. vt ſupra dixim⁹ terrā Nā
dicūt alias eē purgatiores extra hos mūdi circulos pſtātes.

Nec ꝓcul hinc ꝑtem fuſi monſtrant̃ in omnẽ
Lugentes campi: ſic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti cælant calles: & myrthea circum
Sylua tegit: curæ nõ ipſa in morte relinquunt.
His phedrã: ꝓcrinq; locis: mœſtãq; Eriphylem
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.
Euadneq;: & Paſiphaen: his laodomia
It comes: & iuuenis quondam nunc fœmina
Cæneus.
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas phœniſſa recens a vulnere Dido
Errabat ſylua in magna: quam Troius heros
Vt primum iuxta ſtetit: agnouitq; per vmbrã
Obſcuram: qualem primo quis ſurgere mẽſe
Aut videt aut vidiſſe putat ꝑ nubila lunã:
Demiſit lachrymas: dulciq; affatus amore eſt.
Aeneas Infelix Dido verus mihi nuntius ergo
Venerat: extinctã ferroq; extrema ſecutam:
Funeris heu tibi cauſa fui: per ſydera iuro
Per ſuperos: & ſi qua fides tellure ſub ima eſt:
Inuitus regina tuo de littore ceſſi.
Sed me iuſſa deũ q̃ nunc has ire per vmbras:
Per loca ſenta ſitu cogunt noctẽq; profundam
Imperijs egere ſuis: nec credere quiui
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.
Siſte gradũ: teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro:
Quẽ fugis: extremũ fato ꝙ te alloquor hoc ẽ.
Poeta. Talibus Aeneas ardentẽ & torua tuentem
Lenibat dictis animum: lachrymaſq; ciebat.
Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat.
Nec magis incepto vultum ſermone mouetur:
Quã ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes.
Tandem corripuit ſeſe: atq; inimica refugit
In nemus vmbriferũ: coniunx ibi priſtinus illi
Reſpondet curis: æquatq; Sicheus amorem.
Nec minus Aeneas caſu perculſus iniquo
Proſequitur lachrymãs longe & miſerat⁹ eũtẽ.

SER. ¶ Partẽ fuſi monſtrant̃ ĩ oẽm: Plures vult oſtendere eos in quibus libido dominatur. Lugentes campos. Quaſi lucis egentes quod etiam amoribus congruit: Durus a. immitis inexorabilis. Tabe. p. corpore paulatim defluẽte. Secreti celant calles amantibus congruit. Myrthea ſil. quæ eſt veneri conſecrata. Curæ non ipſa ĩ morte re. hoc eſt ẽt illic amant: & habent pactorum imaginem criminum: ſicut etiam de pijs dicturus eſt: vt q̃ gratia curruum Armorũq; fuit viuis q̃ cura nitentes: Paſcere equos eadem ſequit̃

ASCEn. ¶ Nec ꝓcul &c. Proſeq̃t̃ inſtitutũ ſuũ deſcribit. n. locos & grad⁹ ĩ inferno exiſtẽtiũ dicens q̃rto loco diſtineri miſeros amãtes: in q̃ ordĩe eſt nõnulla eq̃tatis ſaltẽ humãe rõ. Nã ĩfantes ad elyſios nõ mittunt̃ q̃a nihil meruerũt: neq; ad tartara: q̃a neq; demeruerũt: ſunt ergo ĩ primo limine: dãnati aũt falſo crimine: q̃a malũ infamiæ nõ vitauerũt: nec mun⁹ vite expleuerũt (loquor ſcd'm Ethnicos) ſcd'o loco deputati ſunt. Qui vͦo ſibi mortẽ peperũt q̃uis certiſſime apud nos dãnati ꝓhibent̃: tñ q̃a furore vident̃ grauiſſimo rapti tertio loco addicũt̃. Amãtes vͦo quorũ magis volũtari⁹ vr̃ furor. quarto gradui ſubdũt̃ de q̃b⁹ nũc ſermo eſt & Dona. ſic dicit. DONA. Fuſi ĩ oẽm partẽ: quocũq; oculos tẽdere poterãt. Secretos: aut ĩ abdito cõſtitutos aut ſeparatos. Cure nõ ĩpã ĩ mor. re. tãta fuit vis amoris: vt poſt mortẽ ab ijſdem curis nõ deſererẽt̃. Hec ille. Ordo. Ordo ẽ. Nec. i. & nõ ꝓcul hinc. i. ab hoc ĩã dcõ loco: cãpi lugẽtes. i. lucis egẽtes aut lugẽtiũ q̃a miſerorũ amãtium: mõſtrãt̃ exiſtẽtes fuſi ĩ oẽm ꝑtẽ q̃a ex oĩ genere mortaliũ repiũt̃ amorib⁹ cõfecti: dicũt ſupple. n. illos. ſic videlicet: lugẽtes noĩe: & q̃a nõ dicit q̃ dicãt ĩtelligem⁹ oẽs: ij ſupple q̂s amor durus. i. ĩtolerabilis aut ĩmedicabilis ꝑedit. i. abſumpſit. tabe lenta. i. cõfectiõe ſanguinem corrũpẽte. crudeli. i. ĩclemẽti. celant hic. i. hoc quarto loco. calles. i. vias freq̃ntatas. & duras. exiſtẽtes ſecreti. i. ſemoti ab alijs: & ſylua myrtea. i. ex myrto que eſt in tutela Veneris. tegit ſup. eos aut & q̂s ſilua myrtea tegit cure non relinquũt ſup. eos. ĩ ipſa morte. q̃a amãt & curis afficiunt̃ ẽt poſt mortẽ (nã vt poſtea apertius dicet̃. qualis q̃ſq; inuenit̃ in morte talis iudicat̃ & in ea affectiõe ꝑmanet) Ipe ſupple. Aeneas. cernit his locis phedrã filiã Minois q̃ Hippolytũ priuignũ ſuũ deꝑibat. & Procrin vxorẽ Cephali & ab eo ob zelotypiã interẽptã. & Eryphilen cõiugẽ Amphiarai: meſtam q̃a nocentẽ ob culpã. ſ. nã nõ eſt ob id vituperandus Maro ꝙ meſtã dicit licet. n. nocens crimen ĩ maritũ cõmiſit meſta tñ & a filio ĩterẽpta fuit: Eriphilẽ dicit mõſtrantẽ vulnera crudelis nati. i. a crudeli filio illata. & cernit Euadnẽ filiã Martis ex Thebe & cõiugẽ Capanei q̃ ſe in ardẽtẽ mariti rogũ iniecerat. & cernit Paſiphaen Minois vxorem & ſolis filiã q̃ tauri amore arſit vt ĩ prĩcipio huius ſexti dictũ eſt. Laodomia vxor Proteſilai q̃ prim⁹ ĩ bello troiano ꝑijt & vxor ipſa ĩ ei⁹ vmbre cõplexibus it comes his ſuꝑiorib⁹ amatricib⁹. & Ceneus quõdã iuuenis. i. mutat⁹ ĩ ſexũ virilẽ. nam vt virgo raro de viro ita iuuenis raro de femina legit̃ & nũc femĩa rurſus. i. iterũ. & reuoluta. i. reuoluto tꝑe mutata in figurã veterẽ. i. priſtinã. ſ. feminã. Inter q̂s errabat Dido Pheniſſa i. ex phenicia & Phenicũ regis filia errabat. i. vagabat̃. exiſtẽs recẽs a vulnere. i. ꝓpter vulnus paulo añ ad ĩferos demiſſa. quã heros Troius. i. Troianus aut trois cognatus. ſ. Aeneas: vt. i. poſtq̃ ſtetit iuxta ſup. eã. agnouit ꝑ vmbrã obſcurã. qualẽ q̃s aut videt lunã ſurgere i. oriri primo mẽſe. i. ĩ prĩcipio mẽſis hoc eſt ĩ nouilunio. aut putat ſe vidiſſe ꝑ nubila. i. nubiũ caliginẽ. & ſup. Aeneas demiſit. i. deorſũ miſit lachrymas. & affat⁹ ẽ dulci amore. i. more dulciter amãtiũ: o ĩfelix Dido. ergo. ſ. q̃a te hic offẽdo nũci⁹ ver⁹. i. vͦidic⁹ & vͦa nũcians venerat mihi. i. ad me. ſ. nũcians te extinctã. i. mortuã & ſecutã extrema. i. vltĩa rerꝫ. hoc eſt mortẽ q̃a mors vltĩa linea rerũ eſt ferro. i. gladio in quẽ

dio in quem incubuerat.Heu.dolentis ĩteriectio:ego fui tibi cã.i.occaſio funeris.i.mortis ego iuro p ſydera:p ſupos.& p ſup . eã fidẽ ſi q̃.i.aliq̃ fides ẽ ſub ima.i.pfũda tellure hoc ẽ apud ĩferos:ꝙ ſupple.o regia ego ceſſi de tuo litto:e.ſ.carthaginẽſi:iuit⁹:qa deorũ ĩpio coact⁹:ſed ſi iuit⁹ mirãda eſt amoris vis q̃ ẽt tm̃ virũ irretiuerat.Sed iuſſa deũ.i.deoꝝ q̃ cogũt me nũc ire p has vmbras.i.p loca ſẽta.i.ſqualdia ſitu.i.lanugĩe ĩmũda & mucore creſcẽte ĩ loco humido p quẽ rar⁹ ẽ trãſit⁹& p nocte pfũdã(Probatio ẽ ergo a maiore & difficiliori nã ſi iuſſa deũ ĩpulerũt ire ad ĩferos: facile potuerũt abſtrahere a Carthagĩe ĩ Italiã) hec dic iuſſa deũ:egere.i.ĩpulerũt me ſupple a carthagine:ſuis ĩperijs:nec qui.i.valui aut potui credere:me ferre.i.allaturũ tibi meo diſceſſu:hũc tm̃ dolorẽ:vt.ſ.teipſã ĩterimeres:ſiſte.i.firma gradũ.i.greſſũ tuũ:aut iter. & ne ſubtrahe p ne ſubtrahas te nr̃o aſpectu p aſpectui p hoc tacite ſignificat eã ad ꝟba Enee fugã paraſſe vñ addit : quẽ fugis hoc qđ ego alloq̃r te extremũ.i.extremo loco ẽ fato.i.p fatũ . aut per deoꝝ pmiſſionẽ . Eneas lenibat p leniebat.i. mulcebat & mitigabat talibus dictis.i. ꝟbis: aĩum.ſ.Didõis.hoc ẽ a parte totu ipſã Didonẽ aut ſimulachrũ ei⁹:ardẽtẽ.ſ.ira & tuentẽ.i. ĩſpiciẽtẽ torua.i.torue.hoc ẽ minaciter & terribil'r.& ciebat.i.puocabat poti⁹ ex ſe q̃ ex illa.nã poſſum⁹ & nos ad lachrymas puocare Nã illa.ſ.dido:auerſa.ſ.ab Aenea in ſignũ ĩdignatiõis:tenebat oculos fixos ſolo.i.ĩ terram nec mouet̃ magis vultũ.i.nõ habet magis motũ vultũ.ſermone ĩcepto.ſ.ab Enea ſed nõ cõpleto.qa nihil rñdet q̃ ſi ſilex dura ſtet.ſ.ante Aeneã hoc ẽ ſtatua ex ſilice:aut cautes.i.lapis dur⁹ marpeſia.i.paria hoc ẽ ex paro ĩſula.vbi marmor cãdidũ & durũ ẽ.Ipſa corripuit.i. ſimul rapuit ſeſe tãdẽ.i.poſt mľtã ĩdignationẽ & refugit inimica.i.ĩfenſa.ĩ nem⁹ vmbriferũ.i.frõdoſum.vbi Siche⁹ cõiunx priſtin⁹.i.prior rñdet illi curis.i.ſollicitudinib⁹ amorũ . & equat.i.eq̃lẽ facit amorẽ.ſ.ſuũ ĩ illã cũ amore illi⁹ ĩ ſe Nec min⁹.i.nihilomin⁹ Aeneas pculſus.i.pcuſſus & afflict⁹.caſu iniquo ꝙ.ſ.iuit⁹ & ignorãs ad morte cõpulerat pſequit lachrymãs & miſerat⁹ eſt.i.miſericordia pſecut⁹ eſt lõge.i.p longũ ſpaciũ euntẽ.i.aufugiẽtẽ.ſ. Di-

DONA. donẽ.De qua lectiõe addam⁹ & illud Donati qđ vt expoſitio text⁹ e regiõe ei⁹ haberet ſuperiorib⁹ detraxim⁹ & in hũc locũ recepim⁹. Vmbrã obſcurã.cũ dicit vmbrã obſcurã habuit aliqd luminis:id.n.eſt obſcurũ qđ oñdit aliquã lucẽ.ſed & maxim⁹ habet mixtas tenebras.Demiſit lachrymãs non cogitauit flere. nã dolor ver⁹ repẽtinos flet⁹ nõ coact⁹ excludit.Infelix Dido.pſonarũ & cauſarũ rõ hẽtur. Dido fuit aſpera pter recẽtis facti cãm cui⁹ quãt⁹ dolor fuerit.oñdit exitus.Acerbitas ẽt vulneris & aſpectus auctoris dolorẽ duplicabat. Aeneas aũt ſe reũ agnoſcit.& interpoſita purgatõe fcm̃ fatet̃.Infelix dido.oñdit dolorẽ ꝙ miſerabil'r ferat.& auget̃ ꝙ ferro pierit Per ſydera.Firmamẽtũ ponit purgatiõis.qa apud illã fide carebat.& qa hoim teſtimoniũ adhiberi nõ poterat.adhibet deoꝝ.& ſi q̃ fides.qa neſciebat qđ gen⁹ iuriſiurãdi apud ĩferos eẽt poſuit gñalẽ iurationẽ.Inuit⁹.non te fugi.ſed potioꝝ iuſſis ceſſi.De tuo littore.q.d.mutaui locũ.ſed de aĩo retinui.Nec credere qui Mẽdacio ꝟiſimili tutat̃ cãm.Ipa prĩo ſilẽdo.& ſe auertẽdo.& poſtremo fugiendo oñdit irã.

dem ſequitur tellure repoſtos. Sane ſciendum vt ſupra diximus loqui eum de amore generali . ſicut etiam Plato in ſympoſio tractat.Nihil enim intereſt qd quis amet dummodo amore teneatur . Notandum etiam eſt . nam rarum eſt.quia cum maſculino genere ſupra vſus fuerit. vt Hic quos durus amor.Nunc tantum fœminarum ponit exempla.non ꝙ deſint viri . ſed elegit ſexum impatientem ad amandum tamen paulopoſt etiam Sichæi facturus eſt commemorationem . Phedra His phædram . hæc fuit filia Minois & Paſiphaes & vxor Theſei.quæ priuignũ Hippolytum amore capta de ſtupro interpellauit:& deſpecta apud maritum eum falſi criminis detulit.qui iratus inuocauit Aegeum patrem/vt Hippolyto currũ agitanti immitteret phocam . quo facto & Hippolyto interempto:Phædra amoris impatientia laqueo vitam finiuit.Procrin:Hæc vxor Cephali fuit.qui cum venandi Procris ſtudio teneretur:labore feſſus locum quendam adire cõſueuerat:& illic ad ſe recreandum auram vocare.quod cũ ſæpe faceret:amorem in ſe mouit Auroræ quæ ei canem velociſſimam Lælapa nomine donauit : & duo haſtilia ineuitabilia eũq; in amplexus rogauit : ille ait iuſiurandum ſe habere cum coniuge mutuæ caſtitatis quo audito Aurora reſpondit : vt probes igitur coniugis caſtitatem muta te in mercatorem : quo facto ille iuit ad Procrin & oblatis muneribus ĩpetratoq; coitu : confeſſus eſt ſe eſſe maritum : quod illa dolens cum audiſſet a ruſtico amare eum auroram:quam inuocare conſueuerat ad ſyluas profecta eſt & in frutetis latuit ad deprehendendum maritum : qui cum more ſolito auroram vocaret . Procris egredi cupiens fruteta commouit:ſperans Cephalus feram : haſtam ineuitabilem iecit : & ignarus interemit Eryphile vxorem:Mœſtamq; Eryphilem hæc amphiarai auguris argiui vxor fuit quæ latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit:monili accepto quod ante vxori dederat qui ductus ad prælium hiatu terræ perijt:Cuius filius Alcmæon poſtea matrem necauit:& eſt vt Horeſtes furore correptus. Vituperatur ſane Vergi. ꝙ mœſtam dixerit:quã ſtygerem legit apud Homerum ideſt nocentẽ. Nam apud Home. eſt ισυστιΥερηϥ εριφυληϥ.Euadnẽ:hęc vxor Capanei fuit:quæ ſe in ardentẽ mariti rogum præcipitauit:Paſiphaen.hæc autem vt ſupra dixim⁹. Tauri Laodomia. amore flagrauit.Laodomia:vxor Proteſilai fuit quæ cũ maritum ĩ bello Troiano periſſe cognouiſſet: optauit vt eius vmbrã videret : qua re cõceſſa nõ deferens eã in eius Cæneus amplexibus perijt.Nunc fœmina.c. Cæneus virgo fuit: quę a Neptũno pro ſtupri pcio meruit ſexus mutationẽ. fuit ẽt inuulnerabilis:q pugnãdo p lapythis a centauris crebris ictib⁹ fuſtiũ paulatim fixus in terra eſt.poſt mortem tamen in ſexum redijt . Hoc autem dictum oſtendit Platonicũ illud animas per μετεμΧυΧωσιϥ ſexũ plærũq; mutare.Errabat:Vagabatur:& bñ alluſit quia & amauerat:& ſe interemerat:vt quaſi incertũ eſſet quẽ circulum poſſet tenere.Obſcurã:Recẽti morte:vt ſupra diximus. Infelix dido.Veniali vtit̃ ſtatu:& excuſat ſe p neceſſitatẽ:ne mortis cauſa fuiſſe videatur. Venus mihi nuntius κατατοσιο ϖομεϥοϥ intelligendũ quod ſit nunciatus Didonis interit⁹ : Alij ad ignẽ referunt viſum. Alij ad Mercuriũ q ait certa mori:ſed in neutro ẽt ei genus mortis ſignificatũ eſt:& hic dicit Ferroq; extrema ſecutã . Sane q Nuntius. nunciat genere tantum dicitur maſculino:quod autẽ nũciatur:licet neutro dicatur tamen etiam maſculino. Funeris heu tibi cauſa fui ac ſi diceret qui fuerã ante cauſa voluptatis. Si qua fides tellure ſub ima eſt:vbi pmiſſa exitum non habent. Reſpexit autem ad Orpheum:qui receptam perdidit coniugem. Quæ nũc has ire p vmbras:argumentat̃ ex eo ꝙ eſt ad inferos ſubire compulſus inuitum ſe reliquiſſe Carthaginẽ. Sẽta. ſqualida:& eſt trãſla Situs tio a terra inculta . Situs autem proprie eſt lanugo quædam ex humore pcreata. Fit autem in locis carentib⁹ ſole. Nec credere quiui:argumentationẽ tendit ac ſi diceret ſi credidiſſem forte etiam deorum iuſſa cõtemnerem. Siſte gradum:diſcedere eam datur intelligi. Extremum fato quod te

to quod te alloquor hoc eſt aut quia deus futurus eſt:aut quod melius eſt/quia poſt mortem tenebit alterum circulum viris fortibus.ideſt non amantibus datum.Torua:pro torue.ideſt terribiliter.Lenibat:pro leniebat:& antique dixit:vt Squammis auroq; polibat pro poliebat. Maiores enim in omnibus coniugatiōib⁹ imperatiuo bam addebant:& faciebant imperfectum indicatiui:quod adhuc in trib⁹ obſeruat̄:in quarta etiā e additur:vt nutri nutriebam.Lachrymaſq; ciebat.Sibi aut certe illud dicit. Sermo quidē eius Lachrymas exciebat:ſed immobilis manſit.Nam ciere proprie eſt alteri fletū mouere tractum eſt autem hoc de Home.qui inducit Aiacis vmbram Vlyſſis colloquia fugientē:q ei fuerat cauſa mortis. Incepto ſermone a principio orationis dura ſilex.Saxi eſt ſpecies.generalitas enim eſſe nō poteſt ſequēte ſpecialitate.Nam cautem marpeſiam parium lapidem dicit.Marpeſos enim mons eſt pariæ inſulæ habens duriſſimos lapides.Tandem quaſi diu deliberauerit.Vmbriferum:frondoſum.Priſtinus:prior: quod difficile inuenitur:nam de hoc ſermone quærit & Probus & alij.Reſpondet curis: aut pari eam diligit affectione quod in Aenea non fuit vt expreſſio rei ſupra dictæ ſit.Aequatq;.Sichæus amorem:Aut certe reſpondet curis:par eſt mortis ſimilitudine.Ferro enim vterq; conſumptus eſt.Proſeqtur lachrymans. Longe oculis eam ſequebatur humentibus. Cieo es.



Inde datū molit̄ iter:iāq; arua tenebant
Vltima:q̄ bello clari ſecreta frequentant:
Hic illi occurrit Tydeus:hic inclytus armis
Parthenopeus:& Adraſti pallentis imago:

Hic multū

Inde datum &c.Docet quomodo progrediendo ad quintum circulum puenerūt ī quo bellatorum ſunt aīe:nā & Martius furor dicit̄ ſicut & amorū.Non ergo ſolla bellandi glīa purgatas facit aīas & ad elyſios ducit.Nam q bello etiam iuſto inſudant multa ſepe deteſtādo cōmittunt:qa tn̄ neq; omnino reprobandi SER.

ſunt qui

ſunt qui arma tractãt: nec approbãdi. nõ dñr: aut ĩ ſummo ſiniſtre ꝑtis littere Pythagorice:
DONA. neq; ĩ ſũmo dextre de qua re dicit Donatꝰ ſic Multũ fleti. qa ꝓpter ſuas virtutes magnũ reliquerãt luctũ ſacrũ poly. oñdit numina ſuos in morte iuuare nõ poſſe. Proceres: nõ tm̃ ordine: ſed meritis Phalãges: ac ſi tota grecia ad ĩferos migraſſe videret̃. Oñdit igit̃ quãti Aeneã hoſtes feciſſent in bello: oñdit ẽt non ſine multa ſua ſede viciſſe grecos. Tegentẽ nõ qa poſſet manibꝰ: ſed qa toto ſe corpore ſubtrahere conabat̃: aut totũ auertere. Quis. non tã ĩterrogãtis hec ſunt ꝗ admirantis & dolentis. Admirat̃: primo cogitare quempiã potuiſſe tot aduerſa ſupplicia in viro tã forti. Deinde ꝙ auſus eſſet ĩplere: deinde ꝙ totũ corpus ſupplicio inſectatꝰ eẽ. Feſſum ꝓcubuiſſe ſup aceruũ Magna laude afficit nõ. n. dicit occiſũ ſed ꝓcubuiſſe laſſatũ. Egomet. q. d. Nõ alijs commiſi. Inanẽ: qa ĩter hoſtes cõfuſus iacẽs reꝑiri nõ potuiſti. Te. a. Feci qđ potui. nõ qđ volui
Ordo. qa te reꝑire nõ potui. Hec ille. Ordo ẽ. Eneas molit̃. i. cũ molimie & ſũmo conatu ꝑgit. Inde i. deĩde aut potiꝰ ab eo loco: iter datũ. i. cõceſſum ſibi a fatis: cũ ceteris negatum ſit ab vno circulo trãſire ad aliũ: niſi purgatiõe fcã & tenebãt iã arua: ꝗ vltima. i. ꝗs vltimas ꝑtes: aut quorũ vltimas partes: clari bello freq̃ntãt ſecreta aut ſcđm Seruiũ tenebãt vltima arua. ſ. purgãdorũ: hoc ẽ quorũ oꝑationes hñt mixta virtutibꝰ vitia. ꝗ. ſ. loca ſecreta. i. ſepoſita ab alijs locis clari bello frequẽtãt. i. habitãt & colũt freq̃nter. Tydeꝰ pr̃ Diomedis & filiꝰ enei: occurrit hic i. hoc loco: illi. ſ. Aenee: & Parthenopeꝰ filiꝰ Atalante (vt Beroaldꝰ docuit ſupra ad illud triſtiſq; ſenectꝰ) ĩclytꝰ. i. glorioſiꝰ & clarus armis ſup. occurrit illi hic & imago adraſti pallentis. ſ. ꝑ timore: qa aufugerat: hic ſup. occurrũt illi dardanide multũ fleti ad ſuperos. i. nobiles quorũ mors fletibꝰ honorata ẽ: & caduci. i. q ceciderũt: bello. i. ꝑ bellũ aut ĩ bello ꝗs ille. ſ. Aeneas cernens oẽs lõgo ordĩe:
Glaucus. Medon. Therſilochus. ĩgemuit. i. multũ gemuit. ſ. Glaucũ Medõta & Therſilocũ: viros illos troianis olim fautores Glaucꝰ. n. erat Lyciorꝝ ductor: cuiꝰ ſingulare certamẽ deſcribit Home. li. iliad. vi. dicẽs eos ĩfecta pugna deſijſſe mutatis armis aureis glauci ꝓ ferreis Diomedis: vt Hora. prĩo ſermonũ meminit. Fuit ãt teſte eodẽ home. li. ŋ. Iliad. qdã Medon filiꝰ notus Oilei ex mr̃e Rhena ſed hic de troião loq̃t. Fuit itẽ Ideꝰ qdã filiꝰ Darethis cuiꝰ idẽ meminit. Fuit & aliꝰ filiꝰ Priami cuiꝰ ẽt mẽinit dũ ĩtroducit Priamũ veniſſe in caſtra Achillis. Polybetes ãt fuit ſacerdos Cereris: vñ ĩ ſcđo dictũ eſt tẽplũq; vetuſtũ deſerte Cereris ĩterfecto. ſ. ſacerdote. Et ſup. vidit hic tris antenoridas. i. antenoris filios q ſunt Archelocꝰ Acamas & Elycaon: & Polybetẽ ſacrũ. i. ſacratũ Cereri & ideũ Priami aurigam tenẽtẽ ẽt. i. adhuc. ſ. apud ĩferos currꝰ & ẽt arma. Anime freq̃ntes. i. crebre circũſtãt dextra & leua. i. ſiniſtra. ſ. parte. nec ſatis ẽ vidiſſe ſemel: ſed iuuat. i. delectat vſq;. i. cõtinuo imorari dubiũ aũt videt̃ an Aeneã delectet vidiſſe animas. an animas Aeneã ſed potiꝰ dixero ꝙ aĩe affectauerint videre Aeneam quia ſeq̃tur: & ſup. iuuat cõferre gradum. ideſt congredi: & diſcere cauſas veniẽdi: ideſt cur Aeneas aduenerit. Et proceres danaum: ideſt grecorũ & phalãges Agamẽnonie. ideſt quaſi toti exercitꝰ qui ſub Agamẽnone ſtipendia fecerant vt: ideſt poſtꝗ videre virũ: ſcilicet Aeneã adhuc virũ:

Hic multum fleti ad ſuperos: belloq; caduci
Dardanidæ: quos ille oẽs longo ordine cernẽs
Ingemuit: glaucũq;: Medõtaq;: Therſilocũq;:
Tris antenoridas: Cereriq; ſacrum Polybetẽ.
Idæũq; etiam currus: etiam arma tenentem:
Circunſtãt animæ dextra læuaq; frequentes.
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt: iuuat vſq; morari:
Et conferre gradũ: & veniendi diſcere cauſas:
Et danaum ꝓceres: agamẽnoniæq; phalanges
Vt videre virum: fulgentiaq; arma per vmbras:
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga:
Ceu quondam petiere rates: pars tollere vocẽ
Exiguam: inceptus clamor fruſtratur hiãtes.
Atq; hic priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora:
Ora manuſq; ambas populataq; tẽpora raptis
Auribus & truncas inhoneſto vulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantẽ: & dira tegentẽ
Supplicia & notis compellat vocibus vltro.
deiphobe armipotẽs genꝰ alto a ſãguĩe teucri Aeneas
Quis tam crudelis optauit ſumere pœnas:
Cui tantum de te licuit: mihi fama ſuprema
Nocte tulit feſſum vaſta de cæde pelaſgum:
Procubuiſſe ſuper confuſæ ſtragis aceruum:
Tũc egomet tumulũ rhœteo in littore inanem
Conſtitui: & magna manes ter voce vocaui.
Nomẽ: & arma locũ ſeruant: te amice nequiui
Conſpicere: & patria decedens ponere terra.

¶ Inde datum: aut rõne fati: aut oblatum fortuito: quod τυχον dicũt. Vltima ar. atqui multa ſuperſunt: ſed dixit quãtũ ad y litterã ꝑtinet. In his em̃ quæ dixit mixta ſunt virtutibus vitia. In ijs aũt quæ ſequuntur pœnas nocentum a meritis piorum ſegregat. Nam inferi animã in corpore conſtitutam continent. Hic omnia mixta. Licet em̃ laudet̃ in viris virtus tamẽ vituperat̃ in illis alienũ ĩperium cædibus occupare. Item amare priuignum crimen eſt virtus maritum. Alij legunt tenebant arua quæ vltima viri fortes: frequentant. i. ꝗ poſſident vltima. Hic/illic. Tydeus: Oenei & Althcæ filius a Menalippo in bello thebano extinctus. Pathenopæus: Menalippæ & Martis ſiue Menalionis filius rex arcadũ qui puer admodũ bella thebana petijt. Adraſti palentis. i. rex ſicionis deinde argiuorum. Tydei & polinicis ſocer. Pallentis. aut epithetum eſt vmbrarum: aut quia extinctis ſex alijs ſolus aufugit. Fuge autem comes eſt pallor. Fleti: nobiles: quorum mortem magna ſequitur lamentatio. Ad: apud: Caduci mortui a cadendo. hinc Cadauer. Longo ordine: ingenti multitudine. Tris antenoridas: multi ſupradictos accipiunt ſed falſum eſt. Nam Home. alios eſſe oſtendit. Sacrum: ſacratum. nomen pro participio. Idæum. Priami aurigam legimus fuiſſe. Etiam adhuc Vſq; diu: Ceu quondam petiere rates: Oſtendit vitia nec morte finiri. Hiantes: Clamare cupientes. Dat alijs vmbris vocem his ſilentiũ

SER:

Parthenopeus filiꝰ atalantæ nõ Menalippæ.

his ſilentiū vt exprimat metū q viuis quoq; adimit vocē.Vt Obſtupui ſteterūtq; comæ & vox faucibus hæſit. Deiphobū:Hic helenam duxerat mortuo paride ad cui⁹ domum prius ire neceſſe erat. Lacerum ora:habentē ora lacerata.Populata:Vaſtata.i.difformia ſublatis auribus. Truncas Truncatas.Inhoneſto:turpi.Terē.illum ne obſecro inhoneſtum ſenē.Pauitantē:timentē:ne agnoſceretur.Tegentem:Tegere volentem:nam truncatis manib⁹ qui tegebat? Notis amicabilibus:Optauit ſumere. Elegit vt ſumeret.De te ī te:Rhæteo:vbi erat A ſylū Aiacis ſicut ī ſygæo Achillis & bñ illis q̄ſi vbi tut⁹ eē potuerā Sane rhœteiū dr̄ & rhœteū facit ſicut citherea & citherea.Arma depicta.ſ.Te tuū corpus:vt nūc me fluct⁹ hēt. huc virum:& arma.ſ.eius fulgentia per vmbras:trepidare ꝑ trepidabant: aut ceperūt trepidare ingenti metu:Pars ſupple ceperūt vertere terga ceu:ideſt veluti petiere quondā rates:ideſt naues ſuas:pars:ideſt partim ipſi ſupple ceperunt tollere:ideſt eleuare vocem exiguam quia veram vocem vmbre non habēt: vnde clamor inceptus fruſtratur hiantes.i.facto hiatu clamare parātes.Si tamen null⁹ vagitus ploratus aut vox fuit apud inferos: nō etiā potuiſſent loqui. Atq; ipſe Aeneas vidit hic ideſt in hoc campo bellatorū. Deiphobū (Q uia grece Deiphobos dicit̄ non ſcribetur Deiphob⁹ ſed q̄tuor ſyllabarū eſt)Priamidē i.filūPriami ex Hecuba laniatū toto corpe:& lacerū ora crudelr̄.i.hñtē ora crudelr̄ & īmanit̄ lacerata:ora dicit &.ābas man⁹:& tpa.i.ptes capitis ſcd̄m auriculas:populata.i.ſpoliata &de nudata:aurib⁹.i.auricul' raptis.i.ablatis:& nares.i.naſi meatus truncas.i.truncatas: vulnere ihoneſto.i.turpi:qa honeſtū pulchrū vocamus.Ipſe vix.i.cū difficultate:adeo.i.oīo:agnouit ſup.eum pauitantē.ſ.p̄ rubore & tegentem dira ſupplicia.i.plagas dire illatas pro ſupplicio:& compellat.i.alloquitur cum appellatione eius:vltro. ideſt priuſq̄ ille ſe offerret vocibus notis. i. ſermone patrio:aut ꝓprio noīe:o Deiphobe armipotens genus.i. ꝓgenies ab alto ſanguine teucri:quis optauit ſumere de te tam crudelis penas.q.d.īmaniſſimus nimirum fuit:& ſi forte talis reperiri potuit qui vellet:cui licuit.i.cui permiſſum eſt a dījs tātum.ſ.penarum ſumere de te.q.d.etiam ſi quis voluiſſet deos tñ permittere non debuiſſe.Fama tulit.i.detulit mihi ideſt ad me te feſſum ſuprema nocte.i.cū Troia excideret de vaſta cede.i.occiſiōe pelaſgū.i.grecoꝶ quos occidiſti ꝓcubuiſſe ſup acerū.i.cumulū ſtragis.i.ſtratorū cōgregatōis confuſe.i.mixte ex nobilibus & ignobilib⁹: ex amicis inter ſe & inimicis.Egomet.i.in ꝓpria vt dicunt pſona non habēs fidem alteri:cōſtitui tunc.ſ. poſtq; id audiueram tumulū inanem.i.cenotaphiū:ſepulchrū ſimulatū quod pro vero erat dum cadauer haberi nō poterat in littore rheteo.i.rhetei ꝓmontorīj.Troiani & vocaui ter magna voce: manes.i.tuos i.ſpūs vagos vſq; ad exequias ſepulture ſcd̄m ethnicos.Nomen.ſ.tuum & arma.i.inſignia tua.ſeruāt locū.ſ.ſepulchri.o amice ego nequiui conſpicere te.i.ſimulachrū tuum:aut corpus tuum & ponere illud terra patria decedens.i.cum decederem:terra patria.i.de patria mea:poteſt enim bis conſtrui.

Poeta. Deiphobus.

Atq; hic Priamides: nihil o tibi amice relictum eſt.
Omnia Deiphobo ſoluiſti: & funeris vmbris:
Sed me fata mea: & ſcelus exitiale Lacænæ
His merſere malis:illa hæc monumenta reliq̄t.
Namq; vt ſupremā falſa inter gaudia noctem
Egerim⁹ noſti:at nimiū meminiſſe neceſſe eſt.
Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama: & armatū peditē grauis attulit aluo.
Illa chorū ſimulans euantis orgia circum
Ducebat phrygias:flāmā media ipſa tenebat:
Ingentē: & ſumma danaos ex arce vocabat.
Tunc me confectū curis ſomnoq; grauatum
Infelix habuit thalamus:preſſitq; iacentem
Dulcis: & alta q̄es placidæq; ſimillima morti.
Egregia interea coniunx arma omnia tectis
Emouet: & fidū capiti ſubduxerat enſem.
Intra tecta vocat Menelaū: & limina pandit.
Scilicet id magnū ſperans fore munus amanti.
Et famam extingui veterū ſic poſſe malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo: comes additur vna
Hortator ſcelerū æolides:dīj talia grāījs
Inſtaurate: pio ſi pœnas ore repoſco
Sed te qui viuum caſus age fare viciſſim

Attulerint

ASCEn. ¶ Atq; hic priamides.Ponit rn̄ſum.Deiphobi idem aſſerentis videlicet amicū eſſe & piū virum:talis enim vbiq; inducit̄ propter Ceſarem vſq; ad penitentiā clemētem. Docet quō ego ſic lacer appareat. Circa quē locum dicit Donatus ſic.Illa ꝓpter odium nomen nō poſuit:ſic ſupra Lacene dixit Infelix tha. vel qa ī eo talē habui vxorē vel qa ibi tot ſupplicīјs ſum affect⁹.Coniunx ex hoc noīe deteſtabili⁹ ſcelus facit:q violatū ſit cōiugium qd' ſacrū eē oportet.Cōiunx:Nō dixit mea:ſed q̄ multorū fuiſſet:neq; ſe amaret.Dīj talia gra. Pulchra apoſtrophe:& multa cōtinens. Oſtendit aūt tanti ſceleris ſolos deos vltores eſſe poſſe. Age fare:querit optime.Deiphobus:ſed poeta optimo conſilio abſcindit rn̄ſionē ne dicta iteꝶ diceda ſint.Hec ille. ¶ Ordo ē.Atq; priamides.ſ.Deiphob⁹ ſup.rn̄dit aut locutus eſt hic.i.ad hec dicta Aenee:o amice nihil relictū eſt tibi.i.a te:tu ſoluiſti Deiphobo oīa.ſ.q̄ pſoluere amico poteras: & vmbris. i.ſimulachris funeris.qa verū fun⁹ eſſe nō poterat. ſed mea fata.i.mala ex fato ꝓueiētia aut ad q̄ natus mihi videor mala:& ſcelus exitiale.i.pſidia execrabil' Lacene.ſ.mulieris:hoc ē Helene merſere me his malis:illa.ſ.ſceleſta lacena: reliq̄t hec mōumēta.i.memoriā ſui factura ſtigmata nāq; tu noſti:vt.i.q̄lr nos egerim⁹ ſupmā noctē.i.magnā partē ſupreme noctis: iter gaudia falſa.i.deceptoria qa ſperabāt grecos abīјſſe & iō gaudījs ac vino indulgebāt:vñ dictū eſt ī ſcd'o.Inuadūt vrbē ſomno vinoq; ſepultā ac neceſſe ē nimiū:meminiſſe.i.nos memores eſſe:qd' de Deiphobo manifeſtū eſt de Aenea q̄q; qa dixerat i ſcd'o de malis Troie: & quorū pars magna fui:cū equus fatalis.i.fatis volentibus nobis fatum.i.exitium ferens venit ſaltu.i.ſaliuit quodammodo:qa ruptis muris ſup pgama.i.menia troiana: ardua.i. valde alta.& tñ equus adhuc alti⁹ extollebat caput.& ipe equ⁹ grauis.i.fetus:attulit aluo. DONA. Ordo.

i.in aluo


Attulerint pelagi ne venis erroribus actus:
An monitu diuum: an quæ te fortuna fatigat:
Vt triſtes ſine ſole domos: loca turbida adires:

SER. ¶ Omnia: quia conſtituto tumulo manes vocauit. Funeris: funus eē nō potuit: vbi ne cadauer quidem fuerat. Fata ſecundum Mathematicos: qui dicunt inimicitias etiā ex fato deſcendere: Vnde coniunxit fatum & ſcelus Helenæ per quæ ſibi mors venit. Monumenta: ꝙ mētes moneant: & medium eſt: Vnde hic de malis: contra vero in tertio: Manuum tibi quæ monumenta mearū ſint puer. Egerim⁹ metri cauſa corripuit. Meminiſſe: neceſſe eſt. Sic Cice. Cui placet obliuiſcitur: Cui dolet meminit. Super ard. aut quia in arce collocatus eſt: aut quia fractis muris ſupra tractus eſt. Grauis: grauidus vt Non īſueta graues tentabunt pabula fœtas. Euantis. Bacchantes. ſ. phrygias aliter non ſtat verſus. Euan enim eſt Bacchus. Chorum: multitudinem ad ſacra collectā. Circū ducebat ī duos diuiſit verſus compoſitam dictionem. Nam lyrici etiā ſimplicem diuidunt. Confectum cu. nam ſi gaudijs vacauerant: tamen oſtendit illud Statij Stant veteres ān ora metus: vt non diſcederent cure præteriti belli. Alij dicūt curas quia haberet coniugem pernicioſam maritis: Vnde ſequitur in ironia. Egregia cōiunx. Vocat & pandit. i. pādit & vocat. Aeolydes: Vlyſſes: quia vbiq; ſic inducitur nam anticlia mater ante Laertis nuptias clam cum Siſypho Aeoli filio concubuit. Alij ilidem legunt: de quo nō legimus. Actus. nō ad inferos: ſed ad locum: in quo inferorum deſcēſus eſt: Nam ſub terra ſunt inferi. Vel altius intellige ſecundum corographos: qui volunt terrā ſphæricam eſſe: & vndiq; aqua & aere ſuſtentari. Quod ſi eſt ad antipodes poteſt nauigatione perueniri: qui nobis inferi ſunt: vt nos illis: hinc eſt: ꝙ ſub terra inferos dicim⁹: Tyberianus etiā dicit epiſtolā eſſe ab antipodibus apud nos vento allatam quæ habet ſuperi inferis ſalutē: qua occaſiōe tractat hoc reciprocum quod diximus ſupra & prudētiores dicunt animas per μετεμψυχωσιν ad alteri⁹ terræ partis corpora tranſitum facere. i. non in eodem climate verſari. Hinc Luca. Regit idem ſpiritus artus: Orbe alio longe canicies ſi cognita vitæ. Eſt autem Homericum: nam illic Vlyſſem Elpenor ſimiliter interrogauit. Sine ſole: nā qđ dixit: ſolemq; ſuum ſua ſydera norūt de elyſijs intelligit.

i. in aluo ſua. peditē armatū quia dictum eſt vterūq; armato milite cōplent. Illa. ſ. nota adultera & fundi noſtri calamitas Helena: ſimulās chorū. i. choreā bacchātiū p̄ letitia: ducebat orgia. i. feſta bacchanalia q̃ noctu fiebāt: īter phrygias. ſ. matronas. euātis. i. bacchātes & bacchū (q euan dicit̄) inuocantes: Ipa quaſi dicat in propria perſona exiſtēs media. i. princeps bacchantiū tenebat ingentē flammam. i. facē & vocabat danaos ex ſumma arce: dato ſ. indicio flāme quod & nautis dari ſolet. Thalamus īfelix. i. qui me īfelicē fecit: thorus. ſ. cōiugalis cum Helena: habuit me tunc confectū curis. ſ. longi belli preteriti: & ſomno preſenti ꝓpter p̄teritas vigilias. (Et bene dicit habuit me: & nō ego habui: qa qui coactus & oppreſſus cubat haberi potius videtur q̃ habere) & q̄es dulcis & alta. i. ꝓfunda & ſimillima morti placide. i. tranquille poſtq̃ tranſacta eſt: aut iam mature: ꝑſſit me iacentē. i. profundiſſime obdormiui. Cōiunx egregia. i. īſignis ſed malignitate aut ironia eſt: quaſi dicat quā egregiā putauimus qui ꝓ ea tot bella ſubiuimus: emouet iterea tectis. ſ. meis: oīa arma. & ſubduxerat. i. ſurripuerat: & clam abſtulerat capiti. ſ. meo enſem fidū. ſ. cuſtodē virorū fortiū: nā ob timorē ei⁹ nemo eos inuadere audet: & vocat Menelaū. ſ. primū maritū ſuū ītra tecta: & pandit. i. aperit: limina. i. oſtia q̃ ſunt ſup limina. Scilicet: cū ironia amara: ſperās id fore amāti. ſ. Menelao magnū munus. i. obſequiū aut bn̄ficiū: & famā. i. infamiā veterū malorū poſſe extingui. i. deleri ſic. i. per tale munus. Quid moror. i. ad qđ te pluribus ſuſpenſum teneo ipſi. ſ. greci īnumeri: irrūpūt. i. vi irruūt thalamo. i. in thalamum noſtrū: Aeolides. i. nepos Aeoli fili⁹ Siſyphi videlicet Vlyſſes (q p̄ contēptū Aeolides dicit̄ quaſi ex ſtupro genitus nō ex Laerte matrimonio: vnde de cātu ſyrenū. Sanguine Siſyphio generatus vectus Vlyſſes) hortator. i. inſtigator: ſcelerum. i. ſceleratorꝫ facinorꝫ: additur. ſ. alijs comes: vna. i. pariter: o dij inſtaurate. i. inſtar illius facti reddite: hoc eſt ad equalitatem pene: grajs ideſt grecis talia ſcilicet facinora ſi ego repoſco penas ore pio. i. inſonte & quo deos colui. Sed age fare. i. eloquere & dic nobis viciſſim: qui caſus attulerint te viuum: ne ꝓ an Venis actus erroribus pelagi: an monitu diuum: an que fortuna fatigat te: vt adires. i. adire cōpellereris: domos triſtes & loca turbida ſine ſole; huius interrogationis reſpōſio prius habita eſt & ita non reſpondet Aeneas vetante Sibylla.

Poeta. Hac vice ſermonū roſeis aurora quadrigis
Iam mediū æthereo curſu traiecerat axem.
Et fors omne datum traherent p̄ talia tempus:
Sed comes admōuit: breuiterq; affata ſibylla ē
Sibylla Nox ruit Aenea: nos flendo ducim⁹ horas:
Hic locus eſt partes vbi ſe via findit in ambas.
Dextera quæ ditis magni ſub mœnia tendit:
Hac iter elyſium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas: & ad impia tartara mittit.
Poeta. Deiphobus. Deiphob⁹ cōtra. ne ſæui magna ſacerdos:
Diſcedam: explebo numerū: reddarq; tenebris
I decus i noſtrum: melioribus vtere fatis.
Poeta. Tantum effatus: & in verbo veſtigia torſit:

ASCEn. ¶ Hac vice & c. Recitat quō icrepāte Sibylla: qa tp̄s negocio ſuo debitū fando ne qcq̄ cōtereret derelicto Deiphobo Eneas tartara p̄tergradit̄ ad elyſiū tēdēs vn̄ Dona. DONA. Sed comes: q̃ illi ꝓpterea iuncta fuit vt oīb⁹ iſtrueret ignorantem. Breuiter: ne longitudiue ſermonis tēpus tereret: cum ipa breuitatis admoneret. In ambas: honeſta eſt locutio in ambas potius q̃ in duas intellige enim ꝙ ambas vias dixerit: q̃ eſſent nate ex vna Melioribus vtere fatis: placuit Sibyllā & Aenee felicia ominatus eſt. Menia lata videt: locum deſcribit idoneū coercendis reis. Primo triplici muro claudit̄: ne facile euadere poſſint. Porte ita ſunt robuſte: vt neq; diuina vi neq; humana poſſint frāgi. Poſtremo oīa fluui⁹ claudit: q & ſaxis & fluminis trāſitū ꝓhibet. Hec ille. Ordo. ¶ Ordo ē. Aurora traiecerat roſeis quadrigis quibus. ſ. iuecta erat: hac vice. i. durante hac viciſſitudine ſermonū: iā axem mediū in ſup. curſu ethereo i. quem facit ī ethere: nō illic. i. iā apud ſupos erat mediū noctis: & ſi qđ eēt diei apud īferos medium diei: vn̄ qa nocte vna oīa debebant



Reſpicit Aeneas ſubito: & ſub rupe ſiniſtra
Mœnia lata videt triplici circundata muro
Quæ rapidus flāmis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton: torquetq́ʒ ſonātia ſaxa:
Porta aduerſa igēs: ſolidæq́ʒ adamāte colūnæ.
Vis vt nulla virū: non ipſi excindere ferro
Cœlicolæ valeant: ſtat ferrea turris ad auras
Tiſiphoneq́ʒ

peragi q̄ peragenda erāt apud inferos vt cum ſequente ſole ad ſuperos redeant: & vt per inſomnia hec omnia acta peritioribus ſignificētur dicit quia medio pacto apud inferos die: & apud ſuperos nocte quia aurora mediū curſum peregerat que primo mane orit̄: admonitum eſſe Aeneam a Sibylla vt ad cetera ꝑpe͂rarent quorū immemor videbatur ꝗa addit. Et fors. i. forte: ipſi traherent: ꝑ talia. ſ. colloqa omne tp̄s datum. i. conceſſum eis apud inferos eſſe: ſed comes. ſ. Sibylla. admonuit: & affata eſt

Tiſiphoneq; ſedens palla ſuccincta cruenta:
Veſtibulum inſomnis ſeruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus: & ſæua ſonare
Verbera: tū ſtridor ferri tractæq; cathenæ.

SER. ¶ Hac vice. Hæc ſacra preter vnius diei ſpatium nō tenebant: vñ timet Sibylla ne datū. i. conſtitutū temp⁹ inanibus fabulis teratur: quod aūt dicit aurora medium axē traiecerat oſtendit ꝙ ſcd'm Thuſcos diei ortus eſt a. vi. diei hora Ortus enim diei habet auroram. Dona. tñ dicit auroram cum quadrigis ſolē ſignificare. Breuiter: Q d' congruit moram obiurganti. Nox ruit. i. imminet ſi per diem ſacra celebrabātur: ſi per noctem finitur. Flendo ꝓprie nam & lachrymæ & gemitus fuerant. In ambas. Cōpendioſius q̄ ſi duas diceret. Poteramus enim ēt ſperare. Sic ſal. inter ſcd'm atq; vltimū bellum carthaginēſe & nō tertium Elyſiū: ad elyſiū. Malorū ipiorū. Impia: Vbi ipij puniunt̃. Ne ſæui: antiqus dictū. i. ne ſæuias Nec imperatiuum iungimus aduerbio imperantis. Explebo Vt diximus explebo eſt minuam Ennius: nauibus explebāt ſeſe terraq; replebant. Q uem caper ſecutus cum de præpoſitione extraheret hoc exemplum poſuit. Ego minuam veſtrum numerum. & reddar tenebris. Nam circa æneam & ſibyllam aliq̄d lucis fuiſſe intelligimus. Alij explebo male putant complebo eſſe vmbrarum. ſ. quibus exceſſerat numerum. Alij explebo numerum dicunt eſſe finitum tēpus ſtatutum purgationi & in corpus reuertar: vt hoc ſit reddarq; tenebris. vt illud clauſæ tenebris & car. c. vt ſit ſenſus iraſceris mihi quaſi hō. nōne & ego hō futurus ſum. Alij legunt cur iraſceris in his locis ſum quādiu vitæ per vim ereptæ expleam tempus poſt tenebris. i. meis ſedibus reddar. Sed hæc non congruunt. Non enim intelligere poſſumus deiphobum reſpondiſſe ad alia q̄ ſibylla voluerit. ſ. illum abſcedere I decus i noſtrū. m. v. f. Vel i decus noſtrum & vtere melioribus fatis inferorum cōparatione quia ait ſupra An quæ te fortūa fatigat. Vt triſtes ſine ſole domos: Vel vtere melioribus fatis noſtrum ideſt ꝙ aut ego aut tu habuerim⁹. Mœnia: Tartarum exprimit quem vult eſſe carcerē nocentum. Lata: vt oſtendat numerum malorum. Triplici: valde munitum explicat locū. Torquet trahit. Aduerſa ingens diſtinctione tollit̃ vitium duorum epithetorum. Adamante quo lapide nihil eſt durius. Virum virorum fortium. Cice. virū res illa quærebat. Per hoc oſtendit nullum de Tartaro poſſe ad ſuperos egredi: ne deorum quidem fauore. Stat: Eminet: Auras autem inferis cōgruas intelligamus & Sta. de mercurio aitpigræ auræ eius impediebant volatum. De illo em loco multi quærunt.

fata eſt ſup. Aeneā: breuiter. ſ. pro negocio: ne qd' carpit committat. dicit ergo o Aenea nox ruit. i. iminet apud inferos & deſinere incipit apud ſupos. Nos ducimus. i. abſumimus horas. ſ. multas flēdo. quaſi dicat ea re opus non eſſe tunc tpis. hic locus eſt vbi via ſindit ſe in ambas partes. i. hic eſt biuiū cui⁹ altera via. ſ. dextra tendit ad locū beatorū: altera. ſ. leua ad loca ineternū dānatorū. Dextera ſup. eſt q̄ tendit ſub menia magni ditis. i. Plutonis q diuitias ſuas apud inferos habet. & vt ſuperi⁹ ex Macrobio allatū eſt. tunc primū diuites putabant̃ anime qñ erāt recepte in regna Plutonis in elyſios. ſ. campos. nā habet idē Pluton etiā reorū ac noxioꝝ carcerem videlicet tartara. Hac. ſ. per dexteram eſt nobis iter elyſiū. i. ad elyſios cāpos. At. i. ſed leua. i. ſiniſtra. exercet penas malorū & mittit ad tartara ipia. i. in quibus ſunt impij: & nullus eſt pietati locus. Deiphobus ſup. locut⁹ eſt cōtra. i. ecōtrario o magna ſacerdos: ne ſeui pro ne ſeuias. i. ne nimiū excandeſcas oro: ego diſcedā. ſ. a vobis: & explebo numerū. ſ. quo manes mei corpori debētur (Dicebat eñ macrobius in de ſomnio Scipionis vt dictū eſt illic Triſtiſq; ſenectus aīas ſociari corporibus quibuſdam numeris: q numeri dum ſupſunt pſeuerant corpus animari. cū vero deficiūt. mox arcana illa vis ſoluitur qua ſocietas ipſa conſtabat: anima aūt ipſa nō deficit: qppe q̄ immortalis atq; ppetua eſt: ſed impletis numeris corp⁹ fatiſcit. Vñ hic dicit̃. Explebo. i. pficiā numerū quo corpori obnoxius eſt ſpiritus) & reddar tenebris. i. vmbris corporis mei I. i. vade & igredere: I igt noſtrū decus: vtere meliorib⁹ fatis. q̄ ſ. ipe vſus ſim. Ipſe deiphobus effat⁹ eſt tm̄. i. dūtaxat hoc & torſit veſtigia in verbo. i. ſimul cūvltimo ꝟbo auertit ſe: Aeneas reſpicit ſubito: qa loqndo eo pductus erat q̄ſi ignorans: & vidit ſub rupe ſiniſtra. i. q̄ erat i ſiniſtra parte: q̄ aſpera & ruposa eſt i vertice vt in littera pythagore dictū eſt: menia lata circundata triplici muro: q̄ ſ. menia amnis rapidus. i. velociter arripiēs. ſ. phlegethon. i. fluuius ille: tartareus. i. in tartara tendens ambit. i. circūfluit: flāmis torrentibus. i. concremātibus: nam ab ardore dicitur phlegethon vt dictum eſt & torquet. i. ipellit ſaxa ſonantia. ſ. ex impetu: porta aduerſa ſup. eſt ingens (Nullū eſt epitheton qd' frequenti⁹ cum alio ponat ſine copula Maro noſter ac nomen ingens ſicut monſtrum immane ingens. &c. quod ideo forſitan facit quia ingens habet vim aduerbij. ſignificans quaſi ſine gente. i. exēplo aut genere: ſicut ergo vitioſum non eſt porta aduerſa ſine exemplo aut genere. ita nec porta aduerſa ingens precipue hic qa ꝟbū interponit̃ ſic. Porta aduerſa eſt ſup. ingens) & colūne ſunt ſolide. i. firme & integre ſup. ex adamante. i. lapide illo duriſſimo vſq; adeo: vt nulla vis. i. nullū robur virū. i. virorū fortiū: hoc eſt nulla vis humana nō ipi celicole. i. celum colentes: valeant excindere ſup. eas ferro qa ſanguine hyrcino dūtaxat ſecat̃ adamas: ſed licet ad naturā lapidis alludat: hoc quoq; dicit qa in inferno nulla eſt redemptio. Turris ferrea: ſtat. i. erecta eſt ad terrorem: ad auras. i. in altum erecta & Tiſiphone. i. furia infernalis a torquēdo dicta: ſedēs ſuccincta palla: cruēta ſeruat inſomnis. i. exōnis & nihil dormiens veſtibulū. i. introitū vbi pua aut nulla eſt ſtatio: ſeruat dico: noctes & dies. Gemitus. ſ. dānatorū: exaudiri ſup. ceperūt aut exaudiebant̃ hinc. i. ab hoc loco: & verbera. i. flagella: ſeua. i. qb⁹ ſeue & dire vtunt̃ vltrices ſonare. ſ. ceperunt aut ſonabant tum. i. inſup ſtridor ferri & cathene tracte ſup. ſonare ceperunt aut ſonabant.

Cōſtitit Aeneas: ſtrepituq; exterritus hauſit
Aeneas Quæ ſcelerū facies o virgo effare: quib⁹ ve
Vrgentur pœnis: qs tātus plangor ad auras:
Poeta Tū vates ſic orſa loq. [dux inclyte teucrū:
Sibylla Nulli fas caſto ſceleratū inſiſtere limen.
Sed me cum lucis hecate præfecit auernis:

¶ Cōſtitit eneas &c. Q uia oēm iferoꝝ regionē deſcribere ꝓtēdit poeta: & eneas pius ipioꝝ carcerē igreſſurus nō eſt: iducit eū iterrogātē & diſgrentē a ſibylla ſontiū & noxiorū penas: vt. ſ. mortales a peccatis p eas deterreat. ASCEn.

DONA. Donat⁹ ad hūc locū dicit ſic. Dux iclyte magna: poete copia q̄tiens. n. ſibyllā loquētē iducit cū enea. totiēs principia cū ei⁹ laude variauit. Diſtulit. nā q̄uis hoīes latuerūt ſcelerati nō penas euaſerūt: ſed in aliud tp̄s diſtulerūt.

Cuſtodia

Ipſa deū

Ipſa deū pœnas docuit: perq; omnia duxit.
Gnoſius hec rhadamāthus hēt duriſſima regna
Caſtigatq; auditq; dolos: ſubigitq; fateri:
Quæ quis apud ſuperos furto letatus inani:
Diſtulit in ſeram cōmiſſa piacula mortem.
Continuo ſontes vltrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultās: toruoſq; ſiniſtra.
Intentans angues: vocat agmina ſæua ſororū.
Poeta vel Sibylla Tū demū horriſono ſtridentes cardine ſacræ
Panduntur portæ cernis cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat: facies que limina ſeruet:
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet ſedem: tum tartarus ipſe
Bis patet in preceps: tātū tenditq; ſub vmbras
Quantus ad æthereū cœli ſuſpectus olympū.

SER. ¶ Qui tantus plangor ad auras: pollio dicit æneę & ſibylle aura que ſecum traxerāt illi: cū conſtet nō eſſe illic auras. Strepituq; exterritus hauſit: Hauſit & exterritus ꝑ hypallagen. Facies ſpecies. Caſto: pio. oſtēdit æneā ingredi voluiſſe: ſed quaſi piū eſſe ꝓhibitū: Inſiſtere: inſiſto illam rem dicimus: & inſiſto illi rei. Sed ne. ne forte queratur vñ illa cognouerit. Pœnas deū docuit quas dij ſtatuerūt: aut Titanū quos deos legimus vel vere pœnas deorū: qa ait. Orpheus ꝙ dij peierantes per ſtygē nouē milibus annorū puniuntur in tartaro: Vnde ait Statius. Et ſtix periuria diuū Arguit. Rhadamantus: hic & Minos & Aeacus filij iouis & Europe fuerūt. Qui poſtea facti ſunt apud inferos iudices. Subigitq; fateri. cōpellit ad confeſſionē. Furto letatus inani: latebra non valde profutura: Quippe que fuerat publicanda poſt mortē. Diſtulit in ſerā in grauē vt Serū bellū in anguſtijs futurū. Piacula: cōmiſſa ꝓpter que expiatio adhibetur. Accincta flagello. aut hoc dixit qđ videmus: qa qui longo flagello vtitur vt is poſt ictum in ſe reuoluat neceſſe eſt aut accincta eſt inſtructa ad verbera. ſ. i. nocentes flagello quatit ipſa preparata. Agmina ſæua ſororum aut impetus aut de harpyis dixit: aut ſerpentū agmina quos pro comis habēt. Tum demū horriſono: mittunī inquit poſt verbera ad eternū ſupliciū & eſt ſecutus ordinē iuris antiquū: nam poſt habitā queſtionē ad Tullianū ad vltimū ſupplicium mittebanī. Alij hoc a poeta dictū volūt: vt illa loquēte intelligamus portā eſſe patefactā: alij cōtinuāt narrationē. Sacre: execrabiles Cernis cuſtodia qualis. Cuſtodia eſt que cuſtodit: nō que cuſtodiī: vſurpatū āt eſt ſicut hoſpitia: ſicut neptis nā hic & hec cuſtos facit hec em̄ que finiunī in o vt fullo. in os vt nepos. in es vt hoſpes fœminina ex ſe nō faciūt: que aūt inuenimus vſurpata ſunt. Vñ & diſſimilia inueniunī: nā cuſtos cuſtodia facit & nepos neptis. Veſtibulo ſe. ſignificat megerā hoc āt dixit Cernis hāc ꝙ ſęua ſit. ſūt & intus alię. Atris imanis hiatibus que ſeuior ꝙ hydra fuit Multi ipam hydrā fuiſſe dicūt qđ nō ꝓcedit: nā eā in aditu legimus inferorū: vt ac belua lernę quā alij tria volūt habuiſſe capita alij noue: vt Simonides dicit quinquaginta. Tartarˀ: vel qa oīa illic turbata ſūt ἀπὸ τοῦ ταράχου: aut qđ eſt meliˀ ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. i. a tremore frigoris. Sole ei caret. Bis patet in ꝑceps: ideo in preceps addidit: qa pōt quid etiam ſurſum patere. videtur aūt hoc a prudētioribus ideo dictum: quia ſcđm rationem ſphære ſol cum in vnam cōceſſerit partem: due quaſi tartarum faciunt: vnā ā qua diſceſſit: & altera ad quā nunc ꝗ accedit: quod melius ſphæræ indicat ratio: hoc aūt dicit Tartarus ipſe bis tantum in preceps patet & tendit ſub vmbras quantus eſt ſuſpectus. i. altitudo ad olympum æthereum.

Cuſtodia qualis nō expreſſitˀ que eſſent vt quicquid tetrū horrendū ad deteſtabile eſſet cōtues colligeret eſtimatio. Ergo ſuppreſſit ſpecialitatē ne ſola putareī que forte poſuiſſet. Sedeat: vt oſtēdat aſſiduitatē & cōtinuationē facti. Bis patet in preceps: vt ſi celi altitudo ſit centū: ꝓfunditas inferni ſit. cc. Ne aloide: ꝗ manibus celū tangerēt: ex infimo inferno faſtigiū poſſent tangere. & inde abire. hec ille. ¶ Ordo eſt. Aeneas cōſtitit. i. manſit ſimul hoc eſt toto corpore ſtans (& eſt hiſterō ꝓteron in ſnīa ſcđm quoſdā qa prius exterritus hauſit ſtrepitus ꝗ cōſtaret: ſed licet cōfuſe prius ſtrepitū hauriret tamē vt melius hauriret cōſtitit atq; ita ſeruatus eſt naturalis ordo) & ipſe igitur exterritus hauſit. i. accepit auribˀ ſtrepitū. ſ. ꝗ fiebat apud inferos: & ſup. inquit: o virgo effare. i. eloquere: que. i. quales ſup. ſunt facies. i. ſpecies. ſcelerū. ſ. ob ꝗ illic puniāī: aut ſcelerū. i. ſceleratorū ve ꝑ vel quibus penis vrgenī & quis tātus plangor ſup. editur ad auras. vates eſt orſa loqui tū. i. tunc ſic. i. in hūc modū. O inclyte dux teucrū pro teucrorū. Nulli. i. nō vlli: fas nō eſt vlli caſto inſiſtere i. ingredi limē ſceleratū. i. ſceleratorū (Intelligit autē de caſtis. i. impollutis ab omni vitio. Nā plura genera damnatorū enumerabit) Sed cū. i. quādo hecate. i. dea inferorū: prefecit me lucis. i. ſyluis inceduis: auernis aut auerni (vtroq; em̄ modo legiī: ſed dicēdo auernis adiectiue ſumitur: dicēdo auerni ſubſtātiue) ipa docuit me penas deum. i. quas dij exigūt a ſontibus nō quas dant: aut etiā quas dant peierātes per ſtygiā paludā dij: qa nouē millia annorū penas dare dicuntur: vñ Statius in ſiluis Styx periuria diuū arguit: & duxit me per omnia. ſ. hec loca: Rhadamāthtus gnoſius. i. cretenſis habet hec regna duriſſima. i. que duriſſimas leges ſeruant: fuit aūt teſte Strab. li. x. antiquiſſimus rex Cretēſiū quē minos in legibus ferēdis imitatus eſt: & caſtigat & audit dolos & ſubigit. i. cōpellit fateri piacula. i. crimina piaculo. i. purgatione digna que cōmiſſa apud ſuperos. quis. i. aliquis letatˀ inani furto. i. occultatione friuola: diſtulit. ſ. fateri aut piare: in mortē ſerā. i. vltimā & id incluſiue que res cū fide noſtra multum quadrat ꝗ mo netq; penitentiā agere & peccata cōfiteri dum tēpus habemus. Cōtinuo. i. aut perpetuo aut ilico vt illuc peruenerint: tiſiphone furia illa infernalis vltrix. ſ. ſcelerū accincta. i. expedita & preparata: flagello. i. ad flagellandū aut habēs flagellū in accinctu ſuo quatit ſontes. i. nocētes & culpabiles: inſultās ſup. eis (qđ ſignū dire impietatis eſt. vñ in. ij. penas cū ſanguine poſcunt. Eſt aūt tractū ab inſtitutis romanorū qui prius virgis ceſos detrūcabant) & ipſa intētans. i. intente inijciēs aut minitans: ſiniſtra. ſ. manu (Nā dextra quatit flagellū) angues toruos. i. terribiles vocat agmina ſororū. i. aliarū furiarū: ſeuia. i. crudelia: porte ſacre. i. execrabiles: aut vt res ſacre formidande: ſtridentes cardine. i. ferro ſuſtētante ianuā. quaſi corde ianue: (Nā dicitī cardo a cardia grece. i. corde) horriſono. i. horribiliter ſonāte pandūtur. i. aperiunī. tum demū. i. tandem (Poſſunt eſſe omnia verba ſibylle & erit ſenſus tū demū. i. tandē poſtꝙ anime ſontes ad eas perducte ſunt & nō ꝙ iam tūc aperiebanī & tūc procediī ſic) cernis inquit ſibylla ad æneā qualis. i. ꝙ terribilis cuſtodia. i. cuſtos ſedeat veſtibulo. i. in itroitu: & que. i. qualis: hoc eſt ꝗ terribilis facies ſeruet limina: q. d. & tamē hydra immanis. i. terribilis & ferox: quinquaginta hyatibus. i. rictibus & aperturis faucium

Ordo.

Est enim habet capita habet ſedem intus exiſtens ſeuior ideſt immanior q̃ ſcilicet hec cuſtodia que foris inveſtibulo cernitur (Quidam vero velint ſuperiora eſſe verba poete vt ſit porte panduntur tum demum .ſ. cum hec dixiſſet ſibylla: & eis apertis dixit ſibylla: cernis qualis cuſtodia &c. & ſunt qui cuſtodiã more græco pro carcere accipiant: mihi tamen placet pro tiſiphone accipi: hydram vero pro furia hic accipit. Nam veram hydram dixit eſſe in primo limine ſeu primo circulo appellans beluam lerne. Non recte autem definiuit Seruius cuſtodiam vt Beroaldus ſtatim aperiet.) Tum: ideſt inſuper ipſe tartarus ideſt profundiſſimus locus inferni (dictus vel a ταρατω ideſt turbo vel a ταρταρξω ideſt ſtrideo & frigore tremo) patet bis tantum in preceps. id eſt in profundũ & tendit ſub vmbras ſcilicet infernales: quãtus ſuſpectus ideſt ſurſum aſpectus cœli: eſt ad olympum ethereum aut celeſtem aut ad ætherea ideſt ſummum aerem extenſum. Sunt autem qui hanc profunditatem ſic metiãtur: vt alterum precipitium tartari ſit vt vſq; ad centrum alterum vſq; ad antipodas: vbi volunt inferorum regna: que ob id dicta ſunt non interranea ſed ſubterranea. Nam ſi interranea eſſent non queſiuiſſet deiphobus: pelagine venis erroribus actus nam nauibus ad interranea regna perueniſſe non poſſet: ſicut ad antipodas quos oceanum mare vt nos cingit. Reſpectu ergo antipodum poteſt tartarus patere bis tantum in preceps: quantus eſt ſuſpectus cœli vſq; ad ethereum olympum. vt per olympum montem non cœlum intelligamus: quia tamen ex Homero ſumptus eſt locus: iſq; dicit tam procul eſſe tartarum ab inferis q̃ celum a terra: dicemus de celo poſſe intelligi & ſignanter poetam aut vatem loqui dicentem tartarum non eſſe bis tantum profundum ſed patere: ideſt apparere bis tantum in preceps quantus eſt ſuſpectus cœli &c. Moralis autem ratio huius rei facilis eſt: quia ad inferos precipitantur mortales binis vitijs: & ſingulis virtutibus ad celum eleuantur. vnde virtus eſt medium vitiorum vtrinq; redactum & ita duplo facilius eſt ad inferos deſcendere q̃ ad ſuperos conſcendere. Sed hec alijs indaganda relinquimus. Verba Beroaldi in Seruium ſunt hec in id quod dicit Cuſtodia eſt que cuſtodit non que cuſtoditur.

Beroal. Cuſtodia

¶ Error hic eſt Seruij manifeſtarius: cum apud eruditos cuſtodia reperiatur pro eo etiam qui cuſtoditur: & in primis apud iuriſconſultos: qui diſertiſſimi ſunt: digeſtis de cuſtodia reorum ita ſcriptum legimus: ne quis receptam cuſtodiam ſine caſu dimittat: & alibi manifeſtius: ſi cuſtodia ſe interfecerit vel precipitauerit militis culpe aſcribitur: & alibi ſi caſu cuſtodia defuncta eſſe dicatur vbi ſemper cuſtodia ſignificat reum & illum qui cuſtoditur: quinetiam Suetonius hoc vocabulo in hac ſignificatione vſus eſt: cuius verba hec ſunt in domitiano. Nec niſi ſecreto atq; ſolus pleraſq; cuſtodias receptis quidem in manu cathenis audiebat. idem in tyberio. In recognoſcendis cuſtodijs precanti cuidam pene maturitatem reſpondit nondum tecum in gratiam redij: & in caligula: Cuſtodiarũ inquit ſeriem recognoſcens.

ASCEñ. ¶ Hic gen⁹ antiquũ terre &c. Docet qui apud tartara dãnati penas dent: eorũq; primos cẽſet qui temerario auſu deos expellere conati ſunt: vt filij terre: titanas videlicet qui ob ingẽtẽ corporis molẽ ex terra ſumptã filij terre dicti ſunt eoſdẽ etiã home. in profundo tartari eſſe dicit. Lactãtius li. i. dicit eos filios titani qui erat frater Saturni: ex terra genitos Diodorus autẽ ex thitea genitos vult & inde titanes dictos Serui⁹ vero ex terra irata & ita vocatos q̃a thiſis ira dicit̃ ſunt aũt ſuperbi per eos intelligẽdi At Cicero nihil aliud inquit eſt gygantes pugnare cũ ſuperis q̃ nature repugnare: & reuera qd' Philoſoph⁹ docet: nihil naturalius q̃ vt inferiora pareant ſuperioribus: Sc'do loco ob conſimile crimẽ ponit aloidas quos homer⁹ in. xi. odyſſee ab vlixe viſos dicit œtũ & ophialtẽ q̃ neptũni filij: ab Home. putãtur ex aloei vxore ſed a patre putatiuo denominati: Fuerunt aũt teſte homero ſumme magnitudinis: nã quũ adhuc eſſent imberbes habebãt pectus latũ. ix. cubitis & totidẽ palmis longitudinẽ vero. xi. vlnarũ creſcebãt aũt quotidie. ix. digitis qui auſi detrudere Iouem celo iaculati ſunt apollinis telis nõ dianæ: vt Seruius vult: addit homerus ꝙ etiam pepuliſſent iouem ſi continuo ſic eos creſcere permiſiſſet. Nec dicent̃ gemini. i. pares licet id fere in gemellis accidat: ſed gemelli: fuerũt em̃ vnius partus ex iphimedia aloei vxore a neptũno cõpreſſa geniti. Et ꝓducitur ſc'da quia grece ſcribitur αλωευσ. Tertio dicit Salmonea ſeu ſalmoneum quem Diodorus in quinto dicit filium eoli & eolũ deucaliõis qui regnauit apud elidẽ ciuitatem archadie in peloponeſſo: vbi in ludis olimpiacis ſibi diuum poſcebat honores. Tityos aũt fuit filius terre: vt dicit Strabo li. ix. q̃ in inſula euboea natus ab apolline interfectus eſt quia tyrannus fuit & concubitũ latone matris apollinis appetijt. Occultauit aũt ſeſe in ſpelunca elaria vt inquit Strabo. & ſunt qui velint elariã fuiſſe matris eius nomen: & ita alij a terra genitum alij nutritũ volunt: ſumentes occaſionẽ qualẽ Vergilius dicẽs de aboriginibus ꝙ eſſent

Hic genus antiquũ terræ titania pubes:
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo.
Hic & aloidas geminos immania vidi
Corpora: qui manibus magnũ reſcindere cœlũ
Aggreſſi: ſuperiſq; iouem detrudere regnis.
Vidi & crudelis dantem ſalmonea pœnas:
Dum flãmas iouis: & ſonitus imitator olympi
Quatuor hic inuectus equis: & lãpada quaſſãs
Per graium populos mediæq; per elidis vrbẽ
Ibat ouans: diuumq; ſibi poſcebat honores:
Demens qui nymbos: & nõ imitabile fulmen
Aere: & cornipedũ curſu ſimularat equorum.
At pater omnipotens denſa inter nubila telũ
Contorſit non ille faces: nec fumea tedis
Lumina: precipitẽq; immani turbine adegit.
Necnon & tityon terræ omniparentis alumnũ
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: roſtroq; immanis vultur adunco
Immortale iecur tondens: fœcundaq; pœnis
Viſcera: rimaturq;: epulis habitatq; ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem lapithas: ixiona: pirithoũq;:
Quos ſuper atra ſilex iamiam lapſura cadenti
Imminet adſimilis: lucent genialibus altis

Aurea

Aurea fulcra toris: epuleq; ante ora paratæ
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat & māibus ꝓhibet cōtingere menſas.
Exurgitq; facem attollens: atq; intonat ore.

SER. ¶Hic genus antiquum terre.i.primū. Titanas em̄ contra Saturnum genuit: gygantes poſtea contra Iouē & ferūt fabule titanas ab irata contra deos terra in eius vltionē creatos: Vñ & titanes dicti ſunt: ἀποτιστιοεωα .i. abvltione. De his aūt ſol abſtinuiſſe narratur ab iniuria numinū vnde & cœlum meruit Aloidas geminos: Aloeus Iphimendiā vxorem habuit: que cōpreſſa a Neptūno duos peperit: Oethū & Ephialtem: qui digitis nouē per ſingulos menſes creſcebant. Freti itaq; altitudine cœlum voluerunt ſubuertere: ſed confixi ſunt Dianæ & Apollinis telis: Aloidas aūt ſic dixit vt de hercule amphytrionides dicimus. Geminos: ſui ſimiles. Crudelis pœ. ſæuas nimias: nam non dicit indignas ferentem qui ſacrilegus fuit. Salmonea: ſalmoneus Aeoli filius fuit non regis ventorum: ſed cuiuſdam apud elidē vbi regnauit: qui fabricato ponte æreo ſuper eum agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quē fuiſſet iaculatus facem eū iubebat occidi. Hic poſtea verū expertus eſt fulmen. Mediæq; per elidis vrbem: hinc eſt indignatio ꝙ in ea ciuitate iouē imitabatur: in qua ſpecialiter Iuppiter colitur. Denſa inter nubila. Oſtendit fulminis cauſam & originē. Fumea lumina.i.terrena: nam æthereus ignis caret fumo: ſolo em̄ ſplendore viget. Contorſit: proicit cū impetu. Adegit: impegit. Necnon & tityon. Tityus ſcd'm aliquos filius terræ fuit ſcd'm alios a terra nutritus. Vnde elegit ſermonē quo vtrūq; ſignificaret nam alumnū dixit: hic amauit Latonā: propter quod Apollinis telis confixus eſt. Dānatus eſt aūt hac lege apud inferos vt eius iecur vultur exedat. Quamq; Home. viciſſim dicat duos vultures ſibi in eius penā ſuccedere: ſane in vſu eſt vultur licet Cicero. vulturis dixerit: & Plau. in curculione: lacit vulturios quatuor quod quidem pōt eſſe etiā deriuatiuū: Ennius Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonē. declinatur autē hic Tityos hui' tityi: vt delos deli. Per tota nouē cui iugera corpus. Porrigitur. Quantū ad publicam faciem magnitudinē oſtendit corporis. ſed illud ſignificat: quia de amore loquitur: Libidinem late patere vt ait ſupra. Nec procul hinc patrem fuſi monſtrantur in omnē. Lugentes campi. Sane de his omnibus rebus mire reddidit rationem Lucre. & cōfirmat in noſtra eſſe vita omnia ea que fingūtur de inferis. Dicit enim Tityon amorem eſſe hoc eſt libidinem que ſcd'm phyſicos & medicos in iecore eſt. vt riſus in ſplene iracundia in felle. Vnde etiam exeſum a vulture dicitur in penam renaſci: &.n. libidini nō ſatis fit re ſemel peracta: ſed recrudeſcit ſemper vnde ait Hora. incontinentis: aut Tityi iecur. Ipſe etiā Lucre. dicit per eos ſuper quos caſurus imminet lapis ſuperſtitioſos ſignificari: qui inaniter ſemper vereñt & de dijs & celo & focis ſuperioribus male opinātur. Nam religioſi ſunt: qui per reuerentiam timent. Per hos aūt qui ſaxū voluunt ambitū vult & repulſam ſignificari: quia ſemel repulſi petitores ambire non deſinunt. Per rotā aūt oſtendit negociatores: quia ſemper tempeſtatibus turbinibuſq; voluuntur Fœcundaq; pœnis: fœcunda in penam. Rimatur paſcitur: vt rimantur prata caiſtri. Nec fibris. fibræ ſunt eminentiæ iecoris. Quid memorem lapythas: hi populi theſſalie: quibus imperabat Ixion amiciſſimus: vt ſupra diximus Ioui phlegiæ filius qui poſt nubis coitum ficte in formā iunonis cū ſe ſæ de eius ſtupro iactaret. ab irato ioue ad inferos truſus eſt. & illic ligatus ad rotam circunfuſam ſerpentibus Pirithoumq; hic vnus de lapythis fuit: qui deſcendit cum Theſeo ad rapiendam Proſerpinam. Adſimilis: aduacat & a maioribus ad ornatum adhibebatur. Hora. qua populus adſit a certis limitibus vicina refugit iurgia. Lucent. g. al. aliud eſt. Tantalus rex corynthiorum amicus numinibus fuit: qui cum frequēter eos ſuſciperet. & quodā tempore defuiſſent epulæ filiū ſuum Pelopē occidit. & dijs epulandū appoſuit

Titanes
Aloeus
Iphimendes
Oethes
Ephialtes
Tityus

eſſent gens duro robore nata per hunc luxuriā plurimi intelligūt: vnde horatius incōtinentis tityi & ita declinat hic tityos aut tityus huius tityi Donatus tñ ſentit quaſi ſit hic tityon indeclinabile nomē dicemus ergo hūc tityon ſicut menelaon. & bene dicit iecur eius abrodi qa cogit amare: vñ idē hora. Nulla ancilla tuū iecur vlceret. ſed prelongū eſſet cūcta perſequi: addā qđ homerus dicit tantalū poſitū in fluuio erydano intra poma & dulcis aquas. Euripides vo dicit ꝙ tantali pena eſt ſaxū leniter pendēs cui' caſum timet. vñ in tertio tuſculanarū dicit Cicero ꝙ poete fecerūt imminere ſaxū tantalo ſignificātes auarū ſemꝑ timere. Horatius homerum ſecutus dicit ſermone primo Tantalus a labris ſitiēs fugiētia captat Flumina & c. & ſignificat auarū ſemꝑ egere: qa querit & inuētis miſer abſtinet & timet vti DONA. Donati verba ſunt Tityton Monoptotō declinat: nā Tityonē diceret ſi per caſus variari potuiſſet. Quid memorē lapytas: genus eſt trāſitus per omiſſionē & ponit ne continuatio narrationis horreſcat. Hec ille.

Ordo. ¶Ordo aūt eſt. Genus antiquū.i. ꝓgenies antiqua terre: appoſitorie pubes titania aut titano ꝓgenita aut ab vltione que tiſys dicit denominata.i. filij terre. ſ. gygātes voluunt: hic.i. in tartaro deiecti.i. poſtq̄ deiecti erāt fulmine. ſ. iouis in bello gyganteo: voluunt inquit in imo fundo qa & primi & ſceleſtiſſimi apud inferos ſunt nec multū abludit fabula a caſu luciferi & complicū: Nec hyſtoria ab his qui turrim babylonicā cōſtituere moliti ſunt. Ego vidi inquit ſibylla: &.i. etiā hic aloidas.i. aloei filios putatiuos ethum & ophialtē geminos.i. vno partu editos appoſitorie immania corpa: qui aggreſſi ſunt reſcindere manibus. ſ. ſuis magnū celū: quapropter dicit Donatus tartarū bis tantū in preceps patere: qa ſi cœlū aggreſſi ſunt: niſi profundior ſit tartarus q̄ celū altū poſſent facile ſeſe eximere: & aggreſſi ſunt detrudere iouē regnis ſuperis i. celeſtibus. Ego vidi: &.i. etiā ſalmonea.i. filiū eoli regis arcadie: dantem penas crudelis: ideſt crudelitatis ſue vt ſit genitiui ſingularis aut crudelis.i. ſeuas & vehemētes. & ſine clementia illatas vt a crudelibus ſolēt & crudelibus debenť ſicut crudelis aras libro pmo dixit ad quas crudele facinus cōmiſſū erat: dū imitať (quaſi adhuc imiteť qa ſicut boni eadē habēt exercitia poſt mortē & in vita, ſic & mali: ſed bai ad voluptatē mali ad dolorē: a qua ethnicorū ſnīa nō multū abhorrēt qui dicūt etiā immūdos ſpūs ꝓpterea dānatos ꝙ deo ſimilē eſſe voleti cōſentiebant: adhuc conari vt adorenť vñ & ille ſi procidens adoraueris me) flāmas iouis & ſonitus olympi i. tonitrua q̄ iuppiter demittit ab olympo: hoc eſt dū in ea affectione manet apud inferos: aut dū imitať.i. dū penas dat pro eo ꝙ imitatus eſt: flāmas & c. niſi ſit ordo. hic dū imitať flāmas iouis & ſonitus olympi: inuectus quatuor equis tot em̄ autore Plauto vtiť Iuppiter: & quaſſans i. cōcutiēs frequēter lāpada loco fulminis: ibat ouans.i. exultans ouanti ſimilis per populos. i. cetus: graiū pro graiorū: & per vrbē elidis. ſ. regionis aut ciuitatis arcadie: medie. i. per mediū eius vrbis & poſcebat ſibi honores diuū. i. religionē & metū ob fulgura & tonitrua dictitans ſe iouē eſſe: ibat dicit exiſtens demēs qui ſimularat. i. finxerat & imitatus erat nimbos. i. nubes ventoſas: & fulmen nō imitabile.i. qđ imitari non licet. ere.i. pōte ereo & curſu equorū cornipedū.i. habentiū corneos pedes hoc eſt duros & ferreos. At.i. ſed pater omnipotens. ſ. iuppiter: cōtorſit

ter: contorſit telum. ſ. fulmẽ ſuũ inter denſa nubila contorſit quaſi ex arcu dimittendo deorſũ ille. ſ. oĩpotens pater ſup. non adegit. ſ. in ſalmonea: ſicut ſalmoneus in eos quos terrere aut proſternere voluit. faces. ſ. pro fulgure non lumina fumea. i. fumoſa aut habentia fumũ admixtũ: tedis. i. propterea ꝙ fierent ex tedis: ſed ſup. adegit eum precipitẽ. i. precipitanter cadentẽ turbine. i. circũuolutione: immani. i. terribili & vehementi. Necnon. i. & etiam erat cernere. i. illic videre dabatur. tityon alumnũ terre omniparentis. i. quem terra omniũ parens nutrierat. aut vt parens aut vt nutrix tantum. cui. ſ. tityo corpus porrigitur. i. porro regitur. i. extenditur per nouem iugera tota. i. integra: & cui vultur immanis. tondens roſtro adunco. i. incuruo iecur immortale. i. inconſumptibile: & viſcera fecunda penis. i. ad penas: quia renaſcuntur fibre vt iterum abſumãtur qđ noſtri dicunt dãnatos ſemper mori & tamen mori non poſſe: & rimatur. i per rimas. i. fixuras aperit: epulis. i. ad habendas epulas. aut epulando: & habitat ſub pectore alto. i. profundo: vbi eſt curarum locus quia cute non ipſa in morte relinquunt: nec vlla requies datur fibris. i. extremitatibus iecoris: renatis: quia vt primum renate ſunt abſumuntur a vulture. Quid. i. ad quid memorem lapythas. q. d fruſtra: quia notum eſt ob guloſitatem & precipue ebrietatem damnatos eſſe: & ita poſt ſuperbiã & luxuriam damnat ebrietatem: & quid memorẽ ixiona: qui & luxurioſus & ãbitioſus fuit & quid memorẽ pirithoũ qui proſerpinã rapere adortus eſt aut ſup. quid memorẽ ſupra quos atra ſilex iminet lapſura. i. quaſi lapſura iamiã de momento in momentum: hoc eſt adſimilis. i. multum ſimilis cadenti: & ſunt ſuperſtitioſi. Aut ſupp. quid dicam de illo videlicet tantalo: cui fulcra. i. ſuſtentacula tabularum ſeu menſarũ ſupra quas comedit non tori ſuper quẽ cubatur: aurea. i. aut aurata aut ex ſolido auro facta: lucent altis toris. ſ. diſcubitorijs genialibus. i. in quibus genio indulgere ſoleant. i. lete conuiuere: & id potius q̃ vt intelligamus de toris in quibus opera datur liberis generandis: & epule parate luxu ideſt ſuperfluo aut magnifico ornatu: regifico aut a rege facto: aut regem faciente cum non deceat niſi regem ſupp. ſplendent aut lucent: ante ora ſcilicet tantali: ſed maxima furiarum: aut celeno que dixerat in tertio vobis furiarum ego maxima pando. Et bene vna arpyiarum dicitur illic eſſe: quia earum videtur proprium infeſtare menſas aut ſi celeno nondum defuncta intelligitur intelligetur alia eius ſimilis famẽ inducẽs quia reuera non eſt mortalibus maior rabies ꝙ̃ que ex fame naſcitur. furiarum ergo maxima que. ſ. famẽ procreat: accubat iuxta: & prohibet contingere menſas. i. fercula antepoſita: manibus. ſ. tantali & exurgit. ſ. quotiens tentare conatur. attollens. i. erigens facem quam illi incutere minatꝰ aut inijciens ignem auaritie vt dicit Seruius: atqꝫ intonat. i. horrorẽ facit ore: vt. ſ. deterreat ab epulis.

apposuit. Tunc abſtinentibus cunctis Ceres humerum eius exedit: & cũ eum dij per Mercuriũ reuocare ad ſuperos vellent: eburneus eſt ei humerus reſtitutus ſicut ſupra. Hũero ꝗ pelops inſignis eburno. ideo aũt ſola Ceres dicitur cõeſſe quia ipſa eſt terra q̃ corpus ſoluit. per Mercuriũ aũt ob hoc fingitur eſſe reuocatus ꝙ ipſe eſt deus prudentie: per quam philoſophi deprehẽderut ϖαλιγγενεσιαν ἢ μετεμψυχωσιν Tantalus autem hac lege apud inferos dicitur eſſe damnatus vt in eridano inferorum ſtãs nec vndis preſentibus: nec vicinis eis pomarijs perfruatur: per hoc autem auaritia ſignificatur: vt eſt Hora. Tantalus a labris ſitiens fugientia captat. Flumina. Quid rides mutato nomine de te fabula narratur. Genialibus veluti genialibus. nam geniales proprie ſunt qui ſternuntur puellis nubentibus dicti a generãdis liberis. Aurea fulcra to. quibus fulcimur. i. ſuſtinemur: Regifico luxu: regio ambitu. Furiarum maxima iu. Vnde & famem prenunciat: vt hanc eſſe furiarum maximam doceat. Et manibus pro. Eorum. ſ. non ſuis. Facem attol. Inijciens ignem auaritie: vt abſtineant.

¶ Hic quibus inuiſi fratres: dũ &c. Tãgit quartũ peccati mortalis genus inuidiã. ſ. repetẽs iterum
ASCEN. auaros & taxans impios. infidos: adulteros ſuperſtitioſos & qui patriã aut genus ſuum
DONA. inceſtauerũt vt ſuo loco dicã. Donati aũt verba ſunt. Leges precio. ſ. Omnia hæc ſcelera poſuit Maro: vt viuẽtes ad bonos mores metu pęnæ reduceret. Nõ mihi: neceſſario generalitas iniecta eſt: ne cuncta deſcripſiſſe videretꝰ: quoniam fuit impoſſibile latitudinẽ tantã plene cõplecti vel ne cõtẽptui haberentꝰ pene ꝓpoſite ex quotidiana meditatione. Pluſqꝫ etiã metus inijcitꝰ cum infinita formido eſt. hec ille. ¶ Ordo aũt
Ordo. eſt. Hic ſup. incluſi expectãt penas. i. qbus fratres inuiſi ſup. erant dũ vita manebat: vt atreus & thyeſtes. danaus & egyptus romulus & remꝰ & multi alij quia fratrũ cõcordia rara eſt (De romulo tñ nõ eſſet congruũ exprimere. qa eũ laudaturus eſt anchiſes dicturuſqꝫ eũ iam tunc ad celos deſtinari: ſed vt dicã id ſibylle dicere licet que verũ ſine fuco profert) & quibus parens eſt pulſatus qđ minus eſt ꝙ̃ ſi occiſus ſit & tñ eterno ſupplicio dignus cẽſetur: & a qbus eſt fraus innexa clienti. ſ. familiari & domeſtico ſe colenti: hoc eſt aut qui cliẽti: aut qui per clientẽ fraudẽ fecit aut qui incubuere ſoli diuitijs repertis: nec poſuere partẽ ſuis. ſ. neceſſarijs: que. i. quorũ eſt maxima turba: & qui ceſi ſunt ob adulteriũ vt Fabius & Salluſtius. & qui ſecuti ſunt arma impia vt cõtra patrẽ patrie ſicut cũ ſexto Pompeio nec veriti ſup. ſunt fallere dextras. i. fidem dñorũ vt qui cũ ſexto Põpeio pugnauerunt: i em vt dicit hora. in odis detraxit vincula ſeruis vt inijceret patrie: aut generaliter intelligemus de ſeruis

Hic quibus inuiſi fratres: dum vita manebat
Pulſatuſve parens: & fraus innexa clienti.
At qui diuitijs ſoli incubuere repertis:
Nec partẽ poſuere ſuis: que maxima turba eſt.
Quiqꝫ ob adulteriũ cæſi: quiqꝫ arma ſecuti
Impia: nec veriti dominorũ fallere dextras:
Incluſi pœnas expectant. ne quere doceri
Quã penã: aut q̃ forma viros fortuna ve merſit.
Saxum ingẽs voluunt alij: radijſqꝫ rotarum
Diſtricti pendent. ſedet æternumqꝫ ſedebit
Infœlix theſeus. phlegiaſqꝫ miſerrimus omnes
Admonet: & magna teſtatur voce per vmbras
Diſcite iuſtitiam moniti: & nõ tẽnere diuos Phlegias: vel theſe
Vẽdidit hic auro patriã dominũqꝫ potentẽ Poeta.
Impoſuit. fixit leges præcio atqꝫ refixit.
Hic thalamũ inuaſit natæ vetitoſqꝫ hymenæos.
Auſi omnes immane nefas: auſoqꝫ potiti.
Non mihi ſi linguæ cẽtum ſint: oraqꝫ centum:
Ferrea vox: oẽs ſcelerũ comprendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

SER. ¶ Quibus inuiſi fratres: dum vita manebat: hec quidem conſtat eſſe dicta generaliter. Poſſunt tamen & ad ſpeciem trahi vt Aegyptum & Danaū Atreum ſimiliter & thyeſtē Etheoclem & Polynicē ſignificare videantur. Bene aūt dicendo inuiſi per id qđ leue eſt etiam maiora amplexus eſt: Pulſatuſve parens: item quod leuius eſt dixit patricidij cōparatione: poſſumus aūt Oedipū accipere Laij extinctorē. Aut fraus innexa cli. ex lege. xij. tabularum venit in quibus ſcriptum eſt. Patronus ſi clienti fraudem fecerit: ſacer eſto: ſi enim clientes quaſi colentes ſunt patroni quaſi patres: tātundem eſt clientem quantum filium fallere: & hoc poſſe fieri ex Hora. dictis intelligimus qui cum loqueret̄ de auaris potentibus ait de vicino cliente. Pellitur paternos in ſinu ferens deos. Vrbano tamen hoc diſplicet: & dicit rarum eſſe hoc magiſq; contrariū cum magis patronos decipiant frequenter clientes. Vult autē intelligi preuaricatores: qui patroni ſunt clientum: quos nunc ſuſceptos vocamus. Nec partem po. ſu. que maxima turba eſt. bene addidit ſuis. i. cognatis affinibus. Hec em̄ fuerat apud maiores donandi ratio: non profuſa paſſim nam hoc eſt velle inaniter perdere vnde Cice. ait in libris legū: Stipem prohibeo. nam auget ſuperſtitionē: exhaurit domos: Dignis igitur largiendū eſt vnde ait Hora. Cur eget indign⁹ quiſq̄ te diuite. i. indign⁹ paupertate. Quiq; ob adulteriū ceſi occiſi Aegiſtum ſignificat: Tyeſtę filium ſi reuera ceſi Salluſti. quem Milo deprehenſum ſub ſerui habitu verberauit in adulterio ſue vxoris filie Syllę. Quiq; arma ſe. Impia nec veriti dominorū fallere de. hoc loco videtur blandiri Auguſto qui contra Ceſarem patrem eius multi quibus ignouit arma ſuſceperant eſt namq; ei⁹ dictum dare quidem ſe veniam Pompeianis: ſed ab ipſis quandoq; eſſe periturū: vt arma impia ciuilia dixerit bella vel ea que mouerunt Pompeiani contra acceptę venie fidem: ſed non procedit: nam ſi arma impia dixit bellum ciuile: tāgit & Augſtum & Ceſarem qui & ipſi bella ciuilia tractarunt. Item culpat eos qui contra fidem datę venie dimicauerunt: tangit Auguſtum. nam tranſierunt ad eum ab Antonio duo millia equitū per quos eſt victoriā conſecutus: vnde Hora. Adhuc frementes verterūt bis mille equos Galli canentes Ceſarem. Fecit preterea iniuriā Auguſto vel Ceſari: ſi eos dominos dixit: qđ apud maiores inuidioſum fuerat: nam patres patrie dicebantur Iuuena. Roma patrem patrie Ciceronem libera dixit. meli⁹ ergo eſt vt bellum a Sexto Pompeij filio in ſiculo freto geſtum accipiamus. Nam occiſo patre Siciliam tenuit. & collectis inde ſeruitijs vaſtauit ſex annis vltrocitroq; Siciliam poſtea victus eſt ab Auguſto & agrippa: vnde Hora. Minatus vrbi vincula que detraxerat ſeruis amicus perfidis: & hoc ſenſu tam arma impia q̄ dominorum congruit commemoratio. Penam expectant: quod grauius eſt: nam in expectatione eſt & preſens metus eſt & dolor futurus in ipſa autem pena ſolus eſt dolor. Forma viros: regula ſingulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia: nam morem romanorum ſequitur. ¶ Saxum ingens volunt alij: Siſyphum dicit qui deorum conſilia hominib⁹ publicauit. Radijſq; rota. Ixionem dicit vt alibi oſtendit: Atq; ixionij vento rota conſtitit orbis: licet ſupra dixerit. Quos ſuper atra ſilex iamiam lapſura cadenti. nam de his fabulis variæ ſunt in ipſis opiniones autoribus. Aeternumq; ſedebit infelix theſeus: contra opinionem: nam fertur ab Hercule eſſe liberatus quo tempore eum ita abſtraxit vt illic corporis eius relinqueret partem frequenter enim variant fabulas poetæ. Hippolitum: ab inferis liberatum. Vir. dicit. Hora. contra neq; enim Diana pudicum liberat Hippolytum. Phlegiaſq; miſerrimus omnis Admonet: ſi nominatiuus eſt ſingularis: hoc dicit phlegias omnis admonet apud inferos penas ferentes: ſi autem accuſatiuus pluralis eſt: Theſeum omnis phlegias admonentem debemus accipere. Hi namq; ſecundum Euphorionem populi inſulani fuerunt ſatis in deos impij & ſacrilegi: vnde iratus Neptumnus percuſſit tridente eam partem inſule: quam phlegiæ tenebant: phlegias autem pater ixionis habuit Coronidem filiam: quam Apollo vitiauit: vnde ſuſcepit æſculapium: quod pater dolens incendit apollinis

Conueniebat Seruiū diligenti⁹ penſitare.

de ſeruis qui dn̄os ſuos deceperint: ſicut prius de patronis qui clientibus ſuis impoſuerint. hi inq̄ omnes incluſi expectāt penas quod grauiſſimum eſt tormentū: vnde Seneca. Grauius eſt q̄ mori ſemper mortem expectare. Ne quere pro ne queras: doceri quam penā ſup. expectēt. aut que forma. i. ſecies malorū aut que fortuna merſit viros. i. eos qui ad diſcretionē peruenerint quaſi dicat longū eſt omnia recenſere. quia alij voluunt ingens ſaxū (de quibus Beroaldū ſtatim audiemus ſunt aūt ſuperſtitioſi) & ſup. alij diſtricti. i. diuerſis partibus aſtricti pendent radijs. i. lignis inter canthū ſeu circūferētiā & axē ab axe in morē radiorū procedentiū: Theſeus infelix ſedet & ſedebit æternū. ſ. apud inferos. Nam licet pirithoū liberauit tamen poſtmodū defunctus apud inferos eterno ſupplicio addictus eſt Aulus Gelli⁹ tn̄ vt dixim⁹ ibi portuſq; require velinos: dicit hunc locū corrigendum cenſeri eo q̄ ab inferis rediſſe ſupra innuit cum diceret: quid theſea magnū quid memorē alcidem: ſed vt dixi licet viuus dicit̄ redijſſe mortuus tamen illic manere poteſt & ita nō eſt repugnantia in dictis poete que cōcordari nō poſſit Eſt autē duplex ſenſus ſequentis particule. Nā phlegias pōt eſſe nominatiuus ſingularis & accuſatiuus pluralis. Fuit em̄ phlegyas rex theſſalie pater vt nonnulli dicunt Ixionis & choronidis ex qua apollo eſculapium genuit vnde iratus phlegyas delphicum templū apollinis incēdit: quapropter dānatus dicitur. Item phlegye ſunt populi theſſalie impij de quibus Ouidius lib. xi. metamor. meminit. Si ergo nominatiu⁹ eſt: conſtructio eſt. Et phlegyas rex ille theſſalie ip̄s⁹ miſerrim⁹: qa grauiſſimo ſupplicio affectus: & tamen vtcunq; miſeratione dignus qa vlciſci voluit iniuriam maternā. admonet omnes. ſ. mortales & teſtatur magna voce per vmbras dicens. ſ. o vos moniti. ſ. exēplo meo: diſcite iuſtitiam & non tēnere pro contēnere diuos aut ſi eſt accuſatiui caſus plural' ordo eſt: & ipſe theſeus miſerrimus: admonet omnes phlegyas i. theſſalos: & teſtatur vt prius. hic. i. quidam ex damnatis: vt curio tribunus plebis vendidit. ſ. Ceſari patriā. ſ. ſuam: hoc eſt romam auro vt atteſtatur in thebaide ſtatius melius tamen generaliter dictum putetur ne Auguſtū ledat. & qui vendidit impoſuit. ſ. patrie dominum potentē hoc eſt tyrannum intruſit: fixit. ſ. hic aut alius leges precio & refixit. i. iterum abſtulit: alludit ad morem romanū: quia ſolebant leges incidi tabulis ereis & figi in pariete. Et videtur Antoniū taxare qui vt atteſtatur in philippicis Cicero quaſdam nouas leges tulit & quaſdam a Ceſare latas abſtulit. Et ſi dominum potentem: ceſarem quis intelligi velit poſſet excuſari: quia hec dicuntur ex perſona ſibylle cuius eſt verum dicere. Nam aliter de Ceſare & Auguſto poeta & aliter Anchiſes locuturus eſt. hic. i. alius vt thieſtes & cynaras pater myrrhe inuaſit thalamum nate. ideſt filie ſue & hymeneos. ideſt coitus aut concubitus vetitos quia per inceſtum omnes ſcilicet illic exiſtētes auſi ſupple ſunt nephas immane & potiti ſunt auſo: ergo & voluntate & opere peccauerunt: Ego inquit ſibylla non poſſem comprēdere omnes formas ideſt ſpecies ſcelerum nec poſſum percurrere. i. etiam celeriter pertractare: omnia nomina penarum: ſi ideſt tametſi: centum lingue & centum ora ſunt mihi. & vox ferrea ideſt vt Homerus dicit infrangibilis: Lucretius aūt dicit ærea vox &c. que etiam pro forti ponitur. Excuſat ergo

Phlegias.

Phlegie

Beroaldus in Seruiũ Saxum voluens. ergoq; non omnia ſcelera nec omnes penas nominat: cum id fieri non poſſet propter multitudinem. Beroaldus dicit ſic. Nemo inficiatur Siſyphum apud inferos hac pena torqueri vt ſaxum perpetuo voluat. Iuxta illud Ouidij: Siſyphus eſt illic ſaxum voluenſq; petenſq;: & Ixionem a rota verſari vt idem. Voluitur Ixion & ſe ſequiturq; fugitq;: at qui curioſo interpreti conueniebat diligentiſſime penſitare: an fabula Ixionis ad ſenſum Vergiliani carminis eſſet accommodãda. mihi enim haud quaq̃ quadrare videtur: nam cum poeta paulo ſupra dixerit Ixiona apud inferos in tartara cruciari: q̃d op⁹ fuerat idem iterum referre? Ego autẽ cum Macrobio ſentire malim: qui in ſomnium Scipionis ſcribit poetam intelligere illos radijs rotarum pendere diſtrictos: qui nihil conſilio preuidentes nihil ratione moderantes: nihil virtutibus explicantes: ſeq; & actus ſuos omnes fortune permittentes caſibus & fortuitis rotantur: illos autem ſaxum ingens voluere dicit eſſe intelligendos: qui inefficacibus & laborioſis conatibus vitam conterunt: nam philoſophi quidam ferunt qui inferos aliud eſſe negauerunt q̃ noſtra corpora & omnia que de inferis antiquitas fabulata eſt: in nobiſmetipſis reperiri quapropter expoſitionem quoq; Macrobij vtpote optimam memorabim⁹: quã referi ſuper illo verſiculo Lucent genialibus altis aurea fulcra toris vbi Seruius de tãtalo dicit eſſe intelligendum & eius fabulam notiſſimam enarrat Macrobius vero dicit ad omnes auaros hoc eſſe referendum qui epulis ante ora poſitis excruciantur fame. & inedia tabeſcunt quos magis: magiſq; acquirendi deſideriũ cogat preſentem copiam non videre qui in affluentia inopes: egeſtatis mala in vbertate patiuntur neſcientes parta reſpicere dum egent habendis. Preterea non videtur eſſe omittendum illud. Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura cadenti imminet adſimilis: quem verſum enarrans peritiſſime Macrobius aſſerit eos eſſe intelligendos. qui arduas poteſtates & infauſtam ambiunt tyrannidem: quoniam ſemper viuunt in timore: & ſibi videntur exitum quod merentur excipere: quod Dionyſij exemplo declaratur. qui Aule Sicule inclementiſſimus incubator Damocli familiari ſuo ſolam beatam exiſtimãti vitam tyrannicam: volens oſtendere q̃ miſera eſſet & q̃ plena impendentium ſemper periculorum: gladium de filo tenui pendẽtem mucrone demiſſo iuſſit illius ceruicibus inter epulas imminere. & cum Damocles regias & tyrãnicas copias preſentis mortis periculo aſpernaretur: talis eſt inquit Dionyſius vita: quam beatam putabas: ſic nobis ſemper mortem imminentem videmus: hec hiſtoria preter Macrobium ab euſebio & Cicerone memoratur: iſta autem omnia quoniã eruditionis refertiſſima ſunt ac ſubtilitatis referenda eſſe cenſui: vt qui expoſitione Seruij contentus non fuerit: aliquid audiat diſcipline remotioris: que non minus delectare ſolet q̃ prodeſſe.

apollinis templum: & eius ſagittis eſt ad inferos truſus. Statius phlegyam ſubter caua ſaxa iacentem Aeterno premit accubitu. Diſcite iuſtitiã moniti: & nõ temnere diuos: vel nunc in pœnis locati Vendidit hic auro patriam: & hec licet generaliter dicantur habent tamen ſpecialitatem: Nam Laſthenes Olinthum Philippo vendidit. Curio Cæſari viginti ſeptem milibus aureis Romã. De quo Lucanus Gallorum captus ſpolijs & Ceſaris auro: Et illud Emere omnes hic vendidit vrbem. Fixit leges precio atq; refi. poſſumus Antonium ſecundum Ciceronem in philippicis accipere. Fixit autẽ ideo quia inciſæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus. Hic thalamum inuaſit natæ Thyeſtes pelopeæ filię vnde & Aegiſtus natus eſt. Item cinaras filie Mirrhæ de qua natus eſt Adonis: Nam quod. Donatus dicit nefas eſt credi dictum eſſe de Tullio. Vetitoſq; hymeneos: legibus ſcilicet nam dicendo vetitos oſtẽdit fuiſſe non vetitos: velut eſt apud perſas hodie: vnde Donatus male ait natura & legibus vetitos. auſi omnes: immane nefas auſoq; potiti: illic ſunt & qui fecerunt & qui conati ſunt. Dicit autem ſecundum ritum Romanum in quo non tãtum exitus punitur ſed etiam voluntas. Non mihi ſi lingue centũ ſint oraq; centum Ferrea vox: Lucretij verſus ſublatus de homero: ſed ille ærea vox dicit. Scelerum formas vt Quæ forma viros fortuna ve merſit.

ASCEN. ¶ Hec vbi dicta dedit phœbi lõgeua ſacerdos Sed iam age cape viam &c. Docet q̃uo oblato munere & eo in foribus fixo ad elyſios deuenerint campos vnde Donatus ſic fornice. ea em̃ eſt camera in arcũ ducta. Deuenere locos letos: vt metu penarũ malos deterruit: ita ſpe felicitatis ad virtutes hortatur. Primo ergo regionum bona proſequit̃. Deinde que ex ijs locis capiãt cõmoda: & qui ſint hi q huiuſcemodi bonis p̃fruãt. Largior hic oſtendit nihil deeſſe ex ijs que ſunt apud ſuperos: adeo vt fortunati & beati appellari meruerint Pars in gramineis oſtendit quanta animi ſerenitate in voluptatibus honeſtis viuant. Necnon threicius. oſtendit cytharam inter honeſtas enumerari artes. Eſt em̃ muſica. hec ille. ¶ Ordo aũt eſt. vbi. i. poſtq̃ longeua ſacerdos phœbi. ſ. ſibylla dedit hec dicta. i. hec locuta eſt: ipſa ait. ſed carpe iam viã & perfice munus. i. officiũ ſuſceptũ Seruius tamen de ramo pro munere reddendo intelligit forte q̃a ſequitur. hec vbi nos &c. ſed vtroq; modo accipi poteſt: vt ſit munus. i. officiũ ſuſceptũ. ſ. reddendo ramũ aut eundo ad patrem hoc eſt acceleremus. i. properemus ad patrẽ tuũ: Ego cõſpicio menia educta caminis. i. fornacibus cyclopũ. q ſunt miniſtri vulcani: & intelligit aut magna menia: aut potius ferrea ſicut dictũ eſt: ſtat ferrea turris ad auras: atq; conſpicio portas ſup. in fornice. i. arcu ſeu circunferentia (Fornix em̃ proprie eſt circũferẽtia & teſtudo arcualis qualis eſt in arcubus pontiũ & in iuncturis feneſtrarum aut

DONA.

Ordo.

Hec vbi dicta dedit phœbi longeua ſacerdos Poeta.
Sed iã age carpe viã: & ſuſceptũ p̃fice munus. Sibylla
Acceleremus (ait) cyclopum educta caminis
Mœnia cõſpicio: atq; aduerſo fornice portas:
Hæc vbi nos precepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter greſſi per opaca viarum Poeta.
Corripiũt ſpaciũ mediũ foribuſq; p̃pinquant.
Occupat Aeneas aditum: corpuſq; recenti
Spargit aqua: ramũq; aduerſo in limine figit.
His demum exactis perfecto munere diue
Deuenere locos lætos: & amœna vireta
Fortunatorum nemorum: ſedeſq; beatas.
Largior hic campos æther & lumine veſtit
Purpureo: ſolemq; ſuum ſua ſydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra paleſtris:
Contendunt ludo: & fulua luctantur harena.
Pars pedibus plaudũt choreas: & carmĩa dicũt

Necnon



Necnon threicius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocũ.
Iamq; eadẽ digitis: iam pectine pulſat eburno.
Hic genus antiquũ teucri pulcherrima proles:
Magnanimi heroes: nati melioribus annis:
Iluſq; aſſaracuſq;: & troie dardanus autor.
Arma procul: curruſq; virum mirantur inanes.
Stant terræ defixe haſtæ: paſſimq; ſoluti
Per campos paſcuntur equi: quæ gratia currũ
Armorumq; fuit viuis: quæ cura nitentis
Paſcere equos: eadẽ ſequitur tellure repoſtos.

SER. ¶ Perfice munus: hoc eſt ramũ redde: nam ſupra ait. Hoc ſibi pulchra ſuum ferri proſerpina munus inſtituit. Cyclopum educta caminis: hoc eſt magna: ita enim cuiuſlibet rei magnitudinẽ

rum: aut columnarum. Et quia in fornicibus theatri erãt olim lupanaria: ideo fornicem pro lupanari & fornicari pro mechari accipiuntur) aduerſo ideſt nobis ex aduerſo ſtante: hoc eſt vi deo regiam plutonis: vbi precepta ideſt traditiones maiorum aut inſtitutiones deorum iubent nos deponere hec dona: ideſt aureum ramum. Dixerat ſciliet ſibylla: & ipſi greſſi ideſt gradiẽtes: pariter per opaca ideſt opacitates viarum. corripiunt ſpacium mediũ & propinquãt foribus. ideſt ad fores Aeneas occupat aditum ideſt ingreditur viriliter ne preueniatur: & ſpargit corpus aqua recenti ideſt ſemper fluenti: & figit ramum in limine aduerſo. his ſcilicet iam dictis: peractis demum: & munere diue ſcilicet proſerpine perfecto: ideſt perfectis reddendi rami cerimonijs: ipſi deuenere .i. peruenere ad locos letos & ad ſuple vireta. ideſt virentiũ vt arborum & herbarum natiua loca: & amena ſcilicet nemorum fortunatorum: ideſt in quibus ſunt fortunati ſeu beati & ad ſedes beatas. id ẽ in quibus reſident beati: vnde Ditis ſeu plutonis

 dicitur

dicitur regia. Largior æther. ideſt ſplendor cele
leſtis veſtit: ideſt circunfulget hic campos lu
mine purpureo. ideſt rutilo: & ſidera ſua: ideſt
propria & conuenientia norunt ideſt agnoſcũt
hic & cum eo conſentiunt hic ſuum ſolem. qua
ſi alium ſolẽ & alia ſidera is locus habeat. Pars
ideſt ipſi partim exercent membra ſcilicet ſua:
in paleſtris: ideſt luctationibus gramineis: ideſt
in gramine & locis herboſis. & contendunt lu-
do ſcilicet leto & honeſto: & luctantur ſupple
in harena fulua. ideſt fului coloris: hoc eſt alij
tenẽtur ſtudio militari: quo invita affecti ſunt
pars plaudunt: ideſt plaudendo pedibus faciũt
& exercent choreas. & dicunt carmina: ſcilicet
choreis apta. Necnõ: ideſt inſuper: vates Threi
cius. ideſt Thracius ſcilicet. Orpheus optimus
muſicus & cythara ꝗ optime ſciens: cum lon-
ga veſte. ideſt habens longam veſtem aut ap-
parens cum longa veſte. ideſt habitu cythare-
di: obloquitur numeris. ideſt muſica proportio
ne quam contra punctum dicunt carminibus
aliorum diſparem concentum quem vulgo di-
ſcantum vocant efficiendo: facit ſeptem diſcri
mina vocum. ſcilicet ſeptem chordarum qui-
bus octauam addidit Simonides: nonam po-
ſtremo Timotheus: & pulſat iam ideſt aliquã-
do: eadẽ ſcilicet diſcrimina: digitis ſcilicet ſuis
& iam ideſt aliquãdo pectine eburno: ideſt ebo
reo ſeu ex ebore facto: hic ſupple ſunt genus an
tiquum ideſt nobile teucri ideſt teucro dedu-
ctum: proles ideſt progenies pulcherrima appo
ſitorie magnanimi heros nati melioribus an-
nis: quibus ſcilicet maior benignitas ſyderum
influxerat ſcilicet Illus Aſſaracus & Dardanus
auhtor Troie: quod additur ne putetur etiam
eſſe genus Teucri: & ſupple Aeneas cum Sibyl
la mirantur procul ideſt cum adhuc procul eſ-
ſent arma virum pro virorum ſupple inania &
currus inanes ideſt vmbras & ſimulachra armo
rum non vera arma nec veros currus: haſte ſcili
cet inanes ſtãt defixe: terre ideſt in terra & equi
ſoluti: ideſt liberi & vaganres (qui etiam ina-
nes fuerunt & ob hoc ſolum illic apparentes: vt
viri de rep. benemeriti conſimili ſtudio illic
oblectarentur quo in vita oblectati erant) pa-
ſcuntur ideſt paſcẽntiũ ſimiles erant paſſim per
campos addit cauſam vt dixi quia eadem gra-
tia currum pro curruum (multi tamẽ cum Pri-
ſciano curruum legunt dicentes hyperme-
trum eſſe non vitioſum quia abſumitur ſylla-
ba abundans per vocalem ſequentem) que fuit
viuis: ideſt dum ipſi viuerent: & eadẽ cura que
fuerat viuis paſcere pro paſcendi: equos niten-
tes: ideſt bene curatos & pingues vnde Flaccus
de ſe: Me pinguem & nitidum bene curata cute
viſes: Cum ridere voles Epicuri de grege por-
cum: eadem dico gratia. ideſt oblectatio & cura
ſequitur repoſtos. ideſt repoſitos & conſtitutos
tellure. ideſt ſub terra: hoc eſt apud inferos que
res quantum ad affectionem non multum a no
ſtris damnatur. dicunt enim voluntatem extre
mam permanere: & ideo eternas merito dare pe
nas: qui eternam habent in peccando volunta
tem. ſed ad ſequentia pergamus.

ASCEN: ¶ Conſpicit ecce alios &c. Docet quantum re
rum artifices atq; ſtudioſos in campis eliſijs in-
uenerint vt ad conſimilia ſtudia mortaliũ ani
mos inuitet: bonus enim poeta non tam dele-
ctare (qđ tamẽ plurimũ facit) ꝗ prodeſſe pre-
tendit. Primũ aũt locũ dat ob patriã pugnãdo
vulnera paſſis: ſic eñ nihil vtilius reip. ꝗ vt ꝓ
eius ſalute quiuis ſit paratus mori eaq; eſſe pre
cipuam

magnitudinem ſignificant adeo vt Stati. argiuorum mu-
ros ab ipſis dicat eſſe perfectos. Fornice: arcu. Cicero. vidit
ad ipſum fornicem fabianum. Corripiunt ſpatium mediũ:
raptim ſpacium peragũt. Occupat æneas aditum ingredi-
tur vt ſupra dixit Recenti: ſemper fluenti. Dixit autem hoc
propter paludem ſtygem. Spargit aqua ideſt purgat ſe. Nã
inquinatus fuerat aſpectu tartari: & ſpargit quia ſe inferis
purgat: nam ſuperis immolaturi corpus abluunt vt ſupra
Donec me flumine viuo Abluero. Amœna vireta viren-
tia & eſt ſatis vſurpatum Amœna autem que ſolum amo
rem preſtant: vel vt ſupra diximus quaſi amunia hoc eſt ſi
ne fructu: vt Varro & Carminius docent. Alludit autem
ad inſulas fortunatas: nam & ſequenti hoc indicat verſu. Varro. Carmini.
Largior hic campos æther & lumine veſtit. Purpureo non
noſtro largior: ſed ꝗ eſt in cætera inferorum parte aut reue
ra largior ſi lunarem intelligamus circulum: nam vt ſupra
diximus campi eliſij aut apud inferos ſunt: aut in inſulis
fortunatis: aut in lunari circulo. Lucan⁹ Illic poſtꝗ ſe lumi
ne vero inducit ſolemq; ſuum ſibi congruum: grece dixit:
vt feſſoſq; ſopor ſuus occupat artus. Paleſtris: Luctationi-
bus græce dixit. Contendunt ludo inter ſe ludo: non odio.
Choreas: re corripuit propter metrum: alibi ait ſecundum
naturam: iuuat indulgere choreis. Ergo aut ſiſtolen fecit:
aut antiptoſin e pro ei ponens: Nam græcum eſt nomen.
Necnon threicius longa cum veſte ſacerdos: Orpheus Cal
liopes muſæ & Oeagri fluminis filius fuit: qui primus Or-
gia inſtituit primus etiam deprehendit Harmoniam: ideſt
circulorum mundanorum ſonum quos nouem etiam noui
mus: e quibus ſumus quem αγαστρον: ideſt ſine aſtris di-
cunt ſono caret: item vltimus qui terrenus eſt reliqui ſeptẽ
ſunt quorum ſonum deprehendit Orpheus: vnde ſeptem
fingitur vti chordis. Longam autem veſtem aut cytharœ-
di habitum dicit aut longam barbam: nam econtrario im
berbes inueſtes vocamus. Sacerdos autem quia theologus
fuit & orgia primus inſtituit: ipſe etiam homines de feris &
duris mites compoſuit: Vnde dicitur arbores & ſaxa mo-
uiſſe vt deus Obloquitur nume. dicendo obloquitur: chor
darum expreſſit laudem quas dicit⁹ verbis locutas: Ob-
loqui enim non eſt niſi contra loquentem loqui. Nume- Obloqui.
ris: Rhythmis ſonis vt numeros memini ſi verba tenerem
Septem diſcrimina quia omnes chorde diſſimiliter ſonant
Iam nunc. Hoc autem pecten declinatur: vt hoc carmen.
Hic genus antiquum ꝗ nõ omnes viros fortes in elyſijs vi
ſos eſſe commemorat: hæc eſt ratio quia iſti diuinos me-
ruerant honores: quod thydeo vel his quos ſupra memo-
rauit non contingit. ideo antiquum addit: quaſi & illis ely
ſij contingerent campi: ſi eis annorum non derogaret vetu
ſtas. Nati melioribus annis: plerumq; enim virtus decolo-
ratur temporis infelicitate Cicero. Vt illa laus temporum
non hominum fuiſſe videatur. Iluſq; aſſaracuſq;. Troiani
reges fuerunt Troiæ Dardanus author hunc in. vij. inter
deos dicit eſſe relatum vt. Et numerum diuorum altaribus
addit. ſed vt ſupra diximus Homerum ſequitur. qui indu-
cit ſimulachrum Herculis apud inferos viſum. Defixe ha
ſtæ ſubaudi inanes: & quidem equos inanes. Que gratia
currum. Detraxit vnum u licentia qua latinitas græcos ſe
cuta genitiuo plurali ſyllabam aut addit: aut detrahit: vt
hoc loco detraxit: ſicut arma virum. Contra additur: Ali-
tuum pecudũq; genus pro alitum ſicut greci μουσ αων ελικω
νιαδων. Nitentes: pingues ab eo quod ſequitur id quod
precedit intelligis. Per ea autem que dicturus eſt intelligen
dũ hoc quæ gratia fuit viuis. eadẽ ſequit̃ tellure repoſtos.

Conſpicit ecce alios dextra: læuaq; per herbam
Veſcentes: lætum choro Pæana canentes:
Inter odoratum lauri nemus: vnde ſuperne
Plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnãdo vulnera paſſi:
Quiq; ſacerdotes caſti: dum vita manebat:

Quiq;

Quiq; pij vates: & Phœbo digna locuti.
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes.
Quiq; ſui memores alios fecere merendo.
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta
Quos circunfuſos ſic eſt affata ſibylla
Muſæū ante oēs: mediū nam plurima turba
Hūc habet: atq; humeris extantē ſuſcipit altis.

Sibylla. Dicite fœlices animæ: tuq; optime vates
Quæ regio Anchiſen: q̄s habet loc⁹: illi⁹ ergo
Venimus: & magnos erebi tranauimus amnes.

SER. ¶ Pęana: proprie Apollinis laudes quod nunc intelligemus propter lauri nemus abuſiue omnium deorum: ſicut orgia proprie liberi odoratum: pro odorum vt ſupra diximus. Vnde ſuperne plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis. Eridanum aratus eſſe in cœlo dixit: haud longa a cœlo: hic & in terris eſt qui in Italia padus vocatur quem alij etiam ad inferos volunt tendere. Alij naſci apud inferos: & exire in terras ideo autem iſta finguntur: quia de apennini parte oritur: quæ ſpectat inferum mare: & tendit **Erydanus Padus.** vſq; ad ſuperum. ergo hic ſenſus eſt. Canebant in locis vnde ſuperne ideſt ad ſuperos plurimus Erydani amnis per ſyluam voluitur. Namq; & veriſimile eſt quoniam legimus de Ariſtæo. Omnia ſub magna labentia flumina terre Spectabat diuerſa locis: & congrue: nam omnis humor ex terræ naſcitur venis. Alij Eridanum pro quocunq; accipiunt: & dicunt κατεξοχιυ dictum: nam legimus fluuiorum rex Erydanus & amant poetæ pro appellatione magnæ rei proprietatem ponere: vt alibi Poculaq; inuentis acheloia miſcuit vuis. Melius tamen eſt ſi diſtinguamus: vnde ſupernæ plurimus: vnde ad ſuperos plurimus. ideſt magnus amnis voluitur per ſyluam erydani ideſt populos: Fabula namq; hæc eſt. Eridanus ſolis filius fuit: hic a patre impetratum currum agitare non potuit. & cum per errores mundus arderet fulminatus in Italiæ fluuium cecidit & tunc a luce ardoris ſui Phaeton appellatus eſt & priſtinum nomen fluuio dedit: vnde mixta hæc duo nomina inter ſolis filiū & Fluuiū inuenim⁹: poſtea ei⁹ ſorores flendo verſæ ſunt in populos: vt in. x. populeas inter frondes vmbramq; ſororum: & hoc Vergi. Nam alij alias arbores dicunt. Hic manus ob patriam pugnando vul. paſ. ma **phaethon** nus. ideſt multitudo eorum qui ob patriam paſſi ſunt vulnera. & eſt figurate dictum. Sane animaduertendum illud quod ait Horatius in arte poetica aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ: nullam enim maiores noſtri artem eſſe voluerunt quæ non aliquid reipu. commodaret: vnde Vergi. hoc per tranſitum facit nam dicendo puniri patriæ venditores: contra præmia defenſoribus ſolui. Nihil vtiq; aliud ſignificat niſi fugienda vitia & ſectandas eſſe virtutes. Sacerdotes caſti dum vita manebat: quaſi quis caſtus poſſit eſſe poſt mortem. Sed aliud dicit ideſt qui fuerūt caſti dum in communione vitę verſarentur: nam hi qui maxima ſacra accipiebant: renunciabant omnibus rebus: nec vlla in his niſi numinum cura remanebat: Hęrbis etiā quibuſdam emaſculabantur: vnde etiam coire non poterant. Dicit ergo eos ſacerdotes qui caſti fuerunt etiam ante ſuſcepta ſacra. Pij vates: vaticinantes. Phœbo digna locuti: veridici qui talia loquebant̄: qualia dicebant Apollinē. Multi enim mentiebātur: ſicut in Lucano phœbas ad quā Appius Claudius. Et nobis dabis improbe pœnas Et ſuperis qđ fingis ait. Inuentas aut qui vitā excoluere p̱ artes. Qui erudiuerunt. i. ornauerunt vitam p̱ inuenta artificia. Significat aūt philoſophos. Quiq; ſui memores alios fecere merēdo & q aliquos ſui memores fecere p̄ſtando: vt nunq̄ regina negabo Promeritā. i. p̄ſtitiſſe: Teren. ego Carine neutiq; liberi eſſe hominis officium puto:: cū nihil ꝓmereatur

poſtulare

DONA: pulchre ãt dixit exuit&induit veluti cũ veſtit⁹ permutationẽ facimus exuimus em̃ noſtrũ&induimus alienũ. Abnegat cum tantis periculis & vxorẽ & dotẽ queſieris. Externuſq; in regnũ dicit omnia que hominẽ fortem.ad Regnũ mouere

Poeta

Talem inter ſiluas:inter deſerta ferarum
Reginã:alecto ſtimulis agit vndiq; bacchi.
Poſtq̃ viſa ſatis primos acuiſſe furores:
Conſiliumq; omnẽq; domum vertiſſe latini:
Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros:quã dicitur vrbem



Acriſioneis Danae fundaſſe colonis
Præcipiti delata noto: locus ardea quondam
Dictus aui: & nūc magnū manet ardea nomen:
Sed fortuna fuit. terris hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem: & furialia membra
Exuit: in vultus ſeſe transformat aniles:
Et frontē obſcœnam rugis arat: induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit oliuæ
Fit calybe iunonis anus: templiq́ȝ ſacerdos
Et iuueni ante oculos his ſe cū vocibus offert.
Alecto: Turne tot incaſſum fuſos patiere labores:
Et tua dardanijs tranſcribi ſceptra colonis:
Rex tibi coniugiū: & queſitas ſanguine dotes
Abnegat: externuſq́ȝ in regnū queritur heres.
I nunc: ingratis offer te irriſe periclis:
Tyrrhenas i ſterne acies. tege pace latinos.
Hæc adeo tibi me placida cum nocte iaceres
Ipſa palā

uere poſſint. dat preterea vincēdi fiduciā aſſerē
do Iunonē affuturā: cui cā diſplicebat. Addidit
meritū ne ſi cunctaret̄ firmatos arctiore federis
vinculo ſuperare nō poſſet. Ipſa palā fari habet
emphaſim ipa quaſi dicat que omnia pōt: que
tue cauſe fauet. Tibi: cōtra meritū laborū irri-
ſio. Tibi: qui male geſta poſſis tua propria for
titudine corrigere. Tibi ſuſcepto iā genero Me
ſacerdotē ſuā tēpli cuſtodē cuius fidem noſſet.
Phrygios. quaſi dicat imbelles & inertes: Pictas
nam luxurioſos hec pictura denotat. Cœleſtū
vis ergo debet audacius fieri. Rex ipſe. Qui te
fefellit: cuius imperium tua defēſione ſeruaſti.
hec ille. ¶ Ordo aūt eſt. Alecto furia illa infer- Ordo:
nalis agit vndiq́ȝ. i. ex omni pte: reginā. i. ama-
tā talē. i. tali furore qualis dictus eſt percitā: in-
ter ſyluas: & inter deſerta ferarū. i. inter loca di
ſerta ab hominibus ſed habitata a feris agit di-
cit ſtimulis bacchi. i. qualibꝰ bacchātes in furo-
rē inſtigari ſolent: Poſtq̄ dea triſtis. ſ. Alecto vi
ſa eſt ſup. ſibi acuiſſe ſatis primos furores & ve
tiſſe cōſiliū & omnē domū latini: ipſa tollitur. i.
aufertur hinc. i. ab hac domo latini alijs fuſcis.
i. ſubnigris & obſcuris ad muros. ſ. vrbis rutuli
ſ. turni audacis animoſi quā vrbē videlicet Ar
deā danae acriſioneis. i. acriſij filia dicit̄ fūdaſſe
colonis. ſ. ſuis: cum. ſ. grauida ex ioue & a patre
archa aquis expoſita illuc annataſſe vn̄ dicit de
lata. i. de argis illuc allata: noto. ſ. vento preci-
piti. i.

piti.i.precipitanter.impellēte. Locus dictus eſt quondā ardea aui.i.ab aue: & ardea manet nūc magnū nomē.ſ. vrbis ardue ſed fortuna fuit. ſ. ꝙ nomē ardee ciuitati ardue imponeret ab ardea. Turnus carpebat iam hic in altis terris.nocte nigra.i.obſcura dū neq; crepuſculū neq; diluculū eſt ſed media nox vnde addit quiete mediā que.ſ.ad mediū fere noctis ſolet eſſe media. Alecto exuit faciē toruā.i.terribilē & ſeuā qua lis furiā decuit & mēbra furialia.i.furie apta: & ſup.transſformat ſeſe in vultus aniles. i.anui cōuenientes & arat.i.ſulcat & corrugat: frontē obſcenā.i.obſitā ſitu & fœdā.rugis.i.laxis pellib⁹ extātibus: & ſup.induit crines albos.i.canos cū vitta.i.redimiculo ſacerdotali tū.i.iſup ipa īnectit ramū oliue: & fit.i. apparet eſſe calybe: an⁹ i.vetula ſacerdos iunonis & tēpli.i.ſacerdos tēpli iunonis.& offert iuueni.ſ. turno ſe ante oculos cū hisvocibus.i.verbis Turne patiere tot labores fuſos ſup.eſſe.i.vt fundant incaſſum.i.in vanū & patieris tua ſceptra transſcribi.i.tradi colonis dardanijs.i.a troia profectis & a dardano ortis quaſi dicat id merito nō feceris cū tamen fiat quia rex.ſ.latinus:abnegat tibi coniugium ſcilicet lauinie & dotes queſitas ideſt partas ſanguine.ſ.tuo hoc eſt ſudore bellico: aut conſanguinitate vt iure conſanguinitatis eas habeat loquitur autem de regno quod in dotem cedat heres externus queritur in regnum. O irriſe id ē qui irriſus es: aut qui irrideberis: i nunc offer.i. obijce te periclis pro periculis ingratis. ideſt que rem ingratā afferant niſi obſtiteris. aut potius per ironiā dicit vt ſit ſenſus ꝙ turnus vt lauiniam obtineat pro latinis bella geſſerit cum hetruſcis & ſanguine ſuo dotes acquiſierit: qa vite periculū ſubijt ideſt ergo irriſe offer te periclis ingratis: i vnde nullam gratiā conſequaris ſed potius irridearis: i ideſt vade (& tacitam prohibitionem includit huiuſmodi iuſſio) ſterne acies tyrrhenas: ideſt hetruſcas apud tyrrhenum mare: tege latinos pace: ideſt quam eis cū hethruſcis peperiſti Ipſa ſaturnia: ideſt ſaturni filia iuno.omnipotens quia omnipotentis cōiunx: iuſſit palā me fari tibi hec adeo: ideſt omnino: cum iaceres ideſt requieſceres quare: ideſt qua de cauſa: quia ſcilicet ipſa que omnipotens eſt iuſſit: age: (adhortādi. aduerbium) para exiſtens lætus: pubem armari & moueri portis in arma: id ē exercitium armorum & ſup.aggrede re aut propelle (nam vt troianos exurere iubeat non eſt veriſimile) duces phrygios.i. troianos qui conſedere. ideſt ſedem ſimul ceperunt animo reſidendi flumine pulchro. i. ad flumē pulchrum.ſ.thybrim: & exure claſſes pictas.q.d. nō ad bellum inſtructas: ſed ad delitias ornatas vt molles indicet phrygios. Magna vis celeſtum pro celeſtiū.ſ.aut ipſa iuno: aut tota manus ſuperorum: iubet ſupple vt id facias & vt ipſe rex latinus ſentiat & experiatur tandē Turnum.ſ.te in armis: ni.i.niſi fatetur dare.i.ꝙ concedit coniugium: & parere.ideſt obtemperare dicto.ſ.deorum aut dicto.ideſt pacto & conuēto inter vos.

ASCEN. ❡Hic iuuenis vatē irridēs. Docet animoſum turnum verbis vt putauit calibes nō annuiſſe ꝙ indecorū putarit a femina perſuaderi: qđ alecto que ſe pro calybe gerebat animaduertens & egre ferens furiales vultus induit & ſe furiā cōfeſſa geminos in illum angues iniecit: quibus in furorē actus eſt: vnde que pauciſſima habemus

DONA. Donati verba ſunt. Iuuenis: non mirum ſi iuuenis mulierem & anū in re bellica contempſit.

Ipſa palam fari omnipotens; ſaturnia iuſſit
Quare age & armari pubē: portiſq; moueri
Let⁹ in arua para: & phyrigios q flumīe pulchro
Conſedere duces: pictaſq; exure carinas.
Cæleſtiū vis magna iubet: rex ipſe latinus
Ni dare coniugium: & dicto parere fatetur:
Sentiat: & tandē Turnū experiatur in armis.

SER. ❡Acuiſſe furores: vt ſupra. Quam iuno his acuit dictis: Conſiliumq; omnemq; domum vertiſſe latini: Quod habuerat vt filiam dando æneæ bella remoueret: que ſignificauerat fumus augurij. Acriſioneis danae patronymicum idem eſt: nam filiam Acriſij ſignificat: non acriſioneis colonis. Sola enim Venerat: non cum colonis Precipiti delata noto vt diximus ſupra intra arcam. Magnum tenet ardea nomen: Bene alluſit: nam ardea quaſi ardua dicta eſt.i. magna & nobilis: ꝗꝗ Iginius in italicis vrbibus ab augurio auis ardeæ ardeam dictam velit. Illud namq; Ouidi.in meta.fabuloſum eſt: incenſam ab Hannibale ardeam: & in hanc autem eſſe conuerſam. Sciendum tamen ardeam per antiphraſim dictam: ꝙ breuitate pennarum altius non volat. Luca. Quod auſa volare Ardea ſublimis pennæ confixa natanti. Membra exuit: bene exuit: nam dij cum volūt videri induunt ſe corporibus propter mortalium oculos: nam incorporei ſunt. Albos cum vitta.i. etiam albas vittas.ramum innectit oliuæ: aut coronam accipit: aut ramū alligat vittis quod aperte in. viij. oſtendit. Et vitta compros voluit pretendere ramos: ſupra etiam preferimus manibus vittas. Iunonis anus templiq; ſacerdos. Iunonis templi anus ſacerdos. Fuſos patiere labores: Probus de temporum connexione Libellum compoſuit: in quo docet qđ cui debeat accomodari: ex quo intelligimus hanc quam facit arduam eſſe connexionem. Nam patiere futuri temporis eſt fuſos vero participij eſt preteritum: Dicit autem patieris: vt tot tui labores fundantur incaſſum vel in irritum cadant: incaſſum autem tractum eſt a caſſibus ideſt retibus Tranſcribi tradi. ſermo autem hic tractus eſt de pecunia: Nam ſcribi eſt dari: Hora. Sribe decē nerio non eſt ſatis ad de cicutæ: reſcribit vero qui reddit Hora. Dictantis quod tu nunq̄ reſcribere poſſis Terentius. Argentum illud denuo ſcribi iube Phormio. ❡Queritur heres. de iure traxit: vt non generum: ſed heredem diceret nam per coemptionē facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebāt. Tyrrenas i ſterne: vt i ſequere italiam ventis: ſane notum eſt bello multū potuiſſe thyrrenos: & fuiſſe precipue infeſtos latinis: vt Hi bellum aſſidue ducunt cum gente latina. Hec adeo tibi me addidit autoritatem: quia ſcit anui credi difficile. Adeo autem valde ſcilicet iuſſit: vt Terent. adoleſcentem adeo nobilem. Lætus alacer: Feſtinus. Nam lætari non poteſt qui pdebat vxorem: ſicut ſupra in prio. Vela dabāt læti. Flumine pulchro: vt ſupra: Hunc inter fluuio tyberinus amœno Cœleſtum vis magna iubet: aut per diffinitionem ipſa Iuno eſt vis deorum: aut per augmentum ſuaſit: primo per ſe: ſecundo per iunonem. Poſtremo per vim omnium deorum. Turnum experiatur: cōtra ſe quem pro ſe probare nō potuit. Sentiat tandem ſentiat contra quem pro ſe laborantem non probauit.

Tranſcribere Scribere Reſcribere

Poeta
Hic iuuenis vatem irridēs: ſic orſa viciſſim
Turnus.
Ore refert Γ claſſes inuectas tybridis vndam
Non vt rere meas effugit nuncius aures.
Nec tantos mihi finge metus: nec regia Iuno

Immemor

Immemor eſt noſtri.
Sed te victa ſitu: veriqꝫ effœta ſenectus
O mater curis nequicq̄ exercet: & arma
Regum inter falſa vatem formidine ludit.
Cura tibi diuum effigies & templa tuæri.
Bella viri pacemqꝫ gerant: quis bella gerenda.

Poeta. Talibus Alecto dictis exarſit in iras.
At iuueni oranti ſubitus tremor occupat artꝰ.
Diriguere oculi: tot erynnis ſibilat hydris:
Tantaqꝫ ſe facies aperit: tū flammea torquens
Lumina cunctantem: & quærētem dicere plura
Reppulit: & geminos erexit crinibus angues:
Verberaqꝫ inſonuit: rabidoqꝫ hæc addidit ore.

Alecto. En ego victa ſitu: quam veri effœta ſenectus
Arma inter regum falſa formidine ludit
Reſpice ad hæc: adſum dirarum ab ſede ſororū.
Bella manu letumqꝫ gero.

Poeta. Sic effata facem iuueni coniecit: & atro
Lumine fumantis fixit ſub pectore tedas.

SER. ❡Hic iuuenis vatem irridens: caluit quia iuuenis. Hora. Non ego hunc ferrem calidus iuuenta conſule planco. Victa ſitu ſenectus temporis longinquitate: ex qua naſcit̄ ſitꝰ Veriqꝫ effœta: caſſa veritatis. O mater: irriſionis eſt nō honoris: Falſa formidine. Quia vatem: nam eam defendebat a bellis ſi non ætas: ſaltem religio ſacerdotij. Exarſit in iras

Ardeo illam rem. Communis ſermo habet ardeo illa re. Sed figuratius ardeo illam rem dicimus. & eſt ſpecialis Cornelij elocutio. Orāti: loquenti: Vnde etiam oratores Dicimus. Tremor occupat artus. Vicinitate ſcilicet furiæ. Nam tremor furoris eſt. Tātaqꝫ ſe facies aperit. Semoto anili vultu quem finxerat. & quo ſe induerat ſicut ſupra in primo de venere. Et vera inceſſu patuit dea Geminos erexit crinibus angues. Similes Nam omnes dicit erexiſſe: non duos. Verberaqꝫ inſonuit pro verberibus inſonuit ideſt per verbera. Rabido: habitum futuræ orationis oſtedit. Reſpice: multi hic diſtiguūt & ſuperioribus iungunt: vt ſit ſenſus reſpice eam quam dicis falſa deludi formidine. Ad hæc adſum ideſt ad regū arma & ad bella. Quomodo ergo dicis ꝙ ſuperfluo his inſerar rebꝰ ad quas veni? Alij reſpice ad hæc legūt vt ſit quaſi demonſtrantis reſpice bella: & letum gero Facem iuueni coniecit: ſatis conſiderate facem iuueni iniecit que cito exardeſcit & deſinit: ſupra vero amatæ ſerpentem iniecit: ꝙ in mulieribus ſemper viget venenum. Atro lumine: atri luminis tædas: vt pulchra faciat te prole parentem. Atro autem lumine furiali inferno alias autem ratiōe caret. Sub pectore: Vbi fellis locus eſt: ideſt iracundiæ.

pſit. O mater: irriſio eſt aperta. En ego victa ſitu: peius nō potuit obiurgare metuentem q̄ in illū regerere q̄ ꝓtulerat. Bella manu. q. t. cōtra illud Bella viri pacēqꝫ gerāt. Hæc ille. ❡Ordo eſt. Iuuenis. ſ. Turnus irridēs iō irridēs qa iuuenis: hic ideſt ad hęc eius dicta vatem ſcilicet calyben ſacerdotem iunonis: refert viciſſim ore. ideſt expreſſa voce non per viſionem ſolam ſicut Alecto forſan locuta erat quia aliter noctu videri non poterat: nam vt viſiones interiores fiunt ita & auditiones viciſſim ſic orſa. i. ſermones exorſos. Nuncius. i. annūciatio ſeu nunciū aut reuera nuncius nuncians: claſſes. ſ. externas inuectas vndam tybridis non effugit meas aures vt rere. i. opniaris ipſum effugiſſe. i. bene audiui licet aliter putas. Et ita videtur poeta hoc figmento rem phyſicam expreſſiſſe: vt ſcilicet ſub noctem cura recurſauerit: & quæ interdiu timuerat: noctu appareant. ne finge mihi tantos metus ideſt ne putes ꝙ propterea vſqꝫ adeo formidem. vt cœpto deſiſtam: nec iuno regia quia regnorum dea: aut ſuperū regina: eſt immemor noſtri: & ita non patietur me expelli: ſed o mater. ſenectus victa. i. obſita ſitu. i. mucore turpiqꝫ lanugine. i. quę ſe a ſitu & ſordibꝰ vindicare neſcit: & effeta veri. i. quę delirat nec quicq̄ veri amplius in ſe habet: exercet te neqꝫ q̄. i. fruſtra curis & ludit. i. illudit te vatem. i. cū ſis vates: falſa. i. deceptoria aut inani formidine: inter arma regum. i. quę reges tractare decet. Cura ſupple ſit aut eſſe debeat tibi tueri. i. contemplari effigies diuum & templa diuum. i. diuorum & permittte ſupple. vt viri gerant ideſt adminiſtrent & procurent bella & pacem quis ideſt quibus bella gerenda ſupple ſunt. Alecto exarſit in iras ideſt ſuccenſa eſt furore: talibus dictis. At ſubitus tremor occupat ideſt inuadit inueni oranti ſcilicet turno ſic ore loquenti: artus ideſt membra: oculi ſupple eius diriguere ideſt rigide & inſtanter in diuerſa infixi ſunt nihil tamen videntes vt furioſis fit: erynnis ideſt furia ſibilat tot hydris ideſt ſerpentibus ſeu anguibus & tanta ideſt tam magna & immanis facies ideſt factura ſeu figura corporis ipſius: aperit ideſt manifeſtat ſe: vt ſcilicet ille trepidaret tum ideſt deinde ipſa torquens ideſt inuoluēs: lumina flammea ideſt ignitos aut quaſi inflammatos oculos: reppulit ideſt reiecit a ſe ſcilicet turnum: cunſtantem ideſt heſitātem pre ſtupore: & querentem ideſt molientem dicere plura ideſt multa & ipſa erexit ideſt excerpendo direxit in turnum: Angues geminos ideſt duos equales: crinibus ideſt capillis ſuis & inſonuit ideſt ſonare fecit: verbera ſcilicet quæ furiæ geſtant & addidit hæc ſcilicet ſequentia verba: ore rabido ideſt furioſo. En ideſt videan ſupple ego vt dicis ſim ſupple illa quam ſenectus victa ideſt obſita ita vt ſe abluere neque at ſitu ideſt immundo mucore ex negligentia cultus collecto & effeta veri ideſt quę omne verū enixa eſt nec qcq̄ retinuit: ludit. i. illudit falſa formidine iter arma regū: reſpice. i. attēde q̄ ſim & an ad me bella regū nihil ptineāt: ego adſum ab ſede ſororū dirarū. i. reliquarū furiarū hoc eſt ab īferis adueni: & gero manu. i. in ptāte hēo bella & lętū. i. mortē. reſpice ergo ad hęc. vn̄ videt̄ id ſignificare qbuſdā indicijs Ipſa effata. i. elocuta ſic: cōiecit iuueni. i. in iuuenē qui idoneus eſt ad incendiū facem. i. incendiū irarū: & fixit ſub pectore. i. in p̄cordijs eius tędas fumantis ideſt fumantes atro. i. furiali inferno: & nociuo lumine.

Olli ſomnū ingens rupit pauor: oſſaqꝫ & artus
Perfudit toto ruptus de corpore ſudor.
Arma amēs fremit: arma toro tectiſqꝫ requirit
Sæuit amor ferri: & ſcelerata inſania belli.


❡Olli ſomnū ingens rupit pauor. Docet Turnum excuſſum ſomno & furore percitū arma requiſiuiſſe & ilico principibus iuuētutis expeditionem ad latinum iniunxiſſe & omnē apparatum belli interea inſtruxiſſe. vn̄ Donatus dicit ſic. ASCEn̄: Magno veluti: ornatus poeticus in parabolis ſimilitudinibus maxime cōſiſtit Poluta pace: aliter DONA:

Ira ſuper

ce: aliter enim aduerſus ſocerum moueri nō de-
buit. Preterea impellebatur a furia. Primis: du
ctoribus vt cauſam ſcirent. Certatim: amor ma
ximus & fauor in Turnum oſtenditur. Hęc il-
Ordo. le. Ordo eſt. Pauor ingens rupit .i. interrupit ol
li .i. tūc illi .ſ. Turno de quo ſuperior ſermo ha
bitus eſt ſomnū & ſudor ruptus .i. porro ruptus
aut porro erūpēs ſeſe: toto corpe .i. p totū corpꝰ
pfudit oſſa & artus: ſcilicet Turni: & ipſe amēs
ideſt captus mente: fremit ideſt cū fremitu ex-
poſcit arma: & reqrit arma toro .i. in lecto ad-
huc exiſtens aut quia amens putauit etiam in
toro arma eſſe aut de gladio intelligit quē ſub
capite reponere ſolebant vt de deiphobo in ſex
to viſum eſt. & requirit arma tectis. ideſt per te
cta: amor .i. cupido ferri .ſ. habendi: ſæuit .i. cru
deſcit. & inſania belli ſcelerata .i. quę cum ſcele
re ſepe fit: ſęuit & ira ſupple ſeuit: ſuper .i. deſu-
per: veluti cum .i. quando flamma virgea .i. vir
gis ſiccis nutrita: ſuggeritur .i. ſubminiſtratur
ſupple cum magno ſonore .i. ſtrepitu. coſtis .i.
lateribus. aheni .i. vaſis erei: vt cacabi aut lebe
tis vndantis .i. ebullientis: & latices .i. aquę: ex-
ultant ideſt extra frequenter ſaliunt æſtu ideſt
propter feruorem. Et amnis fumidus aquai .i.
inundatio aquę bullientis & vaporem ac fumū
emittentis: furit intus & exuberat .i. vbertim
exundat alte ſpumis: ſic legit Petrus Crinitus
cuiꝰ vba ſūt libro de honeſta diſciplina .xviij.
ca .ij. Fabius Quintilianus libro inſtitutionū
primo ad Marcellum Victoriū vnde pictai ve-
ſtis (inquit) & aquai. Vergilius doctiſſimus ve
tuſtatis inſeruit. ſed illud aquai inſerunt e no-
uis codicibus indiligentes imprudēteſq; libra
rij: pq; eo ſubdiderunt: aulai: cum veteres oīno
codices. & ille imprimis. quem ex Gallia Pog-
gius in italiam aduexit: aquai retineat Fuit au
tem cauſa librarijs adulterinam vocem proue-
ra ſubijciendi. q nuſq; apud Vergilium lege-
rant aquai cū aulai: & pictai legiſſent. Aulai in
medio libabant pocula bacchi. Et alibi. Diues
opum diues pictai veſtis & auri Sed ego cogi-
tans: non ab re factum eſſe: vt in eādem lectio
nem meliuſcule fidei codices conſpirent: cœpi
curioſius indagare an vſq; apud Vergilium potuerit eſſe aliquando hęc vox Nec enim pauca quorundam in-
ſcitia: vel immutata hactenus: vel detracta adnotauimus. Inueniſſe aūt mihi videor: vel in Seruianis qdē cō
mētarijs ad ipſum: vt nihil pręterea dubitari debeat. Verſus igitur Vergiliani ſic in libro eneidos ſeptimo le
guntur Sęuit amor ferri. & ſcelerata inſania belli Ira ſuper magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſubgeri-
tur coſtis vndantis aheni. Exultantq; ęſtu latices: furit intus aquę vis. Fumidus atq; alte ſpumis exuberat am
nis. Quo aūt loco legimus aquę vis: legendū eſt aquai: ad hunc modum. Furit intus aquai. Fumidus atq; al-
te ſpumis exuberat amnis: Cuius me lectionis Honoratus Seruius admonuit qui diereſim eſſe hic factā dicit
q ſi quis codices Seruianos paulo meliores nactus fuerit: facile in his aquai comperiet. Nam & in peruulga
tis fere ſic habetur. Hanc diereſim Tucca & Varrus fecerunt nam Vergilius aliter ſcripſit. Quę enim ſit hoc
loco diereſis niſi illud aquai reſtituatur? Quin & hoc ipſum in Perſiano interprete (qui cornutus dicit) inue
nias. cum Ennianū hoc exponit. Lunai portum precium eſt cognoſcere ciues. Lunai (inquit) delectum eſt: ſe-
cundū antiquam declinationem ſicuti. Vergilius. Furit intus aquai. Quod etiam Benedictus Philolohus
(cum de Vergiliana emendatione ad eum ſcriberem) comprobauit: vir vnus ętate noſtra: qui de omni anti-
quitate ſit optime meritus cum in ea illuſtranda atq; excolenda aſſiduo ſtudio. ac mirifica diligentia incum-
bat. Hęc ille. Angelus quoq; policianus idem ſentire videtur licet obſcure nam cap. xliij. in miſcellaneis dicit
& quod nunc mendoſe legitur aquai: quaſi dicta pro quo nunc legitur aquę vis quod ſiquis adhuc legere vo
let ordo erit. & vis ideſt violentia: aquę .ſ. bullientis furit .i. eſtuat: intus atq; amnis fumidus .i. curſus aut gur-
ges aquę fumantis exuberat .i. ſuperabundat ſpumis ideſt per ſpumas: alte .i. in altū. Nec vnda capit iam ſe .i.
non amplius ſe continere poteſt intra ahenum: vapor ater .i. exhalatio fumoſa: volat ad auras. Ergo quia ſic
ęſtuat Turnus: ipſe indicit .i. intus iubet: primis ideſt principibus iuuenum: iter .i. pfectionem & expeditionē
ad regem latinum: polluta pace .i. quia pax polluta erat: & iubet arma parari: & italiam tutari .i. defendere cō
tra externos: & detrudere hoſtem finibus .i. limitibus italię & dicit ſe venire ſatis ideſt ſufficiētem vt ſit nomē
aut ſufficienter ambobus .ſ. teucris & latinis: vbi .i. poſtq; Turnus ſup. dedit hęc dicta: & vocauit diuos in vo
ta: rutuli .i. populi ipſius exhortantur ſeſe in arma certatim ideſt cum certamine & emulatione glorię: quia de
cus egregium forme atq; iuuente ſcilicet turni mouet hunc ideſt quemuis ex rutulis. & ataui ſcilicet turni: re
ges ideſt maiores eius mouent ideſt inſtigant hunc ideſt quemuis alium: & dextera ſcilicet turni claris factis
ideſt qua clara facinora edidit mouet ſupple hunc ideſt alij alliciuntur in bella illecti gratia formoſitatis tur
ni alij generoſitate alij virtute eius.

Ira ſuper magno veluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni:
Exultantq; æſtu latices: furit intus aquai
Fumidus atq; alte ſpumis exuberat amnis.
Nec iā ſe capit vnda: volat vapor ater ad auras
Ergo iter ad regem polluta pace latinum
Indicit primis iuuenum: & iubet arma parari
Tutari italiam: detrudere finibus hoſtem.
Se ſatis ambobus teucriſq; venire latiniſq;.
Hæc vbi dicta dedit: diuoſq; in vota vocauit
Certatim ſeſe rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregiū formæ mouet atq; iuuētæ
Hunc ataui reges: hunc claris dextera factis.

¶ Fremit cum clamore depoſcit: bene autem amēs. Quia SER.
in tempore quieuerat. Scelerata inſania Belli: nihil enim
tam inſanum q deſiderare id per quod poſſis perire. Vir-
gea ſuggeritur de viminibus vel virgis facta: vnde eſt flā-
ma validior. Coſtis autem lateribus & bene antiquum re-
ſpexit morem. Nam ollas non ſuſpendebant: ſed poſitis
circūcirca ignem adhibebant. Coſtis .i. lateribus. Furit in-
tus aquai fumidus amnis nec immerito. Nam poteſt eſſe
& alterius rei amnis vt fluuius vidit ille liquoris. Hanc au
tem diereſin Tucca & Varrus fecerunt: nam Vergilius ſic
reliquerat. Furit intus aquæ vis fumidus atq; alte ſpumis
exuberat amnis quod ſatis aſperū fuit. Nec ſe iam capit vn
da meliꝰ q ſi diceret. Nec vas iam vndā capit. Ergo. Quia
ſic incenſus eſt. Polluta pace vel ſua: vel Troianorū. Indi-
cit. Signate verbum bellicum poſuit. In vota vo. Quia nū
cupatus votis Bella ſumebat: Hūc decus egregium formę
mouet Dauni & Turni .ſ. decus nā hoc dicit alios pulchri-
tudo Turni alios nobilitas: alios virtus mouebat ad bellū
nam hoc eſt animis audacibus implet. Affectione ſui inij-
cit omnibus magnanimitatem.



Dū turnus rutilos animis audacibus implet.
Alecto in teucros ſtygijs ſe concitat alis
Arte noua ſpeculata locū: quo littore pulcher
Inſidijs curſuqꝫ feras agitabat iulus:
Hic ſubitam canibus rabiem cocytia virgo
Obijcit: & noto nares contingit odore:
Vt ceruū ardentes agerēt: quae prima laborum
Cauſa

ASCEñ.

¶ Dū turnus &c. Docet nūc ſemina ſeu elemēta belli a furia ſeminata. quę qdē fuerūt vulnera ceruo tyrrhei magiſtri armentorū regis illata ab aſcanio ꝓcurante furia Sup quem locum hęc habemus donati. Anios agreſtes. Excitauit eos primū q facilius excirari potuerunt ꝓpter imperitiā & feritatē: Errantē: his verſibꝰ ponit excuſationē Aſcanij Deus. i. euētꝰ q humanos actus aut īplet: aut deſerit. Nota: quorū hūanitatē diu cōprobaſſet hęc ille. Ordo eſt. Interea ſupple

DONA.

Ordo.

ſup.dum turnus implet rutulos aīs audacibus
Alecto concitat ſe alijs ſtigijs.i.infernalibus:in
teucros ideſt volat ad teucros animo nocendi
ſpeculata noua arte ideſt noua inuētione&ver
ſutia:locum quo pulcher iulus agitabat ſup.
littore feras inſidijs ideſt per inſidias : & curſu
Seru.vult littore poſitū ꝓ loco:vt ſit ſpeculata
locum quo littore pro quo loco:ſed ſi cōſtrua-
tur vt premiſimus non ſit tanta licentia nec em̄
rite dixeris:locum quo loco:nam relatiuum ꝓ
antecedente non cum antecedente ponitur niſi
preponatur dic ergo ſpeculata locum in litto-
re quo aut ſpeculata locū quo in littore agita-
bat.i.venabat̄ feras inſidijs.i. plagis inſidioſis
& curſu ideſt perſecutione. virgo cocytia ideſt
infernalis a cocyto fluuio infernali ſic dicta.i.
furia alecto obijcit hic canibus rabiem ſubitā
ideſt ſubito ꝓuenientem : & contingit nares.ſ.
canū odore noto.i.ceruino qualē ſectari ſoleāt:
vt ipſi canes ardentes.i. feruētes & feſtiniſſimi
agerent ideſt inſequerent̄ ceruum quę .ſ.res aut
quę cauſa fuit prima.ſ.cauſa malorum.ſ. ſubſe
cuturorum:&accendit animos agreſtes.i.agre
ſtium virorum:bello.i.ad bellum.Ceruus erat
forma preſtanti & ingens cornibus.i.habēs for
mam p̄ſtantem & cornua ingentia:ornatius di
citur preſtanti forma:ꝙ preſtans forma q̄uo tn̄
& hiſtorici & poetæ loquuntur : magis autem
grammatice ſeruius dici putat preſtantis for-
me:vt autem ſit conformitas in locutione di-
cere potuiſſet.Ceruus erat forma preſtās & cor
nibus ingēs.& neſcio an ſic quoq; dixerit . Sed
Seruius hoc ſubtiliter diſſoluit ordinem talem
aſtruens ceruus erat ingens forma p̄ſtanti& cor
nibus quem.ſ.ceruum raptum ab vbere matris
ideſt cum adhuc lacteret: pueri tyrrhide.i. tyr-
rhei magiſtri armentorum liberi &tyrrheus pa
ter ſcilicet eorum cui armēta regia parent ideſt
cuſtodię & gubernationi deputata ſunt. & cui
cuſtodia campi eſt credita late ideſt per latum
circuitum:nutribant pro nutriebant aſſuetum
imperijs ideſt domitum &ſyluia ſoror.ſ.tyrrhi
darum & filia tyrrhei ornabat om̄i cura.i. ſol-
licitudine:cornua ſup.eius cerui : aut cuius cer-
ui cornua ſyluia ſoror ornabat.intexens.i.redi
mens ſup.ea:ſertis mollibus.i.ex hęrbis & flo-
ribus:&pectebat ferum.i.qui natura ferus erat
aut quadrupedem : ſicut equum ligneū ferum
vocauit.in.ij.'in latus inq; feri curuā cōpagib⁹
aluum.Non eſt autem latinum pectinare: quo
vtuntur imperiti:&lauabat ſupple ip̄m in fon
te puro . Ille patiens manum pro manuum &
aſſuetus menſe herili:ideſt heri ſeu domini ſui
tyrrhei.errabat.i.libere diuagabatur&paſceba
tur ſyluis:& ipſe hoc eſt per ſe nullo cuſtodiēte
nec dirigente ferebat ſe domū ad limina nota
ſ̄quis nocte fera.i. ꝗuis aliquādo ad feram vſq;
noctem expectaret̄.Canes rapide.ideſt veloces
iuli venātis cōmouere.i.excitauerūt ad curſum
hunc.ſ.ceruum errātem.i. paſcentem procul.ſ.
a domo tyrrhei vt nō debeat putari domeſtic⁹
aut manſuefactus cum.ſ. ipſe ceruus deflueret.
i.deorſum flueret:forte riuo ſecundo.i.defluen
te & cum defluxu eius &cum leuaret ęſtus ripa
viridante.i.virente:&virides hęrbas h̄nte. Ip̄e
etiam aſcanius ſuccenſus amore eximie laudis
qualem putauit tam preſtantem ceruum fige-
re direxit ſpicula.i.ſagittas cornu.i. arcu cornu
in extremis habēte curuo ideſt incuruato. Nec
deus.i.ſecundum donatum euentus . ſecūdum
Seruium autem ponitur pro dea.ſ.alecto: quia
numina habēt vtriuſq; ſexus participationem
& pro dea

Cauſa fuit:belloq; animos accendit agreſtes.
Ceruus erat forma p̄ſtanti & cornibus ingens:
Thyrridæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant:tyrrheuſq; pater cui regia parent
Armenta:& late cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperijs: ſoror omni Siluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis:
Pectebatq; ferum:puroq; in fonte lauabat.
Ille manum patiens:menſæq; aſſuetus herili
Errabat ſyluis:rurſuſq; ad limina nota
Ipſe domum ſera q̄uis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem rapidæ venantis iuli
Commouere canes : fluuio cum forte ſecundo
Deflueret:ripaq; æſtus viridante lauaret.
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore
Aſcanius curuo direxit ſpicula cornu.
Nec dextræ erranti deus abfuit:actaq; multo
Perq; vterum ſonitu perq; ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
Succeſſitq; gemens ſtabulis:queſtuq; cruentus
Atq; implorāti ſimilis tectum omne repleuit.

¶ Arte noua dolo ſpeculata locum quo littore pronomen SER.
pro nomine ponitur non pro nominibus:vnde modo no-
ue inter duo nomina vnum pro nomen poſuit nam recte
quo loco diceret & ſemel hoc tantum fecit.Inſidijs curſuq;
agitabat:nam inſidijs circumuenimus & agitamus Cani-
bus rabiem ſtudium mutauit in rabiem. Noto odore cerui
no.ſolent enim ita inſtitui Horati . Venaticus ex quo cer-
uinam catulus pellem latrauit in aula . malorū cauſa fuit
hoc eſt.Et primę reuocabo exordia pugne anios agreſtes:
plus eſt ꝙ ſi agreſtum diceret animos . Et cornibus ingens
& ad preſtantem formam pertinet & ad magnitudinem
cornuum.tyrrhide pueri: ryrrhei filij : & vt diximus ſupra
alludit ad nomen : nam Tyrrheus dictus eſt paſtor : apud Tyrrheus
quem lauinia peperit.Cui regia parent ar. magiſtrum hūc
pecoris vult fuiſſe:& ſaltuarium:nam hoc eſt & late cuſto
dia credita campi:magiſter autem pecoris eſt ad quem oīa
pertinent animalia.Cice.nominat hominem: quem magi
ſtrum pecoris eſſe dicebat. Syluia : bonum puellæ ruſticæ Syluia.
nomen formauit. Pectebatq; fe. quadrupedem:Vt in la-
tus inq; feri.Manum patiens patiens illius rei dicimus:vn̄
apparet vnum u'cauſa metri eſſe detractum.Menſæ herili:
noue dixit:nam herum nō niſi dominum dicimus: niſi for
te ideo dixit:quia dat ei humanum ſenſum : vt imploranti
ſimilis.Errabat ſyl.paſcebatur:vt mille meæ ſiculis errant
in montibus agnę. Ipſe ideſt ſua ſponte . Secundo deflue-
ret:Secundo ideſt cum aqua: vnde & aduerſo dicimus cō-
tra aquam.Nam ideo deflueret dixit:& ſecundo quia eius
curſus poſt natantem videtur deus abfuit:alecto deum di-
cit ſicut de Venere deſcendo ac ducente deo nam vt dixi-
mus:numina vtriuſq; ſexus videntur: ideo quia incorpo-
rea ſunt:& quod volunt aſſumunt corpus: vt autem deum
dicamus pro dea hoc non aperte ponit: ſed in ſubauditio-
ne.Erranti:Licet enim certum eſſet feriturum: tn̄ bene errā
tem dixit quia non vſq;quaq; ſemp certus eſt ictus Hora.
Nec ſemp feriet quocunq; minabit̄ arcus. Perq; ilia venit
arundo hoc ile & hæc ilia facit.hinc & Iuue. ait vis frater
ab ipſis ilibus . nam quod Marulus Mimographus dixit
Tu hectorē

Tū hectorem imitaris:ab ilio nunq̄ recedis : cum de guloſo diceret alluſit ad ciuitatis nomen: nam ab illi debuit dicere.Bene autem ea loca vulnerata dicit quę ſtatim mortem afferre non poſſunt:vt domum rediret : vt eſſet cauſa bellorum ſi ſtatim periret:aut ipſe ceruus aut vulneris autor lateret.

& pro dea poteſt dici deus : vt pro iunone aut alecto hoc loco:& ꝓvenere in ſecundo deſcendo ac ducente deo abfuit.Immo affuit ideſt auxilio fuit: dextre ſcilicet aſcanij : errantis ideſt neſcientis qualem ceruum feriret putantis videlicet ſilueſtrem eſſe & ita error eſt in aſcanio aut dextre erranti ideſt quæ alioqui erraſſet: & arundo ideſt ſagitta arundinea:acta ideſt directa venit per vterum & per ilia ſupple cum multo ſonitu ideſt ſtridore.At ideſt ſed quadrupes ſcilicet ceruus ſaucius ideſt vulneratus:refugit intra tecta nota & gemens ſucceſſit ſtabulis & cruentus ideſt cruore perfuſus:atq; ſimilis imploranti ſcilicet auxilium : replebat omne tectum ideſt totam domum tyrrhei:queſtu ideſt querela.ratum eſt queſtum pro querela ſingulariter reperiri: in pluralibus autem datiuo & ablatiuo facit queſtubus non queſtibus:quod a queſtu & quero deducitur.

Siluia prima ſoror palmis percuſſa lacertos
Auxilium vocat:& duros conclamat agreſtes.
Olli(peſtis enim tacitis latet aſpera ſyluis)
Improuiſi adſunt:hic torre armatus obuſto
Stipitis hic grauidi nodis : quod cuiq; repertum eſt
Rimanti telū ira facit:vocat agmina tyrrheus
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebāt:rapta ſpirans immane ſecuri:
At ſcæua e ſpeculis tempus dea nacta nocendi
Ardua tecta petit ſtabuli:& de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignum : cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocem: qua ꝓtinus omne
Cōtremuit nemus:& ſyluæ intonuere ꝓfundæ:
Audiit & triuiæ longe lacus:audijt amnis:
Sulphurea nar albus aqua:fonteſq; velini:
Et trepidæ matres ꝓſſere ad pectora natos.
Tum vero ad vocē celeres:qua buccina ſignū
Dira dedit:raptis concurrunt vndiq; telis
Indomiti agricolæ: nec non & troia pubes
Aſcanio auxilium caſtris effudit apertis.
Direxere acies:non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur ſudibuſue preuſtis:
Sed ferro ancipiti decernunt:atraq; late
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus : æraq; fulgent
Sole laceſſita:& lucem ſub lumine iactant.
Fluctus vti primo cœpit cum albeſcere vento
Paulatim ſeſe tollit mare:& altius vndas
Erigit:inde imo conſurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis primā ante aciē ſtridente ſagitta
Natorum tyrrhei fuerat qui maximus Almō
Sternitur hæſit enī ſub gutture vulnus:& vnde
Vocis iter tenuemq; incluſit ſanguine vitam.
Corpora multa virum circa:ſeniorq; galeſus:

Dum paci

ASCEñ: ¶Siluia prima. Docet quomodo incępta eſt diſcordia & q̄uo prima cōmiſſa eſt pugna. de qua re dicit Donat⁹ ſic. DONA. Triuie lon. lacus. ideſt auernus:qui a latini ſtabulis eſſet remotiſſim⁹. Preſſere ad pectora. Oſtendit maternum affectum. Tum vero ad vocem primo dixit Syluia auxiliū vocat poſtea dixit Vocat agmina tyrrheus & veniſſe aliquos. Tertio : furia Bellum finitimis tuba canit:& tū plurimi venere Auxiliū caſtris effudit . Nā in periculo regij pueri non paulatim proceſſum eſt : nec partibus.ſed ſemel oēs . Tuetur autem troianos ab inuidia vt non ferant:ſed vt defendant iniuriam . Hic iuuenis: poſt cędē cerui tulit fors vt maximus natoꝝ tyrrhei occideret. Mouet aūt pathos & ꝙ tyrrhei filius & ꝙ maximus natu : & ꝙ iuuenis Senior:pathos ab ętate itē a cā ꝙ pacis medius.Cupiditas pacis oſtendit̄ ex diuitijs quas in bello perderet erat anxius. Hęc ille. ¶Ordo autem eſt.Syluia.ſ.filia tyrrhei quę ceruum illū comere & ornare ſolebat:ſoror.ſ. tyrrhidarū percuſſa palmis lacertos.i.ꝑcuſſos habens: aut percutiens lacertos palmis . vocat prima auxiliū:conclamat agreſtes duros. ſcilicet ad laborem & difficiles ad pietatē: olli.i. oēs illi tunc adſunt improuiſi:ideſt ſubiti:enim pro quia peſtis:ideſt furia peſtifera latet aſpera:ideſt nociua & pernicioſa:ſyluis tacitis ideſt ſecretis aut ipſa tacens & tacite furorem inſpirans:hic ſupple adeſt:armatus torre ideſt ſtipite toſto:vnde dicit obuſto.i. circūuſto vt durior ſit hic.i. ali⁹ ſup.adeſt.armatus nodis ſtipitis grauidi.i.ponderoſi.Ira facit telum.i. miniſtrat pro telo cuiq;.i.cuilibet rimāti.i.diſquirenti telum ſup.illud quod repertum eſt ſup.ei.i.quicquid inuenit ꝓ telo ſumpſit. vt in primo furor arma miniſtrat. Tyrrheus.ſ. ducis loco fungens vocat agmina.i.in agmē cōuocat diſpſos: vt.i.ſcd'm ꝙ ipſe tyrrheus:ſcindebat forte.i.a caſu q̄a caſuale fuit ꝙ tunc ſcindebat cū ruſtici in arma ruerent quercū quadrifidam.i.in quatuor partes fiſſibilem: & hoc cuneis.i. inſtrumentis findendi coactis.i. ſimul imp̄ſſis ſpirās.i. anhelās immane.i.immaniter hoc eſt valde grauiter:& hoc ſecuri rapta.i.vi recepta graphice admodū exprimit morem ruſticorum ligna findentium At dea ſeua.ſ.alecto:nacta.i.q̄ inuenerat tempus.i.oportunitatem nocendi e ſpeculis.i.e locis altioribus vnde illud ſpeculabatur petit ardua tecta ſtabuli & canit ſignū paſtorale.i. qd' paſtoribus conuocandis datū erat ab antiquo more de culmīe ſummo.ſ.ſtabuli: & intēdit.i. auget & fortificat:vocē tartareā.i. infernalē q̄ ſ.voce omne nemus contremuit protinus.i.ſtatim vel ꝓtenus:hoc eſt porrotenus.i. ampliter: & ſylue ꝓfunde intonuere & lacus triuie.ſ.auernus:longe.ſ.poſitus:audijt.ſ.vocem alectus:& nar amnis ille albus aqua ſulphurea ideſt habente ſulphuris odorem & cōmixtionē audijt & fontes velini.i.qui poſtea velini dicti ſunt &

matres

matres trepide ideſt pre anxietate tripidantes: preſſere natos ideſt liberos ſuos ad pectora ideſt firmiter complexe ſunt quod anxietatis indicium eſt. Tum vero ideſt maxime tunc aut tūc quaſi adverum: agricole indomiti ideſt effreni: concurrunt vndiq; telis raptis exiſtentes celeres ad voces qua buccina dira dedit ſignū necnon. & ideſt & etiam pubes troia ideſt troiana iuuentus effudit aſcanio auxilium caſtris apertis ideſt patentibus ad exitum: & ipſi direxere acies & non agitur iam ſcilicet poſtq; collecti erant hinc ruſtici illinc troiani certamine agreſti ideſt vt in certamine agreſtium ſolet fieri videlicet ſtipitibus duris ideſt induratis ve ꝑ vel ſudibus ideſt perticis preuſtis ſcilicet loco ferri ſed decernunt ſcilicet vtri vincant hoc eſt contendunt ferro ancipiti: aut vtrinq; incidenti aut formidando & ſeges ideſt terra atra ideſt nigra: horreſcit ideſt fit horrida & aſpera: late ideſt ampliter & in latum enſibus ſtrictis ideſt denudatis: vnde vaginas in terram deijciebāt aut cadentes etiam enſes rubiginoſos: vnde ſegetem atram dixit. accipiēdo ſegetem pro terra: & era ideſt erea arma ſcilicet troianorum: laceſſita ideſt percuſſa ſole ideſt radijs ſolaribus lucent ideſt reſplendent: & iactāt lucem ſub lumine: vti. i. quemadmodum fluctus ſupple lucem iactat cum ideſt quando cœpit albeſcere primo vento: & ſupple mare tollit: ideſt erigit ſe paulatim: & erigit vndas. i. ꝓcellas altius & cōſurgit. ideſt ſimul ſurgit: inde ad æthera ſupple ab fundo imo Almon iuuenis q fuerat maximus natorum ideſt filiorum tyrrhei: biſſyllabum eſt habens dihpthongon in ſecunda ſyllaba: aut per ſinereſim proferť tyrrhi ſterniť. i. ꝓſternitur hic. ideſt in hoc congreſſu ante primā aciem: & hoc ſagitta ſtridente qua ſcilicet vulneratus erat enim pro quia vulnus. ſcilicet infixum a ſagitta hęſit ideſt inheſit ſub gutture. & incluſit ideſt intercluſit: iter ideſt meatum vocis vde ideſt quę per iter vdum efferri vult: aut quę aerem qui vdus eſt deſiderat: & īcluſit id ē ſuffocauit ſanguine vitam tenuem ideſt fragilem ſpiritum vitalem qui tam faciliter ſuffocatur Multa corpora virum pro virorū circa ſupple ſternūtur: & galeſus: ruſticus ille ſenior ſternitur ſupple dum ipſe offert ſe medium paci. i. concordie faciende. exiſtens iuſtiſſimus vnus qui fuit & ditiſſimus olim. ſcilicet ſua tempeſtate: aruis auſonijs. ideſt regionibus illis italiæ quia quinq; greges balantum ideſt ouium & quina armenta ideſt greges magnorum animalium redibant illi ideſt ad illius commoditatē ex paſcuis domū ſcilicet & vertebat ideſt arabat aut ſulcabat terram centum aratris hoc eſt bene pauit & bene arauit & ita & bonus & diues habitus eſt.

ASCEN. ¶ Atq; ea per campos &c. Oſtēdit quomodo peracto: ad qđ miſſa erat negocio alecto iuſſa ſit a Iunone ad inferos redire: recitās illarū īter ſe colloquium & ad inferna deſcēſum. De qua

DONA. re dicit Donatus ſic. perfecta diſcordia. Habuit rationem perſonarum. Nam laus eſt in furia quod in alijs eſt vituperatio. Hoc etiam his addam non ſolum gloriatur de eo quod fecit: ſed ꝓmittit ſe plura facturam. Dat ſonitū: Cōpendioſa deſcriptio: in qua amnem & partem ex qua fundiť & ſonū cadentis aque & cām ſonitus oſtēdit. Hęc ille.

Ordo. Ordo aūt eſt. Atq; dū ea. i. eiuſmodi certamina geruntť per campos: mare equo. i. vbi equalis fuit loc⁹ qa campus planus

ſed non

Dum paci medium ſe offert iuſtiſſimus vnus
Qui fuit auſonijſq; olim ditiſſimus aruis:
Quinq; greges illi balantum: quina redibant
Armenta: & terram centum vertebat aratris.

¶ Syluia prima ſoror: Bene puellæ dat doloris impatientiam duros conclamat agreſtes: aut quia ſemper duri ſunt aut duros qui cerui interitū non dolebant. Peſtis furia Torre hic torris facit vt hic fuſtis grauis propter nodos. ſcilicet Quadrifidam quercum: quæ in partes poſſet findi quatuor. Cuneis coactis & ſatis ſignate coactis dixit exprimit autem antiquum morem vt diximus ſupra: nam primum cuneis ſcindebant fiſſile lignum De culmine ſummo: bene culmīe: quia de tectis agreſtium loquitur. Tartaream: aut terribilem: aut forte ſecundum vſum dixit. Nemus locus haud longe ab aritia: in quo lacus eſt: qui ſpeculum dianæ dicitur. & notandum ꝙ vocem eius paulatim facit procedere: quod locorum indicat commemoratio. Triuiæ lacus: hic eſt qui dianæ ſpeculum dicitur. Sulphurea nar albus aqua: invia flaminia eſt ciuitas narnia in montib⁹ poſita: quibus ſubeſt nar fluuius: qui tyberino coniungitur. Fonteſq; velini vltra iter amnē ſunt: Nam vt diximus vox furiæ paulatim proceſſit. Preſſere ad pectora natos. Stati. preſſitq; palemona mater: item contra natos auſæ deponete matres. Ad vocem buccine ſignum. vt ſenſit & ad ſonitum vocis veſtigia torſit. Nam quicunq; ſonus dici vox proprie poteſt. Auxiliū caſtris effudit apertis. i. ipſa in auxilium effunditur. Direxere ac ordinauerunt in latitudinē Præuſtis: Pre breuis fit propter ſequentem vocalem quod vna parte orationis factum intolerabile eſt: hic autem tolerabile quia compoſitus eſt ſermo. Ferro ancipiti vtrinq; noxio. Dicit aūt aut gladios aut bipennes: ſeges terra modo: vt quid faciat lætas ſegetes: per atram vero fertilē ſignificat. vt oſtendit in Georgi. Sole laceſſita: naturale em̄ eſt: vt metallorum ſplendor plus fulgeat alia luce repercuſſus. Paulatim ſeſe tollit mare ſic bella dicit ſurrexiſſe paulatim: ſicut ventis flātibus mare turgeſcit. Hic iuuenis. hic confundit nomina. Nam & puerum & iuuenem nonnunq; Vergi. ponit. vt hoc loco nam almonem quem modo iuuenem dicit: paulopoſt ait puerum vt almonem puerū. mouet autem miſerationem ab ætate cum dicit puer: a virtute cum dicit. Primam ante aciem. a vulneris etiam crudelitate. Almon bene ruſtici nomen vſurpauit a fluuio. hęſit enim ſub gurgite vulnus ideſt ſagitta vt ardens infeſto vulnere pyrrhus inſequiť: V dę vocis iter. i. iter vdum. Nō enim vox vba eſt: ſed per vdam arteriarum labitur viā vnde in febricitantibus deficit. Corpora multa virum circa. Conſtrata ſunt. & rhetorice viles tradit in medium Nobiles vero primo & vltimo loco cōmemorat Dum pauci medium ſe offert. nam quid ſenex bellis intererat Olim ditiſſimus aruis ſecundum antiquum morem Horati. Diues antiquo cenſu quina redibant armen. pro quinq; ſicut bina. Terram vertebat aratris duo dixit a catone memorata qui interrogatus quis bonus eſſet pater familias, reſpondit eū qui bene paſcit & qui bene arat. SER.

Atq; ea per campos æquo dū marte geruntur:
Promiſſi dea fata potens: vbi ſanguine bellum
Imbuit: & primæ commiſit funera pugnæ:
Deſerit heſperiam: & cœli conuexa per auras
Iunonem victrix affatur voce ſuperba:
En perfecta tibi bello diſcordia triſti: Alecto.
Dic in amicitiam coeant: & fœdera iungant:

Quandoquidē



Quãdoquidẽ auſonio reſpſi ſanguine teucros
Hoc etiam his addã tua ſi mihi certa voluntas
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
Accendamq; animos inſani martis amore:
Vndiq; vt auxilio veniãt: ſpargã arma p agros.
Poeta: Iuno. Tũ cõtra iuno / terrorũ & fraudis abũde eſt.
Stant belli cauſæ: pugnatur cominus armis.
Quæ fors prĩa dedit: ſanguis nou⁹ ĩbuit arma
Talia connubia & tales celebrent hymenæos
Egregium veneris genus & rex ipſe latinus.
Te ſuper æthereas errare licentius auras
Haud pater ipſe velit ſummi regnator olympi.
Cede locis. ego ſi qua ſup fortuna laborũ eſt
Ipſa regam

ſed nõ equalis virtus nec equalis exitus: tũc aũt mars dicit equus: qñ non plus fauere videt p loci cõmoditatẽ vni parti q̃ alteri: licet vꝰtute altera pars ſupet: dea.ſ. infernalis alecto facta potens.i. cõpos pmiſſi.i. pmiſſe diſcordie: vbi.i. poſtq̃ imbuit.i. incohauit & de nouo intinxit bellũ ſanguine.ſ. fuſo: & cõmiſit funera prime pugne: ipa deſerit heſperiã.i. italiã: & ipſa victrix.i. voti cõpos affat voce ſupba.i. magniloqua: Iunonẽ.ſ. dñam ſuã affat dicit p cõuexa celi & p auras: aut p cõnexa cœli.ſ. p auras: niſi ſit legendũ cõuecta.i. delata remigio alarũ p auras cœli affat Iunonẽ &c. En: q̃ vox iactãtis eſt & p̃ gaudio exultãtis: diſcordia ẽ pfecta tibi.i. ad nutũ & cõmodũ tuũ bello triſti qa & filiusfamilias & paterfamilias bonus interẽpti erãt ſ. almon & galeſus. dicvt ſup. coeãt in amicitiã q.d. ſi vis vt in grãm & cõcordiã redeãt id tu te facias: qa mea nõ eſt pacẽ ſed bella cõficere. & dicvt iungãt fœdera q.d. vix etiam ſi velis id poſſis. qñqdẽ ego reſpſi.i. cõtaminaui & ĩbui teucros ſanguine auſonio.i. italico: fuerũt ergo teucri victores. & ſi tua volũtas ſit mihi certa.i. explorata ego addã ẽt hoc.ſ. ego ferã.i. ĩducã vrbes finitimas

Ipſa regam: tales dederat ſaturnia voces. Poeta.
Illa autem attollit ſtridentes anguibus alas
Cocytiq; petit ſedem ſupera ardua linquens.
Eſt locus italiæ medio ſub montibus altis
Nobilis: & fama multis memoratus in oris.
Anſancti valles denſis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; lat⁹ nemoris medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & torto vertice torrens:
Hic ſpecus horrendum: & ſæui ſpiracula Ditis
Monſtrantur: ruptoq; ingens acheronte vorago
Peſtiferas aperit fauces: quis condita erynnis
Inuiſum numen terras cœlumq; leuabat.

bes finitimas.i.i cõſinio ſitas:hoc ē ciues vrbium finitimarum in bella rumoribus.ſ.ſiniſtris & inimicicie plenis & ego accedam animos.ſ. finitimorum inſano.i. valde magno aut deteſtãdo amore.i.deſiderio martis.i.belli:vt.ſ.ipſi veniãt vndiq;.i.ex oī pte auxilio.,i.i auxiliũ& ego ſpargã arma p agros.Iuno ſup.ait tũ.i.tũc cõtra.i.ecõuerſo hoc eſt rñdit ſic.Abunde eſt.i. ſatis vſq; ad abundantiam eſt terrorum.ſ. populorum concitatorum& fraudis.ſ.per te facte cauſe belli. ſtant.i.perfecte & cõſummate ſunt quia pugnatur cominus.i.quaſi conſerta & cõmiſſa manu:de ppe ſit armis.ſ.manu tẽtis:nouus ſanguis ĩbuit.i.de nouo intinxit&humefecit arma q̃ prima ſors.i.alea & fortuna belli dedit.Egregiũ genus.i.egregia pgenies.i.excellẽs filius veneris.ſ.æneas & id p ironiã aut ſaltem inuidioſe:& ipſe rex latinus celebrent talia cõnubia & tales hymeneos.i. nuptias. Ipſe pater ſ.Iuppiter regnator ſummi olympi:haud.i. nõ velit te errare.i.vagari licentius.i.cũ ampliori licentia. ſup auras ętheras: cede igiť locis.ſ.tibi negatis.ego ipſa regam.i. geram & guberna bo. ſi qua.i. aliqua fortuna laborũ ſupeſt.i. reſtat adhuc.i.ſi in aliqua re adhuc elaborandũ erit vt perficiatur inceptũ bellum : ſaturnia.ſ. iuno ſaturni filia dederat tales voces aũt p ſed illa.ſ.furia ad quam locuta erat:quę exiſtẽs inferioris poteſtatis nihil rñdit: ſed ſtatim attollit.i.ſurrigit alas ſtridẽtes anguibus & petit ſedem cocyti.i. infernalis illius fluuij : linquens ardua.ſ.loca ſupa.i. quę ſunt in regione ſupna reſpectu inferni:Locus eſt nobilis.i.famoſus & multũ notus ſup.in medio italię ſub altis montibus.i.decliuo altorũ montiũ quę ſunt in reliquis locis italię:nobilis dicit & p.i. memorat⁹ fama.i.per famã in multis oris.i.multis regionibus appoſitorię valles anſancti.i. loci ſic dicti quaſi am.i.circũ hoc eſt vndiq; ſancti latus nemoris:vrget hunc.ſ.locũ:atrũ.i. vmbroſum denſis frondibus:vtrinq;.i. ab vtraq; parte : & torrens.i.amnis rapidus:& fragoſus.i.cũ fragore multo decurrens:exiſtẽs medio.ſ. vallis dat ſonitũ ſaxis.i.inter ſaxa.&vertice torto.i.cõfracto.ſpecus horrendum &ſpiracula.i.hiatus vnde expirare poſſit:ditis.i.plutonis ſeui.i. immitis & magni:monſtrantur hic.i. apud hunc locum:& ingens vorago:acheronte.i. fluuio illo infernali.rupto ideſt vi ſe erumpente:aperit ideſt referat hic fauces peſtiferas graui odore peſtem afferentes:qs.i. qbus faucibus. erynnis.i. furia infernalis alecto:cõdita.i.abſcondita:exiſtens numen inuiſum.i.odioſum leuabat.i. recreabat & a triſtitia reuelabat terras & cœlum quę eius preſentia prius degrauabantur.

SER. ℂ Aequo dum marte geruntur. aperta contentione bello manifeſto.Nam ſic dicimus:ęquũ autẽ ęqualẽ non poſſumus dicere:cum ſoli interempti ſint itali. Promiſſi dea facta potens:honeſta locutio.potens pmiſſi. Promiſiſſe aũt eam confeſſionẽ intelligimus:nam non promiſit Imbuit. initiauit:& bene ſanguine: nam poteſt bellũ & diſcordia vel a diſſenſione incohari.&cœli cõ.p.a.Probus aſper:Dona.dicunt hoc loco per bis accipiẽdum:alloquitur Iunonẽ p cœli conuexa:& p auras põt tñ eſſe epexegeſis p auras.i. cœli cõuexa:nec em̃ aliud ſunt aurę.dicit etiã quidã cõmetarius cõuecta legendũ vt ſit ipſa cõuecta:quod difficile in exemplaribus inuenitur. Victrix:voti compos. Affať iam cum ſupbia: Bene aũt ei in principio denegauit orationẽ quaſi ad ſcelera feſtinanti:quã modo tribuit poſt bella iam cœpta.Bello diſcordia tri.Iuno em̃ belli popoſcerat ſemina:hęc etiã ipſa bella perfecit.dic in amici.coe.ac ſi diceret ita bella cõmoui vt ne tuo quidẽ imperio poſſint in pacẽ redire.& hoc eſt qđ dicit.Affať voce.ſ.alij dicunt Ego inter hos bella cõmiſi tu vicinos pplos fœderib⁹ iunge partibus turni & ab ęneę fauore cõpelle:quod tñ ſi vis ego faciã: vt hinc ſit dictũ.Ego ſi qua ſup. f.l. eſt ipſa regam. Certa voluntas:ſi tua in hoc conſentit autoritas.Inſani martis amore:homeri epithetõ θουριομαρην. Spargam ar.meminit ſui. Nam ſupra dixit fere crimina belli. Terrorũ & fraudis abũde eſt. Terrorũ morte hominum. Fraudis vero ex ceruí vulneratione.Stant belli cauſe.manifeſte ſunt placent: vt ſtat cõferre manum.Egregium veneris genus. Ironice dictum eſt.Ipſe latinus:ac ſi diceret quẽ ęneę cauſa cogor odiſſe:vñ & amate nulla ſit mentio quæ eſt troianis inimica. Vrbanus tñ hunc locũ accipit p interrogationẽ terrorum & fraudis abũde eſt:vt quaſi p gratulationẽ nõ credat ſicut Ter. illud Quia plus cupio minus credo.Sup ęthereas:qa dixerat Cœli cõuexa p au. Attollit alas:honeſta volãtis piphraſis.Italię medio hunc locũ vmbilicũ italię chorographi dicunt.Eſt aũt in latere campanię & apulię vbi hyrpini ſunt: & habet aquas ſulphureas ideo grauiores. Quia ambitur ſyluis:ideo aũt ibi aditus diciť inferorũ.quod grauis odor iuxta accedentes necat adeo: vt victimę ad hunc locũ non immolarentur:ſed odore perirent ad aquam applicatę:& hoc erat genus litationis.ſciendũ tñ. varro.enumerare quot loca in italia ſint eiuſmodi:vnde & dona.dicit canuſię qui diciť locus a poeta circa fluuiũ qui calor vocať:quod ideo nõ pcedit qa ait italię medio.Sub montibus al.hoc niſi ad totã italiã referas non pcedit vt ſit Eſt in vallibus italię montuoſe:nã hoc in loco montes non ſunt.Nobilis : notus quod ſequentia indicant: Anſancti valles loci anſancti .i.omni parte ſancti:quẽ dicit & ſyluis cinctũ & fragoſum fluuio torrente.Hic ſpecus horren.hoc nomen apud maiores triũ generũ fuit.Ennius fœminino poſuit.Hora.maſculino.Quę nemora aut quos agor in ſpecus.Verg.neutro.Quo hodie in numero ſingulari tribus tm̃ vtimur caſibus Pluralẽ tm̃ a gñe maſculino habem⁹ in oībus caſibus.Hinc eſt ipſi in defoſſis ſpecubus:q̃q; antiqui codices habeãt hic ſpecus horrendus.Spiracula ditis:dicta a ſpirando: antiqui codices piracula habent q̃ dicta ſunt απο των περατων hoc eſt a finibus inferorum.Vorago acherontis exeſtuatio.Condita erynnis:alij condit legunt:& ſe ſubaudiunt.Leuabat.i.releuabat.recreabat cui pſentia ſua erat oneri.

Anſanct⁹ Specus.

ASCEN. ¶ Poſtq̄ exēpta fames. Poſtq̄ inq̄t ſedata eſt fames nā pri⁹ ſilētiū fieri ſolet cū ſuo quiſq̄ intent⁹ ſit negocio: ſermo habit⁹ ē ab euandro d' origīe ſacrificioꝝ herculi īſtitutoꝝ: q̄ enarrāda deſcribit r̄ditū hercul' ex hiſpāia p italiā vbi cacū furē abigeū īteremerat occa ſiōe cui⁹ ea ſacra illi p̄petua īſtituta fuerāt vn̄ DONA. dicit Dona ſic. Poſtq̄ exē. fa. nō libent̄ audiūtur ſermones niſi venter ſatur ſit. Has dapes dū originē ſacroꝝ narrat epulas etiā excuſat Ordo. Hec ille. Ordo ē. Poſtq̄ fames ē exēpta. ſ. epulis vt ī p̄io dixit & amor. i. auiditas edēdi. i. comedēdi cōp̄ſſus ſup. ē. i. ſedata ē. Rex euandr⁹. (Nā oīa greca ī ros apud nos exeūt ī rus & ī er vt teucr⁹ & teucer: euādr⁹ & euāder. & īde duplex ē vocatiu⁹ n̄ p metatheſim vt dicit alexā.) ait. Supſtitio vana. i. delira & ſtulta

Poſtq̄ exempta fames: & amor cōpreſſus edendi.
Rex Euandrus ait ⌈ non hæc ſolennia nobis: — Euander.
Has ex more dapes: hanc tanti numinis aram:
Vana ſuperſtitio veterum ve ignara deorum
Impoſuit: ſæuis hoſpes troiane periclis
Seruati facimus: meritoſq̄ nouamus honores.
Iam primum ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem.
Diſiecte procul vt moles: deſertaq̄ montis
Stat domus: & ſcopuli ingentem traxere ruinam.
Hic ſpelunca fuit: vaſto ſummota receſſu
Semihominis Caci facies quam dira tenebat:

Solis

Solis in acceſſam radijs ſemperq́ꝫ recenti
Cæde tepebat humus foribuſq́ꝫ affixa ſuperbis
Ora virum triſti pendebant pallida tabo.
Huic monſtro vulcanus erat pater:illius atros
Ore vomens ignes:magna ſe mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium:aduentumq́ꝫ dei:nam maximus vltor
Tergemini nece geryonis:ſpolijſq́ꝫ ſuperbus
Alcides aderat:tauroſq́ꝫ ac victor agebat
Ingentes:vallemq́ꝫ boues:amnemq́ꝫ tenebant.

ta religio q̃ diu ſupſtitib' eē ſolet:ve pro vel ignara veterū deoꝝ:nō īpoſuit nobis hec ſolēnia:& has dapes.ſ.ſolēnes:ex more.i. quas ex more dam'& edim':& hācarā.ſ.maximā (ſic em̄ dicebaẗ)tāti numinis.ſ.hectoris q̄ p̄cipu' eſt victoꝝ de':ſed ſup.o hoſpes troiane.nos ſeruati.i.erepti:ſeuis.i.īmanib' periclis ꝓ p̄iculis.ſ.īminētib' a caco facim' ſup. hec ſolēnia & nouam'.i.īnouam' quotānis honores meritos.i.q̊s herculesmeruit ſeruādo nos. Aſpice iam primū.i. ꝓ exordio declaratiōis mee:hāc rupem ſuſpēſam ſaxis & aſpicevt.i.quēadmodū moles.ſ.ſaxoꝝ:diſiecte ſup.ſtāt.i.deuolute ſunt & vt dom'.i.ſpelūca & habitatio mōtis.i.quā cac'habuerat in mōte:ſtat deſerta.i.derelicta ab habitatore īterēpto:& vt ſcopuli.i.eminētia ſaxa traxere īgentē ruinā.i.ruēdo īgentē p̄tē ſecum traxerūt:Spelūca:ſummota.i. ſepoſita a frequentia hoim:vaſto.i. valde amplo receſſu fuit hic.i.hoc loco:quā facies.i.effigies atq́ꝫ ſpēs:dira.i.execrāda quaſi deoꝝ ira ꝓducta caci illi' filij vulcani ſemihoīs.i.feritate corrupti & hn̄tis ſolū figurā humanā tenebat ī acceſſam.i.nō aditā radijs ſolis & hum'.ſ.fūdi ei':tepebat ſemꝑ recēti cede.i.ſanguīe effuſo ꝑ cedē:& ora virū ꝓ viroꝝ affixa foribus ſupbis.i.tyrānicis & ſeuis: pēdebāt pallida triſti tabo.i.cruore īmūdo &ſanie triſti aſpectu. Vulcan' erat pr̄ huic mōſtro.ſ.caco q̄ vomēs ore ignes atros.i.fumoſos aut vaporoſos:vnde & fulgura fiūt: illi'.ſ.pr̄is ſui Vulcani:ferebat ſe ſup.cū magna mole.i.vaſto corpe.Aetas.i.lōga tēpeſtasaut euū illud attulit aliqn̄.i.tādē &.i.etiā nobis ſicut videlicet multis alijs:nobis inq̄t optātib'.i. q̄ anxie optabam':auxiliū.ſ.herculiſq́ꝫ ꝓ.i.aduentū dei cū quo nobis auxiliū venit.Nā alcides.i.alcei nepos aut virtute p̄dit' Hercules maxim' vltor.ſ.mōſtroꝝ aderat ſupbus i.magnific' & elat' nece.i.cede & īterēptiōe geryōis:illi' regis hiſpani: tergemini.i.tria corpa hn̄tis:ꝑ q̄ tris exercit' triū inſularꝝ intelligi volūt.& ipſe victor:agebat huc.i.ad nos:aut ad hāc regionē:tauros īgētes.i. valde magnos & boues.i.vacce ei':tenebant.i. occupabāt:vallē.ſ.hanc vicinam tyberi:& amnē.ſ.hunc videlicet tyberim.

SERVI. ℂPoſtq̄ exēpta fames & amor.c.e.poſtq̄ neceſſitati ſatiſfactū ē & voluptati.Nō hæc.variat ī vno ꝓnoīe:nā hæc ſolēnia nobis.Has ex more dapes hanc tāti numinis arā.

Supſtitio: Supſtitio eſt timor ſupflu' & delir':aut ab aniculis dicta ſupſtitio:q̄ multis ſupſtites ꝑ ætatē delirāt: & ſtultæ ſunt:aut ſcd'm Lucretiū ſupſtitio eſt ſupſtātiū rerū.i.cœleſtiū & diuinaꝝ q̄ ſup nos ſtāt:inanis & ſupflu' timor.Veterūq́ꝫ ignara.d.Duo dicit nō ideo Herculē colim' aut q̄a oēm religionē verā putam': aut q̄a deos ignoram' antiq̊s.Cautū em̄ fuerat &apud athenienſes & apud romanos ne q̊s nouas ītroduceret religiōes nā ideo & Socrates dānat' eſt: & chaldæi & iudei ſunt vrbē depulſi.Nouam' ho.detraxit re.nā renouam' debuit dicere:quā p̄ticulā alibi addidit:vt Fata renarrabat diuū.Suſpēſam hāc aſpice.r.

Cacus: Cacus ſcd'm Fabulam Vulcani fili' fuit ore ignē ac fumū vomens:q̄a vicina populabaẗ.Veritas tn̄ ſcd'm philoſophos& hiſtoricos hoc habet:hūc fuiſſe Euādri nequiſſimū ſeruū ac furē: nouim' aūt malū a grecis κακον dici quē ita arcades illo appellabāt tp̄e poſtea trāſlato accentu Cac' dict':vt ελενη Helena:ignē aūt dict' eſtvomere q̄ agros igne populabaẗ:hūc ſoror ſua eiuſdē noīs ꝓdidit: vn̄ etiā ſacellū meruit:ī quo ei ꝑ virgines veſtæ ſacrificabaẗ.Suſpēſam rupē:quaſi iāiāq́ꝫ lapſurā.Semihominis. Feritate corrupti.Inacceſſam:p̄ticipiū ſineverbi origine.Acceder em̄ nō dicim' ſed tale eſt vt placita nupta triūphata.Huic monſtro:bene vitauit caſum in quo erat rupis ſignificatio.Et nobis:ſicut multis q̄b' Hercules ꝓfuit mōſtra purgādo Aetas bn̄ficiū tp̄is : vt Voluēda dies en attulit vltro.Maxim' vltor:nō tm̄ noſter ſed & oīm.Ter gemini nece ge. hāc fabulā dixim' illo loco: poſtq̄ laurētia victor Geryone extincto tyrinthi' attigit arua.Spolijſq́ꝫ ſuperb':atq̄ boues abduxerat:ſed

Spolium: ſpoliū eſt q̄cq̄d de hoſtib' tolliẗ:vt addit equos & tela quibus ſpoliauerat hoſtē:item poſtq̄ illum vita victor ſpoliauit achilles.

At furijs Caci mens effera:ne quid inauſum
Aut intentatū ſceleris ve doli ve fuiſſet:
Quattuor a ſtabulis præſtanti corpore tauros.
Auertit:totidem forma ſuperante iuuēcas.
Atq́ꝫ hos ne qua forent pedibus veſtigia rectis
Cauda in ſpeluncā tractos:verſiſq́ꝫ viarum
Indicijs:raptos ſaxo occultabat opaco.
Querentem nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.
Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitrioniades armenta:abitumq́ꝫ pararet:
Diſceſſu mugire boues:atq́ꝫ omne querelis
Impleri nemus:& colles clamore relinqui:
Reddidit vna boum vocem:vaſtoq́ꝫ ſub antro

ASCEN: ℂAt furijs caci &c.Proſequiẗ narrationē īceptā:quō.ſ.Cac' abigēs etiā herculiſboues furat' & ab eo interēpt':occaſionē p̄buit ſacrificij ſolēnis herculi liberatori quotānis ꝑſoluēdi:cui.ſ.nūc æneas ītererat.de qua re dicit

DONA: Donat'.Diſceſſu mugire boues:nā&bruta quēdā familiaritatiſaffectū hn̄t.Reddidit vna.b.vo. nā & bruta ſua voce affectū exprimūt: vn̄ & in tertio dixit. Qui volucrū linguas ſentis. Cuſtodita:nihil ꝓfuit cuſtodia & aſtutia Rapit:& nō cepit: nec paſſib': ſed curſu magis īiuriā q̄ dānū dolēs. Timētē hoc tria ſigna oñdūt.Oculi:q̄ oēs animi motus indicāt.Curſus celerior ſolito: & q̄ ī ſpelūcā nō ī loca aperta ſe cōtulit.Rupit:nā celeritas ſoluere ꝓhibuit.Stabat.a.ſ.nō ſolūvirtus ſed etiā prudētia Herculis oñdiẗ.Hec ille.

Ordo. ℂOrdo ē.At.i.ſed mens caci effera.i.eminēter fera aut extra rōnis ſtatū elata furijs.i. ꝑfurias auaricie ne q̄d ſceleriſve doli ve.i. vel ſceleris vel doli fuiſſet inauſum.i.q̄d nō

Mugiit auderet:

auderet:aut intẽtatũ.i.qđ nõ attẽtaret:auer
tit.i.abegit auertẽdo:a ſtabulis.ſ.armẽtoꝝ
herculis vbi ſtabãt in paſcuis:quatuor tau=
ros p̃ſtãti corpore & totidẽ iuuencas ſuperã
te.i.p̃ſtãti forma.i.hñtes p̃ſtãtẽ & excellentẽ
formã:atq̧ occultabat ſaxo opaco.i.ĩ ſpelũ=
ca opaca ſaxo obtruſa hos.ſ.tauros & iuuen
cas raptos.ſ.a ſe & tractos ĩ ſpelũcã cauda.i.
ꝑ caudã:& indicijs viaꝝ.i.veſtigijs verſis.i.
cõtrouerſis:ita vt q̃ intrarãt exiſſe videanť
& auerſa nõ aduerſa putenť:ne qua.i.nõ ali=
qua veſtigia.i.qb⁹ iueſtigari poſſent ĩdicia
forẽt pedib⁹ rectis.i.naturali ordine intro=
greſſis: & ita nulla ſigna ferebãt q̃rẽtẽ.ſ.her
culẽ ad ſpelũcã.Interea cũ amphitryoniades
i.amphitrionis fili⁹ putatiu⁹ hercules moue
ret iã ſtabulis.i.a ſtatione ſua: armẽta ſatura
ta.ſ.opimis pratis & pararet abitũ.i.ꝓfectio
nẽ in aliã regionẽ:boues mugire ſup. cepe=
rãt:aut mugiebãt:diſceſſu .i.ꝓpter diſceſſũ
atq̧ oẽ nem⁹ ĩpleri ſup.cepit aut ĩplebať q̃re
lis.i.q̃rulosis mugitib⁹:& colles relinq.i.re
linq̃banť ſup.cũ clamore.vna boũ.ſ.ĩcluſaꝝ
& reddidit vocẽ.i.rñdit mugiẽdo ad mugi=
tum alioꝝ diſcedẽtiũ:& ꝓ.i. mugijt ſub an=
tro vaſto:& ipſa cuſtodita fefellit ſpẽ caci.ſ.
cuſtodiẽtis & obſeruãtis ne mugirẽt & ſpe=
rãtis iã eas poſſidere ſecure. Vero ꝓ ſed:do=
lor exarſerat.i.ĩflãmauerat:hic.i.mõ cum ta
lia fierẽt alcide.i.herculi:furijs.i.ꝓpter furo
rẽ:atro felle.i.amara fellis cõmotiõe aut atra
bili.rapit arma manu & ꝓ.i.robur grauatũ
i.oneratũ nodis.i.clauã robuſtã & nodoſam
& petit curſu ardua.i.ſublimitatẽ & verticẽ
mõtis aerij.i.alti & ĩ aera ꝓtẽſi:nr̃i.ſ.ſubditi
& cohabitatores:videre tũ.i.tũc primũ Ca=
cũ timẽtẽ:q̃a nullũ antea timuerat: & turba
tũ oculis.i.turbationẽ ĩdicãtib⁹:ip̃e fugit.i.
ſe ꝓripit:exiſtens ocyor.i. velocior:euro.i.
vẽto illo oriẽtali:& petit ſpelũcã.ſ.ſuã: & ti
mor addidit pedib⁹ alas : q̃a timentes quaſi
auolãt:vt.i.poſtq̃ ipſe ĩcluſit ſeſe.i.ſeip̃m &
deiecit.i.deorſum iecit ſaxũ ĩmane.i.tã ma=
gnũ vt terrori eẽt & hoc cathenis qb⁹.ſ.ſuſtẽ
tabať vt circũagi dũ vellet Cac⁹ poſſet:ru=
ptis.i.diſruptis.qđ.ſ.ſaxũ: pẽdebat.ſ. ſupra
ſpelũcã:ferro & arte pr̃na.i.Vulcãi artificio
& emunijt ꝓ emuniuit:poſtes fultos.i.ſuſtẽ=
tatos obice.ſ.ferreo.Ecce.q.d.de repẽte:ty=
rinthi⁹.ſ.hercules:aderat furẽs animis :& lu
ſtrãs.i.circũſpiciẽs & ĩdagãs:oẽm acceſſum
i.aditũ:ferebat ora huc & illuc: ĩfrẽdẽs dẽti
bus:& ip̃e feruid⁹ ira luſtrat ter totũ montẽ
auẽtini.i.ab auẽtino ſic dictũ q vn⁹ eſt ex ſe
ptẽ collib⁹ rome:& niſi ſignificaret auẽtinũ
eſſe nomẽ regis mõti datũ: diceret auentinũ
mõtẽ appoſitorie:& tẽtat.i. attẽtat frãgere
aut irrũpe:ter limina ſaxea:ſed neq̧cq̃.i. fru
ſtra:& ita ip̃e feſſus reſedit.i.requieuit ſedẽ=
do:ter ſup.in valle.Silex acuta.i.lapis illius
generis aſper ſtabat.i.eminebat in altum: ſa
xis.ſ.reliq̃s:p̃ciſis vndiq̧.i.circũquaq̧:ĩſur=
gens dorſo ſpelunce.i.eminẽs ſuper dorſum
ſpelunce in qua erat cacus:exiſtens altiſſima
viſu.i.dum videbať aut ad videndũ:appoſi
torie dom⁹ opportuna nidis volucrũ diraꝝ
ideſt rapacium & q̃ humanis carnib⁹ veſcũ
tur.Hercules dexter.i.ſtans a dexteris nitẽs.
i.innitens in aduerſum.i.ex aduerſa parte in
aduerſam:cõcuſſit hãc.ſ.ſilicẽ:vt.i.ſcđm ꝙ
ipſa ꝓna iugo.i.ĩ iugo mõtis: incũbebat ad
amnẽ.ſ.thybrim leuũ.i.a ſiniſtra fluentẽ: &
ſoluit

Mugijt:& Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hic vero alcidæ furijs exarſerat atro
Felle dolor:rapit arma manu:nodiſq̧ grauatum
Robur:& aerij curſu petit ardua montis.
Tum primum noſtri Cacum videre timentem
Turbatumq̧ oculis:fugit ilicet ocior euro:
Speluncamq̧ petit.pedibus timor addidit alas.
Vt ſeſe incluſit ruptiſq̧ immane catenis
Deiecit ſaxum ferro quod & arte paterna
Pendebat.fultoſq̧ emunijt obijce poſtes.
Ecce furens animis aderat tyrinthius:omnemq̧
Acceſſum luſtrans:huc ora ferebat & illuc
Dentibus infrendens:ter totũ feruidus ira.
Luſtrat auentini montem:ter ſaxea tentat
Limina nequicq̧:ter feſſus valle reſedit.
Stabat acuta ſilex præciſis vndiq̧ ſaxis
Speluncæ dorſo inſurgens altiſſima viſu:
Dirarum nidis domus oppor tuna volucrum:
Hanc vt prona iugo læuum incumbebat ad amnẽ
Dexter in aduerſum nitens concuſſit:& imis
Auulſam ſoluit radicibus:inde repente
Impulit:impulſu quo maximus inſonat æther.
Diſſultant ripæ:refluitq̧ exterritus amnis.

¶ At furis caci mens ef. ꝓ ingẽti ſcelere furis nomẽ po SERVI.
ſuit.Capitale em̃ crimẽ apud maiores fuerat ante pœnã Nota fu=
quadrupli.Auertit:erat ꝓpriũ abegit:ſed reſpexit ad p̃ ris nõ fu=
dã.Quæ auerti dicit:vt raptas ad littora vertere p̃das rijs legi.
Atq̧ hos.quotiẽs maſculinũ & fœmininũ iũgunť hæc
diſciplina eſt:vt etiã ſi poſteri⁹ eſt femininũ maſculino
rñdeam⁹.Verſiſq̧ viaꝝ indicijs.i.cõtra naturã inijciẽ=
tib⁹ errorẽ indicijs:ipſa inq̃t decipiebãt indicia.q̃ indi
care cõſueuerũt.Nã indiciũ ab indicãdo nomẽ accepit
Querelis ĩpleri nem⁹ nõ vt multi dicũt: q̃a cõſortes ꝑ
diderãt:ſed q̃a vellebanť a paſcuis:inſita eſt em̃ bobus
auiditas edẽdi vñ eſt in Buco.Ite domũ ſaturi ſi q̃s pu=
dor ite iuuẽci.Et colles clamore relin.cum clamore vt
Atq̧ ixioni vẽto rota cõſtitit orbis.i.cũ vẽto: & hoc
eſt meli⁹:nã multi dicũt reliquunť Colles etiã a clamo=
re:hoc eſt tm̃ receſſerãt a collib⁹ boues:vt nec eccho re
ſultaret.ſ.ad colles iã clamore nõ ꝑueniẽte: qđ nõ ꝓce
dit:q̃a hoc ſenſu illud excludiť.Reddidit vna bo.uo.Si
em̃ tam lõge fuerãt: vt nulla rõne recedẽtiũ bouũ mu=
git⁹ colles derelictos feriret:queadmodũ incluſi bouis
clamor eſt audit⁹ ab Hercule:Mugijt:more ſuo ꝓ mu=
giuit:vt audijt & triuiæ longe lac⁹.Atro felle.d.Quo
ita iraſcimur ſcđm phyſicos: vt ſplene ridem⁹ Perſi⁹.
Sed ſum petulãti ſplene cachinno.Rapit arma.m.ſagit
tas & nõ vacatq̧:nã ſi armoꝝ epexegeſis eſt.Nodiſ gra
uatũ robur.Vacatq̧ Grauatũ aũt ꝓ graue ponit: nam Graue.
graue eſt ꝑ naturã põderoſum.grauatũ qđ onerať ex= Grauatũ.
trinſec⁹.Turbatũq̧ oculis.Ea p̃te turbatũ q̃ ꝑditrix eſt
mẽtis alij oculi legũt:& accipiũt a ſupiorib⁹ videre tur
batũ oculi.Arte.p.pſeuerat ĩ fabula.Emunijt.ſicut mu
gijt.Obice.po.hãc obicẽ dicim⁹ vt Ecce maris magna
claudit

claudit nosobice pont⁹.Dubitāt eñ multi vtrū maſculinū ſit an fœmininū.Tyrinthi⁹:a tyrinthia in qua nutrit⁹ eſt ciuitate vt ſupra dixim⁹.Auētini mōte:vt fontē timaui:butroti vrbē.i.auētinū montē.Ter feſſus valle reſe.Egēs cōſilij.Salu.feſſus ī pāphiliā ſe recepat nā corpore fatigatū dicim⁹:aīo vero feſſum: quis hæc ſæpe cōfundat autoritas.Stabat acuta ſi.pene oēs hūc ſilicem dixerūt:nā & Varro & Lucr.ita dicūt tāta tñ̄ eſt

Fatigat⁹.
Feſſus.
Silex.

ſoluit.i.diſſoluit ſup.eā radicib⁹imis.i.radicit⁹ a fundovſq;:quo īpulſus ether maxim⁹ i.ſumm⁹ q̄ maximū occupat ambitū: īſonat i.multū ſonat:ripe diſſultāt.ſ.ex repercuſſione aeris:& ānisexterri t⁹.i. quaſi exterrit⁹refluit.i.recurrit:ſed īpedit⁹ ſaxo qđ īciderat.

Ver.autoritas:vt pſuadeat nobis etiā hāc ſilicem dici.Dirarū volucrū:modo dirarū nō mali ominis dicit:vt ſunt bubones:ſed q̄ humanis cadaueribus veſcebant̄:dixit eñ.Foribuſq; affixa ſuperbis Ora virū triſti pendebant pallida tabo.Cōcuſſit:ſoluit:impulit ſatis ſignatis vſus eſt verbis.Refluitq; exterrit⁹ amnis. rem naturæ vertit in fabulā.Cū ruina rupis in ſe currere nō poſſit:& recurrere in ſe faciat neceſſe ſit impetum fluminis.

At ſpecus & Caci detecta apparuit ingens
Regia:& vmbroſe penitus patuere cauerne:
Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes:& regna recludat
Pallida dijs inuiſa:ſuperq; immane barathrum
Cernatur:trepidant immiſſo lumine manes.
Ergo inſperata depræhenſum in luce repente
Incluſumq; cauo ſaxo:atq; inſueta rudentem
Deſuper alcides telis premit:oīaq; arma
Aduocat:& ramis vaſtiſq; molaribus inſtat.
Ille aūt(neq; eñ fuga iā ſup vlla pericli eſt)
Faucibus ingentem fumum(mirabile dictu)
Euomit:inuoluitq; domum caligine cæca.
Proſpectū eripiens oculis:glomeratq; ſub antro
Fumiferam noctem comixtis igne tenebris:
Non tulit alcides animis:ſeq; ipſe per ignem
Præcipiti iecit ſaltu:qua plurimus vndam
Fumus agit:nebulaq; ingens ſpecus æſtuat atra.
Hic Cacum in tenebris incēdia vana vomentem
Corripit in nodum complexus:& angit inherens
Eliſos oculos:& ſiccum ſanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulſis
Abſtractæq; boues.abiuratæq; rapinæ
Cælo oſtenduntur:pedibuſq; informe cadauer
Protrahitur:nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos:vultum:villoſaq; ſetis
Pectora ſemiferi:atq; extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos:lætiq; minores
Seruauere diem:primuſq; Potitius autor:
Et domus herculei cuſtos pinaria ſacri.
Hanc aram luco ſtatuit:quæ maxima ſemper
Dicetur nobis:& erit quæ maxima ſemper.
Quare agite o iuuenes tantarum munere laudū
Cingite fronde comas:& pocula porgite dextris.
Cōemq; vocate deum:& date vina volentes.

SERVI. ¶Ingēs regia:regia ſicut Cacus putabat:ſic eſt & illud dictū.Illa ſe iactet in aula Aeolus.Penit⁹ pa. admiſſum lumen

ASCEN DONA. ¶At ſpec⁹ & caci &c.Idē facit vñ Donatus ſic dicit.¶At ſpec⁹:ī hoc loco ſpelūca ſignificat lōgitudinē & īteriores receſſus.Regia: latitudinē Cauerne:coarctatas āguſtias:fuit ſpelūca:ſed ꝓ qualitate pſone dicta eſt regia. Cauernas aūt dixit patuiſſe.i. non ſolū latas ptes:ſed anguſtas.Regia:qa ibi tyrānidē agitaret.Cōem vt ꝑ cōiunctionē federū ſe troianis cōmixtū oñdat:vel qa troianis & arcadibus.idē erat gen⁹.hec ille.¶Ordo aūt eſt.At i.ſed ſpec⁹.i.ſpelūca:& īgēs regia:ſcđm opi. caci.qa illic tyrānidē exercebat detecta.i.diſcoopta & nudata amoto ſilice: apparuit.i. late patuit:& cauerne vmbroſe.ſ. prius : aut etiā tūc cū ſol e latere eſſet:patuere penit⁹nō ſec⁹.i.nō aliter:ac.i.q̄ ſi terra dehiſcēs.i.hiatum faciēs& aperiens ſe penit⁹.i.oīno intus qua.i.aliqua:vi.i.violētia aut virtute:reſeret.i.pandat & aperiat ſedes infernas: & recludat.i.aperiat(re eñ cū verbo ad clauſurā ſeu tecturā ptinēte cōtrariū notat:vt reſero retego:reuclo retexo.&ſic de cōſilib⁹)regna pallida īuiſa dijs.ſ.ſupiſq; ꝑ & ſi baratrum immane.i.vorago inferni immanis: cernat̄ ſup.i.deſup:& manes trepidēt lumīe immiſſo.qa eis inſolitū eſt: & cruciatū affert vt in quinto.Et me ſeu⁹ equis oriēs afflauit anhelis.Ergo.ſ.qa ſaxū deiecerat:alcides.i. hercules ꝑmit.i. vrget.deſup telis.i.armis q̄ de lōge iaci poſſunt:ſup.cacū deprenſū.i.deprehēſum:ī luce inſperata.i.quā nō timuerat (nā ſperare vſurpat̄ ꝓ timere.Iuue.quartanā ſperātib⁹ egris.i.timētib⁹:& illud Vergilij.At ſperate deos &c.)ī ſpelūcā īgreſſurā.repēte. i.ex īprouiſo.& īcluſum ſaxo cauo.i. ſpelūca ſaxea excauata:forte ſicut de antro chironis dicit ſtati⁹qa pars exhauſta manu:ptē ſua ruperat etas:atq; rudētē īſueta.i.īſueto more.& ipſe alcides:aduocat.i.ī auxiliū vocat arma qđ de more fit acriter pugnātib⁹ etiā ſi ſoli ſint:& īſtat armis.ſ.detractis arborib⁹:& molarib⁹.i.lapidib⁹ tā magnis vt ex eis molares fieri poſſent:vñ addit vaſtis.i.valde amplis.Aūt ꝑ ſed ille.ſ.cac⁹:neq; eñ.i.nā nō vlla fuga.i.euitatio:picli ꝑ piculi nō ſupeſt.i. nō reliqua eſt:hoc ē qa effugere nō poterat: euomit faucib⁹ ingētē fumum(mirabile dictu.i.q̄ res eſt mirabilis dictu)& īuoluit domū.i.ſpelūcā ſuā:caligine ceca.i.ꝓhibēte viſum eripiēs oculis ꝓſpectū.i. inſpectionē q̄ porro ſeu ꝓcul fiat.& glomerat.i.circūagit ſub antro noctē.i.nubē obſcurā fumifera.i. afferētē fumū & hoc tenebris cōmixtis igne Alcides nō tulit.i.paſſus nō eſt animis.i.propter magnanimitatē ſuam:& iecit ſe ꝑcipiti ſaltu p ignē ea ſup.parte:qua fumus plurim⁹ agit vndā.i.eſt plurimū vaporis inundātis. & qua ſpec⁹ igēs eſtuat.i.efferuet: atra nebula.i.fumo & corripit hic.i.ī hoc loco:ī teneбris.ſ.vomētē incēdia vanū.i.in vanum qa nihil

Ordo.

Spero.

nihil ꝓfutura. corripit in quā cōplexus ſupple eū in nodū.i. per mediū in morē nodi: & cingit.i. ſtringit guttur.ſ. caci ſiccū ſanguine.i. ſine ſanguine: quia flāmas euomebat: inherens.i. fixus in eo manēs & elidens oculos aut ſi eſt eliſos ſic. & inherēs angit guttur & oculos eliſos.i. elidēdo eos: domus atra panditur.i. aperit̄ extēplo.i. illico: foribus.i. valuis reuulſis.ſ. a cardine ſuo: & boues abſtracte: & rapine abiurate.i. cōtra ius detente: licet nō periurio: quia cū vi oīa auferret non opus erat periurio oſtēdunt̄ celo.i. veniunt in lucē & reuelant̄: & cadauer informe ꝓtrahitur pedib⁹ quaſi iure talionis vt q̄ aduerſas attraxerat boues: auerſus extrahat̄: corda.ſ. aſtātiū: poſtq̄ reſciuerūt factū nequeūt expleri tuēdo.i. inſpiciēdo terribiles oculos vultū ſupple terribilē: & pectora villoſa ſetis.i. ꝓ villis habētia ſetas.i. duriſſimos pilos more ſuū: ſemiferi.ſ. caci quē prius ſemihoīem dixit atq; ignes extinctos faucibus.i. intra fauces ei⁹: honos.i. honorificū ſacrificiū: celebrat⁹ ſup. eſt ex illo.ſ. tp̄e.i. poſt illud tp̄s: & minores.i. iuniores: leti ſeruauere.i. obſeruauerūt: diem.ſ. illū. & potitius vir ille ſup. erat prim⁹ autor & dom⁹ pinaria: cuſtos i. obſeruatrix: ſacri herculei: (Serui⁹ hiſtoriā late recitat: & liui⁹ in primo ab vrbe cōdita Sane qđ dicit minores nō de poſteris intelliget̄ ſed de iunioribus cū ſeniores Potiti⁹ & Pinari⁹ primi eſſent: neq; dictū eſt ex pſona poete cū oīa ſint verba Euādri verūtn̄ ſi de poſteris dictū velis dicas euādrū vatis filiū etiā ſpiritū vaticinij hr̄e potuiſſe: vn̄ dicet & erit q̄ maxima ſemp ex dono ꝓphetico) dom⁹ ergo pinaria ſtatuit hāc arā luco.i. in luco hoc. q̄ ara dicet̄ ſemp nobis maxima: & q̄ erit ſemp maxima. Quare.i. quāobrē cū rite ſuſcepta ſint hec ſacrificia: o iuuenes.ſ. troiani: cigite comas ſup. veſtras frōde.ſ. populea: in munere.i. in officio tantarū laudū & porgite.i. porrigite & p̄bete inuicē pocula.i. vaſa potoria dextris.ſ. veſtris & vocate i. inuocate deū cōem.ſ. herculē q & mars eſt aut nobis cōiter colendū: & date volētes vina.i. libate illi voluntarie ſacrificiū vini: & diuinitatē. Sunt numina aliqua tm̄ celeſtia: aliqua tantum terreſtria: aliqua media quos deos Apuleius mediocres vocat. Alij cōem deū ideo dictū volūt: qa ſcđm pontificalē ritum. idē eſt Hercules: q & Mars: nā ſtellā vnā hr̄e dicunt̄ & nouim⁹ Martē cōem dici: Cic. Martēq; deū cōem Vergili⁹. Ipſe & dijs cōibus. Itē paulopoſt Dat ſalios Herculi quos martis eſſe dubium non eſt.

lumen eſt vſq; ad ſecreta ſpelūcæ Cauernas aūt ſpeluncæ per tapinoſim dixit. Si qua vi. Terræ hiatus nō niſi ex terræ motu fit: qui q̄m aut motu aque de inferioribus naſcit̄: aut crebris tonitribus aut te de cōcauis terris erumpentib⁹ ventis. Ideo ait Si qua vi. Quod autē dicit infer. re. ſedes. Notandū etiā de impoſſibilib⁹ poſſe fieri cōparationē. dijs inuiſa ſuperis.ſ. Trepidantq; immiſ. lu. ma. Luca. Et ſubito feriere die. Inſueta rudentem: clamantē & abuſiue dictū eſt ſicut ſupra de leonibus. Et ſera ſub nocte rudentum nam rudere ꝓprie aſinorū eſt. Perſi. Findor vt arcadiæ pecuaria rudere credas. Telis premit. & omne qđ iaci pōt telū vocatur dictum ἀποτουτηλοθεν Vnde. Oīaq; arma aduocat addidit. Molaribus: aſperrimis ſaxis: nō vnde molæ fiūt: & ſcđm Home. dixit. Per ignē: ꝑ eam rem: vnde ille ſperabat auxiliū. Incēdia vana: q̄tū ad Herculē ꝑtinet. Angit inhæ. Eliſos oculos & ſiccū ſanguine guttur. Angit guttur bene dicim⁹: nā angit oculos nō ꝓcedit. Ergo angit ad vnam rem ꝑtinet: vt Diſce puer virtutē ex me verūq; laborē: Fortunam ex alijs. Nam fortuna nō dicitur: vnde multi elidens legunt: & integer ſenſus eſt: nam eliſos σολοικοφανες facit.i. figurā q̄ maſculinum & neutrū: vel accuſatiuum cū nominatiuo iūgit vt ſit ita angit guttur. & eliſos oculos facit. Siccū ſanguine per hoc iam exanime cadauer oſtendit. Abiurateq; rapinæ. Abiurare eſt rem creditam negare piurio. Plau. i curcu. Qui abiurāt ſi quid creditum eſt: ſed hoc iſti loco non congruit: vnde modo abiuratas rapinas: cōtra ius detentas intelligamus. Informe cadauer: magnum & cadauer eſt corpus nōdum ſepultum quod careat honore ſepulture. Nequeunt expleri corda tuendo non poterant homines videndo cadauer ſua corda ſatiare. Lœtiq; minores: & noue & ſatis licenter dixit minores cum ab ipſo euandro Herculem conſtet eſſe ſuſceptum & minores non dicamus niſi quotiens graduum deficit nomen: vt puta filius nepos pronepos atnepos trinepos vbi iſti tres gradus defecerint merito iam dicimus minores: ſic etiam maiores dicimus poſt p̄ris aui proaui abaui atauiq; vocabulū. Primuſq; potitius autor Et domus herculei cuſtos pinaria ſacri: apud maiores raro aduenæ ſuſcipiebantur: niſi haberēt ius hoſpitij. Incertum eñ erat quo aīo venirent: vnde etiā Hercules primo ab Euandro non eſt ſuſceptus. Poſtea vero cum ſe & iouis filiū eſſe dixiſſet: & morte Caci virtutē ſuam probaſſet eſt ſuſceptus & pro numine eſt habit⁹. Deniq; ei ara maxima eſt conſtituta: qđ & Herculi delphicus Apollo in italia fore p̄dixerat. Cum ergo de ſuo armēto ad ſua ſacrificia boues dediſſet. inuēti ſunt duo ſenes Pinari⁹ & Potiti⁹ quib⁹ qualiter ſe coli vellet oſ̄dit.ſ. vt mane & veſpere ei ſacrificaret̄. Perfecto itaq; matutino ſacrificio: cū circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetēda. Potiti⁹ prior aduenit. Pinari⁹ poſtea extis iā redditis: vn̄ irat⁹ Hercules ſtatuit vt pinarioꝝ familia tm̄ miniſtra eſſet epulātib⁹ potitijs: & cōplētib⁹ ſacra. Vn̄ etiā Pinarij dicti ſunt ἀποτησπεινας.i. a fame: nā ſenem illū Pinariū cōſtat alio noīe eſſe nūcupatū: hinc ē

Rudo: Telum Cadauer. Mīores Pinarius.

qđ paulopoſt potitij tm̄ fecit cōmemorationē. vt Primuſq; potiti⁹ ibat qđ aūt dicit Domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri: nō eſt cōtrariū. Nā cuſtos eſt miniſtra: vt i vndecimo. At triuiæ cuſtos iamdudū in mōtibus opis. Alta ſedet ſummis.i. miniſtra. Luco templū eñ nondū habuerat Hercules: ſed arā tantūmodo: vt dixim⁹ ſupra. Maxima ingēs eñ eſt ara Herculis. ſicut videm⁹ hodieq; Porgite dextras p̄bete inuicē pocula: & eſt Homeri. Cōemq; vocate deū. Aut q̄a argiu⁹ eſt Hercules. et ſupra dixit æneas tam græcos q̄ troianos de vno ſanguinis fonte deſcēdere aūt cōem deum dixit vtriuſq; naturæ medium.i. inter diuinitatē & mortalitatem.

DONA. ¶ Dixerat herculea &c. Recitat quo ritu & quo carmine herculea ſacra iſtaurata ſunt de qua re hoc ſolū eſt donati. Scđa.i. proſpera.

Ordo. ¶ Ordo igit̄ eſt. Dixerat.ſ. euander: cū.i. q̄n: ppl's.i. arbor illa: bicolor.i. duorū colorū.ſ. ſubalbi intrinſec⁹ & ſubnigri extrinſec⁹ hoc eſt corona populea. velauit.i. cooperuit in morem veli: comas.ſ. ei⁹ & ceteroꝝ vmbra herculea.i. qua hercules refocillat⁹ erat: hoc eſt

Poeta.

Dixerat herculea bicolor cum ppl's vmbra
Velauitq; comas: folijſq; innexa pependit
Et ſacer impleuit dextram ſcyphus: ocyus oēs
In menſam læti libant: diuoſq; precantur.
Deuexo interea propior fit veſper olympo:
Iamq; ſacerdotes: primuſq; Potitius ibant

Pellibus

Pellibus in morẽ cincti: flammaſq; gerebant.
Inſtaurant epulas: & menſæ grata ſecundæ
Dona ferunt: cumulãtq; oneratis lancibus aras.
Tum Salij ad cantus incenſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempora ramis:
Hic iuuenũ chorus: ille ſenũ qui carmĩe laudes
Herculeas & facta ferunt: vt prima nouercæ
Mõſtra manu: geminoſq; p̃mẽs eliſerit angues:
Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes
Troiãq; œthaliamq;: vt duros mille labores
Rege ſub euryſtheo: fatis iunonis iniquæ
Pertulerit: tu nubigenas inuicte bimembres
Hylæũq; pholumq; manu: tu creſſia mactas
Prodigia: & vaſtũ Nemeæ ſub rupe leonem.
Te ſtigĩi tremuere lacus: te ianitor orci:
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.
Nec te vllæ facies: non terruit ipſe typheus
Arduus arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circũſtetit anguis.
Salue vera iouis proles: decus addite diuis:
Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo:

SER. populus.

¶Herculea populus Herculi conſecrata: qui cum ad inferos deſcendens fatigaretur labore: dicitur de hac arbore corona facta caput velaſſe: vnde foliorum pars temporibus coherens & capiti albuit ſudore: pars vero exterior propter inferorum colorem nigra permanſit & honeſte pependit populus ideſt corona de populo. Et ſacer impleuit. d.ſ. Legitur in libris antiquis Herculem ad italiam ingens ligneum poculum attuliſſe quo vtebãtur in ſacris: quod ne carie conſumeretur pice oblitum conſeruabatur: cuius magnitudinem ſignificat dicendo Impleuit dextram ſcyphus Deuexo olympo: inclinato in noctem cœlo. Pellibus in morem cincti: aut in morem herculis: aut certe ſacerdotum Et menſe grata ſecun. quia vt diximus vna pomorum. altera fuit carnis apud romanos. Cumulantq; oneratis lancibus aras ideſt reddunt exta. Salij: Qui trepudiãtes aras circumibant ſalientes. Laudes Herculeas & facta: Senes tantum voce laudes Herculis exequebantur: iuuenes & geſtu corporis eius facta monſtrabant. Prima modo. Bene prima: nam & omnia alia iunonis inſidijs pertulit. Fabula autem hoc habet Hercules natus eſt cum iphiclo amphitrionis filio: ſed cum iuno duos ſerpentes immiſiſſet Herculi iphiclus de cunis terrore lapſus ſuo vagitu excitauit parentes qui cum inſurrexiſſent viderunt Herculem angentem manibus angues immiſſos ei nouercalibus odijs. Eliſerit: prefocauerit. Troiamq;. vt ſupra diximus troiam Hercules euertit propter negatos: ſibi a Laomedonte equos diuino ſemine procreatos: & heſione nuptias quam a ceto liberauerat. Sane Critici fruſtra culpant Verg. q̃ preſentibus troianis troie introduxerit excidium: nõ reſpiciẽtes q̃ hoc fecit ratio hymnorum: quibus aliquid ſubtrahere ſacrilegium eſt Oetaliamq;: eurithus rex œtalie iolem filiam denegauit Herculi ante promiſſam: ideo q̃ eum fuerat filius dehortatus dicens ab hercule & megeram vxorem & cũ ea filios interemptos: quod factum fuerat iunonis inſtinctu: vnde iratus Hercules propter nuptias ſibi denegatas euerſa ciuitate interemit Eurythum & iolem ſubſtulit. Nubigenas. de ixione & nube procreatos centauros vt diximus ſupra.

eſt populea: & pependit innexa folijs. i. habens folia innexa ſeu frondes innexas: hoc eſt implicatas & inſertas & ſcyphus: ideſt poculum magnum ſacer ideſt herculi ſacrũ impleuit dexteram ſcilicet euandri libaturi vina. Omnes ſcilicet arcades & troiani qui ſacris intererant: libãt ocyus id ẽ celeriter in menſam ideſt ſecundum ordinẽ menſe cui aſtabant aut fundunt in mẽſam libantes & precantur. ideſt inuocant diuos Veſper. i. ſtella veſpertina: que & heſperus & veſperus & veſperugo dicitur fit interea propior ideſt vicinior: & hoc olympo deuexo. ideſt cœlo in noctem inclinato aut vt ſit datiui caſus: fit propior id ẽ appropinquat olympo deuexo ideſt deorſum vexo: hoc eſt cepit occidere & occaſum apparere: nam veſper videtur in occaſu: lucifer in ortu: & ſacerdotes ibant iam ſcilicet more ſolẽni: & potitius primus ſcilicet ſacerdotum: cincti pellibus in morem. ſ. ſacerdotum ſacrificantium: & gerebant flammas & inſtaurãt ideſt innouant & in ſtatum priorem reponunt epulas. ſ. ſolennes: & ferunt. i. afferunt: dona grata menſe ſecunde: que pomorum erat: aut quia in ſacrificijs illis binis menſis carnium vtebant̃ altera ante hymnos altera poſt hymnos aut potiſſimũ quia propter aduentũ troianorum duplicabant ſacrificia vnde dixit inſtaurant &c. nihil em̃ de pomis meminit vnde ſubdit: & cumulant. i. augumentant aras. hoc eſt reddunt exta: lancibus oneratis. i. oppletis pondere & onere magno: Tũ. i. deinde ſalij (qui proprie ſacer dotes martis ſunt poſtea rome a numa inſtituti). i. ſacerdotes more ſaliorum: cum hymnis ſaltantium: adſunt ad cantus & circum altaria incenſa: euincti tempora: ideſt habentes tẽpora euincta: ramis populeis id ẽ populi arboris herculi ſacre vnde in Buco. Populus alcide gratiſſima &c. hic ideſt alter erat chorus ideſt cetus canentium & trepidantium iuuenum: ille, ideſt reliquus erat ſup. chorus ſenum. qui ferunt: ideſt efferunt & extollũt carmine: ideſt hymno rythmico laudes herculeas. i. herculanas: aut ipſius herculis: & facta ſup herculana. i. egregia facinora eius: videlicet: vt ideſt qualiter: ipſe premens ideſt comprimens manu eliſerit ideſt ſtrãgulauerit prima monſtra nouerce ſcilicet iunonis: q̃ pro ideſt angues geminos. i. duos & pares (Id em̃ factũ herculis quod adhuc in cunis iacens geſſit principium laborum eius fuit) & vt id ẽ qualiter. ſcilicet hercules aut alcides diſiecerit aut deiecerit: bello ideſt expugnatione: vrbes egregias. ſ. troiã ſub laomenonte: vñ in ſecundo: ſatis vna ſuperq; vidimus excidia & capte ſuperauimus vrbi. & ethaliam ſcilicet vrbem eurithi regis: & vt ideſt qualiter ipſe pertulerit id ẽ perpeſſius ſit mille. i. valde multos: duros labores. ſ. alios ſub euriſteo rege qui eũ iuſſu iunonis ad talia impulit ac miſit fatis. i. voluntate iunonis inique canentes ſupple in hanc formam. tu o hercules inuicte: tu mactas. i. occidis manu: nubigenas ideſt Centauros ab ixiõe e nube genitos: bimembres. i. dupliciũ membrorum. quia vmbilico tenus equina habebãt mẽbra & ſuperna humana quod fictum putat̃ q̃a primi in equis conſpecti talis forme a longe videntibus cenſebãtur. nubigenas inquit hyleum & pholũ gigantes illos. tu ſupple aufers prodigia ideſt monſtra: creſſia ideſt cretenſia: videlicet taurum indomitum & tu mactas leonem vaſtum ideſt valde amplum: ſub rupe nemee. ſcilicet ſylue in peloponneſſo vt beroaldus docebit. Lacus ſtygij tremuere: ideſt timuerũt te cũ

tremore cum ſcilicet ad inferos deſcenderat Pirithoum liberaturus: Vnde Cerberū abſtraxit: vnde addit ianitor ideſt cuſtos ianue orci ideſt inferni omnia vrgētis.ſ. cerberus :recubans ſuper oſſa: quia carnes deuorauerat vnde & carniuorax dicit: ſemeſſa ideſt ſemiabſumpta ſup. in antro cruento.i. cruore & ſanie aſperſo ſup. tremuit te. Nec vlle facies.i. ſpecies & figure monſtrorum ſup. terruerunt te. ipſe typheus.ſ. gigas a ioue fulmine proſtratus non terruit pro non terruiſſet te: etiam ſi in bello giganteo affuiſſes aut quē etiā affuiſſe cēſent putantes eundē eſſe martē & herculē: mars aūt in bello gigantheo fuit: ſed quomodo alcmene filius dicitur mars dicemus ergo poetice dictum: aut eundem herculem prius fuiſſe: nō em̄ labores herculis omnes vni conuenire poſſunt: nec placet ſi dicatur typheus viſus ſub inarime monte aut vt Ouidius vult ſub etna: quia illic relegatus iacet: hic aūt dicitur arduus tenens arma. Anguis lerne⁹ ideſt hydra (quā in lerna palude exuſſit) circunſtetit turba.i. multitudine capitum: non egentem rationis: ideſt non exanimatum nec confuſum animo ſed prudentiſſimum & circūſpectiſſimū. Igitur o ſup. hercules addite diuis decus.i. ornamentum ſalue exiſtens vera ſoboles iouis & adi.i. aggredere in auxilium veniendo: pede ſecundo: ideſt proſpero: nos & tua ſacra

beroaldus Beroaldus de nemea dicit in ſeruium ſic. Nemea. Nemea ſylua eſt in peloponneſo inter cleonas & phliuntem in qua argiui ſacra celebrare conſueuerunt que nemea cognominantur: vt authores ſunt Strabo &c. Diodorus: Thebe vero ſunt in boetia maximo interuallo a nemea ſilua diſiuncte.

ASCEN. ℄ Talia carminibus celebrant. Recitat quomodo peracto ſacrificio & re diuina euāder ęneam e luco in regiam ſuam perduxit qui intereundum ſingula loca diſquirit: eoq; tēdit euandri interrogati reſponſio vt locus vbi roma poſtmodum cōdita eſt dijs ſemper gratus acceptuſq; fuiſſe demōſtretur. Recitat preterea euander

DONA. aduentus ſui in italiam cauſas de quibus hoc ſolum memoratu dignum ex Donato dicunt decerptum. Me pulſum: non ſua culpa patria caruiſſe. ſed fatorum demonſtrat que vt ipſe dicit ſunt inſuperabilia. Mater. nam & mater & dea que contra pietatis meritum mouere filium nō poſſet. Hec ille.


Ordo. ℄ Ordo autem eſt. Sacerdotes & iuuenes ceteriq; qui in ſacris intererant celebrant: ideſt celebria faciunt: carminibus talia: ſcilicet facinora herculis: & adijciunt ſuper omnia.i. poſt omnia aut precipue: ſpelūcam caci.ſ. ab hercule expugnatam: & ipſum ſcilicet cacū ſpirantem ideſt emittentem anhelitum: ſup. cū ignibus: ideſt ſimul ignes: omne nemus conſonat: ſcilicet canentibus per ſonum ecchus & colles reſultant ſtrepitu ſcilicet ſaltantium & pſalentium. Exin: ideſt ex eo loco & tempore omnes referunt ſe ad vrbem rebus diuinis perfectis ideſt poſtq; res diuine eſſent perfecte Rex ſcilicet euander. obſitus euo ideſt annoſus. ibat ſcilicet in vrbem & ingrediens tenebat æneam comitem ideſt comitantem: & natum ideſt filiū ſuum pallanta iuxta ſcilicet incedentem: & leuabat viam ideſt onus itineris & moleſtiam

Comitem facūdū loco vehiculi eſſe. vie: ſermone vario ideſt de varijs rebus: vnde in Mimis publij. Comes facundus in via pro vehiculo eſt. Aeneas mirat: ſcilicet omnia: & fert oculos faciles: ideſt mobiles & agiles ac vagantes faciliter circum omnia: ſcilicet que occurrebant: & capitur.i. delectatur & afficitur locis.i. amenitate locorum: & ipſe lætus ideſt voluptate affectus

ſupra. Hylæumq; pholumq;: hylæum Theſeus interemit pholus vero Herculem ſuſcepit hoſpitio eo tempore quo ad expugnandos centauros profectus eſt: Luca. Hoſpes & alcide magni phole. vnde apparet per poeticam licētiam nomina eſſe pro nominibus poſita. Creſſia mactas prodigia: Bene ad leonem quem interemit refertur: nam cretenſem taurum non interemit: ſed incolumē ad Euryſtheum perduxit. Vno tantum verbo vtrunq; ſæpe concluditur vt Diſce puer virtutem ex me verumq; laborem: Fortunam ex alijs. Nemeæ ſub rupe: nemea: ſylua eſt vicina thebis in qua Hercules interemit leonem. Nemeæ autem anapeſtus eſt nam & ne & me breues ſunt. Nemeæ. Stigij tre. la. inferni quo tēpore deſcēdit ad rapiēdum cerberum. Oſſa ſuper recu. aut ad terrorem dictum eſt aut certe illud eſt quod etiam ſupra diximus cerberum eſſe terram: que corpora ſepulta conſumit: nam inde crebarus dictus eſt quaſi κρεοβορος. Alij pueriliter volunt a cerbero Amphiarai oſſa conſumi qui hiatu terræ ſecundū Statiū viuus deſcendit ad inferos ſemeſſa cru. Semēſum non dicimus: nec enſū: nā eſum facit comeſum ac comeſtum. Nec te vllæ facies ideſt ſpecies more ſuo Ipſe typhæus & hoc poetice: nā ſi interemit centauros quēadmodum etiam gigantum interfuit prelio: qui ante innumeros annos fuiſſe dicuntur. Non te ra. egen. liptotes figura nam minus dixit: & plus intelligim⁹ hoc enim dicit prudentiſſimum non te circunuenit: & eſt talis figura qualis munera nec ſperno. Lerneus. tur. capi. circunſte. an.i. hydra Salue uera io. pro. de. ad. per. Nullus enim humano ſanguine procreatus tanta perficeret. Dexter adi ideſt propitius. Pede ſacra ſecundo ideſt proſp ero omine.

Talia carminibus celebrant: ſuper oīa Caci — Poeta
Speluncā adijciunt: ſpirantēq; ignibus ipſum:
Cōſonat omne nem⁹ ſtrepitu: colleſq; reſultāt.
℄ Exin ſe cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt: ibat rex obſitus æuo
Et comitem æneam iuxta natumq; tenebat
Ingrediens: varioq; viam ſermone leuabat.
Miratur: facileſq; oculos fert omnia circum
Aeneas: capiturq; locis: & ſingula lætus
Exquiritq;: auditq; virū monumenta priorū.
Tum rex euander romanæ conditor arcis
Hæc nemora indigenæ fauni nymphæq; tenebant — Euander
Genſq; virū truncis: & duro robore nata:
Quis neq; mos: neq; cult⁹ erat: nec iūgerē tauros
Aut cōponere opes norant: aut parcere parto.
Sed rami: atq; aſper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit ſaturnus olympo
Arma iouis fugiens: & regnis exul adēptis.
Is genus indocile ac diſperſum montibus altis
Compoſuit legeſq; dedit: latiumq; vocari:
Maluit: quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aureaq; (vt perhibent) illo ſub rege fuere
Sæcula: ſic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim: ac decolor ætas:

Et belli



Et belli rabies: & amor ſucceſſit habendi.
Tum manus auſonia: & gentes venere ſicane:
Sæpius & nomen poſuit ſaturnia tellus.
Tum reges: aſperq; immani corpore thybris:
A quo poſt itali fluuium cognomine thybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.
Me pulſum patria: pelagiq; extrema ſequentē
Fortuna omnipotens: & ineluctabile fatum
His poſuere locis: matriſq; egere tremenda
Carmētis nymphæ mōita: & deus autor apollo.

EER.

¶ Super omnia caci.i.hoc factum laudant vltra omnia: & ſic eſt dictum vt eſt. Et te ſuper omnia dona Vnum oro: Et bene q̄tum ad ipſos pertinet: rem maiorem ſeruauere poſt omnia. Obſitus ęuo: ętate inuolutus: vt Teren. Annis panniſq; obſitus. Faciliſq; ocu. fert omnia cir. Phyſici dicunt

te affectus: exquirit ſingula.i.ſingulas res: & audit.ſ.ab euandro abs quo diſquiſiuerat. monumēta.i. veſtigia & indicia relicta ad memoriā veterum virum pro virorum priſcorum Tū.i. tunc euander rex conditor.i.primus edificator arcis romane.ſ.i.palatij: quod arcis loco habetur propter rerum principatum: q̄uis tunc pallanteum vocaretur inquit ſup. Indigene.i indegeniti & qui aliunde non aduenerant: vt fauni & nymphæ: tenebant hec nemora.ſ.dū ipſe illuc aduenirret. & gens.i.gen⁹ aut generatio virum pro virorū: nata robore duro aut in robore i.in trunco arboris vetuſtate exeſo: & id ſcd'm hiſtoriam. aut de robore: & id ſcd'm fabulā: aut vulgi opinionē quā ſepe poete ſequntur vt admirationē faciant nō q̄ ſic eſſe credāt. Quis.i. quibus viris aut gētibus: neq; erat mos.i.conſuetudo conuiuendi ab antiquo inſtituta. neq; cultus.ſ.ſui atq; agrorū erat nec norant iungere tauros.ſ.ad iugū vt arent aut currū trudāt: aut cōponere.i.congerere & accumulare opes.i.diuitias aut parcere parto.i. acquiſito hoc eſt in

diem viuebant non cogitantes de craſtino:ſed
rami ſup. alebant eos ideſt bacce & acini ſilue⸗
ſtres:& venatus aſper.i.difficilis exercitationis
alebat eos ſup.victu.Saturnus venit primus ſci
licet in italiam: ab olympo æthereo ideſt de ce
lis cum eius originem neſciant: aut ab olympo
monte crete æthereo.i.ſublimi : fugiens arma
iouis.ſ. filij ſui & exul ademptis.i. ablatis a fi⸗
lio regnis:ſcilicet que poſſederat.Is ſcilicet ſatur
nus:compoſuit : ideſt congregauit genus ſcili⸗
cet hominū: indocile.i.indoctum aut difficul⸗
ter docile.ac diſperſum altis montibus(Vide⸗
mus q̃ manifeſtarius fuerit illorum error Nam
ſi ſaturnus primus deoꝝ fuerat:immo primus
hominū:mirandum quos populos in italia in⸗
uenerat quos ve in Creta dereliquerat:ſed phi⸗
loſophi non minus errantes putauerunt e limo
ſole calefacto quaſi per putrefactionē vt nōnul
la animalia procreantur procreatos primos ho
mines)& ſaturnꝰ dedit leges.ſ.ijs populis quos
illic offenderat:& maluit vocari latium.ſ.q̃ ſuo
aut priſtino nomine quod illi erat quoniā ipſe
latuiſſet in his oris ideſt regionibus tutus.ſ.a fi
lio & ſecula aurea fuerunt(vt perhibēt ideſt vt
pleriq; omnes atteſtantur)ſub illo rege: ſcilicet
ſaturno regebat em̄ ſic populos in pace placida
vt.ſ.aurea cenſerentur ſecula donec etas deteri
or:ideſt minus bona & decolor.i.degenerans a
colore auri:paulatim ideſt perpaulum. hoc eſt
ſucceſſiue:&.i.ſimul rabies belli:& amor habē
di ſcilicet diuitias & opes ac regna ſucceſſit ſci⸗
licet in locum placide pacis & parcimonie ac aſ
peri victus.Tum.i.deinde manus auſonia.i.ab
Auſone vlyxis filio denominata:& gentes ſic⸗
cane ideſt ſicule venere:ideſt venerunt ſupp.in
italiā : & tellus ſaturnia.i.a Saturno primū re⸗
cta & denominata poſuit.i. depoſuit : nomen
ſcilicet vetus:accipiendo ſcilicet nouū.vn̄ itali
enotri auſonij.latini.heſperi.arūci ſabini : tyr⸗
rheni.etruſci tuſci & alijs multis nominibꝰ ꝑ di
uerſis temporibus & locis appellati ſunt. Tum
ideſt deinde ſup.venere reges:& tybris ſup.pre
cipue:vt ſeparet more ſuo principē a ceteris: aſ
per.id ē acer immani.i.valde magno corpore a
quo nos itali diximus poſt.i.poſtea:fluuiū co⸗
gnomine.i.cognominatū: nā tyberis āt tybris
Albula dicit albula vetꝰ.ſ.nomē aut albula vetꝰ.i.flu⸗
uiꝰ antiquiſſimus q nūc tyberis dicit: & tūc ab
albedine aquarū albula dicebatur :amiſit verū
nomē.i.nomē ei ex re conueniens. Fortuna om
nipotentis.ſ.ſecūdū epicureos:de quibus Iuue.
Sunt qui in fortune iam caſibus omnia ponāt:
& fatum ineluctabile ſecundum ſtoicos qui
dicunt contra fatū inanem eſſe luctā :poſuere
his locis me pulſum patria ſcilicet mea oraculo
rum neceſſitate : nam paricidium non confite⸗
tur : & ſequentem extrema.ſ.peſſima queq; &
duriſſima pelagi. i. que in pelago pati ſolemus
vn̄ in tertio.viuo equidē:& vitam extrema per
omnia duco.q; pro & monita matris.ſ.mee car
mentis nymphę.i.ſpōſe ac vatis nymphis equi
parande:tremenda.i.reuerenda & cum religiōe
ſuſcipienda & apollo deus anthor.ſ.monitorū
& oraculorum matris:egere.i.cōpulere ſup.me
ad hec loca aut ſubſidere his locis.

ex vino mobiliores oculos fieri:Plau.Faciles oculos habet
ideſt mobiles vino. Capiturq; locis. Delectatur. Roma⸗
næ condi.ar. conditor pallantei vbi nunc palatium : quod
non reuera arx ſed tenet rerum omnium principatum. Hec
nemo.indi.fau.inde geniti:& ſciendum ſecundum Heſio.
theogoniam primos deos genitos inde hemitheos : poſt
heroas:inde homines innocentes vltimo ſceleratos:quem
hic nunc ordinem ſeruat. Truncis & duro robore nata.Hoc
figmentum ortum ex antiqua hominum habitatione:qui
ante factas domos:aut in cauis arboribus:aut ſpelūcis ma⸗
nebant:qui cum exinde egrederentur vt ſuam educarent ſo
bolem:dicti ſunt inde procreati.Neq; cultus erat: ideſt nul
lam ſui curam habebant. Componere opes: ideſt reſeruare
ordinare.Parcere parto:de die inquit viuebant nec inuenta
ſeruabant.Rami : atq; aſper victu venatus alebat cognato
quodammodo victu alebantur aut venatu montium : aut
arborum ramis: Primus ab æthereo venit ſaturnus olym⸗
po:Hoc dicit ſecūdum poeticum morem. Nam Saturnus
rex fuit cretæ : quem Iuppiter filius e bello pepulit hic fu⸗
giens ob Iano ſuſceptus eſt:qui regnabat in italia:quem cū
docuiſſet vſum vinearum & falcis in partem eſt admiſ⸗
ſus imperij:& ſibi oppidum fecit poſtea ſuum repetiuit im
perium.Is.g.indo.pro indoctum nam indocile eſt quod pe
nitus non poteſt diſcere:indoctum quod nondum didicit.
Hos autem dicit eſſe compoſitos vnde apparet: quia indo
cile dicit pro indoctum hoc eſt autem quod dicit Cice.in.i.
rhetor.Feros adhuc homines magni cuiuſdam viri oratio
ne compoſitos.Legeſq; dedit.at qui dixit.Haud vinclis nec
legibus equam. ſed intelligimus Saturnum dediſſe leges:
quibus ab eo obtemperauerunt cum iam antea per naturā
ſine legibus viuerent. Latiumq; vocari Maluit : bene ma⸗ Latium
luit:Nam & ſaturnia dicta eſt:vt & nomen poſuit ſaturnia
tellus & Vergilius latium vult dici:ꝙ illic ſaturnus latuit.
Varro autem latium dici putat ꝙ latet italia inter precipi
tia alpium & apennini. Sic placida populos in pace rege⸗
bat:vt merito aurea ſecula crederentur.Decolor.ę.Vitioſa
in omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color & allu⸗
dit ad naturam metalli:quem cernimus diſcolorem:nec im
merito . ſupra enim dixerat aurea ſæcula : ideo nunc dixit. Indigenę
Decolor ætas . Tum manus auſonia & gentes venere ſica: Aduenæ
Om̄es terre habitatores : ſunt aut indigenę:aut aduenæ aut Conuenæ
conuenæ.Indigene ſunt inde geniti: vt de faunis dixit:ad⸗
uenæ de vno loco venientes: vt Saturnus.Conuenæ de di
uerſis.vt auſones & ſicani. Sicani autem ſecūdum nonnul
los populi ſunt hiſpanie a ſicori fluuio dicti Luc.Heſperios
inter ſicoris non vltimus amnis .Hi duce Siculo venerunt
ad italiam:& eam tenuerunt excluſis aboriginibus :mox il
li pulſi ab illis quos ante pepulerant: inſulam vicinam ita
lie occupauerunt:& eam ſicaniam a gētis nomine: ſiciliam
vero a ducis nomine dixerūt: ꝙq; thucidides de ſicilia ita
lum:dixit veniſſe: & ab eo italiam eſſe apellatam Immani
cor.ty . Hic tuſcorum rex fuit qui iuxta hunc fluuium pu⸗
gnans cecidit:& ei nomen impoſuit alij volunt iſtum ip̄m
regem latrocinatum eſſe circa huius fluminis ripas:& tran
ſeuntibus crebras iniurias intuliſſe:vn̄ tyberis quaſi υβρησ Tybris
dictus eſt ἀπὸ τῆς ὕβρεως.ideſt ab iniuria nam amabant ma
iores vbi aſpiratio erat θ ponere:alij vt ſupra diximus vo⸗
lunt eos qui de ſicilia venerunt tybrim dixiſſe ad ſimilitu⸗
dinem foſſe ſyracuſane quam fecerunt per iniuriam afri &
athenienſes iuxta ciuitatis murum:Nam quod Liuius di⸗
cit ab albano rege tybrim dictum:non procedit ideo quia
etiam ante albam tybris dictus inuenitur . Albula nomen
antiquum hoc nomen a colore habuit. Me pulſum.p.aut
vt diximus ſupra paricidium aut certe oraculorū neceſſita
te compulſum . Pelagiq; extre. per extrema pelagi actum:
aut vt dicit Dona.per pelagus extrema pelagi ſequentem:
aut pelagi aduerbium eſt.Fortuna omnipo.& ineluc.fa.ſecundum Stoicos locutus eſt: qui naſci & mori fatis
dant:media omnia fortune:nam vitæ humane incerta ſunt omnia vnde & miſcuit : vt quaſi plenum oſten⸗
deret dogma:nam nihil tam contrarium eſt fato q̃ caſus:ſed ſecundum Stoicos dixit.Egere:coegere: vt qua
ſi oſtendat ſe inuitum.Carmentis nymphæ monita:matris eius:nymphe autem merite dixit:nam græce ſpō
ſa νυμφη dicitur.Hec autem vere nympha fuit:ſed vaticinatrix. Autor ſcilicet oraculorum.

Vix ea

Poeta: Vix ea dicta: dehinc progeſſus mõſtrat & arã
Et carmentalem romano nomine portam.
Quã mẽorãt nymphæ priſcũ carmẽtis honore
Vatis fatidicæ: cecinit que prima futuros
Aeneadas magnos: & nobile pallanteum.
Hinc lucũ ingentẽ: quẽ Romulus acer aſilum
Rettulit: & gelida monſtrat ſub rupe lupercal
Parrhaſio dictum panos de more lycæi:
Necnon & ſacri monſtrat nemus argileti.
Teſtaturq́ꝫ locum: & letum docet hoſpitis argi.
Hinc ad tarpeiam ſedem: & capitolia ducit
Aurea nunc: olim ſilueſtribus horrida dumis
Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes
Dira loci: iam tum ſyluã ſaxumq́ꝫ tremebant.
Euander. Hoc nem⁹: hũc (inquit) frõdoſo vertice collẽ
Quis deus incertũ eſt: habitat de⁹: arcades ipſũ
Credunt ſe vidiſſe Iouẽ: cum ſæpe nigrantem
Aegida concuteret: dextra nymboſq́ꝫ cieret.
Hæc duo preterea diſiectis oppida muris
Relliquias: veterũq́ꝫ vides monumenta virorũ.
Hanc Ianus pater: hãc Saturnus cõdidit vrbẽ:
Ianiculumq́ꝫ huic: illi fuerat ſaturnia nomen.


SER. ¶ Monſtrat & aram: quã matri fecit extincte. Eſt aũt juxta portã: que primo a Carmente, carmentalis dicta eſt poſt ſcelerata a fabijs .cccvi. viris qui per ipam in bellũ profecti nõ ſunt reuerſi. Vatis fatidi. bene addidit fatidice: nã vatẽ & poetam poſſumus intelligere. Luca. Nec ſi te pectore vates Accipiã vnde ſolũ plenũ non erat. Ergo tale eſt vt eſt illud in Sal. in tugurio mulieris ancille: non quia mulieris ſtatim & ãcille ſi aũt ancilla ſtatim & mulier eſt. Que prima: qa poſtea etiã ſibylla dixit nobile pallanteũ futurũ. ſ. ſicut & æneadas. Aſyllũ rettulit: poſtq́ꝫ Hercules migrauit e terris nepotes eius timentes inſidias eorum quos auus afflixerat athenis ſibi primi aſyllũ hoc eſt templũ miſericordie collocarunt. Vñ nullus poſſet abduci: qd' etiã Statius dicir. Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes: ideo ergo ait qd' Romulus acer aſyllũ rettulit hoc eſt fecit ad imitationẽ athenienſis aſylli: quod ideo Remulus fecit: vt haberet aduenas plures cũ qb⁹ cõderet Romã. Iuue. Et tñ vt lõge repetas lõgeq́ꝫ reuoluas Nomẽ ab infami gẽte deducis aſyllo. Lupercal. Gellida mõſtrat ſub rupe ſupercal: Sub monte palatino eſt quedã ſpelunca in qua de capro luebatur. i. ſacrificabatur: vnde & lupercal dictũ nonnulli putant. Alij vero dicũtq́ꝫ illic lupa Remũ & Romulũ nutrierit. Alij qd' eſt veriſimilius lucũ hunc eſſe ſacratũ Pani deo arcadie. cui etiã mõs lyceus in arcadia eſt conſecratus: & dictus eſt ꝙ λυκονσ. i. lupos non ſinat in oues ſeuire. Ergo ideo & Euãdro deo gentis ſue ſacrauit locum: & nominauit lupercal ꝙ preſidio ipſius nummis lupi a pecudibus arcerentur. Parrhaſio dictũ panos de more lycei: Otdo eſt. Monſtrat lupercal panos licei dictũ de more parraſio. i. oñdit lupercal panos lycei dicatum ex more arcadio. Nam parrhaſia arcadia eſt. Dictũ: dicatũ conſecratũ Panos lycei: huius panos genitiuus eſt grecus & panos lycei ſic dictũ eſt. vt Iouis olympi. Apollinis delphorũ. Pan. Lyceus. Sacri monſtrat nemus argileti: ſacri: execrabilis. Sane argiletum multi volunt: quaſi agriletum a pingui terra Alij a fabula Nam Euander argũ quendã ſuſcepit hoſpitio: qui cum de eius cogitaret interitu: vt ipſe regnaret. Euandro hec non ſentiente

ASCEN DONA. ¶ Vix ea dicta. Docet quõ deinde oſtẽdit loca in quibus nũc eſt Roma etiã tũc religioſa & veneratione digna: vñ dicit Donatus ſic. Cecinit que prima: Magnũ argumentũ ꝙ dea fuerit & fatidica Cum prima cecinerit æneadas futuros magnos & pallanteũ futurũ nobile. Lucũ: qui poſtea a Romulo aſyli nomẽ accepit. Lupercal: vnde luperci & lupercalia dicũtur. Argileti ab argo qui ex hoſpite factus eſt inimicus vñ non erat pudẽdũ ſi hoſpitẽ talẽ interemiſſet qui hoſpitalis religionis oblitus fuiſſet. Ducit oſtẽdẽdo nõ aũt ambulãdo: nã ſenex ardua nõ aſcendiſſet veſpertino tẽpore. hec ille. Ordo. ¶ Ordo eſt. ea ſ. que dicta ſunt vix ſup. erãt dicta: & ſup. euander progreſſus. i. procedẽs aut poſtq́ꝫ pceſſerat monſtrat. &. i. etiã arã. ſ. dicatã carmẽti: & portã quã memorãt. i. in memoriã reuocãdo nominant carmentalẽ romano nomine. i. ſicut ipam poſtea Romãi nominarũt appoſitorie pſcũ honorẽ carmentis nymphe & vatis. i. poetrie & cãtatricis: fatidice. i. etiã vaticinãtis & fata enunciãtis: ãt ſi legẽdũ ẽq̃ ordo ẽ: qua. i. p quã portã memorant priſcũ honorẽ carmentis nymphæ vatis fatidice que cecinit pma futuros. ſ. in Italia ęneadas. i viros ab ęnea oriũdos magnos. ſ. ſine cõparatiõe vt ſũt Iulius & Auguſtus & pri⁹ Romulus. & pallanteũ ſup. futurũ nobile. ſ. per acceſſionẽ eneadarũ. Et mõſtrat ſup. hinc. lucũ. i. inceduã ſyluã quia ſacrã: ingentẽ. i. valde magnũ: quẽ Romulus acer. i. ſtrennuus vindex in amuliũ & fratrẽ: rettulit. i. ĩ morẽ aſyli. athenienſis effecit aſylũ. i. talẽ vt ab eo nemo abſtrahatᷣ ſed immunitatẽ haberet quã nũc phanis ſacris & terris vicinis cõſecratis chriſtiana cõcedit religio: & mõſtrat ſub rupe gelida lupercal. i. locũ ſic dictũ aut abluenda capra aut a lupa Romuli & Remi nutrice vt docet Seruius dictũ. i. appellatũ ſic de more parrhaſio. i. arcadico: panos. ſ. dei archadũ (vñ in Buc. Pã deus archadia mecũ ſi iudice certet) lycei. i. in mõte lyceo qui in arcadia eſt verſari ſoliti. Necnõ. i. etiã monſtrat nemus argileti. i. illius loci a leto. i. morte argi hoſpitis ſic dicti. ſacri. i. ipſi hoſpiti interempto cõſecrati in recõpenſam vite & teſtatur. i. obteſtatur locũ. i. loci conſecratione ſe immunẽ a leto hoſpitis & docet letũ. i. necem. hoc eſt cauſã & formã necis: argi hoſpitis. ſ. ſui & ducit hinc ad ſedem tarpeiã. i. que poſtea tarpeia dicta eſt a tarpeia virgine & pro. i. capitolia a capite dicta: aurea nunc. i. que nũc. i. tempore noſtro inquit poeta ſunt aurea olim. i. iam tunc horrida ſylueſtribus dumis. hoc eſt penitus inculta ab hominibus. ſed dira. i. magna & terribilis religio loci: tenebat iam tum. i. tunc tẽporis: agreſtes pauidos. ſ. rerum diuinarum quia ignotarum: ſtupor enim & pauor ex ignorantia ſepe rerum proueniunt: dum. ſ. maiora aut magis verenda que ignoramus q̃ ſint putamus & tremebant. i. religioſe obſeruabant iam tum. ſyluam & ſaxum. i. rupem vbi poſtea tarpeia arx & capitolium erat ſup. Euander inquit deus ſup. aliquis: ſed ſup. incertũ eſt quis deus habitat hoc nemus & ſup. hunc collem vertice frondoſo. i. habentẽ verticẽ frondoſum Arcades. i. ij qui mecum ex arcadia venerũt credunt ſe vidiſſe ſup. in hoc nemore ipſum Iouẽ: vnde in capitolio poſtea Iuppiter & minerua colebantᷣ cũ. i. quãdo cõcuteret ſepe. ſ. ſiniſtra egida. i. pellẽ amalthee capre nutricis ſue: nigrãtẽ. i. ſubnigrã aut de longe viſam: aut propter nubes & tonitrua que illic concitabat nigrantẽ dicit: vnde addit: & cum cieret. i. cõcitaret dexrra. ſ. manu: nym-

bos ideſt nubes ventoſas quas ſepe tonitrua cō comitantur Preterea tu vides hec duo oppida. ideſt que olim erant oppida: muris diſiectis ſcilicet nunc. i. reliquias & monumenta veterū virorū. i. q̃ ātiquiſſimi viri reliquerāt monumēta ſui. Ianus pater cōdidit hāc vrbē. ſ. que nūc diruta eſt & nomē fuerat huic. ſ. vrbi a Iano cōdite: ianiculū: ſaturnus cōdidit hāc. i. aliā vrbē & nomē fuerat. ſ. tunc illi. ſ. vrbi a ſaturno cōdite ſaturnia.

ſentiente ſocij intellexerūt: & argū necarunt. Cui Euander & ſepulcūr fecit: & locum ſacrauit nō ꝙ ille merebatur: ſed hoſpitalitatis cauſa: Bene aūt Euander in hac re immoratur: & docet cauſas: ne apud hoſpitem in ſuſpitionem veniat: Ergo argiletum ab Argo illic ſacrato & ſepulto. Teſtaturq; locū: & letum docet hoſpitis argi: iurat non ſua pulpa iura hoſpitij eſſe violata. Aurea nunc: olim ſiluestribus. Nunc ad vtrūq; pertinet: & ad aureā & ad tarpeiā ſedē: nā tarpeia ſedes dicta eſt a tarpeia virgine: Cum em̄ Romulus contra Sabinos bella tractaret: & tarpeio cuidā dediſſet arcem tuēdā filia eius tarpeia aquatū ꝓfecta in hoſtes incidit quā cū cohortarenẽ ad proditionē illa pro premio popoſcit ornatū manuū ſiniſtrarū. i. armillas Facta itaq; arcis perditione hoſtes ignominioſa morte ꝓmiſſa ſoluerūt. Nā ſcuta. i. ſiniſtrarū manuū ornatū ſuper illā iaciē- Tarpeia
tes eā luce priuauerunt que illic ſepulta tarpeie ſedi nomē impoſuit. Dira magna: vt an ſua quiq; deus fit dira cupido. Religio. i. metus ab eo ꝙ mētē religet dicta religio. Hoc nemus: Bene vbiq; nemus dixit. nā tūc edifi- Religio
cia nō erāt: Ipſum credūt ſe vidiſſe Iouē: in hoc. ſ. nemore. Sane ad illud alludit ꝙ primi dicunẽ Ioui templa feciſſe: nec em̄ longe ſunt a mōte olympico: vnde eos dixit Iouē vidiſſe & ꝗ ipſi ſunt ϖροτοσ ληνοι. id ē ante lunā creati: vt Sta. Arcades aſtris lunaq; priores: licet dicat Sallu. primo cretēſes inueniſſe religiōnē: vnde apud eos natus fingiẽ Iuppiter. Aegida cōcuteret: hic diſtinguendū eſt: Nā egida. i. pellē amalthee capræ: a qua nutritus eſt in ſiniſtra Iuppiter tenet Dextra nimboſq; cieret Et dextra flumina comoueret: nā modo nymbos ꝓ fulminibus poſuit que de dextra iacit. Aegidis aūt concuſſio cōmouet pluuias. Diſiectis op. mu. Vnum Iani. aliud Saturni iam tunc vetuſta. Monumenta virorū: hoc ſermone oſtendit etiā Saturnū virum fuiſſe

Talibus



Poeta: Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibāt
Pauperis Euandri: paſſimq armenta videbāt
Romanoq foro: & lautis mugire carinis.
Euander. Vt ventū ad ſedes hec inquit limina victor
Alcides ſubijt: hæc illum regia cepit.
Aude hoſpes cōtēnere opes: & te quoq dignū
Finge deo: rebuſq veni non aſper egenis.
Poeta: Dixit: & anguſti ſubter faſtigia tecti
Ingentem æneam duxit: ſtratiſq locauit
Effultum folijs. & pelle libyſtidis vrſæ.
¶ Nox ruit: & fuſcis tellurē amplectitur alis
At venus haud animo nequicq exterrita mater
Laurentumq minis: & duro mota tumultu
Vulcanū alloquit: thalamoq hec cōiugis aureo
Incipit: & dictis diuinum aſpirat amorem.
Venus Dum bello argolici vaſtabāt pergama reges
Debita: caſuraſq inimicis ignibus arces:
Non vllum auxiliū miſeris: non arma rogaui
Artis opiſq tue: nec te cariſſime coniunx
Incaſſum ve tuos volui exercere labores.
Quāuis & priami deberem plurima natis:
Et durum æneæ fleuiſſem ſæpe laborem.
Nunc iouis imperijs rutulorū cōſtitit oris:
Ergo eadē ſupplex venio: & ſanctū mihi numen
Arma rogo: genitrix nato: te filia Neri:
Te potuit lachrymis tirhonia flectere cōiunx.
Aſpice qui coeant populi: quæ mœnia clauſis
Ferrum acuant portis in me: exidiūq meorum.

SER. ¶ Paſſimq armenta videbāt: que poſt mortē Caci nullo timore paſſim vagabantur. Romanoq foro: romanū forū eſt vbi nunc roſtra ſunt. Lautis mugire carinis Carine ſunt edificia facta in carinarum modū: que erant intra templū telluris. Lautas: dixit aut propter elegantiā edificiorū aut propter Auguſtū qui natus eſt cuius veteribus: & nutritus eſt in lautis carinis: Victor alcides ſu. Ευσυμβολως. ideſt bonū Aenee omen oſtenditur. Aude hoſpes conte. opes: Bene aude quaſi rem arduam & difficilem. Dignum finge deo. cōpone te in ſimilitudinē numinis. Anguſti ſubter faſtigia tecti duxit. Ex cōtrarietate queſitus ornatus. Ait em anguſti tecti ſubter faſtigia ingentem Aeneam duxit. Pelle libyſtidis vrſæ: ſpecies pro genere: nam cuiuſlibet fere poſſumus accipere. Exterrita ma. ideo territa: quia mater. Dictis diuinum inſpi. amo. Petitura pro filio de adulterio procreato orationem ſuā ingenti arte compoſuit: quod etiam vulcanus ipſe teſtatur dicens: Quid cauſas petis ex alto: nō em aperta eſt eius petitio: ſed longo proœmio peruerſam amore mariti circūuenit mentē. Ergo queſtionē hāc que naſcit ex petitione veneris impudica ſoluimus his modis. Primo q vulcanum amore circumuenit: deinde q eſt nacta occaſionem eius temporis: quo marti arma faciebat quem fuiſſe ſciebat adulterum per qd datur intelligi Vulcanum omnem ſuſpitionem & iram quā habuit circa venerem depoſuiſſe: adeo vt arma etiam ipſe fabricaret adultero. Preterea vulcanum

¶ Talibus inter ſe dictis &c. Docet quomodo tandem ſuſceptus eſt hoſpitio & ad frugalitatem inuitatus quaſi vero iam tūc loci illius cul cultores parſimonia & frugalitate rerumq modicitate preſtarēt quibus ſtātibus res Romana poſtmodum diu creuit: donec ſeuior armis luxuria incubuit: vnde dicit de paupertate Lucanus: & munera nondum intellecta deum: ſi em paupertatis bona intellexiſſēt Romani non ſic eā abieciſſent Seneca aūt pertractans hoc aureū verbum Aude hoſpes contēnere opes & te quoq dignum finge deo dicit: nullum dignū deo niſi paupertatis amatorem Donatus ad hūc locum dicit ſic. Ad tecta: vt iam appropinquaſſe oſtendat: non autem tecta ne ingredi viderent Regia: quecūq domus modo a rege habiteiur regia iure dicitur. Aude hoſ. multū tribuit Aenee cum herculi comparat. Rebuſq veni non aſper egenis. i. ne aſpere veni rebus non egenis Sū enim pauper cui & ſi copia deſit aliquāte tamē ſubſtantie ſunt ſed non ſum egenus. Ille em in miſeria eſt & egeſtate. Ergo non bis repetendū Libyſtidis vrſe vt ex precio beſtie aliquid gratie illi ſtrato adderet. Vulcanum alloquitur: tātum habens ſpei quantū vxor de viro cōcipere debet & tātū deſperationis quātū odiū inter vitricū & priuignū eſſe cōſueuit. Ergo illū fraude adorit. Thalāo vt inter ſecreta lectuli extorqret qd ille nollet. Diuinū: quem humanis pectoribus dono inſerere conſueuit: nā amor qui eſt ex voluntate noſtra humanus eſt Priami natis: de Creuſa maxime intelligit laborat autem vt verecunde videatur petere: ne mariti auxilium inaniter rogaret in rebus que moueri non poſſent. Eadem que tacui Genitrix nato: maiorem miſerationem mouet nominibus neceſſitudinum q mouiſſet nominibus proprijs. In me iūxit perſonam ſuam vt magis moueret. Accepit ſolitam fl. Oſtendit plus profuiſſe loci temporis & perſone obſeruationem q verba. Hæc ille. ¶ Ordo eſt Aeneas Euāder & Pallas: ſubibant ad. ideſt iuxta tecta ideſt domicilia Euandri pauperis: ergo & tecta tunc modica erant: & videbant armēta paſſim ideſt fere per ſingulos paſſus circa regiam Euandri mugire ſcilicet tūc foro romano. ideſt vbi poſtea romanum forū fuit ad roſtra ſcilicet & carinis. i. edificijs ad modum carinarū factis lautis ideſt mundis & ſplēdidis que erant ad viam ſacram vbi nunc ſunt diui Petri vincula vt. ideſt poſtq ventum ſupple eſt ab eis: ideſt poſtq venerant ad ſedes ſcilicet regias: ideſt ad domicilia Euādri: euander inquit: alcides ideſt Hercules victor ſcilicet mōſtrorum vt gerione & caci: ſubijt: ideſt ſubintrauit hec limina: & hec ſcilicet tam modica regia ideſt regis domus cepit illum: ſcilicet tantum deum & victorem Iouiſq filium. Et ideo o hoſpes Aenea: aude: quaſi rem terribilem & preter hominum opinionem paradoxon predicet contemnere opes. ideſt diuitias: & finge ideſt effice & cōpone ſeu oſtende factis: te quoq ideſt etiam te: dignum deo ideſt qui pro deo habearis quia deorum eſt humanas opes contemnere: aut finge te dignum deo ideſt illius hoſpitio ſuſceptus illi vt equeris: & veni non aſper. ideſt benignus & placidus faciliſq rebus egenis id ē res modicas: aut vt Donatus vult rebus nō egenis. q̄uis non luxurioſis vt bis dicatur non dixit & duxit Aeneam ingentem ſubter faſtigia: ideſt culmina anguſti tecti ideſt modici domicilij & arcti ſi ad dignitatem Aeneæ reſpexeris: facit ergo antitheſim: nam antitheta ſunt ingētem &

ASCEN

DONA.

Regia.

Ordo.

tem& anguſti que ornatũ pariũt: alijs nimis affectatũ vnde Perſius Librat in anthitetis &c. & locauit. i. conſtituit eum: ſtratis. i. lectiſternijs efſultum. i. ſuſtentatũ folijs. ſ. arborũ & pelle vrſe libyſtidis. i. ex libya: Nox ruit interea. ſ. dum cenarẽt & amplectitur. i. circũplectitur: tellurem. i terram alis fuſcis. i. vmbris eius. ſ. telluris. At. i. ſed venus mater. ſ. Aeneæ exterrita: haud. i. nõ nequicq̃: ideſt fruſtra ſed graui de cauſa: & mota minis laurentum: ideſt laurentium populorum: & tumultu duro. i. difficili ſedatu: aloquitur vulcanum. ſ. maritum ſuum: & incipit hic: ideſt hunc ſermonem exorditur aureo. i. ornatiſſimo thalamo coniugis. i. mariti ſui: & aſpirat dictis. i. verbis ſuis diuinum amorem. i. gratiã diuinitatis ſue. Dum. i. q̃diu aut donec ſeu quando reges argolici. i. greci: ſed precipue argolici: vaſtabãt bello: pergama. i. troiam debita. ſ. ex fatis: ignibus inimicis. & arces. ſ. ilij: caſuras. i. que cadere debebant ignibus inimicis: ego nõ rogaui miſeris ſcilicet troianis vllum auxilium ſcilicet abs te: & non rogaui arma tue artis & opis. i. facultatis: nec. i. & non: & ego o chariſſime cõiunx nõ volui exercere te ve pro vel tuos labores incaſſum. i. fruſtra. q̃uis ego deberem plurima natis. Priami precipue Paridi qui pro ea iudicarat contra Mineruam & iunonem & Creuſe que æneæ nupſerat: & q̃uis fleuiſſem ſæpe laborẽ durum. i. vix tolerabilem aut diu duraturum æneæ qui ſup. conſtituit. i. conſtitutus eſt nunc imperijs Iouis. i. per imperia & voluntatem Iouis: oris. i. regionibus rutulorum illorum populorum turno ſubditorum: ergo quia vulcanum vxorium fuiſſe teſtatur: & Verg. dicens. Tunc pater æterno fatur deuinctus amore: & Stati. vbi Martem venus alloquitur: vt At nõ eadẽ vulcania nobis. Obſequia & læſi ſerui tamen ira mariti: nam quod dicit Donatus potuiſſe fieri: vt cum anchiſa concumberet Venus anteq̃ Vulcano nuberet non procedit cõſtat enim a principio Venerẽ vxorem fuiſſe vulcani. Debita fataliter ad exitium deſtinata. Miſeris atqui honeſtum eſt miſeris ſubuenire: ſed hoc dicit: cur te fatigarem pro hominibus fati neceſſitate perituris. Priami deberẽ plurima. Scimus q̃ paridi tãtum debuit ſed hoc idem habet ad aliarum commemorationem perſonarum ne ex turpi cauſa Paridi debuiſſe videatur. Aeneæ fleuiſſem ſæpe laborem: bene poſt pergama poſt troianos: poſt Priami liberos cum excuſatione commemoratio fit Aeneæ. Dicit enim ſe eius infœlicitate commotam. Iouis imperio: ne videretur impudens: ſi aliena regna depoſceret & hoc latenter dicere videtur faue huic: cui etiam Iuppiter fauet. Eadem: que tunc ſcilicet ſilui. Arma rogo. hic diſtinguendum: vt cui petat nõ dicat: ſed relinquat intelligi. Genitrix nato te filia Neri. Thetis quæ achilli arma impetrauit: & bonis vtitur comparationibus dicendo filia Neri cũ ipſa Iouis ſit filia. Item vxor tithonia: cum ipſa ſit vulcani Neri autem pro Nerei. Omnia autem que in eus exeũt hodie apud maiores in es exibant: vt tydeus tydes & genitiuum in is mittebant: vt tydis neris: ſed quia plerũq; s in latinitate detrahitur: remanebat. i Hinc eſt filia Neri. immitis achilli. Item in Sallu. Ad bellũ perſi macedonicũ: ſic aſper. Tithonia cõiunx: Aurora petiuit pro memnone. Clauſis ferrum acuant portis: dixit enim ſuperius. Q uinq; adeo magne poſitis incudibus vrbes. In me: artificioſe arma petit & iam ſibi profutura: nam a grecis fuerat vulnerata: vnde eſt Equidem credo mea vulnera reſtant. In eus exeuntia: olii es exibãt.

nunc in ſummo periculo verſatur: & tamen illi ſucuri põt quia fata non obſtant: ego eadẽ que. ſ. prius nihil cõtra fata molita ſum: venio ſupplex. ſ. ad te & o numẽ ſanctũ. i. obſeruandũ mihi ego genitrix. i. mater rogo. i. expeto: nato. i. filio meo arma, vt pia ſit petitio: Seruius tamen q̃a marito triſte eſſet ſubuenire filio vxoris ex adulterio concepto: vult ordinem eſſe: ego eadem rogo nunc o ſanctum mihi numen: arma non dicẽdo. ſ. cui aut pro quo videtur tamen ſatis innuere cui: quia premiſerat & durum æneæ fleuiſſem ſæpe laborem: ſi tamẽ Seruiũ ſequamur qđ non placet dicamus: filia Neri. ſ. thetis: genitrix. ſ. achillis potuit flectere nato. i. filio ſuo achilli hoc eſt ad cõmodum eius: te lachrymis. ſ. ſuis: & cõiunx tithonia. i. aurora potuit te flectere lachrymis: vt. ſ. Memnoni filio eius arma fabricares: vñ in primo. Nũc q̃bus auroræ veniſſet filius armis: & alibi & nigri mẽnonis arma. Aſpice qui. i. quales populi cœãt. i. cõgregent. hic manifeſte docet ſe pro Aenea rogare: & que menia acuãt ferrũ. i. arma: quia dictũ eſt q̃ quinq; vrbes: portis. ſ. ciuitatũ clauſis: vt in graui bello fit: in. i. contra me: & in. i. ad excidium. i. deſtructionem meorum.

ASCEÑ. ¶ Dixerat & niueis &c. Recitat quomõ Vulcanus veneris illecebris blandities & valido irretitus amore ad fabricanda arma conſenſit. de qua DONA. re dicit Donatus ſic Pater: qui loco patris Aeneæ eſſet profutur⁹. Q uid cauſas ita loquitur quaſi non ipſe eſſet qui pauloante cunctabatur: Ex alto longa circuitione verborũ. Nec pater om. non poſſe penitus ſubuerti ſed poſſe differri fata oſtendit poeta. Ferro: ad robur pertinet. Electro ad pulchritudinem. Sed armorum ſplendor vehementer terret hoſtes. Anime: vẽti quibus ignis animatur: Gremio: intelligimus gremium non ſolum ſedentis ſinum verũ etiã quicquid homini ad requiem preſtiterit locum. ita alibi: Et fotũ gremio dea tollit in altum. Famulas pro manib⁹ accipiamus: quibus vice famularum vtuntur pauperiores: quibus ad comparandas famulas pecunia non eſt. hec ille. Ordo. ¶ Ordo eſt. Diua. ſ. venus: dixerat ideſt finiuerat orationem ſuam: atq; fouet molli amplexu lacertis niueis. ideſt candidiſſimis hinc: atq; hinc. i. vtrinq; circũplectentibus Vulcanũ. ſ. cunctantem. i. dubitantẽ. an pro filio ex adulterio concepto obſequi deberet: ille. ſ. ſic cunctans Vulcanus: accepit flammam. ſ. amoris ſolitam id ẽ conſuetam illi: & calor notus. i. ſolit⁹. ſ. amoris intrauit medullas: & cucurrit per oſſa labefacta ideſt mollificata & labentia: non ſecus. ideſt non aliter:

Poeta

Dixerat: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantẽ amplexu molli fouet: ille repente
Accepit ſolitam flammã: notuſq; medullas
Intrauit calor: & labefacta per oſſa cucurrit:
Non ſecus atq; olim tonitru cũ rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nymbos.
Senſit leta dolis: & forme conſcia coniunx.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore.

Vulcanus

Q uid cauſas petis ex alto: fiducia ceſſit
Q uo tibi diua mei: ſimilis ſi cura fuiſſet:
Tum quoq; fas nobis teucros armare fuiſſet:
Nec pater omnipotẽs Troiã: nec fata vetabant
Stare decẽq; alios Priamũ ſupereſſe per annos.
Et nunc ſi bellare paras: atq; hæc tibi mens eſt:
Q uicquid in arte mea poſſunt ꝓmittere curæ:
Q uod fieri ferro liquidove poteſt electro:
Q uantũ ignes animæq; valẽt: abſiſte precando

Viribus

Poeta. Viribus indubitare tuis. ſ ea verba locutus
Optatos dedit amplexus: placidumq; petiuit
Coniugis infuſus gremio p membra ſoporem
Inde vbi prima quies medio iam noctis abacta
Curriculo expulerat ſomnũ: cũ fœmina primũ:
Cui tolerare colo vitam tenuiq; minerua:
Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes:
Noctẽ addẽs operi: famulaſq; ad lumĩa lõgo
Exercet penſo: caſtum vt ſeruare cubile
Coniugis: & poſſit paruos educere natos:
Haud ſecus ignipotens nec tpe ſegnior illo
Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.

SER. ℭ Cunctantem: ſcilicet de promiſſione: quam rem per amplexum ſuum immiſſo amore perſoluit: Accepit ſolitam flammam alludit ad rem naturalem: nãq; ideo Vulcanus fingitur maritus veneris: q venereum officium non niſi calore conſiſtit Vnde eſt frigidus in venerem ſenior. Labefacta per. o. Si oſſa labefecit quanto magis animum? Atq; olim ferre: vt ſolet: nam non eſt aduerbiũ temporis. Ignea rima micans. ideſt fulmen: cuius naturam expreſſit: namq; nubes vento coactę plærunq; rumpuntur: & ex ſe fulmen emittunt. Formę conſcia coniunx. intellexit ſe dolis & pulchritudine pręuertiſſe mentem mariti. Deuinctus: hoc ſermone oſtendit eum cuncta poſſe concedere. Ex alto: argumentatione longe repetita. Nec fata vetabant ſtare: atqui ſupra ait debita: ſed ſciendum ſecundum aruſpicinę libros & ſacra aruntia: quę Tages compoſuiſſe dicitur fata decem annis quadam ratione differri. Sed quod nunc dicit Vulcanus potuiſſe fieri. Ergo non eſt contrarium. Nam fata differuntur tantum: nunq̃ penitus immutantur: quod etiam Iuno dicit Atq; immota manet fatis Lauinia coniunx: Attrahere atq; moram tantis licet addere rebus. Si bellare. p. quia dixerat in me excidiumq; meorũ. Poſſunt promittere curę: vel poſſum quicquid curę eſt: ideſt officiĳ & ſollicitudinis. Liquido electro: puro & ſecundũ Pliniũ in naturali hiſtoria ſunt tria electri genera. Vnum ex arboribꝰ quod ſuccinũ dicit̃. Aliud quod naturalr̃ inuenit̃. Tertiũ quod fit de tribꝰ partibꝰ auri & vna argẽti: quas pꝛtes ẽt ſi naturã reſoluas inuenies: vñ errãt q dicũt meliꝰ eſſe naturale. Electri aũt natura ꝓbat̃ veneno: quo recepto & ſtridorem emittit: & varios in diſſimilitudinem reddit colores. Animę: ventis ἀποτουκαιεμου: quia ſecundum aliquos anima ventus eſt: vt atq; in ventos vita receſſit. Precando viribus indubitare tuis: ideſt dubitare. Nam in vacat: & hoc dicit precum nimietas poſtulationis ſignificat dubitationem. Coniugis infuſus gremio: hoc eſt ante concubuit & ſic quieuit: Probus vero & Carminius propter cacephaton infuſum legunt: vt ſit ſenſus dormit cum coniuge dormiente: ieſt petĳt ſoporem infuſum etiam in cõiugis gremio. Curriculo: tempore modo: alias loco: alias officio. Colo: hunc ſequimur. Nam huius coli dicimus: non vt ſta. huius colus in ſexto theb. Extrema iam fila colu datus ordo ſenectæ: & in quarto Nigræq; ſororum intrauere colus. Tenuiq; Minerua. non filo tenui: ſed paruo prætio lanificĳ & alĳ hic diſtingunt & ſubaudiunt mos eſt vt placet vt ſit ſenſus cui tolerare colo vitam tenuiq; Minerua mos eſt: vel placet: & ſic inferunt impoſitum cinerem & ſopitas: vt contra Hora. incedis per ignes ſuppoſitos cineri doloſo: alĳ ſic legunt.. Tenuiq; minerua impoſitum. ideſt cui hæc neceſſitas fataliter data. Noctem addens operi: per tranſitum oſtendit eſſe noctem partem diei. Exercet pen. fatigat Teren. i andria primo hęc parce ac duriter vitã agebat lana & tela victũ quęritãs. Hinc ergo traxit Verg. vt diceret caſtũ vt ſeruare cubile. Ignipotẽs: Vulcanꝰ: vt diximꝰ ignis eſt & dicit Vulcanus quaſi volicanus: qd' per artẽ volet. Ignis enim

Electrum.

Colus.

Vulcan.

nõ alr̃: ac. i. q̃: rima. i. fiſſura aut p fiſſurã exiliẽs ignea. i. fulmẽ qd' p rimas nubiũ exilit: micãs i. reſplẽdẽs: pcurrit lumine coruſco. i. tremulo: nymbos. i. nubes vẽtoſas. Cõiunx lęta dolis. ſ. ſuis. i. artificioſa circũuentiõe & cõſcia forme i. cõfidẽs de forma ſua: ſenſit. i. pcepit vulcanũ amore captũ & labefactũ. Tum. i. tunc pater. ſ. vulcanꝰ Aeneę patris loco futurus: deuinctꝰ. i. obligatus: Veneri eterno amore: fatur ſup. ſic. Quid. i. ad qd petis cãs ex alto. i. lõge petitas p circũlocutionẽ & iſinuationem. Qui. i. qũo (aut quo legat̃) o diua: fiducia mei. i. quã prius habuiſti de me ceſſit ſup. tibi. i. receſſit a te: ſi ſilis cura fuiſſet ſup. tibi. i. ſollicitudo de armis habẽdis: fuiſſet nobis fas. i. licitũ: quoq;. i. etiã tũ. i. tũc. ſ. cũ argolici reges vaſtarẽt pgama: armare. i. armis inſtruere teucros. i. troianos: nec pater oĩpotẽs. ſ. iuppiter: nec fata vetabãt troiã ſtare. ſ. diutiꝰ: & Priamũ ſupeſſe. i. extare p decem alios annos: qa tot in obſidione erãt gręci Et nũc ſi tu paras bellare. i. bella gerere: atq; ſi hęc. i. hmõi mẽs ẽ tibi: abſiſte ĩdubitare tuis viribus. i. diffidere de tuis viribꝰ aut dubitare in tuis viribꝰ: pcãdo. i. ſupplr̃ orãdo q̃ ẽm pcat̃. ſignificat ſe nõ poſſe niſi p eũ quẽ pcatur abſiſte inqt ĩdubitare: quicqd cure. i. ſollicite diligentię pñt ꝓmittere: in mea arte: & id qd' põt fieri ferro ve ꝓ vel: electro liqdo. i. puro. Et eſt vſus ſpõdaicus: nã vt Lãdinus docet licet inueniat̃ apud Lucretiũ poteſtur q ait in. iĳ. Qd' tñ expleri nulla rõne poteſtur: tñ hoc loco nõ pt dici poteſtur: eo q electrũ primã ꝓductã habet ſcribitur ẽm p ita qd' ſemp ꝓducit̃ ſic ηλεκτρου de quo p politianũ ſtatim videbimꝰ plura. & q̃tũ ignes & aïe. i. vẽti: valẽt ſup. efficere ĩ fabrili arte. Vulcanꝰ ſup. locutꝰ ea vba dedit ãplexꝰ optatos. i. quos plurimũ iã inflãmatꝰ optauerat: & ĩfuſus gremio cõiugis petiuit placidũ ſoporẽ: p mẽbra. ſ. ſingula. i. poſt coitũ placide dormiuit in gremio cõiugis ide. i. deinde vbi pria quies abacta. i. trãſacta & abſumpta iã medio curriculo noctis. i. p hoc q mediũ curriculũ noctis irã ſierat: hoc eſt tpus quo nox currit: ceu. i. veluti: fœmina: cui primũ. i. pcipuũ eſt: tolerare. i. ſuſtẽtare: colo. i. nendo & minerua tenui. i. exercitio minerue hoc eſt textura tenui vitã. ſ. ſuã ſuſcitat cinerẽ ĩpoſitũ. ſ. ſup ignẽ & ignes ſopitos i. cooptos cineribꝰ addẽs opi. i. opationi noctẽ i. partẽ noctis illi ĩpertiẽs: & exercet pẽſo lõgo i. fatigat ſtamine pẽſo: iõ ad pondus dato: aut lino ſeu lanitio colo ĩpoſito ad lumina. ſ. lucernarũ: famulas. ſ. manꝰ ſuas aut paupculas ancillas: vt poſſit ſeruare cubile cõiugis. ſ. ſui caſtũ: ita vt nõ cogat̃ turpi q̃ſtu vitã defendere. & educere. i. educare & in mr̃imoniũ aut aliã familiã ducere puos natos. i. liberos ſuos. Si eſt cũ fœmina primũ. Ordo eſt. Cum. i. qñ fœmina cui &c. ſuſcitat primũ &c. ſed qa ſequit̃ haud ſecus &c. dicerẽ ceu vt reppi. Haud ſecꝰ. i. nõ alr̃ ignipotẽs. ſ. Vulcanus deꝰ ignis: nec ſegnior. ſ. quã fœmina dicta (Laurẽtius tñ vallenſis. ſed meo iudicio nõ recte ſentit ordinẽ eſſe: nec ſegnior illo tpe: ſed melior eſt) ſurgit illo tpe. ſ. quo fœmina ſurgit e ſtratis mollibus ſcilicet vbi venerem dereliqt ad opa fabrilia quæ nimirũ dura ſunt: & ita eſt antitheton in epithetis ſaltẽ. Verba Politiani ſunt Pudet referre q̃ manifeſtum ſed nondũ tñ a quoq; qd' ſciam niſi nobis indicibus animaduerſum mendum Vergilianis codicibus ĩoleuerit libro Aeneidos octauo. Qd' fieri ferro: liquido ve poteſtur electro Cetetũ in volumĩe illo qd' eſt ĩ itima vaticana bibliotheca mire Ordo. POLI.

ca mire vetuſtũ: & grandibus characteribus p̄ ſcriptum: non poteſtur offendas: ſed põt vſitatius verbũ: que etiã verior eſſe lectio: vel inde
Electrum probatur ꝙ electrũ vbiq; prima ſyllaba longa: tam apud grecos ponitur ꝙ̃ apud noſtros. neq;
Poteſtur. quicꝗ̃ interp̄tes ſuper verbo poteſtur alioquin nouo inuſitatoq; loquutur. Haud tamen p̄terit me veteres hoc quoq; protuliſſe: ſicut pacuuiũ in chryſe: ſicut etiã Lucretiũ quemadmodũ & poterat̃ lectũ a Nonio Marcello eſt in cecilianis annalibus

enim e nubibus naſcitur. vnde & Home. dicit eum de aere re p̄cipitatum in terras: ꝙ omne fulmen de aere cadit: qđ quia crebro in Lemnum inſulam iacitur: ideo in eam dicitur cecidiſſe Vulcanus. Claudus autem dicitur quia per naturam nunꝗ̃ rectus eſt ignis. Ad fabrilia: dura: ex contrariis epithetis fecit ornatum. Dicens mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.

Euander. Sed & alter locus itidẽ vitio cõſimili laborat apud eundẽ poetã. Sceptra palatini ſedẽq; petiuit Euandri. Cum in volumine eodem non petiuit triſſyllabũ: ſed petit diſſyllabum ſcriptum inueniatur. Quod & metri vis cogit: alioqui prima ſyllaba Euandri cõtra omnem vel rationem vel conſuetudinẽ breuis foret. Eſt vero in vtroq; verſu ſpõdeus in quinta ſede. In verbo autem petit ſyllaba ipſa poſterior vel quia ſit in fine: vel quia coaluerit vna ex duabus iure p̄ducta eſt. Martianus aũt capella ſyllabã docet vbiq; eſſe cõem que deſinat in t literam ſicut in illo cernimus Vergili. Nam tibi Thymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

ASCEñ. ¶ Inſula ſicaniũ &c. Docet ergo vbi Vulcanus fabricã & officinã ſuã habebat & q̄bus fabris vtebatur & quo in op̄e tũc verſabantur cũ adueniret: vñ q̄a res facilis eſt & nihil habem⁹ Donati.
Ordo. Ordo eſt. Inſula. ſ. vbi dicitur Vulcani antrũ: erigit̃. i. eminet & extẽdit̃ exiſtẽs ardua ſaxis fumãtibus. ſ. ex ardore intrinſec⁹ p̄ueniẽte Erigit̃ dicit inter lat⁹ ſicaniũ. i. ſiciliẽſe lat⁹ hoc eſt inter ęthnã: & liparẽ. ſ. inſulã: eoliã. i. que eſt vna ex eoli regionibus: ſubter quã. ſ. inſulã arduã: ſpec⁹ & antra ęthnea. i. ſĩilia ęthneis & eis vicina: exeſa caminis. i. fornacibus aut ipſis ignibus cyclopũ: tonãt. i. vehementẽ ſonitũ edũt: & ictus validi. i. vehemẽtes auditi incudibus i. q̄a ſup incudes fiunt referũt gemitũ. i. ingentẽ ſonũ ex imo: & ſtricture. i. maſſe tenere iam cõpacte calybũ. i. ferri calybum: aut ei ſimilis ſtridunt cauernis. i. p̄ cauernas: & ignis anhelat i. quaſi reſpirat & anhelitũ defeſſus emittit: fornacibus. ſ. fabrilibus: appoſitorię domus. i. qui locus eſt domus vulcani: & tellus eſt noĩe. i. nominatur vulcania. Ignipotens. ſ. Vulcanus deſcendit tunc hoc. i. ad hanc dictã inſulã: ab alto cœlo. ſ. de thalamo Veneris: p̄ ſpherã ignis & cyclopes. i. fabri ipſius famuli vnũ cyclũ. i. oculum latũ in fronte habentes. ſ. brontes & ſteropes & pyracmon nudus mẽbra. i. habens membra nuda (que nomina ab officio ficta ſunt: vt Seruius docet. Heſiodus p̄ pyracmone harpen ponit) exercebãt ferrũ. i. fabricabant & mulcebant ſe exercentes: in antro: ſcilicet vulcani vaſto ideſt valde amplo: fulmen informatũ: ideſt adhuc informe & nondum perfectã formã habens ſed parte iam polita erat his ſcilicet dictis fabris: ſup. in manibus. que ſcilicet fulmina genitor ſcilicet hominũ deorumq;: Iuppiter deiicit toto cœlo plurima in terras: & pars manebat imp̄fecta: q̄a nondũ abſoluerãt: ipſi addiderant. i. commiſcuerant ſcilicet prius tris radios imbris torti: ideſt cõſtricti in grandinẽ & tris radios nubis aquoſe: ideſt in aquam reſolubilis: & tris radios ignis rutili. ideſt rutilãtis & reſplendentis: & tris auſtri: ideſt venti hoc eſt aeris & exhalationis alitis ideſt volatilis: & miſcebant. i. cõmiſcebant nunc ſcilicet cum Vulcanus adueniret: fulgores terrificos & ſonitũ & metum: poetice rem phiſicam deſcribit: & miſcebant opi & flammis ſequacibus. i. perſecutricibus iras. i. vim proſternendi qualis eſt in iratis. Et ipſi inſtabant: ideſt inſtanter faciebãt alia parte: q̄a prior naturalis hęc artificialis erat marti: vnde patet Veneris potẽtia que maritũ ad hoc impellere potuit vt adultero operã p̄ſtaret. & currus & rotas volucres q̄bus ſcilicet in bello vtatur. Et ipſi polibant p̄ poliebãt certatim ſquammis ſerpentum ideſt in modũ earum quas habent ſerpentes & auro ideſt ſquamis

mis

Inſula ſicanium iuxta latus æoliamq;
Erigitur liparen fumantibus ardua ſaxis.
Quã ſubter ſpecus: & cyclopum exeſa caminis
Antra æthnea tonant: validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum: ſtriduntq; cauernis
Stricturæ chalybũ: & fornacibus ignis anhelat
Vulcani domus & vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto.
Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro
Brõteſq; Steropeſq; & nud⁹ mẽbra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat: toto genitor quæ plurima cœlo
Deiicit in terras: pars imperfecta manebat.
Tris imbris torti radios: tris nubis aquoſæ
Addiderant tutuli: tris ignis: & alitis auſtri:
Fulgores nunc terrificos: ſonitumq; metumq;
Miſcebant operi: flammiſq; ſequacibus iras.
Parte alia Marti currumq; rotaſq; volucres
Inſtabãt: q̄bus ille viros: q̄bus excitat vrbes:
Aegidaq; horrificam turbatæ palladis arma
Certatim ſquãmis ſerpentũ auroq; pollibant:
Connexoſq; angues ipſamq; in pectore diuæ
Gorgona: deſecto vertentem lumina collo.
Tollite cũcta (inq̄t) ceptoſq; auferte labores Vulcan⁹.
Aethnæi Cyclopes: & huc auertite mentem.
Arma acri facienda viro: nũc viribus vſus
Nũc manibus rapidis: omni nunc arte magiſtra Poeta.
Præcipitate moras: nec plura effatus: at illi
Ocyus incubuere omnes: pariterq; laborem
Sortiti: fluit æs riuis: auriq; metallum:
Vulnificuſq; chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Ingentem clypeũ informãt: vnũ omnia contra
Tæla latinorum: ſeptenoſq; orbibus orbes
Impediunt: alij ventoſis follibus auras

Accipiunt

Accipiunt:redduntq; alij ſtridentia tingunt
Aera lacu:gemit impoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numerum:verſantq; tenaci forcipe maſſam.

mis aureis egida horificam.i. ſcutum terribilē appoſitorie arma palladis turbate ideſt quādo turbat̃.&pollibant angues connexos & ipſam gorgona ſcilicet meduſā cuius capilli in āgues verſi erant:in pectore ideſt quę penderet de pectore diue ſcilicet palladis(bene autē marti & palladi morē gerit qavterq; ē de natura ignis) gorgona inquit: vertentē lum ina:ideſt oculos ex indignatiōe collo deſecto: ideſt enſe diuiſo. Et ſup.Vulcanus inquit o cyclopes etnei:tollite cūcta ſcilicet hęc:& auferte labores ceptos:& aduertite mentem huc:ideſt ad hęc quę dicam: per quod verbum innuit rē artificioſam & arduā velle fieri.Arma ſupple ſunt faciēda viro acri:ideſt ſtrēuo:nō dicit cui.ne turpe ſit pro adulterino filio ex cōiuge quicq; facere:ſed innuit poeta p hoc q̃tum poſſent blandicie mulierum in viros q niſi dedecus obſtet vltra honeſtatem ſępe morigerent̃.Vſus: ideſt vtilitas & opus eſt:nunc viribus(alij legunt virib'vſi. vt ſit vos vſi &c.pcipitate).ſ.veſtris validis:& opus eſt nunc manib'rapidis:ideſt raptim operātibus: vrgebat em̄ neceſſitas: & opus eſt nūc arte magiſtra: vt ſcilicet vtiliter cito & ſciēter fiant.Precipitate.i. precipitanter abijcite moras.Nec Vulcan'ſup.effatus eſt plura : at illi.ſ. cyclopes dicti.incubuere.i. operam dedere oēs ocyus:ideſt valde cito & ſortiti ſunt pariter laborem:es fluit riuis.i.per riuos & metallum auri:ideſt ipſum aurum fluit:riuis. & calybs ideſt ferrum duriſſimum quod calybes tēperāt:vulnificus:ideſt vulnera facere ſolitū : liqueſcit.i. liquefit:fornace vaſta & informant:ideſt valde formant & artificioſe faciunt clypeū ingentē ideſt valde magnum vnum.i.qui ſolus ſit contra oīa tela latinorum:& impediunt ideſt implicāt:ſeptenos orbes orbibus ſcilicet ſingulis: Alij ideſt quidam ex illis:ergo plures erant q̃ dicti tres:accipiūt follibus vētoſis auras ideſt ventos.& reddunt ſcilicet acceptos:ideſt efflāt aut expellūt cōpreſſi. Alij tingunt lacu.i. aqua in morē lacus ſtantis:era ſtridentia. dum ſcilicet intingunt̃.antrum gemit. incudibus impoſitis.illi.ſ.fabri tollunt multa vi inter ſe in numerum.i.ſecundum pportionem rythmicam brachia.ſ.ſua & verſant maſſam ſcilicet illius cōmixti ex ferro ere & auro:forcipe ideſt inſtrumento quo foruum ideſt calidum capitur e fornace tenaci:ideſt fortiter tenenti:vnde a qbuſdam tenella dicitur.

SER. Sicaniū iuxta latus æoliamq; erigitur liparen phyſiologia eſt cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur inter liparen & æthnam:id eſt pp̄ter ignem & ventos: quę apta ſunt fabris. Aeoliā aūt ideo lipare qavna eſt de illis ſeptem inſulis qbus æolus imperauit. Antra ęthnęa.t. magnitudinem ictuū oſtendit quibus & vicini mōtes reſultabant: Aut certe ęthnea quaſi æthnea dixit. Auditi referunt gemi. per eccho & breuiter ſignificauit. Stricturæ chal.ſtrictura eſt terra ferri in maſſam coacta. Chalybes pprie ſunt populi apud quos naſcitur ferrum vt ipſe At chalybes nudi ferrum viroſaq; pontus Caſtorea: vnde modo chalybum.poſuit ſtricturas pro ferri maſſis. Hoc tūc: ideſt huc tum:& hoc pro huc poſuit ſecundum antiquum morē nam antea hoc aduerbium loci fuit quod nunc aboleuit: nam crebro in antiquis lectionibus inuenitur: ſicut in epiſtolis probat verius Flaccus exemplis autoritate & ratione dicens in aduerbio pro u o plærunq; maiores ponere conſuetos:& ſic pro huc hoc veteres dicere ſolebant. ſicut pro illuc illo dicimus : vnde etiam hoc o longum apparet eſſe ſicut in illo dicimus:quod pro illuc ponitur. Brontesq;:qd facturi ſint ex nominibus docet. Nam brontes a tonitru dictus ē ἀπο τῆς βροντῆς.Steropesq;:a fulgetra:id ē ἀπο τῆς στεροπῆς.Pyracmon vero qui nunq; a calenti incude diſcedit ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. nam pyr ignis eſt ἄκμον incus. Nudus.m.per hunc etiam cæteros nudos fuiſſe ſignat. Informatum.in quandam formam deſignatum & compoſitum.Dicit autem in fulmine partem non perfectam partē iam politam fuiſſe. Toto ge.quæ.p.c. toto cœlo ideſt ab omni parte cœli. Nam dicunt phyſici de ſexdecim partibus cœli iaci fulmina.Quæ autem.i.qualia : vt hunc ego te euryale aſpicio ideſt talem.ergo hoc dicit: Faciebant fulmen in eorum ſimilitudinem quæ Iuppiter iacit toto cœlo hoc eſt diuerſis partibus cœli ſcilicet ſexdecim. Tris imbris torti.r. conſtricti & coacti in grandinem : Sta. Siccos quos aſper hiatu prę ſolidat boreas : & ſciendum in hoc eū velle oſtendere toto anno iaci fulmen : nam per has periphraſis tempora oſtendit anni totius quę & quatuor eſſe & ternos menſes habere manifeſtum eſt. Vnde dicit. Tris imbris torti radios:hoc eſt grandinis : quæ abundat per hyemem. Tris nu.a quo.hoc eſt veris:quo tempore nimię ſunt pluuiæ:vt & ruit imbriferum ver. Rutuli tris ignis:hoc eſt æſtatis. Et alitis auſtri:hoc eſt autumni:quo ventorum crebra ſunt flamina & prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis:quod neceſſe eſt:vt per nubes & ventos naſcat̃. Fulgores nunc terrificos: quos fulgetras dicūt. Sonituq; metuq;:per ſonitū tonitrua oſtendit:p metū fulgetras:& hūc ordinē ſic poſuit: vt hoibus videt̃:nā reuera prior eſt colliſio nubiū: vn̄ ignis emittit̃. Nos aūt ideo prius fulgetras videmus q̃ tonitrua audiamus: quia velocior oculorū q̃ aurium ſenſus eſt. Sequacibus perſecutricibus. Aegidaq; horriferam: ægis pprie eſt munimentū pectoris æreum habens in medio gorgonis caput quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit ægis vocatur:ſi in pectore hominis ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis videmus lorica dicitur. Turbate:pro turbantis : nam timuit omœoteleuton : & fecit ſupinam ſignificationem : Alij ad fabulam referunt quia dicitur in bello arma perdidiſſe turbata.vt quaſi ipſa nunc repararet:cuius dicti nullus autor idoneus reperitur. Squammis ſerpentum auroq;.p.ægida horriferam aureis ſquammis ſerpentum certatim polibant: alij volunt reuera de corio ſerpentum dicere arma eſſe leuigata. Connexoſq; an.gorgonis.ſ.capiti Deſecto vertentem.l. c.aut ſua lumina circunferentem.& mortis indignatione querentem quorum .ſ.interitu poſſet vlciſci.aut certe intuentem lumina in ſaxa vertentem. Hoc autem caput ideo Minerua fingitur habere in pectore q̃ illic eſt omnis prudentia quę confundit alios.& imperitos ac ſaxeos comprobat. Tollite cuncta inquit: vile eſt quod plęriq; dicunt pp̄ter arma martis iratum eſſe Vulcanum:preſertim cū & arment mineruam : & fabricent fulmina cyclopes:& Vulcanus dixerit contra tollite. Ergo tollite aut differte aut celerius terminare Cœptoſq; aufer.l.quia dixerat his informatū manibus iam parte polita fulmen. Aethnęi cyclopes: vt Aethneos fratres nūc viribus vſus:nūc eſt veſtrarū viriū exercitiū.i.tp̄s exercēde virtutis circa arma viri fortis. Arte ma.ambitioſius q̃ ſi magiſtri diceret rem pſone in artem tranſtulit:vt ſi dicas opus eſt peritia medicinæ: nō medici. Pręcipitate mo.pręcipitāter.i.feſtinanter abijcite. Nec plura ef. Sicut feſtinantem decebat. Ocyus incubuere:q̃ ille preceperat. Pariter:pari modo. Sortiti:diuiſerunt inter ſe laboris officium. vt ſortiti remos Vulnificuſq; cha.populum apud quem naſcitur p ferro poſuit:& liqueſcit dixit iproprie. Nā ferrū nō ſoluit ſed molle

Aegis Lorica.

ſed molleſcit. Informant: deſignant: ingentem autem & magnitudine & ſoliditate. Nam & clypeum dixit qui magnitudine corpus furatur vnde & clypeus dictus eſt αποτουκλεπτειν: dicturus eſt ſeptenoſq; orbibus orbes Impediunt id eſt veluti ſeptem ſcuta facta in vnitate connectunt. Accipiunt reddūtq;: iungendum vno eodemq; tempore partim reddunt partim ventos accipiunt. Stridentia tingunt: Tingendo ſtridere faciunt. In numerū: in ordinem: vt Tū vero in numerū faunoſq; feraſq; videres Ludere forcipe. Forfices ſunt qbus incidimus: forcipes ſunt quibus aliquid foruum tenemus quaſi foruicapes. Nam foruum eſt calidum: vnde & formoſos dicimus: quibus calor ſanguinis ruborem pulchritudinis creat.

Forfices. Forcipes. Formoſ⁹.



ASCEN.

Ordo.

Hæc pater æolijs properat &c. Narrat quid poſtero die ab Euandro Aeneaq; dictum & factum ſit & q̄uo in colloquium venerant: vnde quia ſup reliquā huius libri partē nihil extat donati. Ordo eſt. Dū pater lemnius. i. ī lemnū inſulā p̄cipitatus. ſ. vulcanus fulminis & fabrorū pater: & ęneę paterna affectione obſequēs ꝓperat. i. ꝓperāter facit: hęc. ſ. prius dicta. in oris ęolijs. i. quibus ęolus p̄ſidet: lux alma ſuſcitat Euandrum ex tecto humili. & cantus matutini volucrū. ſ. p̄cipue hyrundinū ſecundū Heſiodū. ſub culmine. i. q̄ ſub culmīe nidificāt ſup. ſuſcitāt Euandrū. Ipe ſenior cōſurgit: & inducitur art⁹. i. habet art⁹ inductos & veſtitos: nō ſta

retverſus

Hæc pater æolijs properat dū lemnius oris
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma:
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior: tunicaq; inducitur artus:
Et tyrrhena pedum circundat vincula plantis.
Tū lateri atq; humeris tegeæū ſubligat enſem:
Demiſſa ab leua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini cuſtodes limine ab alto
Præcedūt: greſſumq; canes comitant̄ herilem:

Hoſpitis

Hoſpitis æneæ ſedem & ſecreta petebat
Sermonum memor & promiſſi muneris heros.
Nec minus æneas ſe matutinus agebat:
Filius huic pallas: olli comes ibat achates.
Congreſſi iungunt dextras: mediiſq; reſidunt
Aedibus: & licito tandem ſermone fruuntur.
Rex prior hæc.

retverſus ſi legat̃ induit: tunica.ſ.iteriore: & circũdat vincula tyrrhena.i.calceamẽta tuſca plã tis pedũ.i. q̃ ligabãt & muniebãt plãtas pedũ. Tũ.i.deinde ſubligat enſem tegeęũ.i. arcadicũ lateri atq; humeris: ita vt ligatura ab humeris ꝑ latera depẽderet.retorquẽs terga pãthere: illius anĩalis maculoſi.demiſſa.i. deorſum miſſa. ab leua.ſ.pte.Necnõ & canes gemini.i. duo & pares: ꝓcedũt ab alto limĩe.ſ.reſpectu canũ ſed reſpectu regũ erãt humilia limina: aut erãt alta ꝑ naturã q̃a in colle ſita: & humilia ꝑ artificiũ: ꝓcedũt inq̃t exiſtẽtes cuſtodes: & comitantur greſſum herilem.i.heri ac dñi ſui.ſ. Euãdri. Et ipſe heros.ſ.Euãder petebat ſedẽ.i.cubile: & ſecreta.i.locũ remotũ a turba vt illic q̃etius colloquereť: hoſpitis.ſ.ſui ęneę: exiſtẽs memor ſermonũ & muneris ꝓmiſſi.i.auxilii.Nec minus i.conſilr Aeneas agebat.i. erigebat ſe exiſtens matutinus.i.mane ſurgẽs.Pallas filius ibat comes huic.ſ.Euãdro: & achates ibat comes olli. i.illi.ſ.ęneę: & ipſi cõgreſſi iungũt dextras: & reſidũt.i.ſedẽ capiũt & cõſident mediis edib⁹ & fruunť tandẽ.ſ.poſtq; amoti eſſent arbitri & ſatellites: ſermone licito.i.quẽ nõ niſi fidiſſimis cõicare licebat. Rex.ſ. loci Euander ſup. dixit prior hęc.ſ. ſequentia.

¶ Hęc dum ꝓperat: ꝓperanter facit & eſt honeſta locutio Aeoliã vt diximus: vulcania vna eſt de ſeptẽ ęoliis. Lẽnius q̃ in lemnũ inſulã vt diximus: cecidit a Iunone ꝓpter deformitatẽ deiect⁹: quã aere cõſtat eſſe ex quo fulmina ꝓcreanť iõ aũt vulcan⁹ de femore Iunonis fingiť ꝓcreatus q; fulmina de imo aere naſcanť: qđ etiã luca. dicit Fulminib⁹ terrę propior ſuccenditur aer. Pacem ſumma tenent. Volucrum ſub culmine: poteſt & generaliter accipi: volucrum quarumuis: & ſpecialiter vt hirundinum. Tyrrhena vincula: thuſca calciamenta. Et dicit crepidas quas primo habuere ſenatores: poſt equites romani: nunc milites. Tegeęum enſem: arcadicum gladium. Demiſſa ab lęua panthere ter.r. A ſiniſtro humero pellem demiſſam habuit: quam retorquens & in dextram reuocans partem ſe amiciebat. Gemini cuſtodes: hoc & in homero lectum eſt & in hyſtoria romana quę ait: Scyphax inter duos canes ſtans Scypionem appellauit. Sermonum memor ſcilicet promiſſi auxilii: vt Auxilio tutos dimittam opibuſq; iuuabo. Heros: hoc nomẽ non tantũ pſentis eſt: ſed & preteriti: vñ eſt q; Euandrum heroem dicit cum ſit virtutis emerite plærunq; heros: & generis eſt. Matutinus agebat: rem temporis ad perſonam tranſtulit. Licito tandem ſermone: tandem quia amborũ deſiderio nox morã fecerat.

Euander.

Maxime teucrorũ ductor: quo ſoſpite nunq̃
Res equidem troiæ victas aut regna fatebor:
Nobis ab belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires: hinc tuſco claudimur amni:
Hinc rutul⁹ ꝑmit: & murũ circũſonat armis:
Sed tibi ego ĩgẽtes populos: opulẽtaq; regnis
Iungere caſtra paro: quã fors inopina ſalutem
Oſtentat: fatis huc te poſcentibus affers.
Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto
Vrbis agyllinæ ſedes: vbi lydia quondam
Gens bello præclara iugis inſedit hetruſcis.
Hãc multos florentẽ annos: rex deinde ſupbo
Imperio: & ſæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorẽ ĩfandas cædes: q̃d facta tyrãni
Effera: dii capiti ipſius: generiq; reſeruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis:
Cõponens manibuſq; manus: atq; oribus ora:
Tormenti genus: & ſanie taboq; fluentes
Complexu in miſero longa ſic morte necabat.
At feſſi tandem ciues infanda furentem
Armati circunſiſtunt: ipſumq; domumq;
Obtruncant ſocios: ignem ad faſtigia iactãt.
Ille inter cædes rutulorum elapſus in agros
Confugere: & Turni defendier hoſpitis armis

Ergo

ASCEñ.

¶ Maxime teucrorũ &c. In hac Euãdri orõne oſtẽdiť pauptas & beniuolentia eius: doceturq; amici officiũ quod efflagitat vt quibus opibus poſſimus amicos iuuemus & ſi non ſatis amplis: conſilio ſaltem: vti Euander facit q̃ filium cum quadringentis arcadibus pollicetur & ad tuſcos ire conſulit q̃nquidem illis opus eſſet duce externo contra Mezentium tyrannũ & deorũ cõtemptorẽ: in quẽ vt iuſtũ etruſcorũ doceat odiũ recitat nõnulla immanitatis eius facinora. Quia vero Donatus nõ extat. Ordo eſt. O maxime ductor teucrorũ: quo ſoſpite.i. exiſtẽte incolumi eq̃dẽ.i. ego q̃dẽ nunq̃ fatebor res troię victas aut regna troię victa.i.ſuccubuiſſe aut penit⁹ đleta: exigue vires ſup.ſunt nobis ad auxiliũ belli: ꝓ nomĩe tanto.i. ꝓ tui nois gloria aut ꝑ tanto debito: tracta metaphora a debitoribus quorũ noĩa inſcribunť. Nos claudimur hinc.i.ex vna parte amni thuſco.i. thybri q̃ ꝑ hetruriã fluit: rutulus.ſ. ppl's ferox. ꝑmit.ſ.nos ne limites augeamus hinc.i. ex altera pte: & circũſonat murum armis ideſt facit arma ſua ſonare circum muros noſtros: & ita opus ſibi ſignificat pſidio: ſed ego paro.i. intẽdo & meditor iũgere tibi ppl'os ingẽtes & caſtra opulẽta regnis.i.ꝑ diuerſa regna: q̃a in hetruria erãt duodecim reges quos lucomões appellabant quã ſalutẽ vel o quã.i. qualẽ ſalutẽ: vel q̃.i.o q̃tũ fors inopia. oſtẽtat tibi ſalutẽ tu affers te huc.i.ad has oras: fatis poſcẽtib⁹.i. opportuniſſime: aut iuxta oracula etruſcis facta. Sedes vrbis agyllinę quę nũc cere diciť. fundata ſaxo vetuſto coliť haud ꝓcul.i. nõ lõge hinc i.ab his locis vbi gens lydia ideſt quę cum lydi fratre tyrrheno ex meonia venerat p̃clara bello inſedit.i.ſedẽ cœpit ſup.in iugis.i.montib⁹ hetruſcis. Mezentius rex.ſ. hetruſcorũ tenuit hãc ſ.gentem florentem multos annos ideſt poſtq; multos annos floruerat: deinde imperio ſuperbo & ſeuis ideſt violentis & tyrannicis armis. Quid.i.ad q̃d memorẽ.q.d.fruſtra cũ notiſſime ſint

Ordo.

Porſena. gni⁹ ſuperb⁹ habuit pditos filios: inter q̊s Auruntẽ q dũ ĩ caſtris eſſet p̃re ſuo Ardeã obſidẽte: & ort⁹ eſſet
inter eũ & collatinũ maritũ Lucretiæ de vxorib⁹ ſermo: eo vſq; ꝓceſſit cõtẽtio: vt ad ꝓbãdos eaꝝ mores
Lucretiæ arreptis eqs ſtatĩ domos ſuas ſimul ꝓficiſcerent̃. Ingreſſi itaq; ciuitatẽ collatiã: vbi fuit Lucreciæ domus:
domus. inuenerũt eã lanificio operã dantẽ: & triſtẽ ꝓpter mariti abſentiã In de ad arũtis domũ ꝓfecti: cũ vxorem
eius ĩueniſſent cãtilenis & ſaltationib⁹ indulgentẽ reuerſi ad caſtra ſunt qd' aruns dolẽs: cũ de expugnãda
Lucretiæ caſtitate cogitaret mariti eius noĩe epiſtolã finxit: & dedit Lucretiæ in q̃ hoc cõtinebat̃. vt arũs
ſuſciperet̃ hoſpitio: quo facto p noctem ſtricto gladio eius ingreſſus eſt cubiculũ cũ æthiope. Et hac arte
egit vt ſecũ coiret dicẽs: niſi mecũ cõcubueris: æthiopẽ tecũ interimã. tãq; ĩ adulterio dep̃hẽderĩ. Timẽs
itaq; Lucretia ne caſtitatis famã morte depderet. quippe quã ſine purgatione futurã eſſe cernebat inuita
turpibus ĩperijs paruit. & altera die cõuocatis propinqs marito Collatino patre Tricipitino Bruto auũ
culo. q tribunus equitũ celerũ fuerat: rem indicãs: petijt ne violatus pudor: neue inultus eſſet eius iterit⁹:
& gladio erecto ſe ĩteremit: quẽ Brut⁹ de ei⁹ corpore exertũ tenẽs ꝓceſſit ad populũ. & multa cõq̃ſtus de
Targnij ſupbia & filioꝝ eius turpitudine egit: ne in vrbẽ reciperent̃ auctoritate qua plurimum poterat:
nam vt diximus Brutus tribun⁹ equitũ fuerat ſed cũ nõ ſuſciperet̃ Targnius cõtulit ſe ad Porſennã regẽ
Cocles. thuſciæ: qui pro Targnio cũ ingentibus copijs capto ianiculo: & illic caſtris poſitis romam vehementer
obſedit: & cũ p ſubliciũ pontẽ hoc eſt ligneũ trãſire conaret̃: ſolus: Cocles hoſtilẽ impetũ ſuſtinuit: donec
a tergo pons ſolueret̃ a ſocijs: quo ſoluto ſe cũ armis p̃cipitauit in tyberĩ & licet læſus in coxa: tñ eius flu-
Chlœlia. enta ſupauit: vñ eſt illud ab eo dictũ cũ ei in cõmitijs coxæ vitiũ obijceret̃ p ſingulos gradus admoneor
triũphi mei. In tantã aũt obſidionis neceſſitatẽ ppl's venerat: vt etiã obſides daret. ex qbus Chlœlia in-
uenta occaſiõe trãſnatauit fluuiũ: & romã reuerſa eſt. Reddita eſt rurſus pacis lege eã porſena repetente: q
admiratus v̄tutẽ puellæ dedit ei optionẽ: vt cũ qbus vellet rediret: illa elegit cæteras v̄gines: vñ Porſena
hoc quoq; miratus cõceſſit: & rogauit p lr̃as Po.ro. vt ei aliqd virile decerneret̃: cui data eſt ſtatua eq̃ſtris
quã in ſaca via hodieq; cõſpicim⁹. Eiectũ: at qui facile poterat ſuſcipi & occidi: ſed iõ nõ eſt ſuſceptus: qa
occidi nõ poterat religiõe ĩpediente Rex em̃ etiã ſacrorũ fuerat vñ poſtea alij facti ſũt cõſules alij reges ſa
crorũ. Porſenna: vnũ n addidit metri cã: vñ penultĩæ datus accẽtus eſt: nã Porſena dictus ẽ Mar. hanc ſpe
ctare manu Porſena nõ potuit. Aeneadæ. ſatis lõge petit epithetũ. Illũ coclitẽ. & mõ. Cocles ĩ hoc hoĩe: de
quo dicit propriũ eſt nomẽ: ĩ alijs appellatiuũ: nã luſcos coclites dixerũt antiq. Vñ & cyclopas Coclitas
legimus dictos q; vnũ oculũ habuiſſe p̃hibent̃. Vinclis ĩna. chlœ. ru. At q obſides nõ ligant̃: ſed vincla ꝓ
cuſtodibus accipiamus: aut certe ruptis vinclis pontis.i.iam ponte reſoluto.

In ſummo cuſtos tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo & capitolia celſa tenebat:
Romuleoq; recens horrebat regia culmo
Atq; hic auratis volitans argenteus anſer
Porticibus

ASCEn. ¶ In ſummo cuſtos. Eandem rem proſequit̃.
Ordo. vnde ordo eſt Manlius ſcilicet vir ille roma-
nus cuſtos arcis tarpeie id eſt capitolij a tarpe-
ia virgine poſtea denoĩati: ſtabat in ſummo
ſcilicet clypei: pro templo.i.ꝓ defenſione tẽ-
pli iouis capitolini: & tenebat.i. defendebat:
capitolia celſa .i.ſublimia: & arcẽ romanã &
regia recẽs.i. paucis annis antea cõſtructa.ſ.
calabria domus horrebat.i.horrida & aſpera
erat:

Portibus gallos in limine adeſſe canebat:
Galli per dumos aderant arcemq; tenebant
Defenſi tenebris: & dono noctis opacæ:
Aurea cæſaries illis: atq; aurea veſtis.
Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla
Auro innectūtur: duo quiſq; alpina coruſcant
Geſſa manu: ſcutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes ſalios: nudoſq; lupercos:
Lanigeroſq; apices: & lapſa ancilia cœlo
Extuderat: caſte ducebant ſacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam ſedes alta oſtia ditis:
Et ſcelerum pœnas: & te catilina minaci
Pendentē ſcopulo: furiarūq; ora trementem:
Secretoſq; pios: his dantem iura catonem.

erat: cultu romuleo.i.ſicut romul⁹ coluerat &
culmis coopuerat. Atq; anſer argenteus.i. al-
bus aut reuera in clypeo argenteus vt albedi
nē referret: volitās.i.volitāti & alas clāgenti
ſimilis.hic.i.in capitolio: canebat gallos.ſ.ſe
nones adeſſe. porticibus auratis.i.auro coop-
tis In limine.i.in ingreſſu. Nam ſup. galli ad-
erant per dumos & tenebāt arcem.i.capitoliū
& id quaſi nōdum em̄ oino tenebant: defenſi
tenebris & dono.i.indulgentia & oportunita
te. noctis opace.i.valde tenebroſe. Ceſaries.i.
coma vento cedēs: aurea.i.aurei coloris vt ful
ua: erat ſup. illis. atq; veſtis.i.barba erat illis
aurea. & lucēt ſagulis ideſt illis indumētis mi
litaribus virgatis.i.ītercíſis purpura aut pur
puratis: tū.i.inſup colla lactea.i.cādidiſſima:
inectunt auro.i.indumēto aureo quiſq;.i.ſin
guli: coruſcant.i.quatiunt manu ſcilicet ſua:
duo geſſa ſeu geſa.i.haſtilia: alpina.i.ex alpi-
bus decerpta: protecti corpora.i.habentes cor
pora protecta. longis ſcutis: quia & ipi longi
erant. Et vulcanus extuderat.i.ſtudioſe fece-
rat (Ab extūdo .nā excudo & excudi ſeu ex-
cuſi mediā ꝓducunt vt in ſexto. Excudēt alij
ſpirantia molli⁹ era) ſalios.i.ſacerdotes mar-
tis a Numa īſtitutos exultātes.ſ.cū ancilib⁹:
& lupcos.ſ.ſacerdotes panos lycei nudos.i.q
nudi diſcurrebāt. & apices.ſ.infularū: lanige-
ros.i.lanā gerentes. vñ & flamines quaſi fila-
mines dicti ſunt & ancilia.i.ſcuta breuia cir-
cunciſa. lapſa celo ſaltē vnū tpe Nume mr̃es
ſ.matrone romane. caſte ducebant.i. deduce-
bant ſacra.ſ.romana: p vrbem.ſ.romanā ī pi
lentis.i.vehiculis ſic dictis. mollib⁹.i. penſili
bus & molliter īcedentibus. Et ſup. vulcanus
addit ꝓcul hinc.i.longe ab horū ſculptura etiā
ſedes tartareas.i.infernales.ſ.alta.i. profunda
oſtia ditis.i plutonis & penas ſcelerū.i.ſcele-
ratorū romanoꝝ. & te o catilina. (cuius ſallu-
ſtius deſcribit bellū & quē cicero vicerat. in
cuius gratiā hec dicta putāt) pēdentē ſcopu-
lo minaci.i.minātı tibi aſſidue p̄cipitiū qd' ī-
fertur iuſte. p ambitionē rēpu. occupātib⁹. vt
catilina conabat̄. & tremētē ora furiarū.ſ.īfer
naliū. & pios.ſ.manes Romanoꝝ piorū dum
viuerēt: & catonē.ſ.maiorē q cēſori⁹ dict⁹ eſt:
dantē his.ſ.pijs iura.i.iuſta moderamia vite
ſicut in vita fecerat qa Que grā currū Armo
rūq; fuit viuis. q̄ cura nitētis Paſcere eq̄s eadē
ſequitur tellure repoſtos: hoc eſt eadem exer-
cent apud inferos. q̄ exercuerāt apud ſuperos
vt dictum eſt in ſexto. Ad hoc autem ſuppli-
cia noxiorum inducit vt viuos a ſceleribus
deterrcat. vtq; nō ſolum pijs p̄mia. ſed & ipijs
tormēta apud inferos parara ſignificet.

Summo cuſtos tarpe. ma. ar.ī ſūma clypei pte & bona SER.
ratione vtit̄ in pictura apta vnicuiq; rei loca diſtribuēs.
Ideo em̄ ī ſumma clypei pte dicit factū eſſe capitoliū: qa
hoc arcē vrbis eſſe manifeſtū eſt. Hiſtoria talis eſt. Brēno
duce ſenones galli venerūt ad vrbē: & circa alliā fluuiū
occurrentē ſibi deleuerūt exercitū omnē po. ro. Alia q̈q;
die cū vellēt ingredi ciuitatē prio cūctati ſūt timētes inſi
dias: qa & patētes portas & nullū in muris videbāt. Po- Senones
ſtea paulati ingreſſi & cūcta vaſtarūt octo integris mēſi- galli.
bus: adeo vt ea q̄ incēdere nō poterāt militari manu di-
ruerēt ſolo remanēte capitolio: ad qd' cū vtēſilib⁹ reliqui
confugerāt ciues q tn̄ a gallis obſidebant̄ etiā id penetra
re cupiētibus: quos alij p dumeta & ſaxa aſpa: alij p cūicu
los dicūt conatos eſſe aſcēdere. tūc mālius cuſtos capitolij
gallos detruſit: ex arce clāgore anſeris excitatus: quē pri-
uat⁹ quidā Iunoni dederat dono: nāq; ſecūdū Ply. Nullū
animal ita odorē hoīs ſentit. Pro tē. ꝓ defenſiōe tēpli: nā Anſer
ante tēplū nō ꝓcedit: cū obſeſſus intra templū eſſet: ſic in odoratu
nono Ipſi intus dextra ac leua ꝓ turrib⁹ aſtāt Terē. Nam præſtat.
niſi hec ita eſſent ꝓ illo haud ſtares phedria. Tenebat: de
fendebat & eſt militare ṽbū. vt etiā Sallu. dicit vnde cō
tra victos loco motos dicimus. Cice. loco illo motus eſt.
Horrebat re. cul. Curiā calabriā dicit quā Romul⁹ texue-
rat culmis ad quam calabat̄.i.vocabat̄ ſenatus: vocabat̄
& pplus a rege ſacrificolo. vt qm̄ adhuc faſti nō eſſent lu
dorū & ſacrificioꝝ p̄noſcerēt dies. Atq; hic ī capitolio: &
ſatis prudēter argēteū anſerē dixit. nā quaſi epithetō ē co
loris & ſignificauit rē verā: Nā ī capitolio ī honorē illius
anſeris: q gallorū nūciarat aduētū poſit⁹ fuerat anſer argē
teus. Auratis porticib⁹: hoc ad tēpus rettulit florētis ro-
manæ reipu. Nam illo loco vbi dixit Horrebat regia culmo: ideo addidit romuleo: vt incipientis & pau
peris adhuc imperij tpa deſignaret. Canebat: quaſi p̄diuinabat nam canere & dicere & diuinare ſignificat
Arcemq; tenebant: deeſt pene: nam prope tenuerūt. Defenſi te. & do. no. opa. multi iterationem volunt:
alij dicunt tenebris propter cuniculos. Dono noctis ſomno Manlij: nam ſomnus noctis eſt donum. Aurea
veſtis: Hoc eſt barba. vnde contra inueſtes dicimus imberbes: vnde eſt. Tum mihi prima genas veſtibat
flore iuuentus. Virgatis lucent ſagulis: quæ habebant in virgarum modum deductas vias & bene alluſit Sagulæ
ad gallicam linguā. per quam virge purpura dicitur. Virgatis ergo ac ſi diceret purpuratis. Geſſa: haſtas
viriles: nam etiam viros fortes galli geſſos vocant. Scutis longis: per hæc corporū oſtendit magnitudo
vt ſupra ſtabant tercentū nitidi in p̄ſæpibus altis per quod equorū magnitudinē expreſſit. Hic. i. in eodē
ſcuto. & congrue ſacerdotes ſtatim poſt templa cōmemorat. Salios. qui ſunt in tutela Iouis Martis Qui- Luperci.
rini dicti ſalij ideo q circa aras ſaliant & tripudient. Nudoſq; lupercos cum in honorem panos luperca-
liorum ſolēnitas celebraretur: pecora Romanorum ſubito a latronibus rapta ſunt: illi proiectis veſtibus
perſecuti ſunt latrones. quibus oppreſſis & receptis animalibus propter rem a nudis proſpere geſtam p
manſit conſuetudo vt nudi lupercalia celebrarent. Lanigeroſq; api. Flamines in capite habebant pi-
leum: in quo erat breuis virga deſuper habens lanæ aliquid. quod cum per æſtus ferre non poſſent filo
tantum capita religare cœperunt. nam nudis penitus eos capitibus incendere nefas fuerat. Vnde a filo

quo vtebant̄:flamīes dicti ſunt q̄ſi filamines. Veꝝ feſtis dieb⁹ filo depoſito pilea neceſſe erat accip̄e quæ ſcd'm alios ad oſtēdendā ſacerdotiȷ eminentiā ſunt repta:ſicut columnæ mortuis nobilib⁹ ſupponunt ad oñdendum eoꝝ culmē. Aliȷ dicunt nō ꝓpter eminētiā dignitatis hoc fcm̄:ſed qa cū ſacrificaret apud laurolauiniū: & eis exta frequēter aues de vicinis veniētes lucis arriperēt eminētia virgaꝝ eas terrere voluerunt. Exinde ēt cōſuetudo ꝑmanſit:vt apud laurolauiniū ingentes haberent̄ virgæ nō breues:vt in vrbe. Lapſa ancilia cœ. regnāte Numa pōpilio ſcutum breue & rotundū cœlo lapſum eſt: & cum aruſpices ſiñ diſſent illic fore vrbis īperium vbi illud fuiſſet. diligentia Numæ:ne qñ ab hoſtibus poſſet auferri adhibito Mamurio fabro multa ſimilia facta ſunt:& in tēplo Martis locata. Quod aūt dicit ancilia plurali numero vtit̄ pro ſingulari:nam vnum lapſum eſt. Ancile aūt dicitur aut quaſi vndiq; circūciſum:aut quaſi
Ancille αμφιχειλον. i. vndiq; labrū hñs. Extuderat:ſtudioſe fecerat. Ducebāt:deducebāt hęc. n. fuerat cōſuetudo. Pilentis matres in molli. Pilenta ſunt vehicula:ſicut nunc baſternas videmus:erant autem tunc veneti coloris:non vt nunc ruſſati quibus niſi caſtæ vtebantur. Mollibus autem penſilibus. vt contra plumas penſiles dicimus:& molles ſignificamus. Hinc procul bene longe a templis inferos facit. Scelerum pœ. ꝓ ſceleratoꝝ:& bene ait ſcelerum pœnas. In crimina enim perſonæ incidunt. non ipſarum ſunt proprie crimina:vnde & ſceleribus ſunt ſtatuta ſupplicia quæ in ſe incidentes homines obnoxios faciūt. Et catilina minaci pendentem ſcopulo:hoc quaſi in Ciceronis gratiam dictum videtur. His dantem iura ca. vt ſupradiximus cenſorium ſignificat non vticenſem:qui cōtra Cæſarē bella ſuſcepit:& ſupgreſſus eſt hoc loco Homeri diſpoſitionem. Siquidem ille Minoem & Rhadamātum & Aeacum de impiȷs iudicare dicit:hic Romanum ducem innocentibus dare iura cōmemorat.

Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea:ſed fluctu ſpumabant cærula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebāt caudis:æſtumq; ſecabant.
In medio claſſes æratas:actia bella
Cernere erat:totūq; inſtructo marte videres
Feruere leucaten:auroq; effulgere fluctus.
Hinc auguſtus agens italos in prælia Cæſar
Cū patrib⁹:ppl'oq;:penatib⁹:& magnis diȷs
Stans celſa ī puppi:geminas cui tēpora flāmas
Læta vomunt:patriūq; aperitur vertice ſydus.
Parte alia ventis & diȷs Agrippa ſecundis
Arduus agmē agens: cui belli inſigne ſuperbū
Tempora nauali fulgent roſtrata corona.
Hinc ope barbarica:variȷſq; Antonius armis
Victor ab auroræ populis:& littore rubro.
Aegyptum vireſq; orientis:& vltima ſecum
Bactra vehit:ſequiturq; (nefas) ægyptia cōiūx
Vna omnes ruere:ac totū ſpumare reductis
Conuulſum remis roſtris ſtridentibus æquor
Alta petunt:pelago credas innare reuulſas
Cycladas:aut mōtes cōcurrere mōtibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.
Stupea flamma manu:teliſq; volatile ferrum
Spargitur:arua noua neptūnia cæde rubeſcūt.

ASCEn. ¶Hec iter &c. Peruenit tādē ad id qđ primū ꝑtendit. ad auguſti. ſ. egregia fcā deſcribēda: &potiſſimum ad pugnā actiacā deſcribēdā q̄ illi & glīe & vtilitati plurime fuit. Nam ī ea M. Antoniū triūuiꝝ: quē vnū habebat tum collegā nā lepid⁹ multo añ interierat:ſupauit cū cleopatra egypti regina: quo deleto ſolus reꝝ potit⁹ eſt. Ordo aūt eſt. Imago aurea. i. ex auro ſculpta:maris. ſ. actiaci tumidi. i. inflati: ibat. i. ire videbat̄ iter hec. ſ. ſūma & ifima:nā capitolium in ſūmo & regna ditis nimirum ī imo erāt:vñ & triū fratrum eorūdēq; ſūmoꝝ deoꝝ regna deſcripſit:iouis ī capitolio:Plutonis in tartaro:& nunc neptūni ī mari:ſed cerula. i. aq̄ marine aut ipa maria ſpumabant fluctu cano. i. ſubalbo:& delphines. ſ. piſces clari Ordo. i. fulgentes argēto. i. ex ſplēdore argēti vnde erāt. vel tebāt aut verrebāt caudis. ſ. ſuis:eq̄ra. i. maria circū. i. ī circuitu:ī orbē. i. in gyrū & circuitū rotundū:& ſecabāt. i. diuidebant:eſtū. i. fretū ſeu feruorē aq̄rū. Erat. i. cōtingebat aut dabat̄ cernere in medio. ſ. maris:claſſes eratas i. bellicas ere munitas:appoſitorie bella actia i. qb⁹ bella actiaca poſtmodū geſta ſunt. & tu videres. i. videre poſſes:accipiēdo ſcd'am pſonā ꝓ qualibet. i. q̄libet vidēs clypeū videret: leucaten. i. montē illū ī ꝓmontorio epyri: feruere. ſ. fulgorib⁹ armatoꝝ:aut leucaten. i. mare vicinū feruere claſſib⁹ eratis aq̄s ſulcātib⁹: & ꝓ. i. fluct⁹. ſ. iuxta leucatē:effulgere auro. i. ſplēdore auri. Vtrūq; ꝑ tertiā cōiugationē deduxit a feruo &effulgo. ceſar auguſt⁹erat ſup. hinc. i. ex vna parte:agens. i. ipellēs italos ī ꝓlia & ſtās ī celſa puppi tanq̄ princeps exercit⁹ & claſſis:cū pr̄ib⁹. i. ſenatorib⁹:cū ppl'o. ſ. Romano:& cū magnis diȷs. i. cū fauore magnoꝝ deoꝝ quos p̄ſentes ſculpſerat vulcan⁹ tāq̄ auguſti partes tutātes:cui. ſ. auguſto tpa leta. qđ boni exit⁹ ſignū eſt vomūt geminas flāmas ſ. oculoꝝ vt iterp̄tat̄ Seruius. aut geminas qa ab vtriſq; tēporib⁹ diffuſas:& ſidus patriū. i. p̄ris ei⁹ adoptiui. ſ. Iuliȷ Ceſaris de q̄ dictū eſt. Ecce dionei proceſſit ceſaris aſtrū. apit̄. i. apte vr̄ vertice. i. ī ſūmitate galee. Agrippa. ſ. affinis & amic⁹ Auguſti:ardu⁹. i. ſublimis:erat ſup. agēs agmen. ſ. italoꝝ ſup. ī parte alia. i. a latere & ī alio quodāmō cornu:agēs inquā & vētis & diȷs ſcd'is. ſ. in fauore & poteſtate qa primū Auguſtus obtinuerat fauorē & auxiliū:cui. ſ. agrippe:tpa fulgent roſtrata. i. q̄ſi roſtris nauiū ornata. ſ. corona nauali:q̄ fiebat ex roſtris nauiū victaꝝ & dabat̄ victori appoſitorie inſigne. i. q̄ erāt iſigne. i. ornamētū:ſupbū. i. glo

SER. ¶Hæc inter. bñ inter inferos &ſuperos mare factū dicit. quod vt ſupradiximus:nos ab antipodibus diuidit: qui inferi ſunt noſtri cōparatione. Imago aurea:nō eſt cōtrarium ꝙ & cæruleā & aureā & argenteam maris dixit eſſe imaginem:quā ſcimus ꝓ ventorum qualitate mutari & colores reddere:qđ expſſius in ſcuto fuiſſe ſignificat Cærula. i. maria. Fluctu cano. omnis enim ſpuma alba eſt q̄ fluctib⁹ naſcitur. In orbem:in circuitum. Aeſtumq; ſecat naturalem enim rem oſtēdit:nam ſemper mare turbatur cum delphini apparuerūt. Cernere erat:græca figura eſt.

rioſum & magnificū belli.ſ.naualis.Antoni⁹ ſ.marc⁹ triūuir:vehit hinc.i.ex aduerſa parte: ope barbarica.i.a barbaris cōtracta: & armis varijs.i.varioꝝ pploꝝ:exiſtens victor vehit dicit ſecum ab pplis aurore.ſ.parthis & ab littore rubro.i mari erythreo qđ eſt īter egyptū & idiā:&.i.ſil:egyptū.i.pplm & potētiā egypti:&vires oriētis.i.ppli orietalis:&bactra.i. bactrianos pplos:vltima.i.vltimos in īperio antoniano orientē ꝟſus:& cōiunx egyptia.ſ. Cleopatra ſequit.ſ.exercitum nephas.i.ꝗ res nefanda eſt & deteſtāda Romano viro. vnde p exclamationē dicit nephas.Omnes ruere.i. ruebant:aut ruere videbant vna.i.pariter:ac totum equor ſpumare ſup.cepit autviſum eſt aut ſpumabat:cōuulſū.i.ſulcatū:remis reductis.i.retroſū ductisvt forti⁹ īpingāt:&roſtris ſ.nauiū ſtridētib⁹.i.cū ſtridore aqs ſulcātib⁹: ceu ſecātib⁹ & ſup.oēs petūt alta.i.profunda maria:vbi.ſ.ſupficies aque alta eſt vt in medio mari:nā aqua ſpherica eſt vt cetera elemēta.tu credas.i.credere poſſis ſi videas: cycladas.i.inſulas illas:reuulſas.ſ.a cōtinētib⁹: aut a fundo ſuo:inare pelago.i.nare p pelag⁹. aut altos mōtes cōcurrere altis montibus tanta.i. tā magna mole.i.tanto molimine:inſtāt viri puppibus turritis.i.propugnacula habentib⁹ Flamma ſtupea.i.radicata ī ſtuppa ſpargitur manu.ſ.in alternas naues.& ferrum volatile ideſt quod ad volatum affixum eſt:ſpargitur telis ideſt cū ipſis telis:& arua neptūna.i.maria madeſcūt.i.tinguntur:cede noua ideſt effuſione ſanguinis magna & inſolita.

Leucaten:in promontorio epyri eſt mons leucate. Hinc auguſtus agens italos.Cum de ſtatu reip.eſſet longa contentio inter Auguſtum & Antonium & lepidum.placuit vt totum orientem teneret Antonius: Auguſtus gallias & hiſpanias cum italia:Lepidus africā ſardiniam ſiciliā. Ad cauſam maioris fidei Antoni⁹ ſororē Auguſti duxit vxorem.Profecti itaqꝫ ſunt ad prouincias ſuas: ſed Antonius in ægypto captus eſt amore Cleopatræ nō vſque quaqꝫ adeo vt ea demiſſa cōtra parthos ꝓficiſceret:qbus victis dū Cleopatræ cupiditate feſtinat exercitum oēm frigore in armenia perdidit.Ipſe tamen aīalium cadaueribus paſt⁹ cū paucis ad ægyptū eſt reuerſus.Vbi ei cœpit ſuadere Cleopatra vt ſe ſortiret vxorē derelicta ſorore Aug.quo facto Auguſtus vehemēter accenſus contra eū cœpit bella moliri.Antonius re cōperta collectis oriētis viribus prior cum vxore Cleopatra venit ad bellū. Conflictum eſt nauali certamine circa actium epyri ꝓmontorium:vbi victi ſunt Antoni⁹ & Cleopatra:&in fugā coacti:poſtea occiſo Antonio illa ſibi ſerpētē adhibuit:ſed qa belli ciuilis triūph⁹ turpis videt laborat poeta:vt ꝓbet iuſtum bellum fuiſſe dicens:auguſtum eſſe cum patribus populoqꝫ penatibus & magnis dijs contra cum Antonio Auxilia ꝑegrina & mōſtruoſa ægypti numina: & reuera ī exercitu Antonij oēs barbari fuerūt:qđ & Vergi.dicit ægyptum vireſqꝫ orientis:atqꝫvltima ſecum Bactra vehi.Vnde etiam de hoc bello egit triumphum:nec enim ciuile putatum eſt:quod tantum mō Romano duce geſtum eſt:qui & ipſe barbaræ ſeruiebat vxori: adeo vt prætoria ei caſtra cōcederet quorum quæ potiebatur īperio ipſa vocabat exercitum:vnde eſt illo loco de Cleopatra patrio vocat agmina ſiſtro:nam Antonius conſulare ſibi tm̄ detinuit īperiū:ī ꝗ ſola ē poteſtas iubēdi.Ille n. ducit exercitū q habet ī poteſtate caſtra ꝑtoria.Penatibus & magnis dijs:alij volūt vnū eē alij ſeparāt vt magnos deos accipias iouem mineruā mercurium:quos æneas de ſamothracia ſuſtulit.Tempora flā.læ.vo. naturaliter enim Auguſtus igneos oculos habuiſſe dicitur:adeo vt quidā Romanus interrogatus ab eo cur verteret faciem reſponderit:quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum:ſicut ait Sueto. Aperit ver.ſi.Sidus in vertice:hoc eſt ſuper galeā:nam ex quo tempore per diem ſtella viſa eſt:dum ſacrificaret Veneri genitrici:& ludi funebres Cæſari exhiberentur:cuius ſidus putatum eſt Auguſto perſuadente in honorem patris Auguſti ſtellam galea cœpit habere depictā.Parte:a.non eſt cōtra:ſed in alia parte.Ventis & dijs agrippa ſecundis.Secundis dixit Auguſti cōparatione:nā hoc dicit Auguſtus nimio vētorum & numinum vtebatur fauore.Agrippa ſecundis hoc eſt ille habuit primum fauorem:iſte ſecundum.Naualí roſtra co.Sextus Pompeius Pompeij filius in ſicilia piraticā exercuit.cōtra quē primo cum Agrippa dimicauit Auguſtus.poſtea agrippe cura data eſt qui eum deleuit ob quod ei auguſtus roſtratā dedit coronam:quia vicerat nauali certamine.Hinc:a parte contraria.Victor ab au.p.quia vicerat parthos vt diximus:Littore ru.Erythræo mari quod eſt inter ægyptum & indiā.Vltima ſe.ba.ve.Vltima nō quātum ad fines ſpectatorbis terraꝝ:ſed vltima imperio Antoniano Conſtat.n.bactrianos poſt ſe habere gentes innumeras:Nefas:exclamatio eſt non in eo tm̄ ꝙ ægyptiā romanus duxerat:ſed ēt ꝙ mulier caſtra ſequebat.quod ingenti turpitudine:apud maiores fuit.Vnde bellatur⁹ Pōpeius in leſbo reliquit vxorē:Ruere: ruebant.i.cum impetu veniebant.Cōcurrere montibus altos:Alij altis legunt:vnum tn̄ eſt.Turritis puppi.inſtant:hoc de hiſtoria traxit:nā agrippa primus hoc genus turrium inuenit:vt de tabulis ſubito erigerent:ſimul ac ventū eſſet in prœlium turres hoſtibus īprouiſæ.Arua noua neptunia cæ.noua cæde magna nimia:nō dicit reuera noua:cum alia fuerint bella ciuilia:Et cædes aliæ in ipſis.

Antoni⁹. Cleopatra. Sextus Pompei⁹.

ASCEn. Ordo. ¶Regina in &c.Oñdit qūo deſcripta eſt reliqua pars pugne actiace ī clypeo a vulcano fabrefacto dicēs.Regina.ſ.cleopatra egyptioꝝ regina.exiſtens in medijs.ſ.bellantium.vocat ſiſtro patrio.i.tympano aut ſymbalo illo egyptio:quo iſis via dicit agmina.ſ.ſuoꝝ:necdū i.& nō adhuc:& non reſpicit adhuc geminos angues at ergo.i.ꝗ eā perſequebantur a tergo quibus.ſ.mors illi pretendebatur:hoc eſt nōdum videbat mortē ſibi iminētē.Nā gemini angues mortem ꝑtendere putant.aut angues vocat cornua exercit⁹ auguſti: Mōſtra deū.i. deorū:omnigenum ꝓomnigenoꝝ.i.oīs generis.Nā & bruta colebant vt canes feles cocodrylos:& herbas vt cepe & porū:vñ Iuuena.Quis neſcit voluſi bithynice/ꝗlia demēs Aegyptus portēta colat:& anubis latrator.i. q colit in ſpecie canis mōſtra ergo deorū oīgenoꝝ.i.deoꝝ egyptioꝝ.tenent tela contra neptūnum

Regina in medijs patrio vocat agmina ſiſtro.
Necdum ēt geminos a tergo reſpicit angues.
Omnigenūqꝫ deū monſtra & latrator anubis
Cōtra Neptūnū & Venerē contraqꝫ Mineruam
Tela tenent:ſæuit medio in certamine mauors
Cælatus ferro:triſteſqꝫ ex æthere diræ:
Et ſciſſa gaudens vadit diſcordia palla:
Quā conſanguineo ſequitur bellona flagello:
Actius Hæc cernens arcum intēdebat Apollo
Deſuper:omnis eo terrore ægyptus & indi:
Omnis arabs:omnes vertebant terga ſabæi.

Ipſa videbatur

Ipſa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare: & laxos iam iamq; ĩmittere funes.
Illam inter cædes pallentē morte futura
Fecerat ignipotens: vndis & iapige ferri.
Contra aũt magno mœrentē corpore nilum
Pandentemq; ſinus: & tota veſte vocantem
Cæruleũ ĩ gremiũ: latebroſaq; flumina victos.

SER. Iſis.

℄ Patrio vocat agmina ſiſtro. Cleopatra ſibi tm̄ aſſũpſerat vt ſe Iſim vellet videri. Iſis aũt ē geniꝰ ægypti q per ſiſtri motũ qđ gerit ĩ dextra nili acceſſus ſignificat ꝑ ſitulã quã ſiniſtra retinet oñdit fluentiã oĩm lacunaꝝ. Iſis ãt lingua ægyptioꝝ eſt terra quã Iſim volũt eē. A tergo re. an. hoc eſt nōdũ videbat mortē futurã. Deũ mōſt. iō mōſtra dixit: qa ſub Auguſto necdũ Romani ægyptia ſacra ſuſceperãt. Et latrator anu. qa capite canino pingiṫ: hunc volũt eē Mercuriũ. iō qa nihil ē cane ſagaciꝰ. Cōtra Neptũnũ: Home. ſequiṫ: q deos dicit cōtra ſe ꝓ diuerſis ꝑtibus hēre certamen. Cælatꝰ ferro aut ĩ armis locatꝰ: aut de ferro ſculptꝰ. ſ. & metallo ſibi cōgruo. Diræ: diræ ꝓprie ſunt vltrices deæ: & bn̄ has itereſſe dicit prœlio ad puniēdũ Antoniũ: q matrimōiale lęſerat fœdꝰ. Diſcordia pal. iō diſcordia: qa vniꝰ ciuitatis erant: Et bn̄ dirã diſcordia ſequiṫ: quã bellona comitaṫ: nã ꝑ diſcordiã veniṫ ad bellũ. Hora. Ira truces inimicitias ac funebre bellũ. Actiꝰ hęc cernēs: quē poſtea actiũ noĩauit Auguſtus. Vertebãt ter. ſa. oēs iſti ppl̄i oriētis ſunt Iã iãq;. ſ. auiditate fugiēdi. Inter cędes: iter ſuoꝝ cadauera. Morte futura: omine mortis futuræ. Iapige ferri: vēto q de apulia flãs ad oriētē ducit: Hora. Obtruſis aliȷs ꝑter iapiga. Magno corpo. ſeptemfluo. Vocantē cæ. in gre. hoc de hiſtoria: nã legiṫ Cleopatrã ꝑſagio mortis futurę oblitã eē receſſus ęgypti petere: ĩ qbꝰ poterat facile bella reparare: de q̃ re ſe moriens diciṫ ĩcrepaſſe. Latebroſaq; flumĩa. qa nili origo neſcitur: licet Ply. dicat haud lōge ab æthiopia maurorũ poſt maiorē atlantē eſſe ex quo erũpit qđ vr̄ eſſe veriſimile ex belluarum ſimilitudine.

At cæſar triplici inuectus romana triumpho
Mœnia dȷs italis votum immortale ſacrabat:
Maxima tercentum totam delubra per vrbem
Lætitia: ludiſq; viæ: plauſuq; fremebant.
Omnibus in templis matrũ chorꝰ oĩbus aris.
Ante aras terram cæſi ſtrauere iuuenci.
Ipſe ſedens niueo candentis limine phœbi
Dona recognoſcit populorum: aptatq; ſuꝑbis
Poſtibus: incedunt victæ longo ordine gentes:
Quã variæ linguis: habitu tam veſtis & armis.
Hic numadũ genꝰ: & diſcīctos mľciber aphros.
Hinc lelegas: caraſq;: ſagittiferoſq; gelonos
Finxerat: euphrates ibat iã mollior vndis.
Extremiq; hoĩm Morini: rhenuſq; bicornis:
Indomitiq; Daci: & pontē ĩdignatꝰ Araxes.
Talia per clypeum vulcani dona parentis
Miratur: rerumq; ignarus imagine gaudet:
Attollens humero famamq;: & fata nepotũ.

℄ Triplici

ptũnum & venerē & cōtra mineruã q. ſ. Auguſto fauebãt. mauors. i. Mars deus belli ſeuit in medio certamĩe: aut qa cōis ē deꝰ: aut qa belli deꝰ vtroſq; aĩabat: exiſtēs celatꝰ. i. iſculptꝰ ferro ꝙ metallũ marti cōgruit eo ꝙ ferreꝰ & durꝰ eſt: celatus aũt erat ĩ clypeo ſicut erat Auguſti tꝑe ĩ bello ꝑ imaginationē. ſ. & fictionē poeticam & dire. i. dee vltrices: demiſſe. ſ. ex ethere ſup. vadũt ad vlciſcēdũ antoniũ q mr̄imoniale leſerat fedꝰ & diſcordia. ſ. martis filia aut potius mr̄ vadit. i. ĩgrediṫ: gaudēs. i. leta: palla. i. chlamyde ſua ſciſſa. i. diuiſa ꝑ factionē: qa ciuis ĩ cōciuē pugnabat: vn̄ ĩ Buco. En q̃ diſcordia ciues Perduxit miſeros. Quã. ſ. diſcordiã bellona. i. dea belli. i. bellũ ipm̄ ſeqṫ flagello i. cũ flagello cōſãguineo. i. cōnato. Bonꝰ & naturalis ē ordo: nã martis planeta diras. i. ſeuas iras cōcitat vn̄ naſcũṫ diſcordie q̃s bellona. i. bellũ ſeqṫ: vn̄ Hora. ĩ epl̄is. Ira truces inimicitias & funebre bellũ. Apollo actiꝰ. i. ſic poſtea dictꝰ ꝙ Auguſto ĩ actiaco bello adiutoriũ attulit aut ille votũ fecerat cernēs hec. i. hãc cōmotionē & aleã belli: ita ꝙ mars eēt mediꝰ. i. anceps eēt victoria: ipſe itēdebat arcũ. ſ. ſuum quē iratꝰ tenet ſicut placidꝰ plectrũ: deſup. i. ex alto: Oĩs egyptꝰ & ĩdi ſup. oēs: oĩs arabs & oēs ſabei: q ppl̄i orietales ſũt ꝟtebãt terga eo terrore. i. ꝓpter eũ terrorē. ipſa regina. ſ. Cleopatra videbaṫ. ſ. i ſculptura aut celatura: dare vela vētis vocatis. i. optatis aut ĩuocatis ad celerē fugã: & ĩmittere. ſ. velis iã iãq;. i. magis & magis: funes laxos vt. ſ. plꝰ venti ſuſcipiãt & fortiꝰ ĩpellanṫ. Ignipotēs. ſ. vulcanꝰ fecerat illã pallentē inter cedes. i. cadauera ſuoꝝ: morte futura. i. omine mortis future: qa tunc primũ timere cepat & ſup. ferri. i. auehi vndis. ſ. defluis: & iapige. i. vēto illo illi a tergo flãte. Aũt ꝓ ſed fecerat ſup. cōtra. i. e cōtrario: nilũ. ſ. fluuiũ egypti merētē. i. dolētē magno. i. ſeptēfluo corpe. ſ. fluctꝰ ſui. & pandētē ſinus. ſ ſuos i. vltia receptacula ad q̃ doluit cleopatra non cōfugiſſe ad reparãdum exercitum. & vocãtē tota veſte. i. exterioribꝰ ĩdiciȷs ſuis: victos. ſ. egyptios & reliq̊s antonȷ ſocios: in gremium ceruleũ. i. receptacula maris & ĩ flumina latebroſa. i. occulta aut de quoꝝ origine dubitaṫ.

℄ At Ceſar tri. &c. cōmemorat ꝑcipuos Ceſaris Auguſti triũphos dicēs. At Ceſar. ſ. Auguſtus ĩuectꝰ menia romana: ſup. cũ triũpho triplici. ſ. de Antonio: de dalmatis & de alexãdrinis ſacrabat. ſ. i ſculpturis clypei: dȷs italis votũ ĩmortale. i. qđ ꝑpetuo tꝑe ꝑmãſurũ eſt ĩ reꝑſoluta ꝑ votũ. ſ. ter cētũ maxima delubra. i. tēpla ꝑ totã vrbē aut potiꝰ ꝑ totum orbē. vie i. cōpita & triuia: fremebãt. ſ. partã victoriã letitia & ludis & plauſu chorꝰ matrũ. i. matronaꝝ ſupplicũ ſup. erat ĩ oĩbꝰ tēplis: & oĩbꝰ aris i. ad oēs aras & iuuenci ceſi. i. mactati ad ſacrificiũ: ſtrauere. i. equerunt corpore ſuo terrã añ aras. Aut ceſi ante aras ſtrauerũt terrã corpore ſuo. Ipſe. ſ. Auguſtus: ſedēs ſup. in limine niueo. i. de cãdido marmore facto: phebi. i. apollinis: cãdentis. i. reſplēdentis: recognoſcit. i. cēſet & vt dicunt reuiſitat: dona ppl̄oꝝ. i. q̃ ppl̄s in tēpla noua cōferebat & aptat. i. adiungit & affigit ea: poſtibꝰ. i. totis ſuꝑbis. i. magnifice extructis Gētes victe. ſ. ab Auguſto ĩcedũt lōgo ordine: qa tandē monarchiã obtinuit vn̄ exȷt edictũ a Ceſare Auguſto: vt deſcribereṫ vniuerſus orbis ſecđm lucã. q̃. i. q̃tum varie ſup. ĩcedũt gentes victe linguis. i. loquelis: tã

ASCEn. Ordo.

i. in tantum

i. intactũ ſup. varie. habitu veſtis & armis. Et mulciber. i. vulcan⁹ finxerat. i. ſculpſerat hic i. i hac pte: aut hic. i. poſt hec dcã. ſ. gen⁹ numadũ. i. numadarꝝ pplorꝝ aphrice & aphros. ſ. reliqs: diſcinctos. i. minime accīctos & iparatos ad bellũ: & finxerat hinc lelegas. i. pplos illos nõ theſſalie ſed aſie & caras. i eoſdē pplos qui peculiari noīe barbari vocant: vt autoritate Beroaldina ſtatim cõprobabim⁹: & gelonos pplos ſcythie: ſagittiferos. i. ſagittas qb⁹ plurimũ valēt in bella ferētes. Euphrates fluui⁹ ille armenie: ibat iã mollior. i. lentior vndis. ſ. ſuis qſi demiſſis aīs qa ſe victum ſentiebat. ſi aũt hec ſculpſit vulcanus bñ dici meruit non

Morini enarrabile textũ. & mor'ni. i. ppli gallie belgice q teruani vulgo dicunt ad britanos quos i bucolicis: dicit penit⁹ toto diuiſos orbe vgētes: vñ dicunt hic: extremi hoīm: qa non lõge ſunt ab oceano: vltra eos tñ nunc ſunt flandri ni & cõtermini. ſup. ibãt molliores. & rhenus i. fluui⁹ ille galliã ab alemãnia diſterminans bicornis. i. duo cornua aut duos alueos habēs & Daci populi ſcythie indomiti. ſ. ab alijs aut difficulter domabiles & araxes fluuius armeniæ: indignat⁹ pontē. ſ. quē xerxes ſup cũ extruxerat. qa diſrupit eũ: ſup. ibat mollior: qa ſe quoqꝫ domãdũ ſentiebat ab Auguſto Aeneas mirat talia dona parentis. i. matris ſue p clypeũ vulcani: Seruius dicit parentis honoris eſſe quaſi ſit ordo: mirat p clypeũ vulcani parētis. i. patris loco honorandi: talia dona: & ipſe ignarus rerꝝ. i. neſciēs quas res ſignificarēt: nõdum. n. erãt: gaudet imagine. i. ſculpturis & celaturis. ſ. rerꝝ qa pulchre viſe ſunt: gau

SER. ¶ Triplici trium. Tres. n. Auguſt⁹ habuit triumphos: nã primo die triumphauit exercit⁹ q Antonium vicerat. Secundo q dalmatas vicerat. Tertio ipſe cum alexandrino eſt ingreſſus triumpho. Ludiſqꝫ viæ plauſuqꝫ freme. hoc eſt p cõpita ludi celebrati ſunt. Cãdentis limi. phœ. in tēplo de ſolido marmore effecto: qd allatum fuerat de portu lunæ q eſt in liguria. Dona. reco. popu. aurꝝ coronariũ dicit qd hodieqꝫ a victis gētib⁹ dat. Imponebãt aũt hoc impatores ꝑpter cõceſſam vitã: iõ ergo dixit dona. nam ſi hoc nõ eſſet ſpolia diceret. Hic numadum genus: at qui Antonius oriētis habuit populos: ſed itelligas has gētes africæ opas ſuas locaſſe: & ſimul cum Antonio ab Auguſto eſſe ſupatas. Diſcinctos vel habitũ eorũ oſtendit qui vſqꝫ in talos fluebat qd Plau. i penulo ridet dicens. Q ue

Diſcīct⁹. eſt illa anus cum aphrum vidiſſet veſtē demiſſam trahētem: aut diſcinctos dixit inhabiles militiæ. Oēs. n. q militant cincti ſunt: aut certe inefficaces: vt cõtra præcinctos ſtrēnuos dicimus: Hora. Altius ac nos pcinctis vnũ: vñ & grece ευζωνος appellat nõ qui bonã zonã habet: ſed q eſt ſtrenu⁹. Mulciber: vulcanus ab eo qꝫ ē ignis totum pmulcet. Lelegas: theſſalos: Luca. de theſſalia. Mox lelegũ dextra preſſum deſcēdit aratrum. ¶ Caraſqꝫ: Cares inſulani ppli fuerunt piraticã exercētes famoſi dicti a Minoe vt Tucydides & Salu. dicunt. Gelonos: populos ſcythię. Euphrates iam mol. vn. ibat. Sentiens ſe quaſi eſſe ſuperatũ. Hora. Minorem voluere vertice. m. Morini: populi galliæ in finibus q Britanniam ſpectant. Rhenus fluuius galliæ bicornis autem qa per duos fluit alueos: p vnum qua Romanum iperium eſt: p alterum iterfluit barbaros: Indomitiqꝫ daci populi ſcythiæ. Araxes: fluui⁹ armeniæ quē pontibus nixus eſt Xerſes conſcendere. Parentis: nũc honoris. Rerum: ſcilicet futurarũ. quæ nondum fuerant. Famãqꝫ: gloriam. Nepotum: poſterorum.

Vide ne i Ser. ſen: ē tiã adducaris.

det inqt attollēs. i. erigēs humero famã. i gloriã: & fata nepotũ. i. res futuras haud dubie nepotib⁹. i. poſteris ſuis. Verba Beroaldi i Seruiũ ſũt hec. Sepe admonuim⁹ multa dephēdi i cõmētarijs Seruij. q ad geogra

Beroald⁹ phiã ptinēt. nõ ſatis exacte nec adamuſſim pēſitata. q virgula cēſoria notari mereant: qle eſt hoc. Nã ca

Cares. res nõ ſunt iſulani: vt ipſe autumat: ſed i cõtinēti: & ppli ſunt Aſiatici iuxta Meoniã lyciã atqꝫ ioniã colocati: vt Plyni⁹: Strabo: & Mela tradiderũt. Carie toti iperauit olim mauſolus: vt author ē Vitruui⁹ i ſecũdo: i caria fuit Halicarnaſſus & mauſoleũ illud celebratiſſimũ: qd iter ſeptē orbis ſpectacula meruit annumerari. Nec leleges ſũt i theſſalia: vt icurioſe refert cõmētator. Sed leleges & cares ijdē ſunt ppli: vt me

Leleges minit Strabo i ſeptimo nõnulli geographi tradũt eos eē finitimos: atqꝫ i mltis carie locis ſepulchra lelegũ: & monumēta lelegia nũcupata oñdunt & olim ioniã aſiaticã cares & leleges icoluerũt. Cares peculiariter barbari ſũt cognominati. Ceterꝝ vt ego arbitror: vr exiſtimaſſe Serui⁹ lelegas eē theſſalos: qm verſu Lucani quē ipſe allegat: oñdit lelegas agrum theſſalicũ quõdã tenuiſſe. At q Lucanus iõ vr hoc tradidiſſe qm leleges fuerunt ppli errabũdi: & diuerſis i locis habitarunt. Nã vt ſcribit Ariſtoteles i politicis Acarnanũ Etolorũ Leucadiorꝝ leleges: hec oĩa loca icoluerũt: & olim ēt theſſaliam tenuerũt ſed nõ ipſi theſſali fuerũt. Ouidi⁹ caras & lelegas ita carmie cõiunxit ſicut & Vergi. qm videlicet ſunt iter ſe cõtermni. vſus Oui. ex li. ix. Metamorphoſeon hic eſt. Caras & armiferos lelegas lyciãqꝫ pererrat. Scribit Ply. in. v. Mile

Thermodoon. tum ionie caput lelegeida fuiſſe noīatam: Idē Serui⁹ exiſtimat Thermodoonta fluuiũ eſſe thracie: cum ſit capadocie: q regio eſt aſiatica: vt Plyni⁹: Strabo: atqꝫ Iuſtin⁹ meminerunt: iuxta quē olim Amazones cõſederunt quarꝫ regina vt author eſt Diodorus in oſtijs Thermodoontis vrbē cõdidit themiſcyrã nuncupatã ide pugnas amazonum Thermodoontiacas appellat Papinius in primo ſyluarꝫ: & Propertius i tertio ſic ait: Q ualis amazonidũ nudatis bellica mammis Thermodoonteis turba lauatur aquis.

ASCEn. NOn⁹ habet pugnas: nec adeſt dux ipſe tumultu. In octauo libro intermiſſa narratiõe de turno actũ eſt de enea & de ei⁹ ad euãdrũ ꝑfectiõe & illinc reditu: In hoc ãt nono redit ad turnũ oñditurqꝫ qd abſente enea in caſtris iuli actũ ſit. Nã ſignificatũ eſt i primo eneã ieciſſe fundamenta noue troie caſtrorũ i morē. Vt vo totũ argumētũ ſub oculos referam⁹ vſiculorũ id expli

Ordo. cãtiũ Ordo ē. Non⁹ ſup. lib. enei. hēt pugnas ſ. turni oppugnantis troianos: nec ipſe dux. ſ. eneas adeſt tumltu. p tumltui aut i tumltu aut tumltuãte exercitu. & hoc ē monoſticõ ſeorſũ legēdũ. Reliquũ argumētũ ē. Atqꝫ dũ ea q dcã ſũt gerũt. ſ. ab enea pte pcit⁹ diuerſa. ſ. a turno & aſcãio: turn⁹ feſtiat ſe i hoſtē. ſ. exercitũ troianũ mõitu iũonis q ad hoc iri demiſit & hoc rutul. ſ. pplis turni iaculãtib⁹ ignē i naues teu crorꝫ: ipſe

Deſcriptio Noni libri.

Non⁹ habet pugnas: nec adeſt dux ipſe tumultu.

Modeſtini iuriſconſulti. Argu. in. ix.

ATqꝫ ea diuerſa penitus dum parte geruntur:
Iunonis monitu turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum in naues rutulis iaculantib⁹ ignē:
Nympharũ in ſpeciē diuino numine verſæ.
Euryali & Niſi cœptis fuit exitus impar.

Pugnatur

Pugnatur: caſtra æneadæ vallumq; tuentur.
Audacem rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit via vi: turnus Bician & pandaron altum
Deijcit: & totis victor dat funera caſtris.
Iamq; fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

crorꝝ: ipē ſup. naues v̄ſe ſūt i ſpēm nympharꝝ: numie diuio. ſ. mr̄is deū q̄ hoc illis ꝓcurauerat qa i phrygio mōte ida creuerāt arbores vñ facte erāt. Exit⁹. i. finis euryali & Niſi fuit diſpar ceptis. i. in ceptis & principio: qa ī principio victores ī fine victi erāt. Pugnat̄. ſ. a turno & troianis: eneade tuent̄. i. defendūt caſtra & vallū. i. munitionē caſtrorū & tētoriorū: Iulus pulcher dat leto. i. morti: rutulū. ſ. quēdā noīe numanum cognomēto remulū audacē qa Is primā ante aciem digna atq; īdigna relatu Vociferās: tumiduſq; nouo p̄cordia regno Ibat & īgentē ſeſe clamore ferebat. Via. i. irruptio in caſtra fit vi. i. īpetu turni: turn⁹ deijcit. i. ꝓſternit bitian & pādaron altū. i. ſublimem virū vtrūq; troianū & ipſe victor dat funera totis caſtris. i. ꝑ tota caſtra. Et ipſe turnus fatigatus. ſ. a cede & ſtrage quam fecerat: recipit ſe in caſtra ſuorꝝ. ſ. caſtra troianorum obſidentium.



ASCEn. A Tq; ea diuerſa penitus dum parte gerūt. In pricipio igitur noni libri redit poeta ad narrationē geſtorū turni interea dum eneas in ethruria manū colligeret: dicitq; admonitum ab iride miſſa a iunone ad deturbanda immo expugnanda ſi poſſet caſtra troianorū iterea dum eneas abeſſet: que res ſummopere vergit in gloriam Aenee. Nā ſicut Homerus in gloriā achillis docet eo bellante grecos victores & ceſſāte victos fuiſſe: vt cōſtaret quāta eſſet ei⁹ vni⁹ virtus: ita maro in gloriā enee trahit qđ nō niſi eo abſente eſſet turno expugnandi caſtroꝝ ſpes atq; fiducia ēt iunone id exhortāte. ꝑ quā quidā ambitionē intelligūt ꝗ fere ad regna aliena iuadenda mortales inſtigat. Pediſſequa aūt Iunonis dr̄ Iris: quia ī iferiore regiōe aeris quā iuno rep̄ſentat tm̄ cōſpicit̄: vn̄ varietas colorū in iride & pauone quaſi a iunone ꝓduci videt̄ cū ſine illumina to aere nō cōſpiciantur. Sed Donatum audiamus cuius verba ſunt.

DONA. Diuerſa: a troianoꝝ caſtris remota. ſic in. v. Quo diuerſus abis. i. a me remot⁹. Sedebat: in ocyo erat & nō tractibus neceſſarijs vocabat: vt multi volunt. vult em̄ poeta illi⁹ iertia laudes enee ꝑ cōparationē extollere. & vt eneam laudat a loco & frigore fluminis ſic hūc vituperat ꝙ in loco ameno ocyaret̄: cū eneas ꝑ laborē ſubijſſet nemora: & lōginꝗs partes petijſſet: Miſit ergo irim iuno: vt torpētē excitaret. Audacē: incōſultū & temerariū. Iris ꝟo hinc hortat̄ illinc obiurgat. Turne: noīe excitat & ꝓponit occaſionē vtilē nō omittendā. Aeneas: magnū pōdus in noīe Nunc tps. e. Monet qd faciēdum: ne ille in cōſultando ꝑdat tps. Hec ille.

Ordo. Ordo aūt eſt. Atq; dum ea. ſ. q̄ i octauo narrata ſunt gerunt̄. ſ. ab enea & Euādro ſup. in parte penit⁹ diuerſa. i. remota a troianoꝝ caſtris: Iuno ſaturnia. i. ſaturni filia & inimica enee: miſit Irim. i. deam arcus celeſtis pediſſequā ſuam de celo: ad rutulū audacē. i. temerariū & cōfidentem nimis nec reb⁹ ſuis ꝓſpicientē ob temeritatē. Turn⁹ ſedebat. ſ. ociosus forte tū. i. tūc forte. i. qa fortuitū erat ꝙ tunc: in valle pilūni parentis. i. ꝓgenitoris vnde poſtea Cui pilūnus au⁹ &c. Nam daunus erat pater eius: ſacrata. ſ. illi: qa ꝓ deo habitus eſt: & ita illi lucum cōſecrauerant: Ad quem. ſ. turnū illic ſedentē Taumantias. i. iris thaumātis filia locuta eſt ſic ore roſeo. i. ſubrubro & venuſto. Turne en dies voluenda. i. volubilis. i. tēpeſtas ipa attulit vltro i. nō reqrente te: id qđ nemo. i. nullus diuū auderet ꝓmittere. qa cōtra fatum videnī ꝑ oblatā occaſionē troiani italia poſſe depelli & penit⁹ deleri: qđ nullus diuū auderet ꝓmittere.

Petit. Aeneas petit ꝓ petijt ſeu petiuit. (Nā Politianus vt ī octauo vidim⁹ docet ꝟſum nō ſtare ſi legat̄ petiuit verāq; lectionē eē petit ꝑ ſyncopā aut coalitionē duarū vocalium ī vnam ſyllabā longā vn̄ ſpōdaic⁹ eſt ꝟſus: laborē & molimē enee depingens) ſceptra & ſedē euādri palatini. i. palatiū & palanteū oppidū tenentis & hoc vrbe. ſ. noua in morē caſtrorum extructa: & ſocijs & claſſe relicta. zeugma ab īferiore. Nec ſatis ſup. ē euādrū petiſſe: penetrauit ſup. iſup extremas vrbes corythi. ſ. mōtis thuſcie aut ꝗs corythus rex olim tenuerat & armat agreſtes collectos appoſitorie manū i. exercitū lydorū. i. tyrrhenorū qui ex lydia oriūdi ſūt. Quid dubitas. ſ. iuadere caſtra aut qd quaſi dubitans immoraris: tps eſt nūc poſcere. i.

P. Ver. Maronis Aeneidos Liber Nonus.

A Tq; ea diuerſa penitus dū
parte geruntur:
Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno
Audacem ad turnum: luco tum forte parentis
Pilumni: Turnus ſacrata valle ſedebat:
Ad quem ſic roſeo thaumantias ore locuta eſt.
Turne quod optanti diuū promittere nemo (Iris.)
Auderet: voluenda dies en attulit vltro.
Aeneas vrbe & ſocijs & claſſe relicta
Sceptra palatini: ſedemq; petit Euandri.
Nec ſatis extremas corythi penetrauit ad vrbes
Lydorumq; manum collectos armat agreſtes.
Quid dubitas? nunc tempus equos: nunc poſcere currus.
Rumpe moras oēs: turbataq; arripe caſtra.

SER. A Tq; ea diuerſa penitus. In hoc libro mutatio eſt rerū omnium: nam & pſonæ & loca alia ſunt & aliud negocium incipitur: ab æneа enim tranſit ad turnum: a Tuſcia ad Ardeā: a petitione auxiliorum ad bellum. quem tranſitum quidā culpāt neſcientes Verg. prudenter iunxiſſe ſuperioribus negocijs ſequētia ꝑ illam particulam. Atq; ea diuerſa penitus dū parte gerunt̄. ſ. dum offeruntur arma dum dantur auxilia. Sane formatus eſt iſte liber ad illud Home. vbi dicit ꝑ noctem egreſſos eē Diomedē & Vlyſſem cū capto dolone caſtra penetrarunt: nā partem maximā & œconomiæ & negociorum exinde habet. Diuerſa peni. valde diuerſa. i. longius remota: vn̄ paulopoſt dicit: Nec ſatis extremas corythi penetrauit ad vrbes: Lydorumq; manum: Irim: iris

Iris. quaſi ερισ dicta eſt. nunꝗ em̄ ad cōciliationē mittit: ſicut Mercurius: ſed ad diſturbationem. Et eſt miniſtra nō tm̄ dearum ſed deorum & Verg. hoc probat dicens Aeream cœlo nam iupiter irim: Demiſit germanæ haud mollia iuſſa ferentem. Audacem turnum fortem ſine fœlicitate: ſicut de pallante diximus. Parentis pilūni: Pilumnus &

Pitūnus. Pitūnus fratres fuerunt dij. Horum pitumnus ſtercorandorum inuenit vſum agrorum: vnde & ſterquilinus dictus eſt: Pilūnus vero pilendi frumēti: Vn̄ a piſtorib⁹ colitur & ab ipſo pilum dictū eſt. Sacrata. v. ideo ſacrata: qa vt diximus nūꝗ eſt lucus ſine religiōe Sedebat: vt aſper

Sedeo. dicit erat: quæ clauſula antiqua eſt: & de remota ſecundū Plau. ſedere eſt conſilium capere: q inducit ſeruum dicētem. Sine iuxta aram ſedcam & dabo meliora cōſilia: ſed ſecundum augures ſedere eſt auguriū captare: nāq; poſt deſignatas cœli partes a ſedentibus captantur auguria: quod & ipſe ſupra oſtendit latenter inducens picum ſolū ſedentem: vt Paruaq; ſedebat ſuccinctus trabea: quod eſt augurum: cum alios ſtantes induxerit. ergo ſedebat aut erat: aut cōſilia capiebat: aut augurabatur. Thaumantias ore locuta eſt: Secundum poeticam. i. Thaumantis filia. Cæterum: ex admiratione hoc nomen accepit quæ admiratio de eius coloribus naſcitur. Diuum promit. ne. Ne-

Nemo. mo pro nullus poſuit & eſt acyrologia: nā diuum nemo non poſſumus dicere cum proprie nemo ſit nec homo Auderet: docet per tranſitum multa interdum temporis ratione prouenire. quæ numina præſtare non poſſunt quod etiam

quod etiã paulopoſt in matris deũ petitione iuppiter ꝓbat dicens. Cui tanta deo pmiſſa poteſtas? Voluenda dipo volubilis. Nec ſatis: quia occurrebat ab Euandro eũ facile poſſe remeare Coryti: montis thuſciæ qui vt dixi nomen accepit a Coryto rege cũ cuius vxore concubuit iuppiter: vnde natꝰ eſt dardanus. Armat agreſtes: Ne ei formidinem iniiciat agreſtes eſſe commemorat. Turbata arripe caſtra aut arripe & turba aut turbata iuade: propter abſentiam æneæ.

Corythꝰ.

Poeta. Dixit: & in cœlum paribus ſe ſuſtulit alis.
Ingentemq; fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis: dupliceſq; ad ſydera palmas
Suſtulit: ac tali fugientem eſt voce ſecutus.
Turnus. Iri decus cœli: quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente
Tempeſtas? video medium diſcindere cœlum:
Pallanteſq; polo ſtellas: ſequar omina tanta
Quiſqs in arma vocas: ſtũ ſic effatus: ad vndã
Poeta. Proceſſit: ſũmoq; hauſit de gurgite lymphas
Multa deos orans: onerauitq; æthera votis.
Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis
Diues equum: diues pictai veſtis & auri:
Meſapus primas acies: poſtrema coercent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnꝰ
Vertitur arma tenens: & toto vertice ſupra eſt:
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum ganges: aut pingui flumine nilus
Cum refluit campis: & iam ſe condidit alueo.

SER. ¶ Secuit ſub nubibꝰ arcum: hoc eſt dixit. vt ille viã ſeceat ad naues. & reuera arcus ipſe varijs coloribus ſectus eſt. Bene autem ſub nubibꝰ quia ſine nubis beneficio arcus non videtur. Agnouit iu. Iri tm̃ agnouit: nõ & a quo miſſa eẽt vtrũ a ioue an a iunone: hinc eſt qđ dicit. Quis te mihi nubibus actã. Repente itẽ aliud auguriũ: nã cum iris ſine nubibus nõ poſſet videri: poſt eiꝰ abſceſſũ ſtatim eſt ſecuta ſerenitas. Clara aũt bñ addidit ꝗa tẽpeſtas των μεσων Diſcindere cœlum: Chaſma dicit factũ. i. ſubitam aeris diruptionẽ & quẽdam receſſum: ꝑ qđ vult videri ĩ chaſma irim ſe recepiſſe. Mediũ aũt bene dixit: nam eſt & ſummũ vñ eſt Sic vertice cœli cõſtitit. Nubes autem in medio ſunt vbi fiunt oĩa ſigna q̃ dicit. i. iris chaſma ſerenitas: nã ſi in ſummo fieret nullus videre potuiſſet. Humani enim oculi altiorẽ nimiũ ſplendorem ferre nõ pñt: ſane chaſma eſt (Ita em̃ Ply. vocat) diruptio: & ꝗdã cœli receſſus. Pallantes po. ſtellas bene pallantes quaſi ĩ alienũ tp̃s erro: euenĩẽtes. Omia tanta. ſ. cœleſtia. Quiſqs in ar. vo. vel iuno vel iupiter. Onerauitq; æthe. vo. iterũ atq; iterũ eſt vota pollicitus: Locus aũt iſte dictꝰ eſt ſcđm augurũ morẽ: apud quos fuerat conſuetudo vt ſi poſt acceptũ auguriũ ad aquã veniſſent: inclinati haurirẽt exinde manibꝰ: & fuſis pcibꝰ vota ꝓmitterẽt: vt viſum pſeuearet auguriũ: qđ aquæ interceſſu dirumpiť: vñ ẽt in. xij. auguriũ qđ aquę ĩterceſſu dirũpiť nõ ꝓcedit nã ſortiť exitum infirmũ ꝗa cygnus dimiſſus ab aquila ĩ fluuiũ cecidit: vt prædãq; ex vnguibꝰ ales Proiecit fluuio: hinc videtur etiã Turnus minime potuiſſe liberari. Iamq; omnis campis exercitus ibat aptis: intelligamꝰ hũc exercitũ primũ in campos confuſe ruiſſe. poſt digeſtũ in ordines: vt ſit

ſcere. i. poſcendi equos & currus: rũpe moras: omnis: vnde dicit Lucanus. Tolle moras nocuit ſemper differre paratis: q; ꝓ & arripe caſtra turbata. i. q̃ facile turbare potes: aut turbata ꝓpter abſentiam & diuturnam morã enee. Non ſit ſynaliphe turbataq; arripe: eſt tamen verior lectio q̃ & turbata arripe &c.

¶ Dixit & in celum &c. Recitat conſequẽter quo turnus ab iride excitatus expeditionẽ in troianos aſſumpſit: vñ dicit Donatus ſic. Dixit: nã obiurgata eſt terruit inſtruxit hortata eſt. Decus celi: Quanta eſt laus ornare celũ & meritũ & pulchritudo. Per cõparationẽ oſtẽdit magno ſilentio iuſſe Turnũ vt iprouiſus opprimeret incautos: tamẽ ingẽs puluis illos manifeſtauit. Hec ille. Ordo eſt. Iris ſup. dixit i. finiuit orationem ſuam qua partes oratoris depleuerat: obiurgãdo terrendo inſtruendo & hortando. & ſuſtulit. i. ſurſum tulit ſe in celũ alis paribus. i. pleno volatu: & ſecuit ſub nubibus ingentẽ arcum: fuga. i. ſimul cum fugeret iuuenis. ſ. turnꝰ agnouit. ſ. irim fuiſſe ex arcu celeſti. & ſuſtulit. i. extulit & erexit ad ſidera palmas duplices. i. cõplicatas manus: ac ſecutꝰ eſt fugiẽtẽ. ſ. irim: tali voce. i. orõne. O iri decus. i. ornamẽtũ celi ꝓpter ſpecimẽ colorũ: quis detulit. i. demiſit te actam nubibus. i. per nubes in terras? vñ ſup. orta eſt hec tã clara tẽpeſtas: repente. i. ſubito? ꝗa iris ſine nube videri nequerat: quã ergo adueniẽs attulerat nubẽ eandem fugiens abſtulit & ſerenum reliqt celum: ego video diſcindere. i. diuidere celum medium: aut celum medium diſcindere ſup. ſe. & video ſtellas pallãtes. i. oberrãtes & diuagantes: polo. i. ꝑ polum: ego ſequar tãta omina. i. ꝓdigia tua qſquis vocas. i. qcunq; es qui vocas in arma: ꝗa ſciuit irim nõ niſi nũciã & interpretẽ eſſe. Tũ. i. deinde ipe effatus. i. locutus effata. i. auguralia verba auguriũ acceptũ ſignificantia ꝓceſſit ad vndã. ſ. fluentẽ: & hauſit de ſummo gurgite. i. puriſſimas & defecatiſſimas lymphas. i. aquas orans deos multa i. multũ aut multas res & onerauit ethera votis. ſ. pollicendo ſi victoriam conſequať. Et iã i. poſt vota & preces turni & poſtq̃ ſuos admonuerat: oĩs exercitus. ſ. turni in ſeptimo deſcriptus: ibat iã aptis cãpis: exiſtẽs diues equum i. equoꝝ & diues veſtis pictai. i. picte & auri Meſſapus. ſ. equũ domitor neptũni filius ſup. coercet primas acies. & iuuenes tyrrhide. i. tyrrhei magiſtri pecoꝝ filij: coercent extrema ſup. agmĩa. aut extremas partes exercitꝰ. Turnus dux. ſ. totius exercitus ꝟtitur. i. circũuoluitur ſup. in medio agmine: tenens arma. ſ. hoſtilia: & eſt. i. iminet ſupra. ſ. reliquos toto vertice. Ceu. i. queadmodum: ganges: fluuius ille indie ex caucaſo oriens: ſurgens altus ſeptem amnibus ſedatis. i. cõpreſſis refluit ꝑ tacitũ. i. tacite poſtq̃ ſedati ſunt amnes: aut ceu nilꝰ cũ refluit flumine pingui. i. ꝑ inundationẽ arua vicina pinguia faciẽtia & cõdidit ſe iam alueo ſ. ſuo ſup. in medio fluctuũ ꝓfluit impetuoſo ſed ordinato agmine aquarum. Vult ergo cõparatio turnũ ſic in medio numeroſi exercitꝰ ſui proceſſiſſe vt nullus diuagaretur ſed intra ordinem ſuum ſe quiſq; teneret. vt fluctus gãgis dum ſeptẽ amnes quos recipit ſedati ſunt: ita vt non cogatur effluere: & nilus dum ſe intra alueos ſuos recepit: tunc enim ordinato quaſi agmine vterq; fluit: ſed tamẽ adhuc impetuoſus fertur.

ASCEn. DCNA. Ordo.

ſtratio. Qui. ſ. mēdici & exules. Noſtra: qua ſi meliorū & fortiorū. Bello: cū ſciant in ſili cā ſe victos. Nō hic. a. inuenietis fortiores his q tñ vos vicerūt. Durū: fortē. A ſtirpe: non arte ſed natura. Flectere lud⁹ equos: nō em̄ inertib⁹ ludis intēti ſūt. Tarda. Quę faciat hoies tardos Hęc ille. Ordo. Ordo aūt eſt. O phryges bis capti: nō i. nōne pudet vos teneri iterū. i. denuo: aut rurſū obſidiōe & vallo: q. d. id merito fieri debere ꝙuis nō fiat: & nōne pudet ꝑtendere. i. obijcere morti. i. bello lętifero muros aut ꝑtēdere morti muros. i. habere ſolūmodo. a morte diſcrimen murorū quaſi ſi muros nō haberēt oēs extincti eſſent. En irridētis vox: q. i. q̄les. q. d. muliebris animi q ſe itra muros claudāt poſcūt ſibi bello i. virtute bellica: noſtra. i. nobis pacta et debita cōnubia. Bñ dicit nr̄a: qa cōis vr̄ iniuria: ſi em̄ regi ipugne auferat̄ cōiunx aut ſpōſa: vero ſil'e eſt nullū deinceps habiturū ꝓpriā: qd' dicit Statius in achilleide ſic. Quid maneat ppl'os vbi tāta iniuria primos. Degraſſata duces: Quis deus. q. d. nō bon⁹ vobis: vñ addit q̄ demētia adegit. i. adire coegit vos: q̄ſi ſtolidū pecus: italiā. Nō hic ſup. ſunt atridę. i. lēti illi bellatores. ſed tñ veſtri victores nec vlyxes fictor. i. cōpoſitor & exornator fandi. i. loquēdi: q gręce logodedalus dicit̄. hoc eſt nō cōfidimus in calliditate ſermonū: ſed in virtute noſtra. Nos em̄ durū gen⁹ a ſtirpe. i. ab origine & longa ꝓpagatione deferimus natos primū. i. vt primū liberi nati ſunt ad flumīa: vt. ſ. illic indureſcāt: & duram⁹ i. induram⁹ ſęuo gelu & vndis. i. vndis gelidis aut gelu. i. frigore vndarū aut gelu ē̄t in aere: & vndis. i. frigore aquaꝝ. Pueri. i. quū adhuc ſunt pueri: ipi iuigilāt venatu. i. venatui d'tūs antiqu⁹: aut vigilāt. i. vigilātes & ſtrēnui ſunt i venatu: & fatigāt ſyluas. i. feras ſyluaꝝ. & plus eſt ꝙ ſi dicat fatigant̄ ſyluis flectere equos ē̄ ſup. eis lud⁹: aut vt Dona accipit: lud⁹. i. exercitatio eoꝝ dū ludūt eſt flectere equos & tēdere ſpicula. i. ſagittas: cornu. i. ex arcu cornu munito ſaltē in extremis angulis. At iuuēt⁹. i. ea multitudo q̄ ad iuuentā ꝑuenit: patiēs operū. i. ſciēs pati opa & labores: & aſſueta ꝑuo. i. frugalitati & parſimonie intēta: aut domat terrā raſtris: aut quatit. i. cōcutit vt eruat oppida bello: oē euū terit̄ ferro aut em̄ venabulis aut marris aut ſarculis: aut bellicis armis incūbunt qn etiā dum agriculture inſudant armati ſunt. Nā nos fatigamus terga iuuencū. i. iuuencorū: hoc eſt boū aratoriorū: haſta ferrata. i. ferro munita vt parati ſim⁹ cōtra inſult⁹ hoſtiū ē̄t in agris: nec ſenectus tarda. i. tardificās corp⁹: debilitat vires animi. mutatq;. i. & nō mutat vigorē. ſ. animi (Refert̄ em̄ negatio ꝑcedēs ad vtrūq; verbū ſequēs) Nos ꝑmimus caniciē. i. canos capillos. ſ. galea i. etiā caneſcētes induimur galea: & iuuat ſemp conuectare ꝑdas recentes. i. recenter raptas: aut ex nemore aut ex iuſto bello. Nā prius dixit gētem italicā ſine legibus equā. & iuuat viuere rapto. i. ex his q̄ ab hoſte aut in ſyluis rapuimus Veſtis picta croco & murice. i. purpura fulgēti: & ſup. deſidie. i. ignauie ſunt vobis cordi. i. ad cor & placitū veſtrū: hoc eſt placēt vobis & iuuat ſup. vos indulgere. i. nimiū intēdere & animū illaxare choreis. i. tripudijs & ſaltationib⁹ & tunice ſup. veſtre. hñt manicas. i. tegmīa ad man⁹ vſq; ꝓtenſa q̄ brachia īpediūt: & mitre. i. capitū idumēta poti⁹ feminis ꝙ viris apta: habent redimicula. i. religaturas ad ornamentū ſpectātes: o vere. i. certiſſime: phrygie. i. mulieres ex phrygia: neq; ei phryges. i. viri ex phrygia: ite

Quis deus italiam: quæ vos dementia adegit:
Non hic atridæ: nec fandi fictor Vlyxes.
Durū a ſtirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus: ſæuoq; gelu duramus & vndis:
Venatu inuigilant pueri: ſyluaſq; fatigant.
Flectere ludus equos: & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum: paruoq; aſſueta iuuentus:
Aut raſtris terrā domat. aut q̄tit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur: verſaq; iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi: mutatq; vigoremq;.
Canitiem galea premimus: ſempq; recentes
Conuectare iuuat predas: & viuere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis:
Deſidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas: & habēt redimicula mitræ.
O vere phrigiæ (neq; em̄ phryges) ite per alta
Dyndima: vbi aſſuetis biforē dat tibia cantum:
Tympana vos buxuſq; vocat berecyntia mr̄is
Ideæ: ſinite arma viris & cedite ferro.

Iterum denuo: nam tertio obſidentur: & iterum non niſi de duob⁹ dicimus. SER. Bis capti phryges: ſemel ab Hercule: poſt a gręcis: Morti prætendere muros: emphaſis eſt: morti enim pro bello poſuit: ſic ſupra Læti diſcrimine paruo. Noſtra connubia aut quaſi Turni cognatus loquitur: aut inuidioſe retorquet: & vult cauſam omnium eſſe communem. Non hic atridæ exaggeratio vituperationis. Nam non tantum ſe troianis: ſed etiam eorum victoribus præfert. Fandi fictor vlyxes. aut fallax aut logodædalus ideſt qui dolum celat ſermonis ornatu. Durum a ſtirpe genus. italicę diſciplinę vita laudat̄ quā & cato in originib⁹ & varro in gēte ppl'i Romani cōmemorat. Gelu duramus & vn. vndis gelidis: & eſt endyadis: vt Hamis auroq; trilicē. nā nemo qd' plus eſt pri⁹ dicit. Si em̄ duo eſſent anteaq̄ diceret ſic gelu. Venatu ꝓ venatui vt curru ꝓ currui. Syluaſq; fatigāt. ipi fatigant̄ in ſyluis aut ꝓ feris ſyluas poſuit: in qbus ſunt ferę. Flectere ludus equos: aliorū labor noſtrę pueritię ludus eſt. At patiēs operū paruoq; aſſueta iuuētus: hoc & in Georgicis laudat. Nā magnę virtutis eſt & in nimio labore paruis eſſe contentū. Terrā domat: bñ bellico vſus eſt verbo & ne a militari lege diſcederet: nō dixit terras colimus ſed domamus Ac ſi diceret cū hoſtes deſunt terras ferro domam⁹. Iuuencū terga fatigam⁹ haſta: agriculturā ſine officio Belli nō gerim⁹. Eſt aūt κακοσυνθετον & ομοιοτελευτον. Senect⁹ debilitat vires aī: bñ animi qa non eſt auſus corpis dicere. Nec ei ꝑt fieri vt ꝙuis robuſt⁹ ſenex vires habeat prioris ętatis & ſuę cōparet adoleſcētię. Nūc ergo licet dicat fortes ē̄t ſenes eē bona tñ vſus eſt cōparatiōe: vt diceret nihil aīorū vigori derogare tpis vetuſtatē. Vobis picta croco: vitupatio Troianoꝝ: i q̄ vtitur argumētis q̄ in rhetoricis cōmemorat Cice. a gēte: ab habitu: a geſtu: ab anio. Fulgenti murice: purpura: hanc aūt vitio & dedecori apud maiores fuiſſe cōſtat. Iuue. ꝑegrina ignotaq; nobis ad ſcel⁹ atq; nephas quęcunq; eſt purpura ducit. Deſidię cordi: vobis ſunt Choreis: ſeruauit hoc loco naturam ſyllabæ penulti. quam in ſexto metri cauſa corripuit. vt Pars pedibus plaudunt choreas: & carmina dicunt. Et tunicę manicas:

nicas: tunicęq; veſtre habent manicas: quod etiã Varro vituperat dicens. Manicatis & talaribus tunicis. Nam colobijs vtebantur antiqui. Et habent redimicula mitrę: illud dicturus fuerat habetis in pileis redimicula. quod conuertit in vituperationem maiorem dicẽs religatas habetis mitras: Nam pilea virorum ſunt: mitræ fœminarum quas calaticas dicunt. Mitra autem proprie lydorum fuit vt mœonia mentum mitra quem habitum imitati ſunt troiani. O vere phrygiæ: ipſos vituperat phrygas: ſed nũc ad maiorem iniuriam phrygias non phrygas dicit. Alta dyn. montes matris deum. Biforem dat tibi cantum: Biſonum imparem: & ſeruauit eis tibiarum ſuarum naturam: tibiæ aut ſerranæ dicuntur quæ ſunt pares & equales habent cauernas aut phrygie quæ impares ſunt & inequales hñt cauernas. Ergo biforem diſſonum diſſimilem: non enim ſunt pares modulatione compoſitæ. Vt enim ait Varro tibia phrygia dextra vnum habet foramen: ſiniſtra duo: quorum vnum acutum ſonum habet: alterum grauem. Buxuſq; vocat berecynthia: a monte berecyntho. Dicitur autem hæc buxus & hoc buxum: vt Torno raſile buxum: vnde ſuperfluo qdam arborẽ generis fœminini. volunt cũ hoc loco etiã de ligno fœminini habeamus exemplum. Et cedite ferro. Aut ferrum relinquite: & eſt iteratio. aut cædite ferro ideſt cum viri non ſitis abſcindite partem virorum.

gia. ite p dyndima alta. i. mõtes illos phrygios matri deũ ſacros: vbi tibia dat vobis aſſuetis ſ. ad ſonũ tibiarũ ſaltare: cantũ biforẽ. i. binis & diſparib⁹ foraminib⁹ emiſſum cõcentũ: tympana ideſt inſtrũ muſica habẽtia pellẽ extẽſam & grece typanizatã: & bux⁹. i. fiſtula ex buxo: buxus inquit: & berecynthia ideſt quæ creſcit in berecyntho monte: matris. ſ. deum: ideq; ideſt phrygie vocat vos. ſ. ad choreas: ſinite. i. pmittite arma viris. ſ. nobis: & cedite. i. diſcedite aut date locũ ferro. i. armis ferreis q̃ tractare neſcitis aut cedite. ſ. virilia & pudẽda more galloꝝ. i. ſacerdotũ cybellis: ſed nõ pcedit qa nõ ferro ſed cultro lapideo aut teſta abſcindebãt ea: vñ dicam cedite. i. date locũ & diſcedite a ferro.

Poeta. Talia iactantem dictis: ac dira canentem
Non tulit Aſcanius: neruoq; obuerſus equino
Contendit telum: diuerſaq; brachia ducens.
Conſtitit ante Iouẽ ſupplex per vota precatus
Aſcanius. Iuppiter oĩpotens audacib⁹ annue cœptis
Ipſe tibi ad tua templa feram ſolennia dona:
Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentẽ: pariterq; caput cũ matre ferentem.
Iã cornupetat: & pedibus qui ſpargat harenã.
Poeta. Audijt & cœli genitor de parte ſerena
Intonuit læuum: ſonat vna letifer Arcus.
Effugit horrendum ſtridens elapſa ſagitta:
Perq; caput remuli venit: & caua tẽpora ferro
Aſcanius Traijcit: i verbis virtutem illude ſuperbis.
Bis capti phryges hec rutulis rñſa remittunt.

SER. Iactantem: de ſuorum gloria. Dira canen. ad iniuriam Troianorum. Ante Iouem ſupplex per vota precatus. Atqui. Apollinem debuit inuocare iaculaturus ſagittas: ſed dicimus ideo Iouem inuocatũ: quia omne initiũ ioui debetur: vt ab ioue principiũ muſę. Vnde Aſcanius nunc qd faciat non cogitat: ſed quid primũ: inde inuocat Iouẽ iuppiter. o. hoc epitheton interdum ad numinis gloriã ponitur: interdũ ad cãm dicentis. Nãq; hoc loco dicendo oĩpotens oſtendit eũ etiã his qui p ſe minus valent pręſtare poſſe virtutem. Ferã ſolennia ferã de iuuenco nõ dicimus: ſed adducam. Intelligimus ergo eum alia dona ferre pmiſiſſe. Singulis em̃ numinibus certa ſunt dona quę offerunt: vnde eſt ſtrueremq; ſuis altaria donis. i. congruis. Et ſtatuam ante aras: aptã ſe daturũ oſtendit victimã: alibi. Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad arã. Quotiens em̃ victima reluctabatur: oſtẽdebat ſe improbari Luca. Diſcuſſa fugit ab ara. Taurus. iuuencum aũt ſcd'm Romanas cerimonias dixit: Ioui em̃ de tauro nõ immolabaẽ: vt in tertio diximus: niſi cum triũphi noĩe ſue vel tauro fiebat quod rñ ideo admiſſum eſt. qa non tm̃ ioui ſed alijs dijs q bello pſunt ſacrificabatur. Aurata fronte ita enim victima ornari conſueuerat. Candentem. i. candidum. Iuue. Duc in capitolia magnum Cretatumq; bouem. Caput cũ matre: ferentẽ ęqualẽ matri nondum patri. Iuue. Quem iam pudet vbera matris. Ducere: qui vexat naſcenti robora cornu. De parte ſerena: vt non cauſe

Initia ioui ſacra.

ASCEN. Talia iactantẽ: Recitat qũo Aſcani⁹ iplorato diuĩo auxilio eoq; ĩpetrato numanũ iaculis ſuis tiãſfixit: quo fcõ docet diuin⁹ poeta iactãtiã & vaniloquentiã multis obfuiſſe: cũ tantũ virũ ephęb⁹ deiecerit. Donatus dicit ſic. Precatus. Quia primordia erãt belli recte Iouẽ pcatus eſt. Hęc ille. Ordo eſt. Aſcani⁹ nõ tulit. i. nõ ppeſſus eſt nec ferre aut tolerare potuit. numanũ ſup. iactantẽ talia. ſ. facinora ſua & ſuorũ: dictis. i. vbis laudatorijs: ac canentẽ dira. i. execrabilia i troianos. & ipe obuerſus. i. cõtrouerſus vt forti⁹ iaciat: neruo eqno. i. arcu corroborato neruo eqno: cõtendit. i. toto conatu tẽdit in hoſtẽ. telũ. i. ſagittã: & ducẽs brachia diuerſa. i. i diuerſas ptes ita vt arc⁹ lignũ & chorda multũ diſtraherent: cõſtitit añ iouẽ. i. in cõſpectu iouis quẽ ſuſpexit: pcat⁹. i. pcans ſupplex. i. ſuppliciter p vota. i. ſimul vouẽs ac dicẽs. O iuppiter oĩpotẽs. ſi oĩpotens ergo & arcipotẽs vt videlicet iuppiter poſſit ad oĩa ĩuocari: cętera numina ad ea dũtaxat qbus pꝛeſſe dicunẽ officia: vñ ſicut phœb⁹ a ioue accipit diuinãdi ptãtem iuxta illud in tertio huius. Quæ phœbo pater oĩpotẽs mihi phœb⁹ apollo Predixit &c. ita & ſagittãdi: quo circa nũc iuppiẽ ĩuocat⁹ annuiſſe dicitẽ & tñ phęb⁹ q̃ſi a ioue miſſus auxilio affuiſſe: qa ergo iuppiter ops & illi oĩa reꝝ debẽt auſpicia bñ ĩuocatẽ eũ: cũ Niſus q al's ſepe i hoſtẽ tela miſerit dianã ĩuocauerit. Venerãda eſt aũt in hac re poete nr̃i religio & pietas q in oĩbus egregijs facinoribus docet diuina numina implorãda: admonẽs & a nobis magnũ aliqd conaturis implorãda. Iuppiter igiẽ oĩpotens: annue cęptis audacib⁹ qa audacie erat i ephbo talẽ virũ appetere a quo ſi eũ nõ ſtrauiſſet graue periculũ eminuiſſet. Ipſe. i. egomet. ferã. i. offeram cum adductus fuerit iuuencus: ad ideſt apud tua templa: dona ſolennia ideſt taurum ſolennem hoc eſt ſtatuam ante aras: iuuencum candentem fronte aurata & ferentem caput: pariter. i. pformiter & eque alte cũ matre. ſ. ſua q perat iã. i. laceſſat & puocet queuis cornu: & q ſpargat harenã pedib⁹ qd' bone habitionis & valitudinis atq; aĩoſitatis indicium eſt. Poſſet verbũ ferã accipi p eo qd' eſt afferã vt ſit afferã dona ſolẽnia. i. quedã alia ſacrificia pter iuuencum: ad tua tẽpla: & ſtatuã &c. Genitor. ſ. deorũ ac hoĩm Iuppiter: audijt. i. exaudiuit. ſ. Aſcaniũ & leuũ celi intonuit de parte ſerena. ita vt a Ioue ſignificande exauditionis gratia factũ intelligat. nã in ſereno non fit naturaliter tonitruum: poſſet eſſe ordo. genitor cœli audijt & intonuit. i. tonare fecit: leuũ. i. leuam partẽ cœli vnde

DONA.

Ordo.

vñ rata fiũt auguria & ꝓdigia: qa quę cęlũ suſpicientib⁹ lęua sunt: sunt ipſis ſuperis dextera: de parte ſerena. i. vbi erat ſerenitas. Arcus ſcilicet aſcanij letifer. i. mortē allaturus Numano ſonat vna ideſt paritet. Sagitta elapſa effugit: ideſt fugienti ſimilis peruolat: ſtridens horrendum ideſt horribiliter & venit per caput Remuli ſcilicet numani & traijcit ferro. ſ. quod ei affixum erat tpa caua. i. cõcaua: aut cerebri exptia & ſup. dixit (qa ſeqtur hoc tm̃ Aſcani⁹) i ideſt vade modo & illude. i. irride virtutē: aut poti⁹ illude. i. ſimula ꝑ luſum. virtutē verbis ſupbis i. ſupbe loquẽdo cũ neqter agas. Phryges bis capti remittũt rutulis hęc rñſa ideſt ſic reſpondent temeritati eorum: fortiter. ſ. agẽdo & parũ dicendo.

ASCEN. ❡Hoc tm̃. Proſequit̃ ea q̃ facin⁹ illud egregiũ Aſcanij ſubſecuta ſunt. Q uo videlicet poſt applauſum Troianorũ affat⁹ ſit aſcaniũ Apollo: eũq; ad virtutē cohortat⁹: atq; i buten trãſfiguratus vt armis abſtineret familiari⁹ admonuerit. admonitũq; in forma dei aſcendẽs dereliqrit de qbus oĩbus hoc ſolũ habem⁹ Donati. In

DONA. buten. Nã ętate & lõga exercitatione dign⁹ erat cui⁹ cõſiliũ multi faceret. Aeneide: ab eo qđ in

Ordo. nrõ caſu eneida. Apollo mortalis. i. cõſtitutus ſub hoĩs forma. Hęc ille. Ordo eſt Aſcani⁹ ſup. dixit tm̃ hoc. ſ. qđ ꝑmiſſum eſt his. ſ. v̄bis &c. Teucri ſequunt̃ ſup. clamore. i. applauſu & fremũt letitia. i. ꝑ letitia: & tollũt. i. extollũt aĩos ad ſydera ſup tũc cũ. i. qñ Apollo crinit⁹ (qđ ꝓpter radios ſolis illi aſſignat̃) videbat forte a plaga. i. regione ęthérea. i. cœleſti deſup. i. a ſuperiore loco: acies auſonias. i. italorũ: & vrbē. ſ. Troianorũ obſeſſam ſedens nube. i. ſup nubē aut accinct⁹ nymbo: ſicut numina ſolent q̃ aſr videri vix poſſint. atq; affat̃ iulũ victorē. ſ. Numani: his. ſ. verbis o puer macte. i. magis aucte noua. i. ĩſolita v̄tute: itur ſic. i. ꝑ talia facinora ad aſtra. i. in numerũ deorũ o genite dijs. i. originē trahẽs a dijs: & geniture deos. ſ. Romulũ & iuliũ cęſarē atq; Auguſtũ ꝓ dijs hñdos: oĩa bella vẽtura fato. i. ꝑ fatalē ꝓordinationē ſub gẽte aſſaraci. i. illius principis troiani: vñ Anchiſes originē traxit: reſidẽt. i. ſedabunt̃ in te: qa ſol⁹ Aſcani⁹ ſupſtes mãſurus eſt intereũtib⁹ latino & Aenea. Serui⁹ tñ legit iure. i. merito vt ſit oĩa bella ventura fato reſidẽt. i. placabunt̃ merito ſub gẽte. i. ꝓgenie aſſaraci. Ego tñ priorē lectionē approbauero. Nec troia. ſ. hęc ꝑua capit te. i. nõ eris ea cõtent⁹ ĩmo nec lauro lauinio: quia ſcđm quoſdã albã cõdidit. & ipē Apollo affatus hęc mittit ſe ſimul ab alto ęthere: & dimouet auras ſpirãtes. i. vitales & petit aſcaniũ: forma oris. i. vultus: vertitur. i. mutat̃ tũ. i. tũc in buten. i. virũ illũ antiquũ. i. figurã & ſĩltudinē eius hic. ſ. butes fuit añ. i. olim in ante acto tpe armiger. i. vt vulgo dicũt ſcutifer. Anchiſe Dardanio. i. a Dardano orto & Troiano nobili. & fuit fid⁹ cuſtos ad limina. i. editu⁹ ſeu atricęſis: tum. i. tunc tpis aut deinde pater. ſ. Aeneas addidit. ſ. buten: Aſcanio comitē. i. cuſtodē & pedagogum & hic ſup. erat ſimilis Longæuo ſcilicet Buti: omnia: ideſt ꝑ omnia & vocem & colorē & crines albos. i. valde canos & arma ſeua. i. terribilia: ſonorib⁹. i. ſonoritatibus: quas faciebat cũ armatus incederet atq; affat̃ Iulũ i. Aſcaniũ: ardentē. ſ. deſiderio dimicandi. aut incẽſum tali laude: o ænidæ. i. fili Aeneę: ſatis ſit ſup. tibi numanũ oppetijſſe ſup. terrã. i. occubuiſſe petendo mordicus terram: impune. i. ſine vindicta: tuis telis. Donatus ſi vera eſt lectio

non cauſę naturalis ſit ſed augurij. Intonuit lęuum: proſperum: Vt enim etiam ſupra diximus: Q uę ſiniſtra nobis videntur intuentibus cœlum: illis dextra ſunt: non ꝙ ſiniſtra bona ſint: ſed ꝙ dextra cœli nobis ſiniſtra ſunt. Sonat vna letifer arcus: ſimul atq; augurium. Et fugit: melius effugit legitur. Perq; caput remuli ve. figmenta hæc vulnerum nõ ſine ratione ponunt poetæ. Nam modo hunc ideo in capite dicit eſſe percuſſum: quia eum ſupra vaniloquium & ſuperbum introduxerat: quod vitio capitis euenit Hora. attollens vacuum plus nimio gloria verticem ſic Homerus Therſitne a tergo vulneratum dicit ωσαρεφησκηπτρω Δεμεταφρεγον &c. vſq; ad precordia. quia eum ſtultum induxerat: item de Achille dicit ποΔασωκυσ αχιλλευσ. Virtutem il. illudo tibi dicimus: & inſulto tibi. Nam illudo te figuratum eſt: vt hoc loco. item inſulto te. Sallu. Multos a pueritia bonos inſultauerat. — *Vulnerũ loca.* — *Illudo. Inſulto.*

Hoc tm̃ Aſcani⁹. Teucri clamore ſequunt̃. — *Poeta*
Lætitiaq; fremunt: animoſq; ad ſydera tollunt:
Aetherea cum forte plaga crinitus Apollo
Deſuper auſonias acies: vrbemq; videbat
Nube ſedens: atq; his victorem affatur Iulum:
Macte noua virtute puer: ſic itur ad aſtra — *Apollo*
Dijs genite & geniture deos: iure omnia bella
Gente ſub aſſaraci fato ventura reſident:
Nec te troia capit [ſimul hæc effatus ab alto — *Poeta.*
Aethere ſe mittit: ſpirantes dimouet auras:
Aſcaniumq; petit: forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten. hic Dardanio anchiſæ
Armiger ante fuit: fiduſq; ad limina cuſtos:
Tũ comitē aſcanio pater addidit: ibat apollo
Omnia longæuo ſimilis: vocemq; coloremq;
Et crines albos & ſæua ſonoribus arma.
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum.
Sit ſatis æneidæ. telis impune Numanum
Oppetiſſe tuis: primã hãc tibi magnus apollo — *Apollo*
Concedit laudē: & paribus non inuidet armis.
Cætera parce puer bello [ſic orſus apollo
Mortalis medio aſpectus ſermone reliquit. — *Poeta*
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

SER. ❡Hoc tantũ Aſcanius: Et dixit & fecit. Animoſq; ad ſydera tollunt: aut ſuos aut Aſcanij ꝑ fauorē: Nube ſedens: Sicut ſolent numina: Iuno nec tu me aeria ſolã nũc ſede videres digna ĩdigna pati. Macte: magis aucte affectate gl'ię. Et eſt ſermo tractus a ſacris. Q uotiẽs eñ aut thus aut vinum ſup victimã fundebat̃: dicebant mactus eſt taurus vino vel thure. Hoc eſt cumulata eſt hoſtia & magis aucta. Noua virtute: aut magna: vt Pollio & ipſe facit noua carmina. Aut re vera noua quantũ ad bellũ. Dijs genite: propter venerē Geniture deos ꝓpter Iuliũ Cæſarē & Auguſtũ Iure merito. Gente ſub aſſarici: Sub gente Romana. Aſſaracus enim pater eſt Capyos auus Anchiſe. Fato ventura. Magna Hæc enim bella ſunt grauia: quæ fatali rõne ꝓueniunt: vt Troiana & Thebana. Nec te Troia capit: Maioris meriti es ꝙ ciuitas in quã nũc es. Lucan⁹ de Cęſare. Plus patria potuiſſe ſua. Spirantes: Vitales qbus ſpiramus & viuimus. Petit: notandũ petit ſine inſidijs dictũ. Fiduſq; ad limina

limina cuſtos:ęditus fuit:qđ vt ſupra diximus ingēti ho=
nore apud maiores fuit:illic em̄ & epulabanť & deos cole=
bant.Cenſus etiā oīs illic ſeruabať qđ,& Plautus docet in
Aſinaria:in qua inducit.Saureā ſeruū atriēſem in tota fa=
milia plurimū poſſe.Sęua ſonoribus arma:ſtrepitu terribi=
lia.Ardentē:deſiderio dimicādi.Vñ aīos ad ſydera tollūt.
melius Aſcanij intelligimus.Sic Sta.de Meocœto:& lau=
dibus implet honeſtis.Aenide:patronymicon hoc non ve
nit ab eo quod eſt hic Aeneas.nā hic æneades & o ęneade
faceret:ſed ab eo qđ eſt ęneus:vt theſeus theſides.Primā
hāc tibi ma.a.Dicēdo hāc polliceť & aliā.Concedere autē
ei ſe dixit ideo:quia ſagittarīi deus eſt & licet eū Iuppiter
iuuerit.Apollo tñ ſibi ſuū officiū vindicat:qđ dicit ſe con
ceſſiſſe:qa nō ꝓhibuit:ea em̄ quę ab alijs numinibus poſci
mus:tunc īplenť:ſi nō aduerſenť numina:quorū ꝓpria ſunt
quę poſcimus.Vñ & in quarto Iuno ait:adero & tua ſi mi
hi certa volūtas.Hoc eſt qđ in me eſt.Iungā eos reſtat vt &
tuū impleri velis officiū.Paribus nō inuidet armis pari glo
rie.Nā vt Apollo puer occiſo Phitone vltus eſt matris in=
iuriam:ſic Aſcanius occiſo Numano Troianorum caſtra

lectio dicit Aeneide a nomiatiuo æneida dedu
ci quaſi ſit datiui caſus:ego cū Seruio Dicam
Aenide vt ei diphtogōgus vertatur in.i.lōgum
a nominatiuo Aeneus.ſicut Achilleus achilli=
des interdum facit.& putē eſſe vocatiui caſus:
qa dicit telis tuis.Magnus Apollo:cōcedit tibi
hāc primā laudē & non inuidet paribus armis
i.ꝯſuis ipſe ſit arcitenēs:vñ in tertio huius:At
pius arcitenēs &c.Cętera.i.ꝑ cetera:aut ceterū
o puer parce.i.abſtine bello:Apollo orſus.i.or
dine locutus ſic:exiſtēs mortalis.i.ſimilis mor
tali & in forma mortali(ſic enim Donatus le=
git)aut relinquit aſpectus mortalis.i.mortaliū
ſermone quia conſerendo dicitur medio.i.ad
medium dumtaxat perducto:quia reſponſum
nō expectabat:quo ſine ſermo nō eſt cōpletus
& euanuit ꝓcul ex oculis.ſ.mortaliū:in auram
tenuem.i.reſoluēs corpus aerium quod aſſum=
pſerat in elementū ſuum.

iniuriaſq; defendit.Paribus ergo armis.i.ſimilibus:non peritia:ſed genere victorię.Cętera:deinceps & eſt ad=
uerbium.Orſus:modo locutus:alias cœpit:quod magis eſt ꝓprium:vt Sic venus:& veneris contra ſic filius
orſus.Medio ſermone ideo medio quia non reſpondit Aſcanius.

Agnouere



ASCEN. ¶ Agnouere deū proceres &c. Poſtq̄ Troiani Apollinē abeūtē certis idicijs agnouerāt acri⁹ bellū inſtaurarūt: duoq̄ Pandar⁹ & Bytias viri bus freti ſuis portā vnā aperuerunt & hoſtē vt ingrederet̄ ꝓuocauerūt. q̄ res illis infauſtū pe periit exitū: multiſq̄ Troianis exitio fuit: vt ſe

DONA. Ordo. quētia docebūt: vñ id ſolū eſt Donati: ꝓ turri bus. i. vice turriū. Ordo igit̄ eſt. Proceres. i. pri mores & principes Dardanidę. i. troiani agno uere deū. ſ. Apollinē: & ſenſere pharetrā. ſ. Apol linis: ſonātē fuga. i. inter fugiendū aut cū fuge ret. Ergo q̄a deū agnouerāt: ipi ꝓhibēt. ſ. a pu gna: dictis. i. monitis ac numine. i. autoritate Phœbi. (Dixerat em̄ cętera parce puer) Aſca niū auidū pugne & ipſi ſuccedūt rurſus in cer tamina: & mittunt animas in pericula aperta. Clamor it. i. diffundit per propugnacula totis muris. i. quę erant in totis muris. & ipſi inten dunt arcus acres. i. robuſtos: aut ipſi acres intē dunt arcus & torquēt amēta. i. tela amētis: hoc eſt loris q̄bus medie alligant̄ & iaciunt̄ haſte leues ſeu iacula. Omne ſolū ſternit̄. i. cooperit̄ telis. tū. i. ſimul ſcuta & galeę caue q̄bus. ſ. repul ſa erāt tela: nā aſr non ſparſa eſſent ꝑ terras ſed infixa corpibus: flictu. i. afflictu. & pugna aſpa ſurgit. i. inſtaurat̄ ſed tāta q̄tus imber veniens ab occaſu: hędis pluuialib⁹. i. oriētib⁹ hędis ſi gno pluuiali qđ in octobri orit̄: ꝟberat. ſ. ipe tu aquarū: humū. i. terrā: & q̄multa. i. cū q̄tum multa grādine nymbi. i. nubes grādinoſe: p̄ci pitāt ſup. ſe. aut p̄cipites cadūt in vada. ſ. aqua rū: tūc ſup. cū. i. q̄n Iuppiter. i. aer horridus au ſtris. i. ſtatu auſtrorū torquet. i. deorſum ipellit hyemē. i. tēpeſtatē aquoſam: & rūpit. ſ. tonitru caua nubila cęlo. i. ꝑ cęlū. Pādar⁹ & Bytias: ma ximi illi troiāi: creti. i. ꝓcreati: alcāore ibæo. i. troiano quos Hiera ſilueſtris. i. ī ſyluis ꝟſari ſo lita: eduxit. i. extulit luco Iouis. i. ioui ſacro: exi ſtētes iuuenes equos. i. equales abietib⁹ patrijs i. in patria illorū naſcētib⁹: & montib⁹ ſup. pa trijs: recludūt. i. aperiūt portā q̄ erat cōmiſſa. i. cōiūcta & obſtruſa. impio ducis. ſ. Aeneę abeū tis: apiunt dicit freti. i. adiuti armis: aut freti. i. cōfiſi armis q̄bus hoſtē ꝓpellere ſperabant: & inuitāt mœnib⁹. i. ī mœnia: hoſtē vltro. i. ſine i ſtātia eius. Ipſi aſtāt int⁹ dextra ac leua. i. vtrin q̄ ꝓ turrib⁹. i. vice turriū: armati ferro & coru ſci alta capita. i. hn̄tes capita alta coruſca cri ſtis. ſ. galearū: tales ſup. quales gemine. i. due & pares quercus cōſurgūt aerie. i. valde alte: circū flumina liquetia. i. ſic dicta in regione veneta: aut ſup. i ripis padi. aut ꝓpter. i. iuxta atheſim fluuiū illū venetie: amenū. i. placidū aſpectu. & ipſe quercus attollunt. i. erigūt capita intōſa. i. ramoſa & frondoſa cœlo: i. ad cœlū vſq̄ & erit hypbole aut cœlum verſus: & nutant. i. treme re & caſum minari videntur: vertice ſublimi. i. alto & ſup limū longe extenſo.

Agnouere deum proceres: diuinaq̄ tela
Dardanidæ: pharetrāq̄ fuga ſenſere ſonantem:
Ergo auidum pugnæ dictis ac numine phœbi
Aſcanium prohibent: ipſi in certamina rurſus
Succedūt: animaſq̄ in apta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris.
Intendunt acres arcus amentaq̄ torquent.
Sternitur omne ſolum telis: tum ſcuta: cauæq̄
Dant ſonitū galeæ flictu: pugna aſpera ſurgit
Quantus ab occaſu veniēs pluuialibus hœdis
Verberat iber humū: q̄ multa grādine nymbi
In vada p̄cipitāt: cū Iuppiter horridus auſtris
Torquet aquoſam hyemem: & cœlo caua nu
bila rumpit
¶ Pandarus & Bytias ideo Alcanore creti:
Quos iouis eduxit Luco ſilueſtris Hiera
Abietibus iuuenes patrijs: & mōtibus æquos:
Portam quæ ducis imperio cōmiſſa: recludūt:
Freti armis: vltroq̄ inuitant mœnibus hoſtē.
Ipſi intus dextra ac læua pro turribus aſtant
Armati ferro: & criſtis capita alta coruſci.
Qualee aeriæ liquetia flumina circum:
Siue padi ripis: atheſim ſeu propter amœnum
Conſurgunt geminæ quercus: intonſaq̄ cœlo
Attollunt capita: & ſublimi vertice nutant.

SER. ¶ Fuga: abſceſſu. Pharetrāq̄ fuga ſenſere ſonantē. quia di xit ſupra. Et ſęua ſonoribus arma. Dictis ꝓpter auditā ora tionē. Numine ꝓpter agnitū deū. Intendūt acres arcus ꝓ ipſi acres. Vt em̄ & ī primo diximus: arcū vnuſqſq̄ habet ꝓ virib⁹ ſuis: Amētaq̄ torquēt: ꝓ tela amētis torquēt. Nā amentū eſt lorū: quo media religat̄ & iacit̄ haſta. Flictu. ꝓ afflictu. i. ictu. nā detraxit more ſuo ꝑpoſitionē. Pluuialib⁹ hędis. ſup tauri cornua eſt ſignū cui auriga nomen eſt. Hūc tauro vna clara ſtella cōiūgit. Retinet aūt auriga ſtellas du as ī manu: q̄s hędi vocant̄: quorū & ort⁹ & occaſus tēpeſtates grauiſſimas facit. oriunt̄ autē cū Scorpione mēſe octobri. Iuppiter. aer. Hora. Manet ſub Ioue frigido venator. Mon tibus ęquos. ideo vel eius arborib⁹ exęquādos. Ducis im perio cōmiſſa aut q̄ eius cōmiſſa fuerat impio abeūtis Ae neę: aut qđ melius eſt q̄ ęneę impio fuerat cōmiſſa Pādaro & Bitię: ne cōtrariū ſit quod dixit Rectores iuuenū & rerū dedit eſſe magiſtros. Ducis impio cōmiſſa. ſcim⁹ q̄ Mneſtheo & alijs ducibus impauerat Aeneas ad ꝑetēda ꝓficiſcens auxilia ne portas apirent: vt Caſtra modo & tutos ſeruarent aggere muros: itē legimus Mneſthea & Sereſtū ductores fuiſſe & eſſe rerū magiſtros. nō Pandarū & Bytiā. Vñ apparet q̄ hūc locū male intellexit Dona. dicēs cōmiſſam portā. i. creditā Pandaro & Bytie q̄ duces nō erāt. Cornutus vero melius ſenſit dicens portā q̄ ducis impio cōmiſſa fuerat: hoc eſt clauſa: eā aperuerūt. cōmiſſura em̄ dicit̄ tabularū cōiūctio: ſicut Cice. in fundaniana meminit: Ergo meli⁹ eſt vt cōmiſſam & clauſam dicam⁹: q̄ creditā Pādaro & Bytie pro turrib⁹: aut vice turriū: aut ꝓ defenſione. Armati fer. aut bn̄ īſtructi armis: aut vt Aſp dicit: Ferrea corda ha bētes. i. dura & cruēto comitātes vt Enniū ſit ſecutus: q̄ ait ſuccincti corda macheris. Liquetia flu. iuxta Padū & atheſim Venetię flumia: etiā eſt fluuius liq̄tius: quē nūc cōmemorat ergo liq̄tia ꝓpriū eſt nomē: nō epithe ton ne incipiamus a ḡnalitate ad ſpēm reuerti qđ vitioſum eſt. vt ſi dicas circa flumina naſcunt̄ arbores: & ſic inferas circa Tyberim vel aniene: ſufficit dixiſſe circa flumina ḡnaliter: vñ apparet q̄a liquetia legendum eſt non liquētia. Intonſaq̄ cœlo attollunt capita: hoc ad ſupradictas criſtas refert. Geminę quercus: non q̄a duæ tantū naſcunt̄. Sed iſtorū ſīitudinem aſpexit. i. q̄n ſimiles eleuant̄ quercus.

Amentū.

Hœdi.

Commiſ ſura.

Liquetius

Irrumpunt

Irrumpunt additus rutuli vt videre patentes.
Cótinuo Quercẽs & pulcher Equicol⁹ armis:
Et p̄ceps animi Tinarus: & mauorti⁹ Hemõ:
Agminibus totis aut verſi terga dedere:
Aut ipſo portæ poſuere in limine vitam.
Tum magis increſcũt animis diſcordibus iræ.
Et iam collecti Troes glomerantur eodem:
Et conferre manũ: & procurrere longius audẽt:
Ductori Turno diuerſa in parte furenti:
Turbantiq; viros perfertur nuncius: hoſtem
Feruere cæde noua: & portas p̄bere patentes.
Deſerit incœptum: atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portã: fratreſq; ſuperbos.
Et primũ antiphatẽ: (is em̃ ſe primus agebat)
Thebana de matre notum Sarpedonis alti
Coniecto ſternit iaculo: volat itala cornus
Aera per tenuem: ſtomachoq; infixa ſub altũ
Pectus abit: reddit ſpecus atri vulneris vndam
Spumantẽ: & fixo ferrũ in pulmone tepeſcit.
Tum meropem: atq; erymantha manu: tum
ſternit aphidnum:
Tum Bytiam ardentẽ oculis: animiſq; fremẽtẽ.
Non iaculo (neq; em̃ iaculo vitam ille dediſſet)
Sed magnũ ſtridens contorta phalarica venit
Fulmis acta modo: quã nec duo taurea terga:
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro
Suſtinuit: colapſa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitũ: & clypeũ ſup intonat ingẽs.
Qualis in euboico baiarũ littore quondam
Saxea pila cadit, magis quã mollibus ante
Conſtructã iaciũt ponto: ſic illa ruinam
Prona trahit: penituſq; vadis illiſa recumbit.
Miſcent ſe maria: & nigræ attolluntur harenæ.
Tũ ſonitu prochyta alta tremit: durũq; cubile
Inarime Iouis imperijs impoſta Thyphœo.

SRE. ¶ Pulcer eqcol⁹ armis: pulcher veſtib⁹ ſicut pulcher armis: hoc eſt p arma. qđ erat armorũ retulit ad pſonã. Præceps animi: figurate genitiuo iunxit: nã dicim⁹ p̄ceps furore. Agminib⁹ to. deeſt ab & ſignificat eos prı̄o fugatos eſſe mox occiſos. Aut certe alios fugatos alios ĩterẽptos. Animis diſcordibus: hoſtib⁹. ſ. troianrorũ qa a rutulis diſcordabãt. Fratreſq;. ſ. quos ſupra dixi portã tenere. Se primus agebat: ſe agebat hoc eſt ĩcedebat: vt ſeſe Palynur⁹ agebat. Tractus aũt eſt ſermo a rõne phyſica: nã agit̃ corpus animi iudicio: vt Terẽ. Quo te agis. Sarpedonis alti ideſt nobilis. Itala corn⁹: telũ de itala cornu factũ. Stomacho: ſermo græc⁹ eſt Spec⁹ vnlneris: poetica exaggeratio

¶ Irrũpũt adit⁹ rutuli &c. Docet vt dixi qũo rutuli prouocati irruperũt: vñ magna ſtrages vtrinq; ſecuta eſt. nõ ſine magno eorũ q portas temere aperuerũt malo. nã ambo ſucceſſu temporis ĩterẽpti ſũt cũ alijs q̄plurimis. vt ex ordine patebit. q qa nihil habem⁹ Donati. Ordo talis eſt. Rutuli. i. ppl̄i. ipſi⁹ Turni. irrupũt i. irruptionẽ faciũt. vt. ſ. primũ. aut vt. i. poſtq̃ videre adit⁹. ſ. portarũ patẽtes i. aptos cõtiuo i. ilico Quercens & Eqcolus pulcher armis. i. habens pulchra arma aut potius pulcher ĩ armis. i. cũ eſſet armat⁹. & Tinarus p̄ceps animi i. p̄cipitãs animũ ſuũ. i. inſtabilis aĩ. & Hemõ mauorti⁹. i. bellicoſus & Marti ſimilis (Abſumitur s cũ vocali ſicut m abſumi ſolet. cũ dicitur Tinar⁹ & Mauorti⁹ hemõ. aut igit̃ omittẽda eſt cõiũctio &: aut Marti⁹ nõ Mauorti⁹ legendum eſt Sed quia alibi eandem videt̃ feciſſe abſumptionẽ. vt inter ſe coijſſe viros & decernere ferro. iõ hic quoq; eã eſſe cẽſeã) omnes aũt dicti. aut verſi ſup. ab agminibus totis dedere terga. ſ. fuge. aut poſuere vitã. in ipſo limie. i. introitu porte. Ire ĩcreſcũt. i. ĩtus creſcũt & augmẽtãt̃ tũ. i. tũc magis. aĩs diſcordibus. i. differẽtib⁹. qa alij expugnare alij propugnare p̄tẽdebãt. & Troes collecti iã glomerantur eodẽ. i. ad eundẽ locũ quo hoſtes. & audent iã cõferre manũ & pcurrere lõgius. ſ. extra portas. Nunci⁹ pfertur Turno ductori furenti in diuerſa parte. ſ. ab hac vbi porta erat apta & turbãti viros. i. ad Turnũ ductorẽ &c. hoſtẽ feruere noua. i. magna & inaudita cede & p̄bere portas patẽtes. & ita ipſe deſerit ĩceptum: atq; cõcit⁹. i. cõcitat⁹ imani. i. ſeuiſſima ira. ruit. i. p̄cipitãter currit. ad portã dardaniã. i. quã dardanide aperuerãt. aut ad portã troianam & ad fratres ſuperbos. ſ. Pandarũ & bitiam. & ſternit primũ Antiphatẽ. notũ. i. filiũ naturalẽ & illegitimũ vulgo baſtardũ vocãt: Sarpedonis illi⁹ viri troiani: de matre Thebana. ſ. ex thebis thracie ſternit dicit. iaculo coniecto. & ſternit primũ: em̃ p qa is prim⁹ agebat ſe ſubaudi obuiã: cornus itala. i. italica: a Turno emiſſa: hoc eſt telũ ex corno factũ: volat p aera tenuẽ: & infixa ſtomacho abit ſub pectus altũ. i. pfundũ aut eleuatũ: ſpecus. i. foramen factũ reddit vndã atri vulneris ſpumãtem: & ferrũ fixũ ĩ pulmone tepeſcit. ſ. ibidẽ. Tum. i. deinde poſtq; ſtrauerat antiphatẽ: ip̄e ſternit manu ſua: meropem atq; Erymãtha. & ſternit tũ Aphidnũ q oẽs Troiani ſunt aut eis adherẽtes: tũ ſup. ſternit bitiã ardẽtẽ oculis & frementẽ animis nõ dicit ſternit iaculo: neq; em̃. i. nã nõ Nam ille nõ dediſſet vitã iaculo i. nõ potuiſſet letaliter vulnerari iaculo: ſed phalarica. i. telũ illud: cõtorta. ſ. brachijs Turni venit ſtridẽs magnũ. i. magnopere: acta mõ i. p modũ fulminis: quã. ſ. phalaricã nec duo terga: taurea. i. taurina ſup. ſuſtinuerũt: nec lorica fidelis ſquama & auro. i. ſquama aurea: duplici. i. hñs duplicẽ ſquamarꝶ aurearꝶ ordinem: ſuſtinuit. i. ſurſum tenuit: ita vt nõ penetraret: qa penetrauit oia: & iõ ĩmania mẽbra collapſa. i. ſimul labẽtia: ruũt. i. corruũt. Tell⁹ dat gemitũ & ip̄e ingẽs. i. valde magn⁹ tonat ſup clyeũ ſup quẽ. ſ. cecidit: aut ſi auerſus cecidit & etiã hoc clypeũ dicit̃. Ordo eſt. & ingens clypeũ tonat ſup. ſ. ip̄m corp⁹ proſtratũ. Qualis. i. qualiter pila. i. colũna ſaxea. i. lapidea: cadit quõdã. i. aliqñ (nã cecidit tp̄e poete vnde & Horati⁹ in arte. Debemur morti nos ASCEn. Ordo.

noſtraq́ꝫ.ſiue receptus Terra Neptũ' claſſes aquilonib' arcet Regis opus ſteriliſq́ꝫ diu pal' aptaq́ꝫ remis Vicinas vrbes alit &c. Excluſit aũt illic pte maris Iuli': ſed pualuit mare etiã Auguſti tpe)i littore baiarũ euboico.i.ab euboicis calchideſib' i italia iuxta baias habitato quã.ſ.pilã cõſtructã añ.i.pri' magnis molibus ſup.fluct' aut pcelle iaciũt.i.deijciũt:põto.i.p põtũ illa.ſ.ſaxea pila:pna.i.iclinata ad terrã:trahit ruinã ſic.ſ.vt bytias cecidit:& illiſa penit'.i.plene ĩtus ſeu intriſec':vadis.i.p vada aut ad vada:recũbit.i.pſternit & harene nigre:aut qa pfunde:aut qa paludoſe: attollunt.i.erigunt tũ.i.deinde: Prochyta.i. inſula illa añ miſenũ pmõtoriũ auulſa olim ab Inarime inſula alta.ſ.olim anteq́ꝫ p effuſionẽ planificata eſſet:tremit ſup.cũ ſonitu aut tremit alta.i.altũ diffuſo.ſ.ſonitu ab alto: & Inarime altera iſula vicina abs q̃ pchyta vt dixi vi aquarꝫ abſciſſa eſt.ipoſta.i.ipoſita & p penitentia vt dicũt aſſignata:Typheo.ſ. gigãti cõtra deos pugnare auſo:ipoſta inqt iperijs.i. per iperia Iouis:appoſitorie durũ cubile:aut impoſita vt ſit illi durũ cubile.Quia phalarica argutius a Lãdino deſcribit.adde & ei' verba q̃ ſũt.

Phalarica. Phalarica:ait Amian' appellata eſt a Phylari tyrãno vel qđ phalas.i.turres ictu diruat:eſt ãt haſtile miſſile.& teres pterq̃ ad extremũ vbi pminet ferrũ tripedale ſtupa circũdatũ:& pice & ſulphure circũ litũ addito aliquãdo bitũme & oleo.nõ emittit niſi cõcepta flamma.vt cum p aerẽ defertur fulmẽ videat ledit ictu & igni.

ASCEn. ¶ Hic animũ Mars armipotẽs &c.Proſequit reliquã pugne narrationẽ docetq́ꝫ Turno vires arte infuſas:imitatus in hoc Homerũ qui deos bello Troiano ſe imiſcuiſſe freqũeter atteſtatur.facieſq́ꝫ ỽ'o ſimile:Turnũ tantã vim belli ſuſtinuiſſe:quo circa etiã teucris aios ablatos dicit vt nõ ſua ignauia:ſed deorũ violẽtia in fugã verſi cẽſeant:ſic eẽ abunde purgantur.Nã(vt i ſecũdo dictũ eſt) nihil iuitis fas quemq́ꝫ fidere diuis.Docet ꝑterea portã a Pandaro q eam temerarie patefecit:incõſulte clauſam excluſis videlicet cõſocijs & incluſo Turno.De qbus oibus nihil decerptũ eſt ex Donato.

Ordo. Ordo igit eſt.Mars armipotẽs.i.armorum & bellorꝫ deus addidit hic.i.hoc loco & tempore:latinis.ſ.Turni ppl'is:vires.ſ. animorum & corporũ qa geminat victoria vires:& vertit.i.vertẽdo pungit(tractũ a virga qua dum vertit boues ſtimulant)ſub pectore.i.pcordijs ſtimulos acres.i.vehemẽtis furoris & ire.& imiſit Teucris fugã.i.animum fugiendi.q́ꝫ pro.i.timorẽ atrum.i pniciosum& deteſtabilẽ atq́ꝫ ignominioſum:quia ſicut rẽ laudabilẽ clarã & illuſtrẽ dicimus:ita vituperabilem atrã & obſcurã.Latini ſup. cõueniũt vndiq́ꝫ.i.ex omni parte:qm̃ copia.i. copioſa facultas pugne.i.pugnandi:data ſup.eſt.i.facta & cõceſſa:& deus bellator.ſ. Mars incidit animo.i.in animũ eorum:hoc eſt omnẽ acceperunt animũ ſeu cupiditatẽ bellãdi. Pandarus vt.i.poſtq́ꝫ:cernit germanũ.ſ.Bytiam corpore fuſo.i.cuius corpus erat fuſum:aut habẽtem corpus fuſum.& vt cernit.i. cõſiderat & videt.quo loco.i.i quo ſtatu & qua cõditiõe ſit fortuna quia videt eam ad latinos relictis teucris defeciſſe.& qui .i. qualis caſus: agat res.ſ.bellicas.torquet.i.applicat& claudit torquẽdo multa vi:portã cõuerſam.i.quã cõuertebat

Erymantha.manu.i.gladio q̃ minus ferit:nã illi de qbus ſuperius dixit nõ manu occiſi ſunt.ſed miſſo iaculo. Ergo ad differẽtiã teli iacti accipe manu.i.gladio.Ardentẽ oculis animiſq́ꝫ frementẽ.& geſtu corporis & mente cõmotũ.Vitã dediſſet.p:o reddidiſſet. Phalarica venit. de hoc telo legit q́ꝫ eſt ingẽs torno factũ habẽs ferrũ cubitale & rotũditatẽ de plumbo in modũ ſphæræ in ipa ſummitate:Dicit etiã ignẽ habere affixũ:hoc aũt telo pugnatur de turribus.quas phalas dici manifeſtũ eſt.Iuue. Con ſulit añ phalas delphinorũq́ꝫ colũnas:ergo a phalis dicta eſt phalarica ſicut a muro muralis.Sane phalaricã Luca. dixit neruis mitti tortilibus:& quadã machina:vt vibrata phalarica neruis obruat.Verg.vero ait Turnũ manu iaculari potuiſſe:vñ apparet aut a Luca.ad auxeſim illi' qui occidendus fuerat eſſe dictũ:aut a Vergi. ad laudem Turni:qui talẽ haſtã manu iaculatus eſt. Fulminis.a .m. amat tela cum impetu venientia fulminibus comparare Taurea.t.vſurpauit pro taurina.Alibi Taurinis follibus vnde ſicut & Pli. dicit deriuationes firmas non habent regulas:ſed exeunt prout auctoribus plcet.Bene autẽ per tranſitũ eius arma deſcripſit. Duplici.ſ.&.a.i.duplicib' ſquamis aureis.Squamæ autem loricarũ catenæ in modum ſquamæ compoſitæ ſunt. ſane ſquama & ſplendorẽ ſignificat ſi a piſcib' veniat:& ſordes ſi a ſqualore:ſed in Vergi.vbiq́ꝫ ſplendorem ſignificat.Et clypeum ſuper intonat ingens.aut ipſe ingens ſuper clypeum intonat:aut ingens clypeum ſuper eum tonat nam lectum eſt etiã hoc clypeum vt probat Caper:quod magis debem' accipere: nã Home.imitat' ẽ:q ait αραβησε Δετευχε εσαυτο Euboico ba.lit.bñ baiarũ addidit:ne eubœam inſulã intelligeremus:vñ chalcidenſes venerunt q occiderunt Cumas q̃ ſunt baijs vicinæ.Prona.t.ita eẽ ex ędificatur Prochyta alta tremit.at qui hęc inſula plena eſt ſed epitheton de ꝑterito traxit:nam vt dicit Ply.in nat.hi inarime mõs fuit qui terræmotu diffuſus alterã iſulam fecit:q̃ prochyta ab effuſione dicta eſt.Fundere eſt eẽ εκχυειν Prochyta ỽ'o alta quondam.ſcilicet Durumq́ꝫ cubi.mortiferũ ad pœnam ſtatutum.

Phalarica. Phalæ. Luca. Deriuationũ exitus. Squama. Clypeũ.

Hic animũ Mars armipotens:viresq́ꝫ latinis
Addidit & ſtimulos acres ſub pectore vertit.
Immiſitq́ꝫ fugam Teucris:atrumq́ꝫ timorem
Vndiq́ꝫ conueniunt:quoniã data copia pugnæ
Bellatorq́ꝫ animo deus incidit.
Pandarus vt fuſo germanũ corpore cernit:
Et quo ſit fortuna loco:qui caſus agat res:
Portam vi multa conuerſam cardine torquet
Obnixus latis humeris:multoſq́ꝫ ſuorum
Mœnibus excluſos duro in certamine linquit.
Aſt alios ſecum includit:recipitq́ꝫ ruentes:
Demens qui rutulũ in medio nõ agmine regẽ
Viderit irrumpentẽ:vltroq́ꝫ incluſerit vrbi:
Immanẽ veluti pecora inter inertia tygrim.
Continuo noua lux oculis effulſit:& arma
Horrendum ſonuere:tremunt in vertice criſtæ.
Sanguineo clypeoq́ꝫ micantia fulmina mittit.
Agnoſcũt faciẽ inuiſam atq́ꝫ immania membra
Turbati ſubito æneadæ:tum Pandarus ingens
Emicat:& mortis fraternæ feruidus ira
Effatur[non hæc dotalis regia Amatæ. Pandar'.

Nec muris

Nec muris cohibet patrijs media ardea turnũ:
Caſtra inimica vides:nulla hinc exire poteſtas

Poeta. Olli ſubridens ſedato pectore Turnus:

Turnus. Incipe ſi qua animo virtus:& cõſere dextrã
Hic etiã inuentũ Priamo narrabis Achillem.

Poeta Dixerat:ille rudem nodis & cortice crudo
Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.
Excepere auræ:vulnus ſaturnia Iuno
Detorſit veniens.portæq; infigitur haſta.

Turnus. At nõ hoc telũ mea quod vi dextera verſat
Effugies:neq; eñ is teli nec vulneris auctor

Poeta: Sic ait:& ſublatũ alte conſurgit in enſem.
Et mediã ferro gemina inter tempora frontẽ
Diuidit:impubeſq; immani vulnere malas.
Fit ſonus:ingenti concuſſa eſt pondere tellus.
Collapſos artus:atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriẽs:atq; illi in partib⁹ æquis
Huc caput:atq; illuc hũero ex vtroq; pepẽdit.

SER. ¶Stimulos acr.Sæuiẽdi.ſ.nã ſunt & timoris& libidinis ſtimuli:notãda quoq; œconomia q̃ id egit vt veriſimile ſit Turnũ victorẽ euaſiſſe de caſtris.Vndiq; cõueniũt illi ſine dubio q̃bus mars iniecit audaciã:inuẽta oportunita te irruperũt caſtra Troiana.Duro in cer.ſine ſpe euadẽdi. Aſt ali.ſ.i.Sta.par operi iactura lucro:nãq; hoſte recepto Excluſere ſuos:Vltro:inſup.Demens: hoc ex affectione ſua dixit poeta alibi:Sed tũ:forte caua dũ pſonat ęquora concha Demẽs & cantu vocat in certamina diuos. Dota lis.r.a.Tibi data p̃ dotẽ:& bñ amatæ:q̃ ſola illũ generũ eſſe cupiebat:notãdũ ſane.q̃a id agit vt oſtẽdat ſe nõ p̃ iprudentiã Turnũ incluſiſſe:ſed illũ p̃ temeritatẽ ſibi minime profutura caſtra penetraſſe.Olli ſubridens magnã confidentiã virtutis oſtẽdit.Priamo.n.a.ꝑpter illud Sibyllæ.Alius latio iam partus Achilles:& dictum eſt vt illud degeneremq; Neoptolemum narrare memento.Rudem.n.nõ læuem nec pulchram ſed fortẽ. Corticæ.c.Viridi.nam haſte plærũq; torrẽtur Vulnus.ſ.i.d.v.Plæriq; ſed non idonei commentatores dicunt hoc loco occiſum Turnum:ſed cauſa œconomiæ gloriam a poeta Aeneæ eſſe ſeruatam quod falſum eſt nam ſi veritatem hyſtorię requiras:primo prœlio interemptus latinus eſt:inde vbi Turnus Aeneam vidit ſuperiorem Mezentij implorauit auxilium.Secundo prœlio Turnus occiſus eſt & nihilominus Aeneas poſtea non comparuit.Tertio prœlio Mezentium occidit Aſcanius.Hoc liuius dicit.& Cato i originibus.Telum:hoc loco telum gladium dixit a longitudine:vnde & muſtella dicitur quaſi mus longus:telũ poſuiſſe pro gladio illud ſignificat:quod infert poulopoſt. Conſurgit in enſem.Is te:talis par ſimilis.Alte cõſurgit in.e.genus feriendi gallicanũ.Sallu.Regreſſi ad faciliores ictus loco cedebant.

tebat ad poſtes ſuos vt claudat:torquet inquam :obnixus .i.obnitens humeris latis :& linquit multos ſuorũ.i.ex ſuis cõmilitonibus excluſos menibus.ſ.noue Troie: aut caſtrorũ Troianorũ:ſub certamine duro:q̃a iuito Marte q̃ quos latinis addidit Teucris abſtulerat animos:Aſt.i.ſed ĩcludit alios ſecũ:&recipit ruentes.i.p̃cipitanter accurrẽtes vt recipianẽ exiſtens demẽs qui.i.vt pote q̃ nõ viderit regem rutulũ.i.rutulorũ:aut q̃ & ipẽ rutul⁹ erat hoc eſt Turnũ ĩ medio agmine.ſ. Troianorũ ruentiũ.ſ.ad portas:& ita:irrumpentẽ.i.vi itrantem & q̃ incluſerit vrbi.i.in vrbẽ. vltro. ideſt vltra id quod deberet facere.q̃a quẽ debebat ſumma vi ꝑpulſare ignar⁹ recepit atq; incluſit:veluti ſup.icluderet.Tygrim imanẽ. ideſt ferociſſimã inter pecora inertia.i.arte repugnãdi aut ſe defendẽdi carẽtia:vt ſũt oues & capre:quas vt decorũ ſtili ſeruet periphraſticos tantũ & nõ expreſſe ponit:ne ĩ re tã ſub limi:humillima nominet ſicut alibi pro ciconia dixit.Candida venit auis &c. Cõtinuo.i. ſtatim vt receptus atq; incluſus eſt:lux.i. fulgor noua.i. inſolitus & vehemens: effulſit .i. emicuit oculis.ſ.Turni:& arma ſup.eius: ſonuerũt horrendũ.i.horrende aut horribilter: criſte.ſ.ipſius galee de qua dictũ eſt:q̃ magis illa tremens tanto magis effera flammis ſanguinee.i.ſanguinei q̃a ignei coloris:& mittit clypeum.i.in clypeũ.fulmĩa micãtia.i.radios in morẽ fulminis reſplẽdẽtes:Aeneade.i.enee ſubditi.ſ.Troiãi:turbati:ſubito ideſt ex re ſubita aut de repente:agnoſcũt faciem inuiſam ideſt quã odio habebant aut talẽ cui inuideri poſſet:quaſi inuiſibilẽ ſi in ea ſignificatione diceret.atq; membra ĩmania.i.valde magna & terribilia:q̃ res ĩ gloria cedet Aenee q̃ talẽ vincere poterit tũ.i.tũc pãdar⁹ ingẽs.i.valde magn⁹ & ſine exẽplo:emicat.i.eminet:& extra alios tollit & feruid⁹.i.feruẽs& icenſus ira mortis fraterne.i. cõcepta ꝑpter necẽ fratris eius.ſ.bytie:effar.i.palã & clara voce loquit. Hec nõ eſt regia dotalis amate.i.quã amata latini cõiunx ĩ dotẽ tibi cũ filia ſpopõdit nec ardea.ſ.ciuitas patria Turni media.i.medio ſui cohibet .i.cõtinet Turnũ.ſ.mediũ ĩ ea:vt ſit media ꝑ mediũ:muris patrijs.i.ĩtra q̃s nat⁹ẽ. tu o Turne vides caſtra iimica nulla ptãs exire.i.exeũdi hic.eſt ſup.tibi.Turn⁹ ſubridens olli.i.tũc illi pectore ſedato.i. trãquillo: inq̃t ſup.incipe.i.ini mecũ certamẽ aut duellũ.ſi q̃ i.aliqua v̾tus eſt aĩo:& cõſere dextrã.ſ.mecũ tractum a luctatorib⁹:tu narrabis Priamo.ſ. apud ĩferos quo te mittã:ſicut Pyrrh⁹ ĩ.ij.Referes ergo hec:& nũcius ibis Pelide genitori illi mea triſtia facta Degenerẽq; neoptolemũ: narrare memẽto.narrabis ergo Priamo:achilli ſimilẽ:inuẽtũ etiã hic.i.in hac noua Troia. Dixerat.ſ.Turn⁹:ille.ſ.pãdarus annix⁹.i. annites:ſummis virib⁹:intorq̃t.ſ.ĩ Turnũ licet nõ p̃uenit ĩ eũ vſq;:haſtã rudẽ nodis&crudo. i.ipolito cortice.Aure.i.aer & vet⁹ accepere. ſ.haſtã.Iuno ſaturnia detorſit.ſ.de turno vulnus.i.haſtã veniẽs.ſ.ĩ Turnũ niſi iuno depuliſſet.Aut ſic aure accepere vuln⁹.i.leſe & vulnerate ſũt: hoc eſt trãſfixe & nõ Turnus:q̃a ſup.turn⁹ ait:tu nõ effugies hoc telũ.ſ. q̃ comin⁹ cõcertatur enſem videlicet: quod.ſ.telum.i.quẽ enſem:mea dextera verſat.i.vibrat & tractat:em.i.nã autor neq; teli nec vulneris.eſt is:ideſt talis.ſ.qualis tu es.Ait inquã Turn⁹ſic:& cõſurgit.i.erigit ſe in enſem ſublatũ.i.ſurſũ erectũ.& diuidit ferro.i.enſe ferreo:frontẽ.ſ.Pandari mediã inter gemina.i.ambo tempora.i.extremitates concauas capitis & diuidit malas.i.maxillas:ĩpubes.i.imberbes:vulnere ĩmani.i.ſeuiſſimo: Sonus fit.ſ.ex ictu: & tellus cõcuſſa eſt ingẽti põdere.ſ.corporis cadentis.Ipſe em̃ Pandar⁹ moriens:ſternit humi.i. ſuper humũ artus.ſ.ſuos collapſos.atq; arma cruenta .i.fedata:cerebro.ſ.effuſo:atq; caput pepẽdit illi ĩ p̃tibus eq̃s.i. equalibus:ex vtroq; humero:huc atq; illuc.i.in vtramq; partem tam dexterã q̃ ſiniſtram.

ℭDiffugiũt v̾ſi &c. Docet exẽplis q̃ ſit alea
ASCEn. belli: cũ etiã vnũ hoſtẽ intra menia ſua clauſum fugerint Troes: & Turnꝰ imemor ſalutis & victorie: nõ meminerit portas aperire atq; ſocios recipere: q̃s ſi recepiſſet gentẽ Troianã delere potuiſſet. Deſcribit p̃terea primorum bellatorũ reſiſtẽtiã & cretei vt varietate opꝰ placeat etiã ĩ muſica peritiã: & Mneſthei acrẽ increpationẽ. De qbus oĩbus hoc tm̃ receptũ
DONA. eſt Donati. Semp̱ equos: laus hominis ꝙ tm̃ muſicã nõ ad turpes actus ſed ad res egregias adhiberet. Miſeret: p̱tinet ad deos. Pudet: p̱ti
Ordo. net ad Aeneã. Hec ille. ℭOrdo eſt. Teucri v̾ſi ſ. in fugã formidine trepida. i. res in qbus eſt vt mentes Teucrorũ p̃ anxietate trepidas faciente: diffugiũt. i. in diuerſa fugiũt: & ſi ea. i. talis cura. i. ſollicitudo aut ꝓuidẽtia: ſubiſſet. ideſt ſubiuiſſet continuo. ſ. vt diffugerunt: victorem. i. mentẽ victoris. ſ. Turni. rũpere clauſtra ideſt clauſuras portaꝝ manu. ſ. ſua & immittere portis. i. in portas: vt ſit datiuꝰ caſus aut p̱ portas vt ſit ablatiuꝰ p̱ locũ ſignificãs. ſocios. i. cõmilitones. ille dies fuiſſet vltimꝰ: bello:

Diffugiunt verſi trepida formidine Troes.
Et ſi continuo victorem ea cura ſubiſſet
Rũpere clauſtra manu: ſocioſq; ĩmittere portis
Vltimus ille dies bello: gentiq; fuiſſet.
Sed furor ardentem cædiſq; inſana cupido
Egit in aduerſos.
Principio phalarim: & ſucciſo poplite gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ĩgerit haſtas
In tergum: Iuno vires: animũq; miniſtrat.
Addit Halym comitẽ: & cõfixũ phegea parma.
Ignaros deinde in muris marte mq; cientes:
Alchandrũq;: Haliũq;: Nemonaq;: Prytaniq;
Lyncea tendentẽ contra ſocioſq; vocantem
Vibranti gladio cõnixus ab aggere dexter
Occupat



Occupat:huic vno deiectum cominus ictu
Cum galea longe iacuit caput: inde ferarum
Vaſtatorem Amycũ:quo non felicior alter
Vngere tela manu:ferrũq; armare veneno
Et Clycium æolidem:& amycũ Cretea muſis
Cretea muſarum comitẽ.cui carmina ſemper
Et citharæ cordi,numeroſq; intendere neruis:
Semp equos atq; arma virũ: pugnaſq; canebat
¶ Tandem ductores audita cæde ſuorum
Conueniũt Teucri Mneſtheus acerq; Sereſtus:
Pallenteſq; vident ſocios:hoſtemq; receptum
mneſthe⁹ Et mneſthe⁹ quo deinde fugã: quo tẽditis iqt
Quos alios muros:q̃ iã vltra mœnia habetis:
Vnus homo & veſtris:o ciues:vndiq; ſeptus
Aggeribus tantas ſtrages impugne per vrbẽ
Ediderit:iuuenum primos tot miſerit orco:
Non infelicis patriæ:veterumq; deorum
Et magni Aenæ ſegnes miſeretq; pudetq;:

ſtoici & nimie virutis ſunt & cultores.Stat:fixa eſt.Dies tempus vite: nam feminino vſus eſt ge.cum em ma Dies; ſculino vtimur re vera diem ſignificamus.Breue.t.u. quia quãdoq; finiť ipſe paulopoſt Rhebe diu res ſi qua diu mortalibus vlla eſt viximus:item Cice. Quid eſt enim hoc ipſum diu in quo eſt aliquod extremũ: Omnibus:eſt magna conſolatio que oſtendit non eſſe dolenda cõmunia.Sed famã extẽ.f.contra illud qd' occurrebat vitanda eſſe ardua ſi breuis eſt vita.Dicit ergo amãdas eſſe virtutes:vt vite breuitas fama:& glorie meritis poſſit augeri.Opus: Officiũ Gnati deũ:vt Achilles Thetidis Memnon Aurore:Aſchalaphus Martis.Sarpedon ſecundum Vergilij declinationem vt ſarpedonis alti: vltima habebit accentũ in noıõ ſcd'm Homerũ qui & ſarpedõtos & ſarpedonos facit & vltima & penultima.Etiã ſua tur.multi etiã legũt: vt ſit ecce & pertinet ad cõſolationẽ:nã ſic ait periturus eſt ille qui vincit. Metas:fines vt in primo His ego nec metas rerũ nec tempora pono.Peruenit:bene ad exprimendum celerem mortis aduentum preterito vſus eſt tempore.

Sic ait:atq; oculos rutulorum reijcit aruis. Poeta.
At Pallas magnis emittit viribus haſtam:
Vaginaq; caua fulgentem diripit enſem.
Illa volans:humeri ſurgunt qua tegmina ſũma
Incidit atq; viam clypei molita per oras:
Tandẽ etiam magno ſtrinxit de corpore turni.
Hic turnus ferro prefixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit: atq; ita fatur:
Aſpice nũ mage ſit noſtrũ penetrabile telũ. Turnus.
Dixerat ac clypeum tot ferri terga tot æris Poeta.
Cum pellis totiens obeat circundata tauri
Vibranti cuſpis medium tranſuerberat ictu:
Loricæq; moras & pectus perforat ingens.
Ille capit calidum fruſtra de vulnere telum:
Vna eadẽq; via ſanguiſq;:animuſq; ſequunť.
Corruit in vulnus:ſonitũ ſuper arma dedere:
Terrãq; hoſtilem moriens petit ore cruento:
Quem Turnus ſuperaſſiſtens.
Arcades hæc(inqt)mẽores mea dicta referre Turnus.
Euandro:qualem meruit Palanta remitto.
Quiſqs honos tumuli: qcqd ſolamẽ hũandi ẽ
Largior.haud illi ſtabunt æneia paruo
Hoſpitia & læuo preſſit pede talia fatus Poeta
Exanimẽ:rapiens immania pondera balthei:
Impreſſumq; nephas vna ſub nocte iugali
Cæſa manus iuuenum fœde talamiq; cruenti
Quæ bonus Eurycion multo celauerat auro:
Quo nũc turnus ouat ſpolio:gaudetq; potit9.
Neſcia mens hominũ fati: fortiſq; futuræ Alij ſortis
Et ſeruare modũ rebus ſublata ſecundis.
Turno tẽps erit: magno cũ optauerit emptũ
Intactum Pallanta:& cũ ſpolia iſta: diemq;
Oderitq;: at ſocij multo gemitu lachrymiſq;:
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes
O dolor. Atq; decus magnũ rediture parenti:
Hæc te prima dies bello dedit:hæc eadẽ aufert
Cum tamẽ ingentes rutulorũ linquis aceruos.

ASCEN. Sic ait. Recitat pallantis necẽ a turno illatã & ab eodẽ eiuſdem rapta ſpolia baltheũ videlicet eximiũ cadauere ſepulture conceſſo. In quare & generoſitas & infelicitas turni ſignificať. Nã ob rapta ſpolia interficiẽdus eſt veniã alio qui exoraturus a pio ęnea hoc aũt ſolũ receptũ
DONA eſt Donati.Vna ſub nocte iugali.huiuſmodi celatura triſte auguriũ detulit Turno futurum.ſ. vt ipſe nuptiarũ cauſa eſſet periturus. Hec ille.
Ordo. Ordo eſt.Iuppiter ſup.ait ſic.ſ.ad herculẽ & reijcit oculos a ruis.i.ad arua rutulorũ:hoc eſt ſimul inſpexit ad rutulos eis preſentẽ victoriam annuens.Signandum aũtq; reijcit primã habet cõmunem cum naturaliter ſit breuis:vnde priſcianus proceleumaticũ ponit ibi Reijce capellas.Nã licet ij geminetur tamẽ nõ eſt vera poſitio At.i.ſed pallas emittit haſtam magnis viribus:& direxit enſem fulgentem vagina caua.i. quã cauã dereliquit.Illa.i.haſta volans.i.poſtq̃ volauerat:incidit ſup.in eã partẽ.qua ſumma.i ſuprema tegmina.i. munimẽta humeri ſurgũt atq; molita eſt viam per oras.i. extremas circũferentias clypei: & ſtrinxit.i. abſtulit non nihil tandẽ.ſ.poſt varia molimina & conatus.de magno corpore turni.Turnus hic.i. modo ſic contactus:iacit.i. proijcit librans.i. dirigens diu: robur prefixum ferro acuto.i.haſtã ex robore: aut robur ipſum cui erat ferrum acutũ prefixũ: i.in parte anteriori fixum iacit dico in pallanta atq; fatur.i.ſimul loquitur.ita.i.in hunc modũ Aſpice.i.attende:num.i. nonne: aut an ne:noſtrum telum ſit mage.i.magis penetrabile.i.penetratiuũ dixerat.ſ.turnus ac cuſpis.i.acies haſte tranſuerberat ictu vibranti.i.per haſtam vibrantem illato: & perforat moras.i.impedimẽta lorice hoc eſt munimẽta pectoris vt thoraca quibus more fiebant:& perforat ingens pectus ſcilicet pallantis vel quia egregiũ habuit in pectore animũ:vel quia etiã corpus preſtans.Ille. ſ.pallas: capit.i.celeriter extrahit telũ calidũ.i. haſtam calefactam ſanguine: de vulnere.ſ.ſuo & ſanguis & animus.i.anima ſequunť.ſ.telum
Eadem vna & eadem via.i.per vulnus.Corripit preter morẽ ſcd'am ſyllabã in dictione eadẽ:vt(ſicut grãmatiſte dicunt)ſubitã ſanguinis effuſionẽ depingeret:ſicut ille. Non eodem curſu reſpondent vltima primis:ſubitã rerũ mutationẽ per correptionem medie ſyllabe in dictione eodem ſignificauit.Ipſe pallas corruit in.i.ſuper vuln9 qd' in pectore habuit:& arma dedere ſuper.i.deſuper ſonitũ.& ipſe moriens.i.cũ ſentiret anguſtias mortis ne ſcreatũ aut gemitũ viro forti indignũ emitteret petit ore cruento.i.operijt mordendo terrã hoſtilẽ.i. quã occupauit hoſtis.ſuper quẽ turnus aſſiſtens inquit. O arcades vos memores referte euandro.i.ad euãdrũ hec mea dicta ego remitto euãdro aut dicite quia remitto ei filiũ ſup. talẽ qualẽ meruit.ſ.remitti a me hoc eſt mortuũ qui ad me occidendum miſſus erat.Ego largior.i.de largitate mea & nõ ex merito ipſius dono ſup. totum honorem:quiſquis ideſt quicunq; honos eſt tumuli ideſt ſepulture & ſupple

Rutulorũ

SER. ¶ Rutulorum.r.a.Reſpiciendo fecit partem feliciorem vt
Re. Aſpice nos hoc,tantum:quippe quod em̄ videt admodum iuuat.Rejcit: re naturaliter breuis eſt pro longa poſuit: ſic alibi: Rejce ne maculis infuſcet vellera pullis: quod licet poſſit excuſari.quia cum facit reiecit inter duas vocales i poſita producit ſuperiorem:vt dicamus eam longam eſſe. ſpe:quia per declinationem longa futura eſt tamen quia in hac re argumentum maius eſt ꝙ ratio dicamus ectaſim factam que poetis plerumq; conceditur. Fulgentem.d.e. Ne iacto telo inermis eſſet. Viam mo.hoc eſt difficultatē queſiuit per quod& ſoliditas ciypei & firmus haſtę iactus oſtēditur.Num ma.ſit.Legitur & magis eſt.Vnus tamē eſt ſen
Mage. ſus ſed ſi mage legamus: propter metrum dictū eſt pro magis:ſic etiam pote pro potis: Perſius. Qui pote vis dicam nugaris cū tibi calue.qđ adeo in vſu venit:vt etiam in proſa inueniatur. Cice.in frumentaria:mage cōdemnatum hominem in iudicium adducere non poſſe.Penetrabile pro penetrale dicitur:nam quod penetrat penetrale dicitur: quod autem penetratur penetrabile Cuſpis.i.ita accipiendum eſt ne incongruum ſi de puero dixeris ingens pectus: ſane cuſpidem abuſiue pro haſtæ mucrone poſuit.Et pectus perforat:hic diſtinguendum: vt ingens ſicut diximus ad ſupe-
Animus riora poſſit referri:Animuſq; ſequũtur pro anima:nam ani-
Anima mus conſilij eſt:anima vitæ:referte euandro poteſt & hic diſtingui:poteſt & ſupra referre: vt ſit euandro remitto qualem meruit filium.Solamen humādi eſt:quia ſolatium viuentium humare defunctos Stabunt:conſtabunt.Paruo nō paruo periculo.Balthei:poteſt & ſynereſis eſſe balthei. Po-
Baltheus. teſt & hypermetrus verſus:nam ſequens a vocali inchoat Baltheus autem in numero ſingulari ma.tantum eſt ge. Iuuena. Baltheus & tunice criſte. In numero vero plurali eſt neutri.Idem.Quotiens rumoribus vlciſcuntur baltea. Im
Danaus. preſſumq; ne:inſculptum danaidum nefas.Dona.tamen di
Aegypt°. cit impreſſum coactum quod a patre compulſe ſunt facere: quarum talis eſt fabula. Danaus & Aegyptus Beli filij fuerunt:ex his Danaus quinquaginta filias habuit: & Aegyptus totidem filios.Danaus coactus a fratre:vt filias iuuenibus eius traderet matrimonio:in ipſo nuptiarum die gladios virginibus dedit quibus ille ex precepto patris ſponſos ſuos interfecerunt excepta Hypermeſtra:quæ Liecum ſeruauit. Bonus eurycion:laus ab artifice vt mira quem fecerat arte lycaon:item diuini opus alchimedontis:Neſcia.m.h.quia propter hunc periturus eſt baltheum: quem nūc ſe ſuſtuliſſe letatur:Sublata.elata: Magno cum op. precio ſcilicet ſic alibi& magno mercenē atridæ:& eſt ſenſus talis: tempus erit quo Turnus optabit quouis precio redimere ne ipſe pallantem occidiſſe videatur. Multo gemitu cum multo gemitu. O dolor:hos duos verſus plærīq; a poeta dictos volunt. Alij a ſocijs qui portant cadauer. Dolor autem propter hec:te prima dies bello dedit hec eadem aufert:decus propter id:Cum tamen ingentes rutulorum linquis aceruos.

& ſup.totum illud quicquid.i.quecunq; res.eſt ſolamen humandi ideſt ſepeliendi quod ſolamen eſt viuis nō defunctis.hoſpitia æneia.i.iura hoſpitalitatis cum ænea contracta ſtabunt.i conſtabunt ei:haud paruo.i.nō modico ſed magno.& ipſe fatus talia preſſit.i.obuoluit exanimē.i.extinctum pallanta.ſ.pede leuo.i.ſiniſtro rapiens immania pōdera baltei quo.ſ. ornatus erat pallas & nephas.i.nefādū facinus danai dū ſcilicet ſup.erat impreſſum.i.inſculptum.ſ.manus.i.multitudo iuuentum.i. quinquaginta filiorum egypti ceſa.i.occiſa.ſ.a danaidibus.i. filiabus danai: fede.i.turpiter & inhoneſte quia contra iura cōſanguineitatis & affinitatis: ſub nocte iugali.i.qua primū iuncti erant cum nouis nuptis & thalami cruenti.i. cruore aſperſi: ſup.erāt inſculpti in baltheo que.i.quas res:eurycion.ſ.ſculptor bonus.i. artificioſus celauerat.i.inſculpſerat:multo.i.denſo auro vnde immania pondera prius dixit quo.i. cuius baltei ſpolio:turnus ouat.i.exultat nunc& gaudet potitus.ſ.eo:ſed mens hominum eſt ſup. neſcia fati.i.preordinationis diuine quia ſepe leta principia infelicem ſortiũtur exitum: vnde irridet plinius thraces qui calculis albis dies bonos numerabāt:neſcientes: qui dies reuera futuri ſint boni.& fortis āt ſortis future.&neſcia ſublata.i elata&ſublimata reb° ſecūdis.i.proſperis:ſeruare modū.i.mēſurā ſcilicet in eis. Tempus erit.i. adueniet turno cum: ideſt quando ipſe optauerit emptū magno ſcilicet precio ideſt care emiſſe pallanta intactum ideſt ꝙnon tetigiſſet eum & cum oderit iſta ſcilicet pernicioſa ſibi.quib° nunc exultat ſpolia:& diem:ſcilicet qua ea abſtulit. At ideſt ſed ſocij frequentes referunt ſupple cum multo gemitu & lachrymis: pallanta impoſitum ſcuto.ſcilicet ſuo. O palla rediture ideſt qui rediturus es(acclamatio eſt poete:aut ſociorum lamentatio)parenti ſcilicet euandro: dolor atq; magnum decus ideſt exiſtens dolor quia hec dies dedit prima bello te & hec eadem aufert te.ſ.bello per mortem: & exiſtēs magnū decus quia licet aufert te.aufert tamen cum linquis ingentes aceruos: ideſt magnam ſtragem rutulorum ſcilicet a te occiſorum.

¶ Nec iā phama mali tanti:ſed certior auctor
Aduolat æneæ:tenui diſcrimine leti
Eſſe ſuos:tempus verſis ſuccurrere teucris.
Proxima quæq; metit gladio:latū ꝗ ꝑ agmen
Ardens limitē agit ferro: te turne ſuperbum
Cæde noua querens.pallas: Euander:in ipſis
Oīa ſunt oculis.menſæ quas aduena primus
Tunc adijt dextræq; datæ. Sulmone creatos
Quatuor hic iuuēes.totidē quos educat vfens
Viuentes rapit inferias quos īmolet vmbris.
Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammas.
Inde Mago procul infenſam cōtenderat haſtā
Ille aſtu ſubit:ac tremebūda ſuperuolat haſta.
Et genua

¶ Nec iā fama mali. Docet qūo æneas audita morte pallātis&fuga ſuorū accelerauit obuios quoſq; interimēs:in quorū mortis cōmoratiōe aliquātiſper ī morat̄ poeta: donati aūt ſunt verba. Metit ſicut qui metit facile ſecat ſegetes & obſtātia mouet:ſic ęneas facile cedebat qui obſtabāt. Quatuor ſulmone creatos: mira virtus hominis qui tanta facilitate tot viuētes hoſtes rapiat.hec ille.Ordo eſt: Nec iā fama.i.rumor incertus tanti mali: ſed autor.i. nuncius certior aduolat ęneę.i.ad eneā ſuos.ſ.æneæ ſocios eſſe ſup.in tenui.i.modico diſcrimine.i.differētia& diſtātia mortis:& tēpus ſup.eſſe: ſucurrere pro ſuccurrēdi:teucris verſis.ſ.in fugā.& ita ipē metit.i.quaſi metēs falce herbas interſecat & amputat,ꝓxima queq;.i.quecūq;.ꝓxima erant aut prima occurrebant.& ipſe ardēs.i.furore excandeſcens & cede feruēs agit ferro limitē latū per agmē.ſ.hoſtiū querēs o turne te ſuperbū.i.ſuperbientē:noua.i.inſolita & magna cede.ſ.pallantis.pallas.euander:menſe quas ipſe aduena.i.cū adueniret adijt tūc primus:& dextre.ſ.amicitie & fidei date.ſ.euādro & ab eo recepte:omnia.ſ. hec ſunt ASCE. DONA. Ordo.



hec ſunt in oculis videlicet enee.i.hec oīa cōſi-
derat& animo cōplectit̃.Ipſe capit in huiuſmo
ardore:quatuor iuuenes creatos ſulmone: & to
tidē quos vfens educat.i.tollit hoc eſt etiā qua
tuor filios vfentis:capit dicit viuētes.i. viuos
nō occidēs adhuc eos quos.i.iō vt eos imolet:
vmbris.i. manibus p̄cipue pallātis inferias.i.
vt ſint ſacra mortuorū.& ſup.quorū.i.vt eorū
hoc eſt vt pfundat flāmas rogi.i. pyre incēſe in
qua pallas cōcremabit̃.ſanguine captiuo.i.ca-
ptiuorū:Inde.i.deinde ipſe cōtēderat magno.i.
in magū virū illū ꝓcul.i.de longe haſtā infen-
ſam.i.valde offenſam aut inferentē vim.Ille.ſ.
magus vidēs haſtā venientē ſubit.i.ſubinfert
ſe ac appropiat ſub haſtā:aſtu.i.fraude& verſu-
tia:ac haſta tremebūda:ex forti.ſ.impuſu ſuper
uolat.i.volat ſupra ip̄m nec cōtingit:& ip̄e ma
gus ſupplex āplectēs genua in qbus.ſ.ſedes mi
ſericordie ē.affat̃.ſ.enea talia.Ego p̄cor te p ma
nes p̄rios.i.p̄ris tui anchiſe. vn̄ laus eſt aenee ꝙ
hoſtes de eo ſolliciti ipſius genꝰ didicerāt& per
ſpes Iuli ſurgētis.ſ.ad gloriā& imperiū:vt ſup.
ſerues

Et genua amplectens affatur talia ſupplex.
Per patrios manes:& ſpes ſurgentis Iuli Magus
Te precor:hanc animā ſerues natoq; patriq;.
Eſt domus alta:iacent penitus defoſſa talenta
Cælati argenti:ſunt auri pondera ſacri:
Infectiq; mihi.non hic victoria teucrum
Vertit̃:haud aīa vna dabit diſcrimina tanta.
Dixerat:æneas cui contra talia reddit. Poeta
Argēti:atq; auri memoras quæ multa talēta Aeneas
Gnatis parce tuis: belli commercia turnus
Suſtulit iſta prior:iam tum Pallante perēpo:
Hoc patris Anchiſæ manes:hoc ſentit Iulus.
Sic fatus galeam leua tenet:atq; reflexa Poeta
Ceruice

Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.
Nec pcul hemonides phœbi triuiæq; ſacerdos
Infula cui ſacra redimibat tempora vitta
Totus collucēs veſte: atq; inſignibus armis:
Quē cōgreſſus agit cāpo: lapſumq; ſuperſtans
Immolat: ingentiq; vmbra tegit. arma Sereſtus
Lecta refert hūeris: tibi rex gradiue tropheum.

ſerues nato.i.filio vnico & patri.ſ.mihi hāc animā.ſ.meā qua ablata etiā filius pre dolore moriturus eſt: domus alta eſt ſup. mihi Talenta.i. magna pōdera: argēti celati.i.ſculpti vt in poculis iacēt.ſ.mihi defoſſa penitus.i.pene intus in hac.ſ.alta domo: & pōdera auri ſacri.i.tā mūdi vt ſacri aut execrabilis (ſicut in tertio Auri ſacra fames) & infecti.i.nōdū effigiati nec ſignati victoria teucrū.i.teucrorū non vertit̄.i.īmutat̄ nec transfert̄ hic.i.in hac re.hoc eſt ſi me ſaluas vna aīa.i.vnius hoīs vita: nō dabit tāta diſcrimina.i.tātas differētias vt ea ſalua victi cenſerent̄ qa ea extincta victores ſint. Dixerat.ſ.magus: cui ęneas reddit cōtra.i.reſpōdet talia. parce.i.cōſerua tuis natis.i.liberis talenta argēti & auri q̄ tu memoras multa. Turn⁹ ſuſtulit prior iſta.i.iſtiuſmodi cōmercia belli.vt.ſ.caput auro redimas: vbi ille & vitā & aureū baltheū abſtulit pallāti iā tū pallāte perempto.i.ſimul ac pallāta interemit Manes patris anchiſe ſup. ſentiūt hoc.i. vt ſimiliter faciā & iulus ſentit hoc. Ipſe fatus ſic tenet galeā leua: atq; addit enſem capulo tenus.i.vſq; ad capulū.i.manubriū quo capit̄ ſup. in ceruice reflexa.i.incuruata orantis ſ.magi. Nec procul ſup. abeſt. Hemonides vir ille ſacerdos phebi i.apollinis & triuie.i.diane cui infula & faſcia redimibat tpa.i.coronā capitis: vitta ſacra.i.ſacerdoti cōſecrata: adeſt inquā: collucēs totus veſte.ſ.inſignib⁹ albis quē.ſ.hemonidē æneas cōgreſſus.i.cōgrediens: ipſe agit.i.fugat & pſequit: cāpo & quē imolet ſup ſtans lapſum: ideſt ſtans ſuper lapſum & tegit. ſcilicet cadauer eius ingenti vmbra. ſcilicet ſui inclinans ſe ex aduerſo ſolis: ſuper eum collucētem vt dictum eſt ſereſtus.i. troianus: alter ab eo qui in caſtris adhuc erat verū nō ſereſtus ſed ſegeſtus dictus eſt in caſtris eſſe refert hūeris arma.ſ. illa inſignia lecta.i.collecta tropheū.i.in tropheū & vt ſuſpendat tropheū tibi o gradiue.i.mars Nā thracū lingua gradiuus dicit̄.

SER. ¶ Certior author.i.nuncius verus. Tenui diſcrimine leti: modico mortis interſtitio propter quod magna pallantis virtus oſtenditur. quo interempto omnis eſt in fugam conuerſus exercitus. Verſis: fugatis: Latum li.a.a. per agmen.i. facit: ſic melius q̄ ſi dicas latum per agmen. Ergo ſicut intelligamus aut per ordinem aut per hypallagen. nam & ſupra ſic ait. Hec ego vaſta dabo: & lato te limite ducam. Pallas euander in ipſis. Omnia ſunt oculis. erat tectum pallas euander menſæ quas aduena primus. Tunc adijt: dextræq; date in ipſis omnia ſunt oculis: ſed perite ſciſſa eſt narratio **Inferiæ** per quam animus æneæ perturbatus exprimitur. Inferias quos immolet vmbris. Inferiæ ſunt ſacra mortuorum: que inferis ſoluuntur. Sane mos erat in ſepulchris virorum fortium captiuos necari quod poſtq̄ crudele viſum eſt: placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare: qui a buſtis buſtiarij dicti ſunt. Captiuo ſcilicet pro captiuorum: vt captiui pendent currus. Item captiuaq; veſtis. Congeritur & eſt vt diximus ſpecioſus ornatus. Mago: datiuus vt ſupra illo namq; procul. Subijt ſubſedit. Per patrios manes & ſcilicet per eas perſonas rogat propter quas precatur. Penitus defoſſa talēta. multi enim diuitias ſuas obruebant: vnde Hora. Quid iuuat immenſum: te argenti pondus & auri Furtim defoſſa timidum deponere terra. Sane melius infoſſa diceret q̄ defoſſa ad quod eſt metri neceſſitate compulſus. nam fugit dubiam ſyllabam. Non hic victo. teu. vertitur. Lucan. nec pondera rerum. Nec momēta ſumus Gnatis parce tuis. qui in Vergi. deſcripſit declamationes de hoc loco ait. improbus es. Qui aut regi dones: aut filios exheredes: parce autem eſt ſecundum antiquos ſerua: vt apud Lucilium & Ennium inuenitur. Natis parce tuis: at qui ſupra dixit. Natoq; patriq;: quomodo ait natis? Non eſt contrarium. **Liberi** nam liberos etiam dicimus vnum filium. Adeo vt Teren. Filiam liberos dixerit vt in hecyra: qui illum dignum decreuerunt: ſuos cui liberos cōmitterent. Vbi pater de filia ad vxorem loquitur. Ergo vſurpauit reſpiciēs ad liberos vt gnatos de vno diceret. Commercia: viciſſitudines & ignoſcendi facultatem: Nec procul hemonides hoc nomen licet poſſit eſſe & patronymicō. quia in des exit: vt dicamus hemonis filius. Tamen melius eſt vt id proprium eſſe dicamus quia nuſq; nomen eius aut premiſſum eſt. aut ſecutum: ergo ſimile eſt patronymico: vt ſit Hemonides ſicut Thucidides. Infula: faſcia in modum diadematis a qua vitte ex vtraq; parte dependebant: que plerunq; lata & plerunq; tortilis de albo & cocco inſignibus armis: Aſper ſic legit: & vtitur Sallu. exemplo qui ait equo: atq; armis inſignibus. Probus vero inſignibus albis dicit legēdum: vt veſtes albas accipiamus que ſunt ſacerdotibus congrue: ſicut Statius de amphiarao dicit: albaq; purpureas interplicat infula criſtas. Campo: per campum. Immolat quaſi victimā & vt ille conſueuerat. Nam hoc verbo ad ſacerdotis nomen alluſit. Ingentiq; vmbra tegit aut magnitudine corporis ſui obumbrat eius cadauer: aut ingenti vmbra tegit: ideſt morte tegit. vt in æternā clauduntur lumina noctem. Aut ingenti vmbra tegit ſcd'm vſum accipiendum eſt ideſt inſultatione eum opprimit. Sereſtus: Sereſtos duos intelligamus vnum in caſtris: & vnum cum ęnea: nam troiani nondum erupere: vt intelligamus eum quem ſupra dixit. Ergo duo ſunt nec mirum cum & ipſe dixerit ꝓ exemplo eſſe poſſit Aſſaraciq; duo lecta refert: proprie dixit: nam ſpolia que aptantur tropheis legi dicuntur ideſt eligi. Tropheum declinatio latina eſt: vnde & penultima habebit accentū in numero plurali: quia trophæa dicimus ſicut greci: nec aliquid tamen mutilamus erit in antepenultima accentus: ſicut apud grecos.

Inſtaurant acies Vulcani ſtirpe creatus
Cæculus & veniēs marſorū a mōtibus Vmbro:
Dardanides cōtra furit: Anxuris enſe ſiniſtram
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliqd magnū: vimq; affore verbo
Crediderat: cœloq; animū fortaſſe ferebat
Caniciēq; ſibi: & longos promiſerat annos.

¶ Inſtaurant &c. Proſequitur reliquā æneę potiſſimū virtutem. **ASCEn̄.** Solum autem hoc habemus Donati. **DONA.** Caniciemq; ſibi irridet qui futurorum ſcientie confidunt Metuende: qui te metuendū arbitratus es. ¶ Ordo igitur eſt. **Ordo.** Ceculus creatus ſtirpe.i.de genere immo vt iactabat de ſemine vulcani & vmbro veniens.ideſt qui venerat tempus pro tempore a montibus marſorum.ſ. populorum in italia olim: inſtaurant.i.reficiūt & in ſtatum priorem redigunt: acies.ſ.fuſas ab ænea: aut ſocijs eius. Dardanides.i.nepos (accipiendo pro omni deſcendente a dardano) dar-

dani ſcilicet æneas:furit contra.i.econtrario:&
deiecerat enſe.i.gladio ſiniſtram.ſ.manum:an⸗
xuris.i.illius viri: & deiecerat ferro totum or⸗
bem clypei. Ille.ſ. anxur dixerat aliqd magnũ
ideſt magnificum:& crediderat vim.i.efficatiã
afferri verbo:& ferebat.i.efferebat&extollebat
fortaſſe cœlo .i. ad cœlum vſq; animum & pro
miſerat ſibi canicẽ&longos annos cũ.ſ.inter di
cẽdũ &cogitãdũ traijceret:quo facto mõet nos
poeta:iactãtie fugere vitium.& fragilitatis hu
mane memores facit. Tarquitus exultans con⸗
tra.i .exaduerſo contra æneam:armis fulgenti⸗
bus:quem.ſ. tarquitum dryope nympha crea⸗
rat ideſt procreauerat fauno ſyluicole.i. ſyluas
colenti:obtulit ſeſe ardenti obtulit dico exiſtẽs
obuius:ideſt o obuiam veniens ænee ardenti:
ille.ſ.ardens ęneas impetit.i.impetuoſe petit lo
ricam & ingens onus clypei aut impedit haſta
reducta.i.longa. Tunc.i.deinde deturbat terre:
ideſt ad terram caput.ſ.tarquiti: orantis nequic
q̃; ideſt fruſtra.multa: & parantis dicere multa:
& ipſe prouoluens.i.porro voluens truncum te
pentem.i.ſemicalidum. fatur hec ſuper.i.inſu⸗
per pectore inimico. i.hoſtili animo : aut fatur
ſuper pectore inimico.ſ.tarquiti : ſicut gemina
ſuper arbore ſidũt:& fronde ſuper viridi.O me
tuende.i.qui te metuendum putabas iace nunc
iſtic mater optima nõ cõdet te humi vel pro vel
non onerabit:ideſt accumulabit membra.ſ.tua
ſepulchro patrio : ideſt aut in patria aut patris
tui vt faunus mortalis intelligatur ſecundum
Seruium:ſed videor mihi pro hoc neſcio quod
argutius intelligere: nam ex fauno deo & nym
pha procreatum dixit poeta ex pſona ſua que
res æneam latuit . non enim tam pius in deorũ
progeniem petulantius inſultaſſet:vnde vt eũ
ex mortalib⁹ creatum ſe putare doceat dicit eũ
non ſepeliendũ ſepulchro patris. Tu linquere.i
linqueris.pe. longa in futuro indicatiui verbi
paſſiui:feris alitibus:aut altilibus feriſq;.ſ.terre
ſtribus.aut vnda feret te merſum gurgite.ſ. va
ſto.&piſces impaſti.i.famelici& ieiuni lambẽt
vulnera. ſ. tua Aeneas perſequitur protinus.i.
cõtinuo poſt ſtragem tarquiti:anteum & lichã
prima agmina turni: ideſt qui ſuſtentabant pri
ma agmina:turni& numã fortem& camertem
fuluum:ſatum.i.progenitum magnanimo vol
ſcente. Qui fuit ditiſſimus auſonidum pro au
ſonidarum agri. Alter genitiuus vtpote plura⸗
lis regitur ex natura gradus alter ex natura vo⸗
cabuli:&qui regnauit amyclis tacitis.i.ſectam
pythagoream tenentibus ob quam perierunt.
Qualis.i.qualiter Aegeon.ſ.gygas alio voca⸗
bulo Briareus dictus cui.ſ.egeoni:dicunt ſupp.
fuiſſe centum brachia & manus centenas.i.cen
tum & cui dicunt ignem.i.anime calorem ve⸗
hementem arſiſſe quinquaginta oribus & quin
quaginta pectoribus ſup.deſeuit tunc cum ſtre
peret.i.ſtrepitum faceret:tot parib⁹ clypeis : &
cum ſtringeret.i.euaginaret:tot enſes:contra ar
ma iouis.i.fulmina in bello giganteo:ſic ęneas
victor deſeuit.i.multũ ſeuit ĩ toto equore:vt.i
poſtq̃; mucro:ſcilicet eius: intepuit ſemel:ſan⸗
guine.i.poſtq̃ ſemel cõcitatus eſt ad iram quin:
ideſt quinimmo:ecce.q.d.de repente ipſe ęneas
tendit in equos quadriiugos : & in pectora ad⸗
uerſa. Atq; pro &:vt id ẽ poſtq̃ illi ſcilicet equi
videre lõge:ideſt de longe æneam ſupple gra⸗
dientem:& frementem dira: ideſt dire:verſi &
retro ruentes metu.ideſt pre timore: effundunt
ducem ſcilicet Nipheum & rapiunt currus ad
littora ſcilicet tyberina.

Tarquitus exultans contra fulgentibus armis:
Syluicolæ fauno Dryope quẽ nympha crearat:
Obuius ardenti ſeſe obtulit : ille reducta
Loricam clypeiq; ingẽs onus impetit haſta.
Tunc caput orantis nequicq̃ & multa parantis
Dicere deturbat terræ:truncũq; tepentem
Prouoluens ſuper hæc inimico pectore fatur.
Iſtic nunc metuende iace:non optima mater — Aeneas.
Cõdet humi:pãtrio ve onerabit mẽbra ſepulchro
Alitibus linquere feris:aut gurgite merſum
Vnda feret:piſceſq; impaſti vulnera lambent.
Protin⁹ Antæũ:& lichã prima agmina Turni — Poeta.
Perſequitur:forteq; Numã:fuluũq; Camertem
Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri
Qui fuit auſonidũ:& tacitis regnauit amyclis:
Aegeon qualis centum cui brachia dicunt
Centenaſq; manus : quinquaginta oribus ignẽ
Pectoribuſq; arſiſſe:iouis cum fulmina contra
Tot parib⁹ ſtreperet clypeis.tot ſtrĩgeret enſes
Sic toto æneas deſeuit in æquore victor
Vt ſemel intepuit mucro: quin ecce Niphei
Quadriiuges in equos aduerſaq; pectora tẽdit
Atq; illi longe gradientem & dira frementem
Vt videre:metu verſi retroq; ruentes:
Effunduntq; ducẽ: rapiuntq; ad littora currus.

SER. ¶ Inſtaurant acies κατατοσιωϖωμεγοῃ antefuſas accipia⸗
mus ex eo quod dixit inſtaurãt. Vulcani ſtirpe creatus: no
tandum ſtirpem de patre dictam:cum ſemper de longa ge⸗
neris ſignificatione dicatur. Dardanides:patronymicon a
maioribus dixerat ille aliquid prouerbialiter dictum : ac ſi
diceret non mirum ſic occiſum eſſe eum qui ſibi plurimam
arrogabat:Cæloq; animum fortaſſe ferebat. forte exequa⸗
uerat cœlo vt de ænea Drãces quibus celo te laudibus equẽ
Syluicolæ fauno dryope quẽ nympha crearat Faunus hoc
loco quidam ruſticus intelligendus eſt : non deus: ſicut ſu⸗
pra anxurus quem legimus iouem. Nonnulli etiam nym⸗
pham non deam volunt : ſed grece ſponſam dictam ne in⸗
credibile ſit ex duobus numinibus procreatum eſſe morta
lem q̃q̃ hec numina ſecundum ariſtotelem aliquando mo
riantur. Ille reducta ideſt longa : vt interea videt æneas in
valle reducta.& intelligimus protenta haſta tarquiti arma
eſſe impedita. Alij reducta retroducta dicunt quod nõ pro
cedit. Iſtic nunc metuende iace : Sarcaſmos eſt hoſtilis irri⸗
ſio. Patrio.v.o.mẽ.ſepulchro etiam hinc apparet Faunum
hominem fuiſſe. Impaſti: ita auidi vt ſemper credantur im
paſti:ſicut de harpyijs dixit in tertio: & pallida ſemper ora
fame:quaſi fame. Auſonidum : pro auſonidarum ſicut de
um pro deorum:nam auſonidum a genere fœminino ve⸗
nit : vt hec auſonis he auſonides . auſonidarum vero ve⸗
nit ab eo quod eſt hic auſonida huius auſonide. Tacitis re⸗
gnauit amyclis.inter Caietam & . Terracinam oppidum
conſtitutum eſt a laconibus qui comites Caſtoris & pol⸗
lucis fuerunt : & ab Amiclis prouincie Laconie ciuitate eſt
ei nomen inditum Lacones itaq; iſti cum ſcd'm pythago⸗
ream ſectam a cede omniũ animaliũ abſtinerent. Vñ Iuue.
A cunctis animalibus abſtinuit:qui tanq̃ homine & ex vi

cinis

cinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent:ab ĳſdē interempti ſunt. Vñ Amyclas tacitas dicit.i. pythagoreas.Nā pythagorica virtus eſt quinquēale ſilentiū.Eſt& alia expoſitio:cū frequēter falſo nūciarent hoſtes:& inani terrore ciuitas quaſſaret:Lata lege cautū eſt nequis vnꝙ hoſtis nunciaret aduentū.Poſtea cum vere hoſtis veniret nullo nunciante ex improuiſo capta eſt:vnde tacite Amycle dicte ſunt ꝙ periere ſilentio. Hic eſt qđ ait Lucillius.Mihi neceſſe eſt loqui.Nā ſcio amiclas tacendo periiſſe Aegeon qualis ipſe eſt & briareus Ignē pectoribus arſiſſe. Aſper dicit ignē hūc anime intelligēdū calorē venientē ex ferocitate: vt ſit cum vim ſue crudelitatis efflaret Alĳ ignem hūc fulminis volunt:vt ſit dictū quēadmodū in primo illū expirantem tranſfixo pectore flāmas.Sane notandū ignem arſiſſe cum igni alia res ardeat.Sic vt non vnā manū putares.Namꝙ ad hoc pertinet cōparatio:vt intelligamus eū multitudinis vice dimicaſſe Intepuit mucro nimia ſcilicet cede.Q uadrĳugis:propter homeoteleuton noluit dicere quadrĳugos:cōtulitꝙ ſe ad aliam declinationem.Nam& quadrĳugos& quadrĳuges dicimus:ſicut inermes & inermos:exanimes& exanimos.At que illi.ſ.equi:nam ad ſuperiora rettulit:quod ſciendum eſt eſſe vitioſum.Interpoſuit enim aduerſa pectora.Longe gradientē:longis gradibus incedentē:& eſt militaris inceſſus.

Interea bĳugis infert ſe lucagus albis
In medios:fraterꝙ Liger: ſed frater habenis
Flectit equos:ſtrictum rotat acer Lucagꝰ enſem.
Haud tulit æneas tanto feruore furētes.
Irruit:aduerſaꝙ ingens apparuit haſta:
Cui liger.
Liger Nō diomedis equos:nō currū cernis achillis:
Aut phrygiæ cāpos:nūc belli finis & æui
Poeta. His dabitur terris ⸍ veſano talia late
Dicta volāt ligeri:ſed non & troius heros
Dicta parat contra:iaculū nā torquet in hoſtē.
Lucagus vt pronus pēdens inverbera telo
Admonuit bĳugos:proiecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ:ſubit oras haſta ꝑ imas
Fulgētis clypei. tum læuum perforat inguē
Excuſſus curru moribundus voluitur aruis:
Quē pius æneas dictis affatur amaris.
Aeneas. Lucage nulla tuos currus fuga ſegnis equorū
Prodidit:aut vanæ vertere ex hoſtibns vmbræ.
Poeta Ipſe rotis ſaliens iuga deſeris ⸍ hec ita fatus.
Arripuit bĳugos:frater tendebat inermes
Infœlix palmas curru delapſus eodem.
Liger Per te:per qui te talem genuere parentes
Vir troiane:ſine hāc animā:& miſerere ꝑcantis
Poeta. Aeneas Pluribus oranti Aeneas ⸍ haud talia dudum
Dicta dabas:morere & fratrē ne deſere frater.
Poeta. Tum latebras animæ pectus mucrōe recludit.
Talia per campos edebat funera victor
Dardanius:torrentis aquæ vel turbinis atri
More furēs:tādē erūpunt. & caſtra relinquunt
Aſcanius puer:& nequicꝗ obſeſſa iuuentus.

SER. ¶ Bĳugis erit nominatiuus hic bĳugus:Nā bĳugibus faceret ſi eſſet tertie forme ab eo qđ eſt bĳugis genitiuo huius bĳugis. Non Diomedis equos:non currū cernis Achillis.Duos obĳcit a quibus eſt victus Aeneas.nec tñ vſꝙ qua ꝙ.nam eorū impetꝰ euitauit. Dicta parat.pōt legi & dicta parat

¶ Interea bĳugis &c.Subinfert ſtragē ligeris& lucagi ꝗ poſt vanā iactantiā ab ęnea quoꝙ proſternūtur: additꝙ teucrorū ex caſtris ſuis tandē eruptionē vnde Donatus. Acchillē & Diomedē nō vult laudare ſed illos cū Aenea deprimit In phrygĳs:quaſi dicat in quibus verſabanť imbelles.Nō di.p.nā prudēs nō norat lingua : ſed manu vtendū in bello.hec ille. ¶ Ordo eſt.Lucagus infert ſe in medios.ſ.pugnātiū bĳugis.ſ. equis albis : & liger frater.ſ.eius ſup.infert etiā ſe:ſed frater.ſ. liger flectit equos habenis.i.aurigandi fungiť officio: & lucagus acer.i.ſtrēnuꝰ bellator rotat.i.circūagit:enſem ſtrictū.i.nudatū:Aeneas haud tulit.i.nō eſt perpeſſus ſup.eos furentes tanto feruore:& irruit ſup.in eos & apparuit.i. conſpecus eſt eis haſta aduerſa.i.ex aduerſo inferenda Cui liger ſup.ait.Tu non cernis equos diomedis:ꝗuis a diomede fere ſuperatus fuiſti.& nō cernis currū achillis a quo etiā licet nō omnino victus fuiſti : aut cāpos phrygiæ e quibus.ſ.euaſiſti: ſed ſup. vides equos& currū eorū qui te in hoſtili terra nūc interficient : vñ addit finis belli & eui dabiť tibi his terris Talia dicta volant.i.efluūt aut effutiunť ligeri vano.i.vāiloquo:late.i.diffuſe.ꝗa vox alte loquētis longe diffundiť:ſed troius heros.ſ. ęneas nō parat:&.i.etiā.contra.i.incontrariū dicta: ideſt non reſpondet illi verbis vanis nam torquet iaculū.i.haſtam que iaci poſſit in hoſtem.ſ.lucagum.Lucagus vt.i.poſtꝗ ipſe pendens pronus inverbera:telo.i.cū telo iniecto:admonuit.i.inſtigauit:bĳugos.ſ.equos:dū ipē aptat ſe pugne & hoc pede leuo proiecto.i.extento: haſta.ſcilicet ænee ſubit per oras.i.extremitates.imas.i. inferiores: clypei fulgentis:tum.i.deinde haſta perforat inguen.i.partē pudendā aut femur leuum.i.ſiniſtrū.Ipſe lucagus excuſſus curru voluitur moribundus aruis.i.per arua.quem ęneas pius.i.ꝗꝙ pius affatur tamen dictis amaris: ꝓpter arogantiam videlicet eius O lucage (ſed qūo eius nomen nouit Aeneas qui eum nunꝙ prius viderat: dicemus vel ſocios eum morientem ſuo compellaſſe nomine : vel ipſum pro ſe īterpellaſſe nomine expreſſo)nulla fuga ſegnis equorum .i. quia equi non proceſſerint prodidit tuos currus:vt.ſ.meos:aut vmbre vane.i.apparitiones fantaſtice:nō vertere tuos currus ex hoſtibus.Ipſe.i.tu ipſe ſaliēs rotis.i.curru:deſeris iuga.ſ.equorum: ipſe fatus hec arripuit bĳugos.ſ.equos albos:frater.ſ.Liger īfelix:tēdebat inermes palmas:delapſus.ſ.ſpōte ex timore tñ eodē curru.ſ.quo frater deciderat:tendebat inquā palmas dicens.O vir Troiane oro ſup.per te &ꝑ parētes tuos qui genuere te talē.i.tā inclitum &victorioſum:ſine.i.permitte hāc animā ſ.in corpore:& miſerere.ſ.mei precātis.Aeneas ſupple reſpondit oranti .ideſt orare volenti pluribus.ſ. verbis.Tu haud.i.nō: dabas dudum.i. pauloante:talia dicta:morere & frater ne deſere ASCEN. DONA. Ordo.

 ideſt

ideſt ne deſeras fratrē.ſ.Lucagū:tū.i.deide poſt q̄ ſic locutus erat.recludit.i.aperit latebras anime.ſ.pectus mucrone.ſ.ſuo. Victor dardanius.ſ.Aeneas edebat.i.exhibebat talia funera per cāpos furens more aque torrentis: vel turbinis atri.i.denſi& caliginoſi.Aſcanius puer:&iuuētus.ſ.cetera:obſeſſa nequicq̄.i.fruſtra erumpūt tandem & relinquunt caſtra.ſ.ſua.

parat contra.Pronus.p.pronus nomen eſt:nam & comparatur:vt pronior.Si aūt participiū eſſet fieret vitioſa locutio ſine interpoſitiōe locutionis.Proiecto:extēto.vt proiectaq; ſaxa Pachinni.Lucage nulla tuos currus fuga ſegnis equorum Prodidit Aut vane vertere ex hoſtibus vmbre.Hec al locutio contraria eſt ſuperiori.Hoc em̄ continet. Obieciſti mihi q̄ ſim & a Diomede & ab Achille conuerſus in fugā te vero o Lucage nec equorū tarditas prodidit:qđ mihi cōtigit: cū a Diomede occiſus eſt Pādarus qui in eodē curru dimicabat.nec aliqua vmbra equi territi:qđ actū ſepius in Homero legitur ſicut paulopoſt Turnum cogit imago bella deſerere.Poteſt tamen& ad illud referri:quo tempore eum ab Achille nube Neptunus eripuit.vt in quinto cōmemorat.Ipſe rotis ſaliens ſarcaſmos eſt nam per irriſionem dictum eſt Ille enim vulneratus ceciderat.Rotis.i.curru a parte totū Sine permitte vitam.ſ.relinque patere&.συγχωρησου:Latebras anime pectus diffinitio pectoris eſt.Edebat quaſi ad ſpectandum:vnde& numerum editores dicuntur.



ASCEn. ℭ Iunonē interea compellat &c.Interſerit poericum figmētum ne meram hiſtoriam ſecutus non poeta ſenſeatur:vtq; decorum ſeruet:nam ſine deorum interceſſione difficile eſſet diſſoluere nodum:quomodo in tantis odijs impediri potuit Aenee cum turno concurſus quem impeditum dicit arte Iunonis que falſa imagine Aeneę

Iunonem interea compellat Iuppiter vltro.
O germana mihi: atq; eadē gratiſſima cōiunx Iuppiter
Vt rebare Venus(nec te ſeutentia fallit)

Troianas

Troianas ſuſtentat opes: non viuida bello
Dextra viris: animuſq; ferox: patienſq; pericli.

Poeta Iuno. Cui iuno ſũmiſſa ꝗd o pulcherrime cõiunx
Sollicitas ægram: & tua triſtia dicta timentem:
Si mihi quæ quondã fuerat: quãq; eſſe decebat
Vis in amore foret: nõ hæc mihi nãq; negares
Omnipotens: qn & pugnæ ſubducere Turnum
Et Dauno poſſem incolumen ſeruare parenti.
Nũc pereat: teucriſq; pio det ſanguine pœnas.
Ille tamen noſtra deducit origine nomen.
Pilumnuſq; illi quartus pater: & tua larga
Sæpe manu multiſq; onerauit limina donis.

Poeta Iuppiter. Cui rex ætherei breuiter ſic fatur olympi.
Si mora præſentis læti tempuſq; caduco
Oratur iuueni: meq; hoc ita ponere ſentis
Tolle fuga Turnũ, atq; inſtantibus eripe fatis
Hactenus indulſiſſe vacat: ſin altior iſtis
Sub precibus venia vlla latet: totumq; moueri
Mutari ve putas bellum: ſpes paſcis inanes.

Poeta Iuno. Cui iuno illachrymãs: ꝗd ſi q̃ voce grauaris
Mente dares: atq; hæc turno rata vita maneret:
Nũc manet inſontẽ grauis exitus: aut ego veri
Vana feror: quin vt potius formidine falſa
Ludar: & in melius tua q potes orſa reflectas

Poeta. Hæc vbi dicta dedit cœlo ſe protinus alto
Miſit agens hyemẽ nymbo ſuccincta p auras:
Iliacamq; aciem: & laurentia caſtra petiuit.

SER. ¶ Vt rebare: vt arbitrabaris. Verũ eſt ꝙ Troiani veneris ỽtute nitunt: & dictũ eſt p ironiã. nã ſupfluo qdã hãc orationẽ ſimplr dictã volũt: vt reuera dicat Iuppiter p ſe nihil poſſe Troianos qđ falſum eſt: adeo vt iunonis orõ ad ironiã. nõ ad ſimplicia verba rñdeat. Nec te ſnĩa fallit. hoc p parentheſim dictũ eſt. Viuida: fortis vt Sed bello viuida virtus. Cui iuno ſummiſſa: humilis & qa intellexit obliqua Troianorũ accuſatione impugnari ſuũ pudorẽ & ipſa rñdit oblique. Triſtia: ſeuera. Terẽ. Et triſtis ſeueritas ineſt atq; in verbis fides. Irẽ contra Ver. Furias amnẽq; ſeuerũ. i. triſtem. Quin. i. vt nõ nã cõfirmatiua pticula nõ eſt Nũc pereat Teucriſq; pio det ſanguine pœnas: ſermo obliquus nõ apertus ductus. Nã non agit vt pereat: ſed magis fauet eius ſaluti. Quod aũt dicitur pio ſanguine. Aeneę eũ latẽter exequat. qui vbiq; dicitur cultor deorum: Ille tamẽ ꝗꝗ moriturus: tamen a dijs originem ducit. Noſtra: diuina. Quartus pater: abauus: nec eſt contrariũ illud cui Pilũnus auus potuit em̃ fieri vt & auus & abauus eius a pilumno pilumni noĩarent. Si mora pſentis lęti: ex Iouis cõceſſione quali arte egerit vno cognoſcit. ſ. vt Turnus poſſet euadere. Caduco morituro. Ponere facere ſic Lucil. Homerũ ſecutus qui ait ἀλγεεθηκεν. ideſt fecit. Hactenus indulſiſſe vacat: ingenti arte locutus eſt nam dicendo vacat oſtendit ſuper hoc breue ſpacium vlterius bonarum ſtellarum irradiatione Turni fata differre non poſſe. Vnde non ait indulſiſſe libet: ſed vacat ac ſi diceret iã vndiq; in mortem trudit Turnus:

Aeneę ĩ nauẽ fugiẽtis allexit & auexit. De quare hoc ſolũ extat Dona. Submiſſa humilẽ eſſe decet que neceſſitas pcandi viget. Hęc ille. Or do aũt eſt. Iuppiter cõpellat. i. allocutus cõiunitvltro. i. nõ reqſitus cũ ĩñ regni debebat Iunonẽ. ſ. cõiugẽ & ſororẽ ſuã: o germana atq; eadẽ cõiunx gratiſſima mihi: vt rebare. i. arbitrabaris (nec ſnĩa tua fallit te) Ven⁹ ſuſtẽtat opes i. facultates & copias troianas. hoc p ironiã dicit ac ſi dicere velit: vides ꝙ non ſuffragio nec auxilio Veneris: ſed ppria virtute freti ſuperẽt Troiani nã modo ſupiores ſunt q cũ Aenea aduẽerũt: atq; ĩſup ĩgruũtie caſtris recẽtes bellatores quorũ vim rutuli ferre neqbũt: nec turn⁹ Aeneę excã deſcẽtis & dextra viuida. i. fortis bello. i ĩ bello ãt ad bellũ: ñ ſup. ẽ viris & aĩus ferox & patiẽs picli. i. piculi nõ eſt viris: aut nõ ſuſtẽtat viris opes Troianas: ſed venus. q. d. vides ꝙ ſua virtute nullo adiuti ſuffragio vincãt. Nihil ergo Veneri ĩputandũ eſt: nec mihi q iuraui hodie me oĩb⁹ ęquũ fore cui ſup. rñdit. Iuno ſummiſſa. i. humilis o pulcherrime cõiunx qd ſollicitas. i. magis ſollicitã facis & tẽtas aut afficis nouo cruciatu: me egrã. ſ. animo qa videntem ꝙ maxime diſplicet: virtute. ſ. Troianos ſuperiores eſſe: & timentẽ tua dicta triſtia. i. ſeuera & fatalẽ neceſſitatẽ afferẽtia. Si mihi foret in amore ea vis. i. vehemẽtia aut potẽtia in te: q̃ fuerat quondã & quã eſſe decebat. ſ. tũc & nũc quoq; decet: nãq;. i. certe aut nãq; ſi mihi &c. tu oĩpoteus ideſt cum oĩpotens ſis: nõ negares mihi hęc. ſ. quę peto: quin ideſt quominus poſſem ſubducere. i. clã ſubtrahere pugnæ. Turnũ & ſeruare incolumẽ Dauno parẽti. i. patri ipſi⁹ Turni Neceſſe eſt vt de victoria deſperet Iuno cũ nõ victoriã ſed ſalutẽ Turni petat. nũc. ſ. qa amor noſter extinct⁹ eſt: nec mcę apud te qcq; poſſunt pces: pereat. ſ. Turnus: & det Teucris pęnas ſanguine pio. ſ. ſuo te pie colentis. Tñ. i. nihilomin⁹ ille deducit nomẽ noſtra origine. i. a ſtirpe deorũ: & Pilũnus. ſ. deus eſt illi quartus pater: & ipſe onerauit ſepe larga manu: & mltis donis tua limina: Cui. ſ. iunoni rex olympi etherei. i. celeſtis: qa ſunt olympi montes in terris: fat̃ ſic breuiter. Si mora. i. dilatio: læti. i. mortis pſentis. i. imminẽtis & ſi tp̃s. i. ſola tpis extenſio: oratur iuueni. ſ. Turno caduco. i. mortali & caſuro licet ex deorũ ſit ſanguine oriundus & ſi ſentis me ponere. i. cõſtituere hoc ita. i. talem modũ tolle. i. amoue ab oculis Aeneę. Turnũ fuga. i. p fugã: atq; eripe eũ fatis inſtãtibus. i. vrgẽtib⁹ vacat. i. reliquũ eſt & nõ occupatũ a fatali neceſſitate: indulſiſſe. i. qđ ĩdulſerim⁹: hactenu⁹. i. ad hãc vſq; grãm q̃ eſt ei modicam morã necis cõcedere: ſin. i. ſed ſi vlla venia i. grã & ĩdulgẽtia altior. i. maioris momẽti lateat ſub iſtis pcib⁹. & ſi putas totũ bellũ. i. ſummã belli: hoc ẽ fĩalẽ victoriã ſup. poſſe moueri vł mutari: tu paſcis. i. nutris & foues ſpes ĩanes Cui. ſ. Ioui iuno illachrymãs ſup. ait quid ſup. mali eẽt aut iniurię. q. d. nihil aut qd ſup. facere aut dicerẽ tibi poſſem. q. d. neſcio: ſi tu dares mẽte. i. nutu & volũtate. ea ſup. q̃ grauaris ſup. dare voce. i. fato qđ voce cõcedis: atq; ſi hęc vita maneret turno: rata. i. firma & cõſtãs. nũc. ſ. qa fata vrgẽt nec ea mutare vis: grauis exit⁹. i. moleſta & ignominioſa mors: manet. i. certe expectat ĩſontẽ. ſ. turnũ: aut ego feror. i. ducor vana i. ĩanis ac ĩperita: veri. i. ỽitatis. qn vt. i. vtinã ego ludar. i. illudar & dcipiar poti⁹ formidĩe falſa. & tu q potes reflectas tua orſa. i. ſtatuta fatalia exorſa. aut a parcis cõtexta ſub ordine quo eueniãt

eueniat: vbi idest poſtq̄ Iuno videns ſcilicet Ioue immutabilem vbi idest poſtq̄ ipſa dedit hęc dicta ipſa miſit.i. demiſit ꝓtinus.i. ſtatim ſe cœlo alto: agens.i. impellens ante ſe hyemē. idest tempeſtatem ventoſam qualis in hyeme eſſe ſolet exiſtēs ſuccincta nymbo.i. cōdēſa nube ī ciclū collecta: & petiuit ꝑ auras & aciē iliacam & caſtra laurētia.i. laurentiū populorum. Turnus: hoc tantum vacat ſpacium. Hinc eſt quod & ſupra ait Metaſq̄ dati peruenit ad eui. Venia vl. beneficium quod ſperas te mereri. Quod voce grauaris. Negas fato: Vox enim Iouis fatum eſt. Stati. & vocem fata ſequuntur. hoc autem dicit. Vtinam quæ negas voce idest fato mente præſtares: nam ſi Iouis vox fatum eſt poteſt aliud fando fati ordinem cōmutare. Grauaris autem negas grauiter fers. Et hac locutione non niſi per accuſatiuum vtimur. vt ſi dicas aggrauor aduentum tuum idest grauiter fero grauor p̄ſentiā. Nā ipſe dixit qua grauaris aliter nō dicimus in hac ſignificatione. Silr̄ ēt accuſatiuo caſu vtimur cū volumꝰ abſolutā facere locutionē & ꝑ gerūdij modū aliqd dicere: vt petendū mihi eſt equū: codicē Byrrhū hinc Ver. Et pacē Troiano ab rege petendū: nā ſi dixeris petēdus eſt codex iā nō ꝑ gerūdij modū: participialr̄ loqueris. Rata firma. ſed ꝑpetua. Vera. fer. ſum veritatis ignara. Nymbo ſuccincta. nubibus: qa premiſit agens hyemē quod niſi eſſet ſplendorem acciperemus: qui eſt circa corpus deorum.

ASCEñ. ¶ Tū dea nube caua &c. Docet qūo abductus fuerat Turnꝰ aſtutia Iunonis: cui qa conceſſum erat Turnū abducere fuga abducit eū fugantē vt putabat & nō fugientē vñ qa nihil extat Donati.

Ordo: Ordo eſt. Dea.ſ. iuno ornat.i. effingit nube caua.i. ex aere: vmbrā tenuē.i. ſimulachrū corpis: ſine viribus.i. robore in faciē.i. facturā & ſiſitudinem Aeneę: appoſitorie monſtrū mirabile viſu.i. dum videt. ornat dico telis Dardanijs.ſ. dans ei tela dardania & aſſimulat clypeū & iubas capitis diuini.i. eius q ī deū eſſet aſſumendus. & dat verba inania.i. fictitia: nec a mēbris nec a mente veniētia: ſed ex aere ficta ſubtili quadā cōpoſitione vocis: & dat ſonū ſine mēte.i. ſine cōceptu mētis. & effingit greſſus.i. modū incedendi: euntis.ſ. Aeneę quales figuras.i. qualia ſimulachra eſt fama volitare.ſ. per vmbras infernas: morte obita.i. ſuſcepta & cōpleta. aut ſup. qualia fama ē volitare ſomnia.i. inſomnia & fantaſmata q̄ deludūt ſenſus ſopitos i. ſopore egro oppreſſos. De qbus Hora. velut egri ſomnia vane Finguntꝰ ſpēs: at.i. ſed: imago ſ. Aeneę leta.i. geſtiens exultat añ primas acies & irritat virū.ſ. Turnū telis: & laceſſit.i. ꝓuocat voce.i. verbis cōtumelioſis. Cui Turnus inſtat.i. inſtāter iminet: & cōijcit eminus.i. de longe quaſi e manibus: haſtā ſtridentē.ſ. ꝑ aera ex celeri motu: Illa.ſ. imago vertit.i. obuertit per fugā veſtigia: & hoc tergo dato.ſ. inſequenti: Vero ꝓ ſed turnus tum.i. tunc aut tum vero.i. tunc maxie & ad verū: vt.i. poſtq̄ credidit Aeneā cedere.i. locū dare: atq̄ poſtq̄ Turnus turbidus.ſ. ꝓpter inſperatū euentū: hauſit animo aut turbidus animo hauſit inanem ſpem: vociferabatur ſup. O æneа quo fugis ne deſere pro ne deſeras. thalamos pactos.ſ. cum latino de lauinia: tellus queſita per vndas.ſ. maris.ſ. Italia vnde italiam quero patriam: dabitur hac idest mea dextra: quia interfectum ſepeliendum dabo. Ipſe vociferans talia ſequitur.ſ. ſimulachrū Aeneę: & choruſcat.i. vibrat Mucronem ſtrictū i. euaginatum nec videt vētos ferre ſua gaudia i. ſe inaniter gaudere. Ratis.i. nauis ſtabat forte quia p̄ter ſpem Turni cōiuncta crepidini.i. ad crepidinem.i. eminentiam abruptam ſaxi celſi i. rupis altis ſcalis expoſitis.i. habēs ſcalas expoſitas vt per eas fieret cōgreſſus & regreſſus & ponte.i. tabulato parato.ſ. ad introitū: qua.ſ. rate aut naue Oſinius Rex.ſ. maſſicꝰ dictus aduectus ſup. erat oris.i. ab oris cluſinis.i. cluſio tuſcie ciuitate. imago æneę fugiētis trepide.i. feſtināter: alij tñ hñt imago æneę fugiētis trepida.i. q̄ trepidabat: cōijcit ſeſe huc.i. ad hāc ratē ī latebras nec Turnꝰ iſtat ſegnior.i. tardior: ſed ſup. perſequitur in nauem vſq̄. & exupat moras.i. impedimēta que moras facere poſſent: & trāſilit.i. celeriter tranſcurrit altos pontes. Ipſe ſcilicet Turnꝰ attigerat vix prorā: cū ſup. ſaturnia.ſ.

Tū dea nube caua: tenuē ſine viribus vmbram
In faciem Aeneæ viſu mirabile monſtrum
Dardanijs ornat telis: clypeumq̄ iubaſq̄
Diuini aſſimilat capitis. dat inania verba:
Dat ſine mente ſonū. greſſuſq̄ effingit euntis:
Morte obita quales phama ē volitare figuras:
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.
At primas læta ante acies exultat imago:
Irritatq̄ virum telis: & voce laceſſit.
Inſtat cui turnus: ſtridentemq̄ eminus haſtam
Conijcit: illa dato vertit veſtigia tergo.
Tum vero Aeneā auerſum vt cedere turnus
Credidit: atq̄ aīo ſpem turbidus hauſit inanē:
Quo fugis aenea: thalamos ne deſe pactos: Turnus.
Hac dabitur dextra tellus queſita per vndas.
Talia vociferās ſequitur: ſtrictumq̄ coruſcat Poeta
Mucronem: nec ferre videt ſua gaudia ventos:
Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis: & ponte parato:
Qua Rex Cluſinis aduectus Oſinius oris
Huc ſeſe Aeneæ trepide fugientis imago Alij trepida.
Conijcit in latebras: nec turnus ſegnior inſtat
Exuperatq̄ moras: & pontes tranſilit altos.
Vix proram attigerat: rupit ſaturnia funem:
Auulſamq̄ rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas abſentem in prælia poſcit
Obuia multa virum demittit corpora morti.
Tū leuis haud vltra latebras iā quærit imago:
Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ.
Cum turnū medio interea fert æquore turbo:
Reſpicit ignarus rerum: ingratuſq̄ ſalutis:
Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit: Turnus.
Omnipotēs genitor tāton me crimine dignū
Duxiſti: & tales voluiſti expendere pœnas.

Quo feror

Quo feror? vñ abiȷ̄? q̄ me fuga? queue reducet
Laurentis ne iterum muros: aut caſtra videbo?
Quid man⁹ illa virū: qui me meaq; arma ſecuti
Quoſve (nefas) oēs infanda in morte reliqui.
Et nunc palantes video: gemitumq; cadentum
Accipio: qd agā? aut quæ iam ſatis ima dehiſcet
Terra mihi? vos o potius miſereſcite venti
In rupes in ſaxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem: ſæuiſq; vadis immittite ſyrtis:
Quo neq; me rutuli neq; conſcia fama ſequať.

nia.ſ.iuno.rupit funē.i.retinacula: & rapit nauem auulſam.ſ.a littore: p equora reuoluta.i.remenſa.i.quę reuoluebanť: & remetiebantur tp̄s preteritū pticipiȷ̄ pro p̄ſenti: qa illo in paſſiuo carem⁹. Aūt pro ſed: Aeneas poſcit in.i. ad p̄lia.i.cōcertationē ineundā illū.ſ. Turnū: abſentem: & demittit morti.i. ad mortē & internicię̄ multa corpa virū ſcilicet rutulorū.obuia i.occurrētia: tū ideſt deinde poſtq; Turnus intrauerat nauē auulſam: imago leuis.i.inanis & ſine corpe vero: haud.i.nō quęrit iā vltra.i. vt dicūt vlterius: latebras.i.latibula: ſed volās ſublime.i.in ſublime immiſcuit ſe atre nubi ideſt reſoluta eſt in atrā nubē cū turbo.i.impet⁹ ventorū fert interea Turnū in medio æquore: ipſe ignarus rerū neſciēs.ſ.q; ppter ſalutē ſuā id egerit Iuno.& ingratus ſalutis: ideſt nō habēs gratiā ſalutē procreāti: reſpicit.i. attēdit quo illatus ſit: & tendit ad ſydera manus duplices.i.cōplicatas: tendit dico cū voce.i.ſimul p̄cans ac dicēs, o genitor oīpotēs.ſ.Iuppiter tāton.i.tātone: hoc eſt an duxiſti: ideſt reputaſti & cenſuiſti me dignū tanto crimine.i. dedecore ppter crimē proueniēte aut tam nefando facinore: ſed exponit dicens & voluiſti ne me expēdere tales i.tam cōtumelioſas penas quas.ſ. putat ſe non expenſurū ſine crimine. quo feror: vnde abiȷ̄ q̄ ideſt qualis fuga ſup. aufert me: ve pro vel quē ideſt qualē reducet.ſ.fuga me.i. qualis poſt fugam rediturus ſum. videbo ne iterū muıos laurentis ſcilicet ciuitatis hoc eſt laurolauiniȷ̄ aut videbo ne iterū caſtra. Quid ſupple faciet aut de me dicet illa manus ideſt ille exercitus virū ideſt virorū q ſecuti ſunt ſup. me & mea arma. ve pro vel: quos oēs: nefas ideſt quę res nefanda & deteſtanda eſt: relig ın morte nefanda & quos ego video nūc palātes.i. oberrātes quaſi oues ſine paſtore amiſſo.ſ.duce & accipio.ſ.aurib⁹: hoc eſt audio gemitū cadentū.i. occūbentiū qd agā aut q̄ terra ſatis ima dehiſcat.i.deorſum hyatū faciat mihi o vos venti miſereſcite potius: qa.ſ.terra deeſt: ego Turnus volēs adoro vos.i.cū adoratiōe imploro: ferte ratē in rupem & in ſaxa.i.ſcopulos. hoc eſt rūpite ratem & ſubmergite me & immittite me ſęuis vadis ideſt per vada ſęua: ſyrtis.i. in ſyrtis & breuia: hoc ē ad extrema maris loca quo.i.ad quas ſyrtes neq; rutuli ſequantur me: neq; fama cōſcia ſcilicet talis dedecoris ſequatur me.

Ordo. At. i. ſed camilla pharetrata. i. pharetris inſtructa: exerta pugnę. i. ad pugnā gerendā: vnū latus. i. hñs mānillā alteri⁹ lateris exertā & abſciſam aut exuſtā Amazon. i. quaſi amazon more Amazonidū: exultat inter medias cędes: qs ſ. faciebat auiditate muliebri: & ipſa ſpargens manu nūc. i. aliqñ: haſtilia lēta. i. flexibilia: dēſat. i. cōpenſat & multiplicat ſup. ea: & ipa indefeſſa. i. nō defatigata: rapit nūc. i. aliqñ dextra. ſ. manu bipennē. i. ſecurim duas pinnas habentē. validā. i. fortē & ad pugnā multū valētē. Arc⁹ aure⁹. i. aurat⁹ ſonat ex hūero. ſ. ei⁹ & arma Dianę. i. ſagittę ſonāt ſup. illi ex humero. Illa. ſ. egregia bellatrix ſi receſſit qñ. i. aliqñ: pulſa in tergū. i. retrorſum: dirigit arcu cōuerſo. ſ. in hoſtē vñ ipſa quodāmodo auerſa abibat ſpicula fugiētia. ſ. cum ea donec emiſſa erāt. At. i. ſed: comites. i. cōſodales Camillę. ſ. Larina virgo & Tulla & Tarpeia quatiēs ſecurim eratā i. ere munitā: Italides. i. ī italia orte femię lecte i. electe aut delecte ad hoc mun⁹ erāt ſup. circū ſ. Camillā: quas. ſ. Italides aut italidas ipſa dia Camilla delegit. i. delegerat ſibi decus. i. ornamentū ſpecimē: & miniſtras pacis bone. i. decētis & honeſte ac vtilis: nā nō ōis pax bona ē. ſi qs em̄ opprimit iniuſte nec reſiſtit dū pōt & debet pacē fouet nō bonā. & miniſtras belli exiſtētes ſup. tales quales Amazones Threicię. i. in cōfinibus Thracię olim reſidētes cum. i. qñ pulſāt flumina thermodoōtis. i. fluctis Thracię & bellanť. i. belligerāt. armis pictis ſeu. i. ſiue. circū Hyppolyten. ſ. reginā ſuā. ſeu circū ſup. Pentheſileam cum ipſa pentheſilea: martia. i. bellicoſa aut Martis filia refert ſe. ſ. e pugna. curru. ſ. de quo pugnauerat. & agmina fœminea exultant magno tumultu. ideſt tumultuoſe. peltis. i. breuibus ſcutis. lunatis. i. in formā lunularū inciſis. O virgo ſcilicet Camilla aſpera ideſt acris & ſtrennua. quē deijcis telo primū & quē poſtremū. q. d. tot deijcis vt neſciā quē primum quemve poſtremū dicā: aut quot corpora morientia fundis humi ideſt per humū quaſi dicat innumera. Ipſa ſup. nam ad tertiā perſonam tranſit deijcit primum Eumenium patre Clycio. i. cui Clycius erat pater. cuius aduerſi. i. ex aduerſo ſtantis. ipa tranſuerberat pectus apertū ideſt nudatū abiete ideſt haſta abiegna longa. Ille ſcilicet Eumenius vomēs riuos ſanguinis. cadit ſcilicet occiſus. atq; mandit. i. mordicus opperit. humum cruentam. & moriens verſat ſup. ſe ſub ſuo vulnere. Tum. i. deinde ſup. deijcit ſup. ſ. Eumeniū Lyrin & Pegaſum. quorū alter. i. prior. ſcilicet Lyris reuolutus equo ſuffoſſo. i. caſuro. aut eo ignorāte trāſfoſſo. dum colligit habenas ſcilicet equi. alter ſ. poſterior hoc eſt Pegaſus. reuolutus dū ſubit ideſt ſuccurrit. ac tendit. i. extendit ac porrigit

labenti

At medias inter cædes exultat Amazon
Vnū exerta latus pugnæ pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat:
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennē.
Aureus ex humero ſonat arcus: & arma Dianæ.
Illa etiam (ſi quando in tergum pulſa receſſit)
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites Larinaq; virgo
Tullaq;: & æratam quatiens tarpeia ſecurim:
Italides: quas ipſa decus ſibi dia camilla
Delegit paciſq; bonæ: belliq; miniſtras:
Quales threicie cum flumina thermodoontis
Pulſant: & pictis bellantur amazones armis.
Seu circū Hippoliten: ſeu cū ſe Martia curru
Pentheſilea refert: magnoq; vlulante tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primū: quē poſtremū aſpera virgo
Deijcis: aut quot humi moriētia corpa fundis:
Eumeniū clycio primum patre: cuius apertū
Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomēs riuos cadit: atq; cruentā
Mādit humū: moriēſq; ſuo ſub vulnere verſat:
Tū Lyrin Pegaſumq; ſup quorū alter habenas
Suffoſſo reuolutus equo dum colligit alter
Dum ſubit: ac dextram labenti tendit inertem
Præcipites pariterq; ruunt: his addit amaſtrū
Hippotadem: ſequiturq; incūbēs emin⁹ haſta:
Tereaq; harpalicūq; & demophoōta chromīq;
Quotq; emiſſa manu contorſit ſpicula virgo:
Vot phrygij cecidere viri: pcul Ornitus armis
Ignotis: & equo venator Hyapige fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus:
Et malæ texere lupi cum dentibus albis:
Agreſtiſq; manus armat Sparus: ipſe cateruis
Vertitur in medijs: & toto vertice ſupra eſt.
Hūc illa exceptū (nec em̄ labor agmine verſo)

Traijcit

labēti.ſ.Lyri dextrā inertē.i. ignauā alter dico & alter ruūt pariter ꝑcipites:& ſup.camilla:addit his amaſtrū hippotadē.i. hippotę filiū:& ipa incūbēs emin⁹.i.de lōge:haſta ſeqtur.i.pſequiť aut inſequiť Terea & Harpalicū & Demophoōta & Chromin hoſtes illos vt vř ex ſeqntibus phrygios:qa ſequiť : & tot viri phrygij cecidere quot ſpicula cōtorſit virgo emiſſa manu.ſ.Ornit⁹ tyrrhen⁹ ille ferť ꝓcul armis ignotis.i.nouis & inconſuetis aut ignobilibus : & equo Hyapige.i. appulo.exñs venator.i. quo venari ſolit⁹ erat.Cui.ſ.ornito pugnatori.i.bellatori:pellis erepta iuueco.ſ. lorica ex loris iuuenci cōſerta:opit.i.tegit & velat latos humeros:& cui ingēs hyat⁹.i.rictus oris lupi.i.lupini:& male.i.maxille lupi:cū dentib⁹ albis:texere.i.coopuerūt caput : & cui ſparus.i.telū illud agreſtis.i.ruſticū armat man⁹:ipſe.ſ.pugnator Ornitus vertiť.i. agit in medijs cateruis.ſ. ſuis aut Rutulorū: & eſt ſupra.ſ.oēs.i.eminet: toto vertice.Illa.ſ.Camilla traijcit hunc.ſ. talem ac tantū virū exceptū:ſcilicet cū in ſe irrueret: em̄ pro qa:qa neq;.i nō ſupple erat labor agmine verſo:ideſt quia agmē prius erat verſum in fugam : & ita impediebatur ornitus & a fuga & ab impetu : & fať ſup.i.inſup aut ſuper ipſum proſtratum ſtās: pectore inimico. ideſt animo hoſtili.O tyrrhene.ſ.Ornite putaſti. ideſt putaſti ne te agitare feras.ideſt venari ſupple in ſyluis:dies ideſt tempeſtas aduenit : qui redargueret armis muliebribus : ideſt a virgine tractatis : verba veſtra: ſcilicet omnium tyrrhenorū ſuperba & magniloqua:tamen tu referes.ideſt quaſi ꝓ victoria reportabis:manibus.i. ad manes patrū.i.maiorum tuorum:hoc nomē ideſt hanc famam & laudem non leue ideſt graue & magni momenti ſcilicet cecidiſſe. ideſt ꝙ cecideris & occiſus ſis:telo Camille.i.meo cuius nomen tam inclytū eſt: vnde poti⁹ dixit telo camillę in tertia perſona ꝙ telo meo. Eſt enim in ipſo nomine pondus.

Traijcit:& ſuper hæc inimico pectore fatur.
Camilla. Syluis te tyrrene feras agitare putaſti?
Aduenit qui veſtra dies muliebribus armis
Verba red argueret:nomen tñ aut leue patrum
Manibus hoc referes telo cecidiſſe Camillæ.

SER. Exultat Amazon:ſuſpendendum exultat:vt Amazon intelligas quaſi amazon. Nam Camilla volſca fuerat: ſicut in primo. Dederatq; comam diffundere ventis. Venatrix ideſt quaſi venatrix. Indefeſſa: infatigabilis & omnia arma Amazonū tradit quas Titianus Vnimamas vocat. Nam hoc eſt amazon quaſi αγευμαζου. Spicula fugientia:pro ipſa fugiens: At circum lectæ comites:ſubaudi dimicant:quod & ſequens amazonum indicat comparatio: quæ inducuntur circa reginam bella tractantes. Larinaq; virgo:nomina hæc nobiliſſimarum ſunt Italiæ fœminarum:Italides: pulchra deriuatio non vera. namverum eſt Italiæ.Italis autem: vnde italides magis patronymicum eſt ꝙ deriuatiuum:ſicut belias:vnde & belides. Quas ipa decus.decus & ad delectas & ad ipſam poteſt referri:decus autem ſi adCamillā nobilitas pulchritudo: ſi ad delectas ornamentum ideſt quas ſibi elegit ornamentum ideſt ad ornamentum Diua Camilla generoſa ευγεγνω. Nam gręcum eſt cuius nominis ęthymologiam plærīq; volunt venire αποτουδιοσ quod ſi ſic eſt:dicemus diſſentire deriuationem a principalitate nam dia di producit cum διοσ corripiat ſicut econtra cum lux producat: lucerna lu corripit. Paciſq; bonę belliq; miniſtras. Congruum paci epitheton dedit: vt eam bonam diceret cum bellum econtra ſit peſſimum. Nam ſine dubio & belli ſæui diceret ſi ratio verſus admitteret: Quales threicie : tanais fluuius eſt qui ſeparat Aſiam ab Europa:circa que antea Amazones habitauerunt vnde ſe poſtea ad Termodoonta fluuium Thraciæ tranſtulerunt:quod etiam Salluſtius teſtatur dicens. Dein campi Treicei quos habuere Amazones a Tanai fluuio incertum quamobrem digreſſę. Thermodoontis.plænum eſt. Thermodoō.ſed per ſyneresim Thermodō fecit:vnde don circunflexum habet accentum. Græca enim nomina neceſſe eſt vt circunflectanť quotiens fit ſyneresis exigēte metri neceſſitate. Ergo ſi ſit Thermodoō do acutū habebit accentū:quod ſi Thermodon fecerit: & in finalē transferť & mutať accētus:nā fit circūflexus. Pulſant. Ennius ad muſas Quę pedib⁹ pulſaris Olympū. Bellātur ꝓ bellāt. Nā ſolent verba ꝓ verbis poni vñ paſſiuā nūc deriuationē ſub actiua poſuit ſignificatione. ſic in Geor. Et placidā paci nutritor oliuā. Futurū tps a paſſiuo poſuit ꝓ pñti ab actiuo:nā nutritor ꝓ nutri poſuit. vñ eſt cōtra:nox humida cœlo Pręcipitat: ꝓ ꝑcipitať.actiuū ꝓ paſſiuo. Hypoliten: hęc amazonū fuit regina cui victę Hercules baltheū ſuſtulit. Martia:aut bellicoſa:aut Martis filia. Quē telo primū:quē poſtremū. Homericū eſt interrogationē ad ipm referre q deſcribiť cū muſę interrogari cōſueuerit: vt vos o Calliope ꝑcor aſpirate canēti. Aſpa virgo:epithetō ad officiū belli reſpiciēs.aľs incōgrue virginē aſperā dicimus. Eumeniūq; qa latina eſt declinatio:iō nec accepit accentū:nā Stati⁹ qa gręco declinauit grecū accentū poſuit dicēs. Nunc eumeniū añ:& nūc añ thoas. Lōga abiete:haſta abiegna:nā arborē ꝓ haſta poſuit. Suffoſſo caſuro. Nā ſuffoſſi eq dicunť quos vulgo ceſpitatores vocāt. Alij ſuffoſſo legūt.i.ꝑcipiti:& iā cadēti. Dū ſubit.ſ.dū ſe ad ſuſtētationē ruētis inclinat:& vult vtrūq; tāta celeritate eſſe ꝑcuſſum: vt vnū ictū putares:inde eſt em̄:ꝑcipites pariterq; ruunt. His addit. Amaſtrum:adiungit: Armis ignotis: nouis inconſuetis. Hyapige. appulo equo. Lorica. Pellis erepta Iuueco. ideſt lorica. Nam ꝓprie lorica eſt tegmen de loro factum:quo maiores in bello vti cōſueuerāt. Sparus. Agreſtiſq; manus armat ſparus:bñ agreſtis. Nā ſparus eſt ruſticū telū i modū pedi recuruū: Sallu. Sparos & lanceas alij pacutas ſudes portare. Vertiť in medijs.i.agit : nā gręce αγαστρεφεται dixit. Toto vertice ſupra eſt Statius de Capaneo:& totū trāſcendit corpe bellū Hūc illa exceptū fraude:circūuentū: vt Aemulus exceptum Triton Traijcit. vis iactus oſtendiť Syluis ꝓ in ſyluis & eſt archaiſmos caſus ꝓ caſu. Mulier. Virgo. Muliebrib⁹ armis vſus obtinuit: vt innuptas virgines: nuptas mulieres vocemus nā aput maiores indiſcrete virgo dicebať & mulier: Vtrunq; em̄ ſexū tm̄ ſignificabat: vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus:Cū Camillam innuptam fuiſſe manifeſtū ſit. Itē in Buco. legimus: Ah virgo infelix:cū Paſiphaen cōſtet ex Minoe ante amorem tauri filios ſuſcepiſſe. Teren. etiā mulierē poſt partū virginem vocat in Hæcyra. Nā vitiū eſt oblatū virgini oli ab neſcio quo improbo: Nomē tam haud leue patrū manibus hoc referes telo cecidiſſe Camillæ:irriſio eſt. amaritudinis plæna. nam ſi voluerimus ſimpliciter accipere: vt ita ſit dictum: quemadmodum ſupra Aeneę magni dextra cadis: incipit contrarium eſſe ſuperioribus. Vnde melius eſt vt perſeueremus in ſenſu : & ita ſit dictum: magnā reuera gloriā laturus es ad manes parentum quem fœminea tela ſuperarunt.

Poeta. Protin⁹ Orſilochū: & Butē duo maxia teucrū
Corpora:ſed Buten aduerſum cuſpide fixit
Loricam

ASCEN. Protinus Orſilochum &c. Proſequitur reliquam Camillę pugnam: & quam fecit ſtragē: vnde qa ꝓ facilitate nihil receptum eſt ex cōmētarijs Donati. Ordo. Ordo eſt. Nam Camilla fixit ꝓtinus

tinus.i.cõtinuo poſt Orniti necẽ. Orſilochũ & Buten duo maxima corpa teucrũ ꝓ teucrorũ i.duos teucros maximis corpibus ſed fixit Buten aduerſo.i.ex aduerſo ſtantẽ: cuſpide inter loricã &galeã ſup.ea parte qua inuenit.i.offẽndit colla ſedẽtis.ſ.de equo:&qua parma.i.ſcutũ dependet lacerto leuo.i.ſiniſtro:&figit ſup. Orſilochũ fugiẽs.i.cũ fugã ſimularet:& eludit eũ gyro.i.crebra reuolutione & recurſu: agitata ꝑ magnũ orbẽ.i.circuitũ exiſtẽs interior: & ſeqtur ſequentẽ:q̃ avterq; alterũ ſequebat̃ tũ.i. deinde poſtq̃ dep̃henderat eũ: ip̃a inſurgẽs altior ſup.ĩcutit aut figit viro.i.orſilocho:ſecurim validã.i.robuſtã ꝑ arma & oſſa: viro dicit orãti & p̃canti multa &cõgeminat vuln⁹.i.plagas mľtiplicat:q ſup.rigat ora ſup. ſua cerebro calido.i.recẽter effuſo:fili⁹ auni illi⁹ viri: vñ & ip̃e aun⁹ dict credit̃ appẽninicole.i. Appẽnini mõtis italiã ĩtercidiẽtis cultoris& habitatoris: ĩcidit huic.i.hãc invirginẽ:& ip̃e territ⁹ ſubito aſpectu hęſit.i. mãſit ſtãs ſuſpẽſus exñs bellator haud.i.nõ extrem⁹.i.nõ viliſſim⁹ nec abiectiſſim⁹: ſed ĩter primos ligurũ.i. illoꝝ pplorũ in p̃te ĩferioris italię:dũ.i.donec fata ſinebãt.i. ꝑmittebãt eũ fallere.i. vti fallacijs& aſtutijs ĩ bello.Iſq;.i.& is.ſ.Aun⁹ fili⁹ auni: vbi cernit ſe nullo.i.nõ vllo:nõ poſſe euadere vllo curſu:neq; poſſe auertere reginã.i. regis filiã Camillã: ip̃e igreſſus.i.conat⁹ ꝟſare.i.agitare & tractare dolos cõſilio.i.prouidẽtia &aſtu.i. vafreitate & calliditate ĩcipit hęc.i.ſic loq cœpit. Quid ſup.eſt aut eſſe putas tã egregiũ.i. excellẽs facinus:ſi tu fœmina fidis.i.confidis equo forti.ſ. quo auehi poſſe ſpas. Dimitte fugã.i. equũ fuge p̃ſidiũ & ſpem:&crede.i.cõmitte te mecũ.i. vti me ego cõmitto:ſolo equo.i. terræ equaliter vtriq; ad certamẽ cõgrue: & accinge ſup. te pugne pedeſtri.i.q̃ fit a peditib⁹. Tu noſces iã i.ſtatim:cui.i. vtri noſtrũ gľia vẽtoſa.i. auiditas laudis ferat:fraudẽ.i.penam aut pniciẽ vel cui gľia vẽtoſa ferat.i.afferat laudẽ.i.cedat in laudem:cũ id faciat quod iactauerat. Dixit.ſ. Aunus ligur:at.i.ſed illa.ſ.camilla furens.ſ. ira hoc eſt incenſa acri dolore:tradit equũ comiti ſcilicet ſue vni ex ſupradictis: & aſſiſtit.i. aſtat cõgredi parata ſup.in armis paribus: quia pedes ideſt pedeſtris:enſe nudo.i.nudato:hoc eſt euaginato aut nudo ideſt ſolo ſine alijs armis inuaſiuis:& aſſiſtit interrita:ideſt non territa. parma pura ideſt nondum depicta aliquo inſigni:aut pura ideſt ſola ſine alio munimẽto. At ideſt,ſed iuuenis.ſ.Aunus:ratus ideſt arbitrans viciſſe ideſt votum obtinuiſſe: dolo ideſt per dolum:haud ideſt non mora ſup.fit:& ip̃e auolat:& aufertur fugax ideſt fugiẽs vel vt fugax habenis conuerſis ſcilicet ad nutum:hoc eſt facta plena poteſtate:&fatigat calce ferrata ideſt ferreo calcari munita. Queras quomodo aunus aut equo ablatus aut calcaribus vſus dicatur:quia ſi & ipſe eques erat inepte improperauerit Camillę ꝙ equo fideret: & non eſt veroſimile:ꝙ in equum Camille comiti traditũ tam cito cõſcenderit aut ſaltem calcaribus vſus ſit Vnde dicemus Aunũ quoq; in equo fuiſſe.ſed id improperaſſe Camillę:ꝙ equo forti & inſigni fideret:q̃ſi fugitura ſtatim ſi vincat̃.quocirca ſimulabat & ip̃e velle deſcẽdere:ſed cum virginẽ deſcendiſſe priorem videret:ſtatim in equo aufugit. Calx. Sane calx ꝓ parte pedis maſculinũ eſſe ſolet: multi tñ textus habent ferrata calce nõ ferrato.vt etiam fœmininum eſſe cenſeatur,O ligur inquit virgo ſcilicet Camilla:vane

ideſt

Loricam:galeamq; inter: qua colla ſedentis
Inuenit:& læuo dependet parma lacerto.
Orſilochũ fugiẽs:magnũq; agitata per orbem
Eludit gyro:interior ſequiturq; ſequentem:
Tum validã perq; arma viro perq; oſſa ſecuri
Altior inſurgens:oranti & multa precanti
Congeminat vulnus:calido rigat ora cerebro.
Incidit huic ſubitoq; aſpectu territus hæſit
Appenninicolæ bellator filius Auni:
Haud Ligurũ extremus:dũ fallere fata ſinebãt:
Iſq; vbi ſe nullo iam curſu euadere pugna
Poſſe:neq; inſtantem reginam auertere cernit:
Conſilio verſare dolos ingreſſus:& aſtu
Incipit hæc. Quid tam egregiũ ſi fœmina forti — Aunus.
Fidis equo?dimitte fugam:& cominus æquo
Mecum crede ſolo pugnæq; accinge pedeſtri.
Iam noſces ventoſa ferat cui gloria fraudem. — Poeta
Dixit.at illa furens:acriq; incenſa dolore
Tradit equũ comiti paribuſq; aſſiſtit in armis:
Enſe pedes nudo: puraq; ĩterrita parma.
At iuuenis viciſſe dolo ratus: auolat ipſe
(Haud mora)cõuerſiſq; fugax aufert̃ habenis:
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.
Vane ligur.fruſtraq; animis elate ſuperbis: — Camilla.
Nequicq̃ patrias tentaſti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci ꝑferet Auno.
Hæc fatur virgo: & pernicibus ignea plãtis — Poeta.
Tranſit equum curſu:freniſq; aduerſa p̃henſis
Cõgredit̃:pœnaſq; inimico ex ſanguine ſumit.
Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Cõſequit̃ pennis ſublimẽ in nube columbam:
Cõp̃henſamq; tenet:pedibuſq; euiſcerat vncis.
Tum cruor:& vulſæ labunt̃ ab æthere plumæ.

SER. ¶ Qua colla ſedentis. Equitis:ſane eum ex vicino intelligimus eſſe percuſſum. Interior: ſiniſterior ſcilicet circulo: Congeminat:hic diſtinguendum eſt: nam nemo dicit ſecuri vulnus congeminat: ſed ſecuris incidit: huic; figurate pro in hanc. Teren. Ego in eum incidi infœlix locũ vt neq; mihi admittẽdi neq; retinendi ſit copia. Appenninicolę bellator filius Auni: quia liguria maiore parte ſui Appennino eſt conſtituta. Ligures aũt omnes fallaces ſunt: ſicut ait Cato in ſecundo originum libro filius Auni Aunus.ſ. nam vt ſupra diximus:cũ dictis parentibus filiorũ nomina ſupprimant eos patri cognomines intelligimus. vt Tyburti Remulo ditiſſimus olim. Verſare dolos ĩgreſſus tractare. vt ſeu ꝟſare dolos;ſeu certę occũbere morti. Aſtu: malitia. nã ꝓprie aſtutos malitioſos vocam⁹ Vñ in Terẽ. poſtq̃ de dño dixit ſeruus aſtute:ille iratus ait. Carnifex q̃ loqtur; Cice. ita fit vt iſta ratio exiſtimet̃ aſtuta:meum tñ hoc

conſilium

cõſilium neceſſarium. Dimitte fugam cqui celeritatẽ cui fidis relinque. Vētoſa ferat cui glĩa fraudẽ. Hęc eſt vera & antiqua lectio: vt ſit ſenſus: pedes cõgredere: iã cognoſces cui ianis iactãtia afferat pęnã Nã fraudẽ pęnã veteres vocabãt: vt ẽt ĩ antiquo cognoſcit iure. Sal. ĩ Catil. Diẽ ſtatuit añq̃ ſine fraude liceret ab armis diſcedere. Si laudẽ legerimus: erit ſenſus agnoſces cui inanis gl̃ia afferat laudẽ. Ventoſa aũt gl̃ia eſt quã gręci κενοδοξιαν vocãt: paribuſq; aſſiſtit ĩ armis pedes ſicut illũ cõgreſſurũ putabat: pura pma: tũc em̃ primũ in bella cõſcẽderat. Fugax fugiẽs: nã nomen eſt pro participio nõ em̃ fugacẽ poſſum᷒ accipe: quẽ ſupra legim᷒ bellatorẽ Vane ligur: aut fallax: aut inaniter iactans: nã vanos ſtultos poſteriores dicere cœperũt: vñ tractũ eſt etiam in neotericis. Iuue. Sic libitũ eſt vano q̃ nos diſtinxit Othoni. Quid autem hoc loco vane ſignificet cõſequẽtia demõſtrant. Fruſtraq; animis elate ſuperbis. Lubricus fallax: mobilis. Pernicib᷒ ignea plãtis: mõ velocib᷒. al's pſeuerantibus. Namq; pernix interdũ velox interdum perſeuerans ſignificat: vt ipſe ĩ Geor. Et iter dura iacet pnix: inſtrato ſaxa cubili. Trãſit equũ curſu: Nũc hoc ĩcredibile eſſe videret: niſi p̃miſiſſet in ſeptimo. Illa vel intactę ſegetis per ſumma volaret Gramina: nec teneras curſu lęſiſſet ariſtas. Aduerſa: oppoſita. Accipiter ſaxo ſacer ales ab alto: ſacer ideo q̃a eſt marti cõſecrat᷒: aut auib᷒ execrabilis: vt auri ſacra fames. Aut qđ verius eſt nomẽ gręcũ exp̃ſſit. Nã ιεραξ dicit: hoc eſt ſacer: ιερευσ em̃ ſacerdos vocat. Cur aũt grece ita dictus ſit: rõne nõ caret: quę nota eſt ſacrorũ peritis. Cõſequit: pennis noua laus Camillę: ſiquidẽ accipiter columbam ſequit: ipſa p̃cedit hoſtem. Ipſa enim auium cõparatio eſt ſumpta ex contrario. Nam equius vir accipitri. Camilla cõparareẽ columbę Tunc cruor & vulſę labuntur ab æthere plumę: ecbaſis eſt: ideſt excurſus.

Fraus. Pernix.

¶ At non hæc nullis hoĩm ſator atq; deorum
Obſeruans oculis ſummo ſedet altus olympo
Tyrrhenum genitor Tarchontẽ in prælia ſæua
Suſcitat: & ſtimulis haud mollibus ĩcitat iras.
Ergo inter cædes: cedentiaq; agmina Tarchon
Fertur equo: varijſq; inſtigat vocibus alas:
Noĩe quẽq; vocans: reficitq; in prælia pulſos.
Tarchon. Quis met᷒: o nunq̃ dolituri: & ſemp inertes
Tyrrheni: quæ tanta animis ignauia venit:
Fœmina palãtes agit: atq; hæc agmina vertit:
Quo ferrũ: q̃d ve hec gerim᷒ tela irrita dextris:
At non in venerem ſegnes: nocturnaq; bella:
Aut vbi curua choros induxit tibia Bacchi:
Expectare dapes: & plæne pocula menſæ:
Hic amor: hic ſtudiũ: dũ ſacra ſecũdus aruſpex
Poeta. Nunciet: ac lucos vocet hoſtia pinguis ĩ altos.
Hæc effat᷒ equũ in medios moriturus & ipſe
Cõcitat: & Venulo aduerſum ſe turbid᷒ infert.
Direptũq; ab equo dextra cõplectitur hoſtem:
Et gremium ante ſuũ multa vi concitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor: cunctiq; latini
Cõuertere oculos: volat igne᷒ æthere tarchon
Arma virũq; ferens. tũ ſumma ipſius ab haſta

Defringit

ideſt inanis & mentiẽs in facto & verbo: & elate fruſtra animis ſuperbis. ſ. q̃ ſi viceris p fraudem euadens: tu lubric᷒. i. difficulter ſeruabilis ſed vt anguilla lubrica elabi ſperãs tentaſti neq̃q̃. i. fruſtra artes p̃rias. i. aut patrię tuę: ſed videtur de parte loq̃ q̃a ſubdit: nec fraus pferet te incolumẽ Auno. i. patri fallaci. Virgo. ſ. Camilla: fat hęc. ſ. dicta. Sed quęras q̃ũo Auni nomen nouerit. & patris eius fraudẽ niſi q̃a multe illã fruſtra tyrrhena p oppida matres optauere nurũ: vñ & in liguria verſata dici poſſet & illic aunũ nouiſſe: qui erat haud ligurum extremus. i. nobiliſſimus bellator filius Auni & ipſa ignea. i. eſt agilis & ardẽs vt ignis tranſit equũ curſu. i. currẽdo plãtis pernicibus. i. ſane velocibus & celeribus. Et ipſa aduerſa. i. iam quaſi ex aduerſo veniẽs. & oppoſita equo quẽ p̃uerterat: congredit. ſ. Aunũ: frenis p̃henſis: & ſumit pœnas de ſanguine inimico fi Auni ſup. tã faciliter: q̃. i. q̃tũ facile. i. facil'r: accipiter ales ſacer. i. marti cõſecratus: conſequit ab alto ſaxo: pennis. i. celeri volatu alarũ columbã ſublimẽ ideſt in ſublimi volanti in nube: & tenet. ſ. columbã cõprehenſam: & euiſcerat pedibus vncis ideſt vnguibus: tum. i. deinde cruor & plumę vulſę labuntur ab ęthere ſcilicet vbi columbam deprehendit & euiſcerauit.

¶ At non hęc nullis. Docet quomõ Tarchon Ethruſcorum precipuus ductor: Ioue annuente in prelia excitatus ſit: quamq; ſtragem ediderit ſuos cohortatus: addit p̃terea quomodo armis inſidiatus ſit camillæ. vtens apta cõparatione de qua donatus. Aquilę cõparatio aptiſſima. Vt enim & aquila & ſerpens fortiſſimi ſunt: ita illi duo fortiſſimi erãt itidẽ mira pſpicacitate: vt illi ſunt. Hęc ille. Ordo eſt. At. i. ſed ſator hoĩm atq; deorum ſcilicet Iuppiter: obſeruans hęc. ſ. quę camilla geſſerat: nõ nullis ideſt certis & diligentibus oculis: ſedet altus ſup. in ſummo olympo. & ipſe genitor ſuſcitat ideſt excitat occulta inſpiratione (vnde patrem dicit quaſi predominatorem in horoſcopo eius honor enim vt Home. inq̃t ab Ioue eſt. ad quẽ per egregia facinora peruenitur) Tarchontem tyrrhenum ideſt tyrrhenorum ductorem in p̃lia ſęua: & incitat iras ſtimulis haud mollibus ideſt duris & acribus. Ergo quia incitatus Tarchon: fertur equo inter cedes & agmina cedentia: ideſt terga dantia: hoc eſt inter occiſos aut fugientes: & inſtigat alas ideſt equites laterales: varijs vocibus: ideſt cohortationibus: vocans ideſt compellãs: quemq; ideſt quemlibet nomine ſcilicet proprio: & reficit ideſt inſtaurat in prelia: pulſos ſcilicet prius dicens o Thyrreni nunq̃ dolituri ideſt ſemper toleraturi tantam ſtragem. tantumq; dedecus: & ſemper inertes ideſt ſine arte: aut acrimonia & induſtria: quis metus ſupple iſte tantus & quæ ignauia tanta venit animis ſcilicet veſtris: fœmina ſcilicet vna agit ideſt fugat vos palantes ideſt oberrantes vt ſtolida pecora: atq; vertit ſcilicet in fugam: hęc ſcilicet tanta agmina: quo. i. ad q̃d & ad quem vſum: vel pro vel: quid ideſt ad q̃d gerimus (ſuam perſonam cõmiſcet conciliandi animorũ gratia) dextris ſcilicet noſtris: hæc tela irrita ideſt inutilia nobis: cum fugiamus omnes vnam fœminã. at ideſt attamen nõ ſegnes ſup. eſſe ſoletis in Venerem id non ſoletis ſic fœminas fugere: rem Veneream cum eis habituri: vt nũc vnã fugitis rem martiam tractãtem: & nõ ſegnes ad bella nocturna q̃ cũ puellis gerunt

ASCEN. DONA. Ordo.

lis geruntur in cubiculis:aut vbi tibia Bacchi curua.i.obliqua:indixit choros.ſ. bacchantiū expectare ideſt obſeruare dapes & pocula menſe plene ideſt qualia ſolent propinari in cœna opipara & plena:quia hic ideſt in hac re eſt vobis amor : & ſtudium eſt vobis hic : dum ideſt donec aruſpex ſecundus:ideſt ſecunda & ꝓſpera enunciaturus:nunciet ſacra.ſ.ſecunda:ac dū i.donec hoſtia pinguis:vocet ſup.vos in lucos altos:vbi ſacris diebus epulabant̄ poſtea Romani : ipſe effatus hęc concitat equum in medios.ſ.hoſtes moriturus:&.i.etiā ipſe ideſt tali animo ac impetu vt qui mori parati ſunt atq; ipſe turbidus.i.cōmoto aīo:infert ſe Venulo i.illi latino aduerſum.i.ex aduerſo & cōplectit̄ dextra:hoſtē direptū ab equo : & cōcitꝰ multa vi:aufert ſup.ip̄m an̄ ſuū gremiū: clamor tollit̄ ī cœlū ſcilicet a Tyrrhenis: & cūcti latini cōuertere oculos.& Tarchon igneꝰ.i.ardēs & agilis vt ignis volat ęthere.i.quaſi in ęthere : ferēs ſcilicet ſecū arma:& virū.ſ.Venulū:tū.i. deide

defigit

Defringit ferrum & partes rimatur apertas:
Qua vulnus letale ferat:contra ille repugnans
Suſtinet a iugulo dextram:& vim viribus exit
Vtq; volans alte raptum cum fulua draconem
Fert aq̄la:īplicuitq; pedes:atq; vnguibus hæſit.
Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat
Arrectiſq; horret ſquammis & ſibilat ore
Arduus inſurgēs:illa haud minus vrget adūco
Luctantem roſtro:ſimul æthera verberat alis.
Haud aliter p̄dā Tyburtū ex agmine Tarchon
Portat ouans:ducis exemplū euentūq; ſecuti
Mœonidæ incurrūt: cum fatis debitus Arūs
Velocem iaculo & multa prior arte Camillam

Circuit



Circuit:& quæ ſit fortuna facillima tentat:
Q ua ſecunq; ferẽs medio tulit agmine virgo:
Hac Aruns ſubit:& tacitus veſtigia luſtrat
Q ua vitrix redit illa:pedeq; ex hoſte reportat:
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas
Hoſq; aditus:iamq; hos aditus:omneq; perrat
Vndiq; circuitũ:& certã quatit ĩprobus haſtã.

defringit ferrum ab haſta ſũma ipſius Venuli aut potius Tarchontis:& rimatur.i.ſcrutatur partes aptas.i.nudatas:qua.ſ. parte ideſt per quas partes ferat ideſt inferat vulnus letale.i. mortiferũ.Contra.i.ecõuerſo. ille.ſ. Venulus repugnãs ideſt obluctans ne occidaẽ: ſuſtinet ideſt ſeorſum tenet:dextrã.ſ.Tarchontis: a iugulo.ſ.ſuo:& exit ideſt euitat:viribus.ſ.totis vim ideſt violentiã:quã hoſtis inferre poterat.Et vt aquila fulua volans alte:cũ.i.qñ fert dracone raptũ a ſe.ſ.& implicuit pedes.ſ.ĩ draconem:atq; heſit vnguibus.At.ideſt ſerpens ſcilicet quẽ mõ draconẽ dixit ſauci⁹.i.vulneratus ab vnguibus:verſat volumina ſinuoſa.ſ. colligẽdo & cõtrahẽdo ſe in ſinus & anulos ſuos:& horret.i.fit horridus & aſper ac rigid⁹ ſquãmis.ſ.ei⁹ arrectis.i.rigẽtib⁹:&ſibilat ore inſurgens arduus.i.deſup.Illa.ſ. aquila vrget haud minus.ideſt nihilominus: immo plus: roſtro adunco.i.incuruo.ſ.ſerpẽtẽ luctantẽ.ſ. vt euadat:& ſimul ipſa verberat alis ethera. Haud aliter.i.penitus ſic:portat Tarchõ ouãs ideſt exultãs:predã Tyburtũ pro Tyurburtinorũ:ex agmine.ſ.toto : Meonide.i.Lydij ex meonia ꝓfecti:ſecuti.i.inſequẽtes exemplũ& euentũ.ſ.proſperũ ducis:ſcilicet Tarcontis ĩcurrunt.i.impetũ faciũt:cũ.i.qñ Aruns deditus fatis.i.deſtinatus fataliter ad mortem circuit Camillã velocẽ : exiſtẽs prior.i. peritior &melior iaculo:&multa arte.i.ſubtilitate honeſta:& tẽtat ꝙ fortuna.ſ.adoriẽdi camillã ſit facillima.i.maxĩe oportuna.Q uacũq;.ſ.via virgo ferẽs tulit ſe medio agmine.i.ꝑ mediũ agmen.hac.ſ.via Aruns ſubit.i.clam & ſucceſſiue ſubſequiẽ:& ipſe tacitus luſtrat.i. obſeruat veſtigia.ſ.ei⁹. Et Q ua.i. quacũq; via: illa.ſ.Camilla victrix redit:& reportat pedẽ ex hoſte:hac.i.ꝑ eandẽ viã iuuenis.ſ.arũs detorquet furtim.i.clam &ſecrete:habenas celeres.i.qbus ipſe celeriter vtebaẽ:& ꝑrrat.i.circuit & luſtrat iã i.interdũ hos aditus.i.acceſſus ad Camillã:& iã hos.i.alios:& ꝑrrat:circunuagatur more errantiũ vndiq;.i. ex omni parte:omnẽ circuitũ:ſcilicet quẽ Camilla fecerat:& ipſe ĩprobus.i. ĩpi obãdus: qa nimiũ auidus & ĩſidioſus quatit haſtã certã.i.ineuitabilem:quam miſſurus eſt in Camillam.

SER. ¶Non nullis.i.nõ negligẽtibus:Nã liptotes figura eſt. Vult em̃ dicere.Non leuiter Iuppiter intuebatur iſta certamina.Inſtigat vocibus alas:incitat & irritat ad reditũ. Primũ em̃ eſt vt fugere deſinant.poſt vt in hoſtes impetum faciãt Nomine queq; Vocans:per hoc extrema neceſſitas indicatur.Q uis metus.qualis: quantus: qui vos etiam fœminã timere compellit.vnde paulo poſt. Q uæ tanta animis ignauia venit fœmina palantes agit.O nũꝙ dolituri:ideſt ſtulti:ſtultus eſt em̃ quiſqs iniuria nõ mouetur.& bene nunꝙ.Siquidẽ ante ſæuitiã Mezentij pertulerunt:nec ſe vlti ſunt:nunc præbent terga mulieri : & ne hinc quidem cõmouenẽ dolore. Atq; hæc agmi.ver. Δεικτικον.ideſt multitudinem tãtam.Irrita: inertia:ꝙ nos vlciſci minime valeant.At non in Venerẽ ſegnes.latẽter dicit hoc:fugitis mulierem:quia armata eſt.Alias primi ad hunc curritis ſexum.Nocturnaq; in bella:coitũ alibi: Et ſi aliquãdo ad prœlia ventũ eſt.Curua tibia: ſymphonia Chorũ Bacchi autem ideo qa apud veteres ludi theatrales non erant niſi in honorẽ liberi patris. Expectate ꝓ expectatis modũ pro modo poſuit. Secundus haruſpex pro ſecunda ſacra ideſt proſpera:ſicut econtrario.Home. μαντικακων.ideſt malorum diuine.In altos lu . Illic enim epulabantur ſacris diebus. Moriturus:& ipſe Moriturus animo.nam Moriturus non eſt:quod autẽ ait & ipſe: aut ad Camillam:aut ad Venulũ reſpicit.Turbid⁹:terribilis Direptumq; ab equo dextra cõplectitur hoſtem: hoc de hiſtoria tractum eſt.Nam.C.Iuli.Ceſar cum dimicaret ĩ Gallia:& ab hoſte raptus equus eius portareẽ armatus occurrit de hoſtibus qui eum nõ noſſet:& inſultans ait cecos Cæſar : quod Gallorum lingua dimitte ſignificat : &ita factum eſt:vt dimitteret:Hoc autem ipſe Cæſar in ephemeride ſua dicit vbi propriam cõmemorat felicitatem.Exit:euitat.vt atq; oculis vigilãtibus exit:Vtq; volans al.Homerica cõparatio.Ducis exemplũ euentũq; ſecuti virtutẽ & felicitatẽ.Mœonidæ lydi:vt mœonię dilecta iu.Arte fraude:dolo:vt arte pelaſga:Q ua ſecunq; ferens metu.tu.ag.ui.hac Aruns ſu.vt etiã ſupra diximus ita poeta loquiẽ:vt in aliquibus locis det ſuſpitionem:ꝙ Aruns de Turni partibus fuerit.Namq; & cum Camilla impetum fecit:& cum ipſa rurſus recedit:quod niſi de ſocio non procedit Dona.etiam dicit eſſe manifeſtũ ſignũ ſocium fuiſſe ꝙ Apollinem ſoractis inuocat montis.de quo Turno veniſſe conſtat auxilia.licet poſſet fieri vt alterius loci ĩuocet numen:Item ad argumentum vocat patrias remeabo inglorius vrbes : quod etiam de hoſte procedit: nam ſuperare fœminam nullam conſtat eſſe virtutem.Circuit proprie:nam circuire inſidiãtium eſt: vnde eſt. Nec gregibus nocturnus obambulat.Certam haſtam ineuitabilem:vnde cõtra incertam excuſſit ceruice ſecurim .ideſt infirmam:vitabilem.

Forte ſacer Cybele Choreus olimq; ſacerdos
Inſignis longe Phrygijs fulgebat in armis:
Spumanteq; agitabat equũ:quẽ pellis ahenis
In plumam ſquamis auroq; inſerta tegebat.
Ipſe peregrina ferrugine clarus:& oſtro
Spicula torquebat lycio cortinia cornu.
Aureus ex humeris ſonat arcus:& aurea vati
Caſſida:tũ croceã chlamideq; ſinuſq; crepãtes
Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro:

¶Forte ſacer Cybele.In hac ꝑte deſcribit necẽ Camille ab Arũte illatã:dũ ardẽtior:atq; ĩcautior Chorea ſacerdotẽ Cybeles inſequiẽ. ASCEn. Incertũ aũt dixit ſupra Serui⁹ cuias eſſet arũs cũ alij Turni partiũ eſſe dicãt:& ĩuidia motũ in Camillã telũ intorſiſſe:ꝙ Ioãne puelle ĩſigni frãcie paulo añ hec nr̃a ĩ pa'nccis cã fuiſſe perhibeẽ. Alij vero priuernatẽ cenſeãt:qbus potius aſſentior nã ſi Rutulũ ſcẽ fuiſſet poeta iuidie cãm nõ tacuiſſet:volunt aũt tã Seruius ꝙ Donatus Cybelẽ eſſe locũ in quo Cybele colebatur.Poſſet tñ dici & numẽ ipſum vt declineẽ Hec cybele huius cybeles.Donati verba ſunt.Cybele:Locus eſt in quo cybele colebatur.Squãma:ſerpentis & piſcis:quã facit cõpoſitio naturalis.Nã & ordinib⁹ digeſta eſt: DONA. Squãma.

Pictus PP & viarum

& viarũ plurimarũ ĩpreſſione diſticta. Quicquid igitur in hanc ſimilitudinẽ facit artifex ſquama dicitur: Hec fit ex minutis laminis ĩuicem ſe retinẽtibus: & ita digeſtis: vt eſt in auibus pluma. Peregrina: quaſi dicat ex melioribus regionibus aduecta: cornu ligni ſpecies eſt Barbara nomẽ artis indicat: nã hanc q exercent Burburicarij dicunt: qui auro & varij filis hominũ & aliarũ rerum figuras exprimunt acu pingentes. Tandẽ: Quia diu inſectatus fuerat. Teda. hoc lignũ naturali ſucco veluti oleo violẽtius ardet. Primi electi. Hec ille. Ordo eſt. Choreus ſacer ideſt cõſecratus & ſacerdos olim Cybele aut illi loco aut dee fulgebat forte. ſ. cũ Camilla occurreret longe ſcilicet viſis exiſtens inſignis in armis Phrygijs ideſt troianis: & agitabat equũ ſpumantẽ. i. ferocem & animoſum quẽ ſcilicet equũ: quia Choreus cataphractus erat miles: pellis inſerta in plumã ideſt in morẽ plumarũ ſquamis ahenis & auro. i. aureis tegebat. i. cooperiebat ideſt habebat pro cooperimẽto tegmẽ ex pelle: cui inſerte erant ſquame eree & auree ĩ morem plumarũ ac ſquamarũ piſcium ſe mutuo tegentes. Ipſe. ſ. Choreus eques: erat ſup. clarꝰ ferrugine. i. ſubobſcura purpura: peregrina. i. externa in Georgicis dixit ferruginẽ iberã. a loco & clarus ideſt inſignis oſtro: ideſt purpura: torquebat ſpicula Cortinia. ideſt ſagittas Cretẽſes: cornu. i. arcu lycio. Arcꝰ aureꝰ. i. ĩauratꝰ & cornu mũitꝰ vñ cornu ꝓ arcu poſuit: nã ſi corneꝰ erat: nõ poterat aureꝰ eẽ: nec ſi aureꝰ: corneꝰ: hẽbat ergo in extremis cornu: & erat fere auro tectus: ſonat. ſ. Choreo vati ex humeris: & caſſida. i. caſſis aut galea ſup. erat vati aurea (Sepe a genitiuo tertie fit nominatiuus ſecunde: vt a delphinos hic delphinus: & ab elephantos hic elephantus: & ab arabos hic arabus &c. Et nõnũꝗ ab accuſatiuo tertie nominatiuus prime: vt ab accuſatiuo hanc caſſida nominatiuus hec caſſida: & ab accuſatiuis hunc cratera: ſtatera: panthera: hec cratera: ſtatera: panthera) tum. i. inſup ipẽ collegerat auro fuluo in nodũ. ſ. collecto: chlamydẽ croceã ideſt crocei coloris: & ſinꝰ carbaſeos. i. ex carbaſo factos. hoc eſt laxas veſtes per ſinũ diffluentes: crepantes quia auro fuluo in nodum eas collegerat: vnde quia auro rigebãt crepitabãt: pictus tunicas ideſt habens tunicas pictas acu. ſcilicet phrygionũ (qui burburicarij & gallice broddeurs dicunt) opera: & pictus barbara tegmina crurum ideſt habens tegmina barbara: hoc eſt externa picta acu. Ex varietate autẽ veſtium ſignificat eum ſimul & ſacerdotali habitu ornatũ & armis munitum nam duplces veſtes illi preter arma ſignificat fuiſſe: Virgo ceca. i. execata auiditate: demẽs que ſacerdotẽ Cybelis pſequi auderet: & incauta ſeqbat per totũ agmẽ hunc. ſ. Chorea ſacerdotẽ: vnũ. i. ſolũ ex omni certamie pugne ideſt inter omnes in pugna certantes. ſiue vt ipſa pfigeret tẽplo. ſ. Diane arma troia ideſt troiana (eſt autem troia trium ſallabarũ) ſiue vt ipſa venatrix ferret ſe in auro captiuo. i. in veſtibus ac armis aureis ab hoſte detractis & ipſa ardebat femineo. i. vehemẽti & ĩpatiẽti amore pde & ſpoliorũ (poſſet dici ardebat p totũ agmen: aut ſequebat p totũ agmẽ: ſed cõcinnius ſequebant) pde ꝓpter aurũ aut virũ & ſpoliorũ ꝓpter exuuias. Aruns vir ille cõijcit ex ĩſidijs ſup. ipſi Camille cunctãti. i. moram trahẽti: & hoc tempore capto. i. oportunitate: dũ

Pictus acu tunicas: & barbara tegmina crurũ.
Hunc virgo ſiue vt templi præfigeret arma
Troia: captiuo ſiue vt ſe ferret in auro
Venatrix: vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca ſeqbatur: totumꝗ incauta per agmen
Fœmineo prædæ: & ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidijs cunctanti tempore capto
Conijcit: & ſuperos Aruns ſic voce precatur.
Summe deũ ſancti cuſtos Soractis Apollo: Aruns
Quẽ primi colimus: cui pineus ardor aceruo
Paſcitur: & medium fræti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exuuias pulſæve trophæũ
virginis: aut ſpolia vlla peto: mihi cætera laudẽ
Facta ferent: hæc dira meo dũ vulnere peſtis
Pulſa cadat: patriam remeabo inglorius vrbẽ.
Audijt: & voti phœbus ſuccedere partem Poeta.
Mente dedit: partẽ volucres diſperſit in auras.
Sterneret vt ſubita turbatam morte camillam
Annuit: oranti reducem vt patria alta videret
Non dedit: inꝗ notos vocem vertere procellæ.
Ergo vt miſſa manu ſonitũ dedit haſta p auras
Conuertere animos acies: oculoſꝗ tulere
Cuncti ad reginam Volſci: nihil ipſa nec auras:
Nec ſonitꝰ memor: aut veniẽtis ab æthere teli:
Haſta ſubexertam donec perlata papillam
Hæſit: virgineumꝗ alte bibit acta cruorem.

¶ Sacer Cybele. Nam montẽ ꝓ numine qđ in eo colitur poſuit: & bona occaſio ad mortẽ Camillæ. vt ſacerdotẽ maioris numĩs conet occidere: p quod quaſi exauctorat Dianæ fauor interueniẽte maioris numĩs iracũdia. Quẽ pellis ahenis In plumã ſquamis auro cõſertæ: Cataphractum eũ fuiſſe ſignificat Cataphracti ãt eqtes dicunt q & ipſi muniti ferro ſunt: & equos ſimiliter munitos habẽt: de qbus Sallu. Eqs paria operimẽta erãt: q̃ lintea ferreis laminis ĩ modũ plumæ aduexerãt: nũc ꝓ linteo pellẽ poſuit: & Ahenas ſquamas æreas laminas ĩtelligimꝰ ĩ plumam ꝟo eſt in ſimilitudinẽ plumæ: vt exciſum euboicę latus ingẽs turpis in antrũ. i. antri ſimilitudinẽ. Sane ſciẽdum ꝙ ipſos eqtes cataphractos dicimꝰ. Sall. & ſeq̃bant eqtes cataphracti. Spiculator. ly. cor. c. Cretenſes ſagittas lycio arcu dirigebat: qđ vt etiã ſupra diximꝰ: ad ornatũ poni cõſueuit. Caſſida ꝓ caſſis nã. actm̃ poſuit ꝓ noĩatiuo. Pictus acu tu. &. b. t. c. Pictus tunicas pictꝰ crurũ barbara tegmĩa. i. habebat veſtẽ Phrygiõis arte pfectã. Sane armoꝝ longa deſcriptio illuc ſpectat: vt ĩ eoꝝ cupiditate merito Camilla videat eſſe ſuccẽſa. Fœmineo ĩpatiẽti: irrationabili: vt Fœmineæ ardẽtẽ: Summe d. ex affectu colentis dicit: Nã iuppiter ſummꝰ eſt. Sancti cu. ſo. ſoractis mons eſt Hirpinorũ ĩ Flaminia collocatꝰ: ĩ hoc aũt mõte cum aliqñ Diti patri ſacrũ pſolueret: nã manibꝰ cõſecratus eſt: ſubito veniẽtes lupi exta rapuerũt q̃s cũ diu ſeq̃rentur SER. cataphracti.

rentur:delati ſunt ad quandā ſpeluncā halitū ex ſe peſtiferum emittentē:adeo vt iuxta ſtātes necaret: exinde orta peſtilētia:qa fuerāt lupos ſecuti:de qua reſpōſum eſt poſſe eā ſedari:ſi lupos imitarent.i.rapto viuerēt qđ pº ea q̄ fcm̄ ē dicti ſūt ipi ppl'i Hirpini ſorāi:nā lupi ſabinorꝝ lingua hirpi vocāt:Sorāi ꝟo a Dite:nā ditis pr̄ ſoranº vocat qſi,lupi ditis pr̄is vn̄ memor rei Vergi. Arūtē paulopoſt cōparat lupo:qſi hirpinū ſoranū.Pineº a.ignis περιφρασισ.Aceruo:Pyra coaceruatiōe lignorū. Freti.p. iſte qđe hoc dixit.Sed Var.Vbiq̄ expugnator religionis ait: cū q̊ddā medicamentū deſcriberet:vt ſolēt Hirpini: q ambulaturi ꝑ ignes medicamēto plantas tingūt:Multa pruna:inter prunas:pruna aūt q̄diu ardet dicit:Hora.Prætextam latū clauū prunaſq̄ batyllū.cū aūt extincta fuerit: carbo noiatur.Teren.Tam excocta atq̄ atrā reddā,q̄ carbo eſt.Nā pruna a peruredo dicta eſt. Exuuias pulſæ ve trophæum:Exuuias occiſæ pulſæ trophæū:& ꝓprie.Nā vt ſupra diximus.hoſtibus occiſis triūphabāt.de fugatis & figebant trophæa.Partem mēte dedit. partē volucres diſperſit in auras.Bona moderatio Apollinis inter ſacerdotis preces & voluntatē ſororis.Nil ipſa nec auras. nec ſonitus memor.Hæc eſt ātiqua lectio.Nā apud maiores trahebat interdū a græco:genitiuus ſingularis.Hinc etiā pr̄familias & materfamilias.q̄ duo tm̄ noīa remāſerunt. nam nec huius auras dicimus.hec huius cuſtodias ſecūdum Sallu.q ait Caſtella cuſtodias theſaurorū.pro cuſtodiæ.Et ita em̄ etiā Aſper intelligit.licet alij cuſtodias accuſatiuū velint Sane paterfamilias qn̄ dicimus.familias indeclinabile eſt.Si aūt pater familiæ dicere voluerimus iam nō erit vnū nomē.ſed locutio.& familiæ erit datiuº. Nam pater mihi eſt dicimus.Teren.Natura tu illi pater es.conſilijs ego.Multi tn̄ volūt in numero plurali vtrūq̄ declinari.vt dicamus hi patres familiæ.horū patrū familiarum.Papillā exertā.nudā.Sane mamilla eſt ois eminētia vberis papilla ꝟo breue illud vn̄ lac trahitur.

Soranus. Varro. carpitur i merito. Pruna. Carbo. Paterfa. Materfa. Mamilla Papilla.

tate:dū cūctaret capta & precat ſuperos: pci pue Apollinē arcitenētē ſic voce.ſ. expreſſa: & mente pcari poſſet O apollo ſumme deū.i. deorū:quantū ad nos q te pcipuū colimº.cuſtos Soractis.ſ.mōtis hirpinorꝝ ſancti.ideſt tibi cōſecrati:quē nos colimus primi.i.pcipui & q paſcit.i.aggerit ardor pineus.i.inceſum ex pinu:aceruo.i.aceruatim:vel ad aceruū & ſtruē lignorꝝ.i.qbus tibi ingentē pyrā extruimus.& nos cultores.ſ.tui freti.i.cōſiſi & muniti pietate.i.religione nr̄a ꝑmimus veſtigia i.plantas pedū multa pruna.i.carbone pluri mo ꝑ mediū ignē.i.incedimus illeſi ꝑ mediū ignē ſuꝑ prunas:da o pater oipotēs hoc dedecus.i.ꝙ a virgine ſuperamur tot viri:aboleri noſtris armis.i.hoc telo ego nō peto exuuias virginis.ſ.ceſe:ve ꝑ vel trophęū ꝟginis pulſe.i.detractū a ꝟgine in fuga verſe: nec peto vlla ſpolia Cetera facta.i.q poſt hac facturus ſum:ferēt.i.afferēt mihi laudē.i. nolo ex hac re laudē:ſed ſolū dedecus vitare:& aio morē gerere meo:dū.i.dūmō:hec dira peſtis.ſ. Camilla vt peſtis multos interimēs:cadat pulſa meo vulnere.i.telo aut vulnere a me illato:remeabo.i.repetā inglorius.i. ſine gloria:vrbē patriam.ſ.vt videt Soracte.Phebus audijt.ſ. preces Aruntis:& dedit partē voti.i.deſiderij eius ſuccedere mente i.ſecundū mentē& voluntatē eius:& diſperſit partē voti ī auras vo lucres ideſt irritā habuit.Nam annuit.i.aſſenſus eſt orāti ſcilicet arunti.vt ſterneret morte ſubita Camillā turbantē.ſed nō dedit.i.nō cōceſſit:vt patria alta videret ſuꝑ.Aruntē reducem.i.reductū aut reuertetē.& ꝑcelle vertere vocē.i.preces quantū ad eā partē.in notos.i. vētos quoſlibet nymboſos.Ergo vt.i.poſtq̄

haſta miſſa manu ſcilicet Arūtis.dedit ſonitū ꝑ auras.acies ſcilicet Volſcorū cōuertere aios.ſ. ad ſtridorē haſte.quaſi mūere impulſe.& cuncti Volſci tulere.ideſt direxere.oculos ad reginā ſcilicet Camillam.ipſa autē nihil memor ſuꝑ.fuit.nec auras pro aure nec ſonitus ideſt ſtridoris.aut teli veniētis ab ethere ideſt altiore aere.quaſi vi phebea impulſi donec haſta heſit.ideſt infixa eſt perlata ſub papillam ideſt mamille, partem q̄ lactantibus immitit.exertā.i.abſciſſam:vt ſit habilis ſagittationi.& ipſa acta alte.i. profunde. bibit cruorem virgineum.ideſt tincta eſt aut imbuta cruore Camille virginis.

Auras in genitiuo

Concurrunt trepidæ comites: dominamq̄ ruētē
Suſcipiunt:fugit ante omnes exterritº Aruns:
Lætitia mixtoq̄ metu:nec iam amplius haſtæ
Credere:nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille prius q̄ tela inimica ſequantur:
Continuo in montes ſeſe auius abdidit altos:
Occiſo paſtore lupus magno ve iuuenco
Conſcius audacis facti:caudamq̄ remulcens
Subiecit pauitantem vtero:ſyluaſq̄ petiuit.
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit arūs:
Contentuſq̄ fuga medijs ſe immiſcuit armis.
Illa manu moriens telum trahit:oſſa ſed inter
Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro.
Labitur exanguis:labuntur frigida leto
Lumina:purpureus quondā color ora relinqt.
Tunc ſic expirans Accam ex æqualibus vnā
Alloquitur:fida ante alias quæ ſola Camillæ
Qui cum partiri curas:atq̄ hæc ita fatur.

¶Concurrunt trepide comites.Recitat fugā aruntis:& morietis vltima ꝟba Camille: vn̄ nihil habemº Donati:ſed ordo eſt. Comites. i.ſocie belli Larina:Acca:& relq̄ cōcurrūt trepide.i.trepidātes aut feſtine:& ſuſcipiūt.ſ.in vlnas dn̄am.i.reginā.ſ camillā ruentē.i cadētem.Arūs exterritº.ſ.tāto facinore:fugit ante oēs.i.oibº dimiſſis letitia &metu mixto.i.habens letitiā admixtā metui:quia letus erat de morte ſed metuebat vltionē:nec audet iā amplius credere.i.cōmittere ſe haſte ꝟginis: nec audēt amplº occurrere telis ꝟginis.ſ.camille vulnerate letaliter:ſed necdū mortue.Ac velut ille.ſ.feuiſſimº lupus cōſciº audacis facti occiſo paſtore aut magno iuuēco abdidit ſeſe continuo ī altos mōtes priuſq̄ tela inimica ſequāt:exiſtēs auiº.i.ſine via hoc eſt nullā viā tenens:ſed qua dat fugiēs & remulcēs caudā. ſ.geſtiēdo ꝑ gaudio ſubiecit eā vtero pauitātem.i.mixto timore:& petiuit ſyluas: haud ſecus.i.nō aliter Arūs turbidº.i.turbatº metu & letitia:abſtulit ſe ex oculis.& cōtentº fuga i.nō attēdēs ad ꝓtectionē ſui.ſed ſoli fuge itētus.imiſcuit ſe medijs armis. Illa.ſ. camilla moriēs trahit.i.extrahit telū manu.ſ. ſua: ſed mucro ferreus.i.acumē haſte ſtat iter oſſa ad coſtas:alto.i.ꝓfūdo vulner.&ita ipa exāguis labit.i.decidit.& lumia.i.oculi labūt frigida leto.i.morte.hoc eſt morietia color quodā.ſ. dum viuēs valēſq̄ eſſet purpureº relinqt ora.ſ.

ASCEn. Ordo.

Hactenus

eius.ipſa expirās.i.eflatura aīam alloquit̄ tūc
ſic Accā vnā ex equalib⁹.i.coeuis& ſodalib⁹
que.ſ.Acca erat ſola fida Camille ante alias.
qcū.i.cū q̄ partiri.i.ptiebat̄ curas.i. ſollicitu-
dines aī:atq; fatur hec ita.O Acca ſoror ego
potui hacten⁹.i.ad hāc vſq; horā ſed ſup.vul
nus acerbū conficit.i.interimit me nūc.& oia
nigreſcūt.ſ.circū me.tenebris.i. caligine mor
tis.effuge & perfer Turno hec mādata nouiſ
ſima.i.vltima a me habēda.vt ſup. ſuccedat
pugne ideſt ad pugnā & arceat ideſt depellat
troianos vrbe ſcilicet laurolauinio:& tu iam
vale:&ſimul his dictis:linq̄bat habenas.ſ.eq
fluens ad terrā nō ſpōte:ſicut prius cū Turno
obuiā veniret:tū.i. deinde:ipſa frigida exol-
uit:ſe paulatim toto corpore.i. aīam exhalat
aut exoluit ſe officio vite:quo pfungi debe-
bat:& poſuit ideſt inclinauit colla lenta.i.cer
uicem flexibilē:& caput captū .i. interceptū
leto.i.morte reliquēs arma:&vita.i.aīa q̄ vi-
uebat:fugit cū gemitu ſub vmbras:īdignata
ſ.qꝑ añ diē cogebat̄ exire:nōdū pfecto mūere
vite.Tum v̄o ideſt ſed tunc maxime clamor
īmēſus: ſurgens ideſt oriēs:ferit ſydera aurea
i.extēdit̄ ad ſydera vſq;Pugna crudeſcit ideſt
fit crudelior & ſeuior Camilla deiecta.i.deor
ſum iacta:qa oīs copia Teucrū pro teucrorꝫ&
tyrrheni duces & ale Euandri Arcadis.i.mili
tes leues quos Euander Arcas cū pallāte filio
ſuo miſerat īcurrūt.ſ.i Volſcos & ceteros ho-
ſtes ſimul.i.pariter & vno impetu exiſtentes
denſi ideſt ſtipati & agminatim irruentes.

¶ At triuie cuſtos:Redit ad narrationē necis
ASCEn. Aruntis ab opi interfecti ſagittis Diane.Cir
ca quē locū dicit Donatus ſic. Pulcherrima:
DONA. Bonā cōſilio hic intellige.Cur inquit hec lo-
quitur ſecū ex dolore.Tu ne etiā: indignat̄ qꝑ
telis Diane ſit periturus.Ignoto;cāporū ī pul.
lin.Quod fuit vltiōis augmētu:vt ſocij illi⁹
Ordo. obliuiſcerent̄.hec ille.Ordo eſt.At.i.ſed opis
ſ.nympha cuſtos triuie.i.a triuia.i. Diana cu
ſtodie deputata ſedet iādudū.i.ab eo tpe quo
a Diana demiſſa erat alta.ſ.vt melius pſpice
ret qsCamillā occideret in mōtibus ſummis
& ipſa īterrita ideſt nō territa ſpectat.ſ. deſup
e loco tuto pugnas.ſ.aliorū & vt.i.poſtq̄ ipa
proſpexit procul camillā mulctatā.i. afflictā
triſti:qa inſidioſa morte:in medio iuuenū fu
rentū clamore:ipſa ingemuit:& dedit has vo
ces ſup . ab imo pectore Heu o v̄go tu luiſti
i.pſoluiſti ſuppliciū nimiū:nimiū inquit cru
dele conata laceſſere.i.puocare teucros bello
Nec pfuit tibi deſerte.i.ſolitarie coluiſſeDia
nam in dumis:aut geſſiſſe humeris pharetras
noſtras.i.venatorias:tamē tua regina.ſ. Dia-
na nō relinquet indecorē ideſt ſine decore iā ī
tua extrema morte:neq; hoc letum ideſt hec
mors tua:erit.i.diuulgabit̄ p gentes ſine noīe
ideſt ignobile.īmoglorioſum erit:aut tu nō
ſupple patieris famā inulte.i.vltio fiet de te.
Nā quicūq; violauerit tuū corp⁹:is ſup. luet
ideſt purgabit illud ſcelus morte merita.i. ī-
decora qualē meruit:qa inſepultus relinquet̄
Ingens buſtū.i.ſepulchrū cōtinēs cineres cor-
poris cōbuſti regis Dercēni ſic dicti: fuit ſub
monte alto factū ex aggere terreno.laurentis.
ſcilicet ſoli antiq.i.nobilis:tectū ilice opaca.
ideſt ramoſa & vmbroſā Dea pulcherrima.ſ.
conſilio ideſt prudētiſſima:ſiſtit ſe primum:
niſu.i.conatu rapido.i.celeri:hic.i.ſub hac ili
ce & ſpeculat̄ aruntē ab alto tumulo :vt ideſt
poſtq̄

Hacten⁹ Acca ſoror potui:nūc vuln⁹ acerbū Camilla.
Conficit:& tenebris nigreſcūt omnia circum:
Effuge:& hæc turno mādata nouiſſima perfer:
Succedat pugnæ: Troianoſq; arceat vrbe:
Iamq; vale:ſimul his dictis linquebat habenas Poeta.
Ad terram nō ſponte fluens: tum frigida toto
Paulatim exoluit ſe corpore:lentaq; colla:
Et captum leto poſuit caput:arma relinquens:
Vitaq; cū gemitu fugit indignata ſub vmbras.
Tum vero īmenſus ſurgens ferit aurea clamor
Sydera: deiecta crudeſcit pugna camilla
Incurrunt denſi ſimul omnis copia teucrum
Tyrrheniq; duces. Enandriq; Arcadis alæ.

¶ Dominā reginā:vt hi dominā ditis thalamo deduce-
re adorti. Virginis audet.ſic fuerat cōſternatus:vt etiam SER.
vulneratam timeret.Occiſo paſtore lupus: Bene paſtori
reginā cōparat nā reges ipſi paſtores vocant̄:Home. ποι-
μεναλαων.Caudā pa.re.Quæ timorē indicat.Pro ipſe pa
uitans.Turbidus:nūc timidus ſupra terribilis:vt Venu-
lo aduerſum ſe turbidus infert Mucro:hinc apparet mu-
cronem eſſe cuiuſlibet teli acumē.Frigida leto. Alij telo Mucro.
legunt & intelligūt vulnere.Partiri curas.ſubaudi cōſue
uerat . Hæc ita fatur. Vnū abundat.nā ſupra ait alloquit̄
Potui:abſolute:vel pugnare vel viuere.Succedat pugnę.
Anim⁹ bellatricis oſtēdit̄.q̄ nō ſe dolet lucē.ſed bella de-
ſerere.Non ſponte fluens.Nō ſpōte:vt ſupra:portiſq; ab
equo regina ſub ipſis Deſiluit. quā tota cohors imitata
relictis:Ad terrā defluxit equis.Paulatim exoluit ſe cor-
pore:Vitaq; cū.g.f.in.ſ.vm.Seruat hoc vbiq;:vt iuuenū
animas a corporibus dicat cū dolore diſcedere : q adhuc
eſſe ſupſtites poterāt.quod ēt de Turno dicturus eſt Cla-
mor ſydera:Troianorū.ſ.qui exultabāt.Crudeſcit:crude
lior fit cæde multorum.

At triuiæ cuſtos iamdudum in mōtibus Opis
Alta ſedet ſummis:ſpectatq; interrita pugnas.
Vtq; procul medio iuuenū in clamore furentū
Proſpexit triſti mulctatam morte camillam.
Ingemuitq;:deditq; has imo pectore voces:
Heu nimium virgo:nimium crudele luiſti Opis.
Supplicium:teucros conata laceſſere bello
Nec tibi deſerte in dumis coluiſſe Dianam
Profuit:aut noſtras humeris geſſiſſe pharetras
Non tamē indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte:neq; hoc ſine noīe letū
Per gentes erit:aut famam patieris inultæ:
Nam quicūq; tuum violauit vulnere corpus:
Morte luet merita. Fuit ingens mōte ſub alto Poeta.
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui laurentis:opacaq; ilice tectum.
Hic dea ſe primū rapido pulcherrima niſu
Siſtit:

Siſtit:& aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.
Vt vidit fulgentē armis:ac vana tumentē:
Opis. Cur(inqt)diuerſus abis?huc dirige greſſum:
Huc periture veni:capias vt digna Camillæ
Præmia:tu ne etiam telis moriere Dianæ:
Poeta. Dixit:& aurata volucrē threiſſa ſagittam
Deprompſit pharetra:cornuq́ꝫ infenſa tetēdit:
Et duxit longe donec curuata coirent
Inter ſe capita:& manibus iam tangeret æquis
Læua aciem ferri:dextra neruoq́ꝫ papillam
Extemplo teli ſtridorē:auraſq́ꝫ ſonantes
Audijt vna aruns:hæſitq́ꝫ in corpore ferrum.
Illum expirantē ſocij:atq́ꝫ extrema gementē
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereū pennis aufertur Olympum.

poſtq̄ꝫ vidit ſup.ipſum fulgentē armis ac tumentē vana ideſt ſuꝑbientē in vanū:& ſup. inqt cur abis diuerſus.ſ.a nobis:Dirige greſſum huc.o periture veni huc.i. ad me vt capias p̄mia camille.i.pro camille morte.digna ſ.te inuidet tñ ei tā glorioſum genus mortis dicens.Moriere.i.morieris ne. etiā tu.ſ.q viliſſimus es.telis Diane q̄ nobiliſſima eſt dea dixit .ſ.opis:& ip̄a Trheiſſa.i.ſimilis trheiſſe ſ.harpalice aut alteri venatrici:deprōpſit pharetra aurata ſagittā volucrē:& ipſa infenſa.i. multū offenſa arunti:tetēdit cornu ideſt arcū & duxit ſcilicet cornu :lōge ſcilicet a chorda: donec capita .ſ. arcus extremitates curuata coirēt inter ſe:& ibſa tāgeret iā manibꝰ eqs.i. equaliter extēſis aut annitētibus:leua ideſt ſiniſtra manu aciē ferri.ſ.ſagitte:cuius ferrū ꝑuenerat ad ſiniſtrā qua arcū tenebat:& tāgebat dextra & neruo.i.chorda ex neruo facta: papillā.ſ.mamille ſue.Aruns audijt extēplo. ideſt ilico vna.i.ſimul & ſtridorē teli &auras ſonātes.& ferrū heſit ī corꝑe.i.nihil more fuiſſe vr̄.Socij obliti.ſ. dea id procurāte:illū exſpirantē.i.efflantē animā:atq́ꝫ gementē extrema ideſt mala:videlicet mortis:reliquūt ſup. eum in ignoto puluere camporum:& ſupple opis aufertur pennis ideſt alis aſſumptis: ad Olympum ethereū ideſt celeſtē:vnde demiſſa erat dicente Diana Labere nympha polo:

SER. ℂMulctatam:debilitatā.At triuiæ cu.miniſtra:Conata la.teu.ꝓpter illud bellū īportunū ciues cū gente deorum inuictiſq́ꝫ viris geritis.Coluiſſe Dianā profuit:nō deam incuſat:ſed fatorū neceſſitatē:cōtra q̄ nec numinis opitulatur auxiliū.Sine noīe ſine gloria:ſine fama.Famā patieris inultæ nec inuidicatę ignominiā ſuſtinebis:quod etiā Dido dolet dicens:Moriemur inultæ: ſed moriamur ait.Monte ſub alto:vt mōte ſub aereo:apud maiores nobiles aut ſub mōtibus aut ī mōtibꝰ ſepeliebāt:vñ natū eſt:vt ſupra cadauera aut pyramides fierēt:aut īgētes collocarent colūnæ.Ac vana tumentē. plenū κενοδοξια.Digna camillæ p̄mia.Sic ī ſecūdo.Perſoluāt grates dignas & p̄mia laudū Reddāt. Item alibi.Et hæc tibi porto Dona prius:Tu ne etiā te.mo.di.Cum ingēti amaritudine dictū eſt. Nam etiā ei genus īuidet mortis Quod aūt ait Tu ne etiā ad Niobes numeroſam ꝑtinet ſobolē.Cornuq́ꝫ in te.cornu accuſatiuus eſt ſingularis:ac ſi diceret.Arcūq́ꝫ infenſa tetendit.Nam horum dubiorū caſus ex ſimilibus vel ſynonimis comprobant.Coirent.inter ſe capita.Homerica eſt iſta deſcriptio.Teli ſtridorem Home. λιγξε βιοσ.Audijt vna Celeritas iaculantis exprimit.Sta.cum iam ꝑcuſſum dixiſſet extinctū ait: necdū certi tacet arcus amyntę.Ig.cā.i.p.lin.faciēte numinis iracūdia eſt relictꝰ:vt nec ſepulturā poſſet mereri.

Prima fugit domina amiſſa leuis ala camillæ
Turbati fugiunt Rutuli:fugit acer atinas
Diſiectiq́ꝫ duces:deſolatiq́ꝫ manipli:
Tuta petunt:& equis auerſi ad mœnia tendūt:
Nec quiſq̄ inſtantes teucros:letumq́ꝫ ferentes
Suſtentare valet telis:aut ſiſtere contra:
Sed laxos referunt humeris languētibus arcus
Quadrpedūq́ꝫ putrē curſu quatit vngula cāpū
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis:& e ſpeculis percuſſæ pectora matres.
Fœmineū clamorē ad cœli ſydera tollunt
Qui curſu portas primi rupere patentes
Hoc inimica ſuper mixto p̄mit agmine turba:
Nec miſeram effugiūt mortē:ſed limine in ipſo
Mœnibus in patrijs:atq́ꝫ inter tuta domorū
Confixi expirāt animas:pars claudere portas:
Nec ſocijs aperire viam:nec mœnibus audent
Accipere orantes:oriturq́ꝫ miſerrima cædes
Defendentū

ℂPrima fu.Ordo eſt.Ala camille:leuis ideſt agilis & inconſtans.fugit prima: amiſſa dña ASCEn. ideſt regina rutuli turbati.i.cōſternati fugiūt Ordo. & Atinas acer.i.q̄uis acer: fugit tñ:& duces diſiecti ſcilicet a ſtatione ſua in diuerſa diffugia:& manipli.i.vexilliferi deſolati ideſt derelicti ſine cōſolatione:petūt tuta.ſ.receptacula vrbis:& ipſi aduerſi.i.obnitētes:aut potiꝰ auerſi a facie hoſtiū:tendūt eqs ad menia ſcilicet vrbis:nec quiſq́ꝫ valet ſuſtētare telis teucros inſtātes & ferentes.i.inferētes letū.i.necē aut quiſq́ꝫ nō audet:ſiſtere.i.firmare greſſum & ſtare:cōtra.ſ.inſurgētes teucros: ſed referūt humeris languentibus.i.laſſis & laxis amiſſo animo:arcus laxos.i.nō amplius tentos& vngula quadrupedū.ſ equora quatit.i.cōcutit& carpit curſu:campū putrē.i.reſolutū in puluerem:puluis voluit̄ ad muros atra caligine.i. denſa nube:& matres ꝑcuſſe pectora ideſt habentes pectora ꝑcuſſa tollunt.ideſt extollūt e ſpeculis vñ ſpeculabant̄ accurſum & fugam ſuorum:clamorē femineū ideſt eiulatū & plāctum muliebrē ad ſydera celi.Turba inimica ſcilicet hoſtiū ꝑſequentiū:premit agmine mixto.i.confuſo ſuꝑ hos q primi curſu.i.in currendo:aut q rupere primi curſu.i.impetu portas patētes:nec effugiūt mortē miſerā.i.miſerandam:ſed ipſi cōfixi in ipſo limine.ſ.vrbis in menibus patrijs atq́ꝫ inter tuta.ſ. tecta aut receptacula domorū expirāt ideſt efflāt aīas: quaſi non vulnere ſed laſſitudine deficentes. pars claudere.i.claudebāt portas nec audent

Defendentũ armis aditus: inq; arma ruentũ.
Excluſi ante oculos lachrymãtũq; ora parentũ
Pars in præcipites foſſas vrgente ruina
Voluitur: immiſſis pars cæca & concita frenis
Arietat in portas: & duros obice poſtes
Ipſæ de muris ſummo certamine matres
(Mõſtrat amor verꝰ patriæ) vt videre camillã:
Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro
Stipitibus ferrum ſudibuſq; imitantur obuſtis
Præcipites: primæq; mori ꝓ mœnibus audẽt.

aperire ſocijs viã: nec accipere orãtes. ſ. ſocios & cedes miſerrima oritur. i. ſurgit & fit: cedes dicit defendẽtũ. i. defẽdẽtiũ aditus. ſ. vrbis armis atq; ruentũ. i. cadentiũ in arma. ſ. q̃ tenebant cõtra hoſtẽ: excluſi. ſ. añ oculos & ora parentum lachrymantũ. Pars. ſ. excluſorũ: voluitur in foſſas. ſ. vallorũ aut meniũ: p̃cipites. idest p̃cipitiũ p̃bentes: & hoc ruina. i. irruptione irruentũ vrgẽte: aut ruina. i. calamitate vrbis vrgente. i. inſtãte: & pars ceca. i. improuida: & concita. i. feſtina: frenis ĩmiſſis. ſ. equis qui cõcitati vno impetu ad portas ferebant̃: arietat. i. more arietũ capitibus ſuis aut eq̃ꝝ inſultũ facit: in portas. ſ. clauſas: & ĩ poſtes duros obice. i. propter obicẽ & repagulum dure obſtantes. Ipſe matres (q̃a amor verus patrie monſtrat. i. indicat ita faciendũ eſſe) vt idest poſtq̃ videre camillã. ſ. extinctam: ipſe trepide ideſt feſtine iaciũt ſummo certamĩe de muris manu ſcilicet ſua tela ideſt iacula ac ſaxa: & imitant̃ ideſt effingũt ferrũ robore duro & ſtipitibus & ſudibus obuſtis: exiſtẽtes p̃cipites ideſt p̃cipitãter in mortẽ ruentes: & audẽt mori prime. i. etiã priuſq̃ viri: aut ſine exemplo pro menibus: aut legamus patrieq; mori pro menibꝰ audẽt: q̃a nõ poterãt prime mori.

Turbati fugiũt rutuli: hoc ad camillæ pertinet laudẽ: qua amiſſa ĩmutãt̃ fata bellorũ. Acer atinas. ſ. fugit tamẽ Deſolatiq; manipli: ſigniferi deſerti: qđ eſt nimij diſcriminis: Nãq; hoc vbiq; dux precipit vt frequenter circa ſe ſint milites ſicut ĩ Salluſtio legimus. Manipuli autem dicti ſunt ſigniferi: quia ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus haſtis fœni manipulos alligabat: & hos pro ſignis gerebat: vnde hoc nomen remanſit. Laxos arcus: non intentos: ſed iam ſolutos: Fœmineũ clamorem. impatientem: nam iam dixerat matres: per quod muliebrẽ clamorẽ poteramus accipere. Miſerã mortẽ. Quia ſequitur limine in ipſo. Mœnibus in patrijs ſcilicet vbi ſe iam tutos eſſe credebant. Aperirę viam ideſt dare aditum: & bono locutus eſt ambitu. Nam cum portis via & aperitur & clauditur. Oriturq; miſerrima cædes: Sic in ſecundo vbi intulit Armorũ facie & graiarum errore iubarũ. Defendentũ: ideo defendentum & ruentũ quia ad maſculinũ rettulit: & hi defendẽtes facit: quod de fœminino dicimꝰ. Si aũt de neutro loquamur: defendentiũ dicamus neceſſe eſt: quia hæc defendentia facit: & vt ſupra diximus genitiuus pluralis nominatiuo plurali minor eſſe non debet: quod ſi forte minorẽ eum aliquãdo inuenerimus: id metri neceſſitas facit: & incipit etiã pathos eſſe non declinatio. Præcipites foſſas: decliues in quas q̃d põt p̃cipitari: Pars cæca: irratiõabilis: q̃ in clauſas portas more arietis ruebat. i. bellici machinamẽti. Sũmo certamine: Extremo diſcrimine vt ſupra Vocat labor vltimus oẽs. Trepidæ licet trepidę tñ oblitę ſexus tela iaculabant̃. Pręcipites: aut feſtinę: aut in mortem ruentes. Primęq; mori pro mœnibus audent: Nimij doloris ẽ: vt me primã abſumite ferro. SER.

Interea turnum in ſyluis ſæuiſſimus implet
Nuncius & iuueni ingentẽ fert Acca tumultũ
Deletas volſcorum acies: cecidiſſe Camillam:
Ingruere infeſtos hoſtes: & marte ſecundo
Omnia corripuiſſe: metũ iam ad mœnia ferri.
Ille furens: nam ſæua iouis ſic numina poſcũt:
Deſerit obſeſſos colles: nemora aſpera linquit.
Vix e conſpectu exierat: campumq; tenebat
Cum pater æneas ſaltus ingreſſus apertos:
Exuperatq; iugũ: ſyluaq; inuadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi. totoq; feruntur
Agmine: nec longis inter ſe paſſibus abſunt.
Ac ſimul Aeneas fumantes puluere campos
Proſpexit longe: laurentiaq; agmina vidit:
Et ſæuum æneam agnouit turnus in armis
Auentuſq; pedum flatuſq; audiuit equorum
Continuoq; ineant pugnam: & prœlia tentẽt:
Ni roſeus feſſos iam gurgite phœbus Ibero
Tingat equos: noctemq; die labente reducat.
Conſidunt caſtris ante vrbẽ: & mœnia vallãt.

ASCEn. Interea turnuũ &c. Recitat quomõ nunciatum eſt turno in ſyluis vbi eneã obſeruabat aut congruũ irrumpẽdi tempus camillã occiſam & volſcos ĩ fugã verſos tempuſq; ſubueniendi rebus feſſis inſtare: & reliqua q̃ textus habet. Ordo. Ordo eſt. Nuncius ſeuiſſimus ideſt res nunciata grauiſſima: aut nũcius ideſt nunciãs ſiue mas ſiue femina: nã de Acca haud dubie loquit̃. Vtrunq; itaq; ſignificat nũcius & qui nunciat: & quod nũciat: nunciũ vero vnum. Vnde recte ſentit Seruius: licet id valla non recte improbet. Poſſumus aũt per cõceptionẽ implicitã in maſculino loqui: vt venit ad turnum nuncius cum de Acca loquat̃. Nuncius igitur aut res nunciata: aut qui nũciat videlicet Acca implet interea Turnũ in ſiluis vbi. ſ. inſidias tendebat: & pro. i. Acca fert iuueni. i. ad iuuenẽ aut fert ideſt refert & dicit iuueni. ſ. Turno: ĩgentẽ tumultũ: acies volſcorũ eẽ. ſup. deletas ideſt de ſtatione ſua amotas & in fugã verſas. camillã cecidiſſe. i. occiſam eſſe. hoſtes infeſtos ingruere. aut irruere ideſt impetũ facere & irrũpere infeſtos ideſt infeſtãtes & moleſtantes. & corripuiſſe oĩa ſcilicet loca & turni auxilia. & hoc marte ſecũdo ideſt preſente & fauente. & metũ iã ferri ad mœnia. i. timeri iam etiã vrbi. Ille ſcilicet Turnus furens. ſ. martio furore. nã numina iouis . i. fata ſeua. i. irreuocabilia & tñ duriſſima turno. poſcunt ſic vt. ſ. furore percitus ſingulare certamẽ nõ retractet. deſerit colles obſeſſos. & linquit nemora aſpera. i. difficilia acceſſu & ĩpe vix exierat e cõſpectu. i. quantũ cõſpici poſſet & tenebat campũ

SER. ¶Sæuiſſimus implet Nuncius:vt etiam ſupra dixim⁹ nuncius eſt tam quod nunciatur:q̃ qui nunciat. Nunciũ quod nunciatur:ſecundũ quod nunc nec de fœmina nec de re quæ nunciatur procedit nuncius. Vnde multi volunt alium nunciũ intelligi:Accam vero poſt ea veniſſe: ſed melius eſt vt nuncius de Acca dictum intelligamus. Nouimus enim poni aliqua in ſubauditione:q̃ ex aperto dicere nõ debemus:vt nec dextræ erranti deus abfuit: cũ neceſſe ſit abſuit:aut iunonẽ aut alecto intelligamus. Item Salluſtius:Prima qui forte venientes exciperent cũ de inſidijs loquereť:quas numeri tm̃ pluralis eſſe pluſq̃ mãifeſtum eſt.Deletas volſcorum acies:falſum eſt tantũ enim fugerat:ſed vim exprimit nũcij:cui⁹ mos eſt pluſq̃ habet veritas nunciare.Ingruere:impetum facere:vt ingruit æneas armis.Ille furens & ſæuá iouis ſic numina poſcunt:duplici ratione eum inſidias reliquiſſe commemorat:dolore nimio & numinũ voluntate quod vtrũq; ideo agit:ne capi poſſit ęneas.Apertos:vacantes inſidijs Sæua iouis ſic numina poſcunt. Homerus : Διοσ Δετελειτοβουλη. Ambo ad muros :vt tueretur Turnus:vt obſideret æneas.Fumantes campos.Veluti fumantes caligine pulueris.Sæuum fortem vt Sæuus vbi æacidæ telo iacet Hector:item Nec minus interea mr̃nis ſæuus in armis.Ibero:Oceano occiduo.ideſt hiſpano. Hiſpania aũt Iberiam ab Ibero flumine conſtat eſſe nominatam.Conſidunt caſtris:in ſua quiſq; digreſſi.Mœnia vallant:hinc probať:qa & qui tuenť &q obſident vallare dicunť.

Nuncius Nunciũ.

Iberia.

bat campũ.ſ.planũ: cũ pater Aeneas ĩgreſſus ſcilicet ex ſyluis ſaltus apertos.i.nullis arboribus tectos:exupat.i.tranſcẽdit iugũ.ſ. mõtis: & euadit.i.exit ſylua opaca.i.denſa frondib⁹. Et ſic ipſi ambo feruntʼ ad muros rapidi.i.veloces & ſup.cũ toto agmine:nec abſunt iter ſe lõge paſſib⁹.i.nõ multis paſſib⁹ diſtant:forte Maro fecit.Nec multis iter ſe aut nec lõgis inter ſe paſſibus abſunt.i.diſtãt:ſed ꝙ nollũt s. litteram ſicut m abſumi apud hũc poetã imutauerunt:ſicut & alia nõnulla. Ac ſimul ideſt ſtatim poſtq̃ eneas proſpexit longe cãpos fumãtes puluere.i.veluti fumãtes obſcuros puluere:& vidit agmina laurẽtia.i. laurẽtiũ ſeu latinorũ:&.i.etiã turnus agnouit eneã ſeuũ.ſ. ipſi turno ꝙ in deos & ſuos pius erat:aut quẽ turnus iudicauit ſeuũ:aut ſeuũ non ſemꝑ nec vbiq; ſed in armis:&audiuit aduẽtus pedũ.i. pedes aduentãtiũ:aut ſtrepitũ pedũ aduentãtium:& flatus equorũ.& ineant.i.inijſſent cõtinuo pugnã.ſ.ſingularẽ:& tentent prelia:ni. ideſt niſi:phebus.i.ſol roſeus.i.rubeus ſub occaſum tingat iam equos feſſos: ſecundũ opinionem:vulgi:flumie ibero.i.mari ſeu oceano occiduo hoc eſt hiſpano:& reducat.ſ. per diſceſſum ſuũ occaſionaliter noctẽ die labẽte ideſt occidente. Quia igitur ingruẽte nocte dimicare nõ poſſunt ipſi cõſidunt.i.ſimul locum capiunt caſtris ideſt in caſtris ſuis:ac tentorijs ante vrbem:& vallant ideſt circundant vallo menia.Alij ne hoſtes ingrediant:alij ne egrediantur nec cõmeatum recipiant.

Deſcriptio Duodecimi Libri.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

Modeſtini iuricõſulti Argumentũ in.XII.

TVrn⁹ iã fractis aduerſo marte latinis
ſemet ĩ arma parat:pacẽ cupiẽte latio
Fœdus ꝑcutiť paſſurus & oĩa victus.
Hoc turni iuturna ſoror cõfundit:& ambos
In pugnã populos agit ementita Camertem.
Aeneas volucri tardatur membra ſagitta:
Anxia pro nato ſeruauit cura parentis.
Vrbs capitur:vitam laqueo ſibi finit Amata.
Aeneas turnum campo congreſſus vtrinq;
Circunfuſa acie vita ſpoliauit & armis.

DVodecimo Turnus&c.Duodecimum librum cõcludit poeta morte Turni in qua ſummã nactus eſt Aeneas gloriã ſummaq; potit⁹ victoria Quocirca vt ĩ Hectore tracto finiuit.Iliada Homerus ne ſi ꝓcederet cogeretur ignobilẽ Achillis mortẽ deſcribere: ita & in Turno victo cõponit:atq; concludit eneida ſuam Maro noſter ne & Aenee triſtem obitum memorare cõpellať:vbi eñ ad ſummam gloriam eius quẽ laudare volumus peruentum eſt:illic ſtandum eſt.Pretereavti ſepe diximus:mors vltima linea rerũ eſt:quocirca & morte fere libros cõcluſit.Adde ꝙ ſenis libris vigenos quaternos Homeri exequi conſtituit.Nam ſex prioribus odyſſeã ſex poſterioribus iliada exprimit:quocirca errant:qui decimũtertiũ enei.aut vſq; ad Auguſtũ ſcripturũ fuiſſe dicũt.Sed ordo eſt.Turnus occidit ab ob &cado ideſt ſubcũbit armis diuinis ſcilicet Vulcani aut enee:in deũ indigetẽ trãſferendi:aut fatalibus:qa dijs ita volentibus duodecimo ſup.eneidos libro.Et hoc monoſtichon eſt.Turnus fractis iam latinis qui antea infracti erant marte aduerſo:parat ideſt diſponit ſemet ideſt ſemetipm in arma latino:cupiente pacem.Fedus concutitur.ſcilicet inter latinũ & eneam:& victus. ideſt vter eorũ vincatur:paſſurus ſup.ſit omnia ſcilicet mortem & lauinie ac regni amiſſionẽ. Iuturna ſcilicet nympha ſoror turni:cõfundit hoc ſcilicet fedus conſilio iunnonis & agit ambos populos in pugnam :ementita.i. expreſſe mentita hoc eſt ſimulans ſe manifeſte Camertẽ.Aeneas tardatur membra ideſt habet mẽbra ꝑci pue coxam:tardata ſagitta volucri ab incerto auctore miſſa.Cura parẽtis.ſcilicet veneris anxia pro nato ideſt filio:ſeruauit ſup.eũ aut ſanauit dictamo herba:vrbs capitur:& amata ſcilicet regina finit ſibi vitã laqueo.ideſt ſuſpendit ſe.Aeneas congreſſus.ſcilicet cum turno campo.ſcilciet patenti & hoc acie circũfuſa vtrinq; ideſt ab vtraq; parte ſpoliauit turnum vita & armis precipue baltheo pallantis.

ASCEn.

Ordo.



ASCEn. TVrnus vt infractos aduerſo marte latinos defeciſſe videt. In pricipio hui⁹ duodecimi & vltimi a Vergilio quidem editi libri: turnus vidẽs latinos defeciſſe & in fugã verſos nihilq; reſtare niſi vt certamẽ cum enea meat aut loco cedat: ſtimulo amoris & generoſitate animi ad id cõpulſus pollicetur contra eneã ſtare: & omnem belli aleam in ſuum caput recipere: quo circomparat eũ leoni poeta qui tũc maxime iraſcitur cũ laceſſitus eſt & euadendi viam preclusam videt. Habent ꝑterea turni ad latinũ verba quibus eneã multipharia licet paucis vituperat vt ingenioſe notauit Donat⁹ cuius hec ſũt vba.

DONA. Infractos valde fractos. Latinos. Non ſolũ eius gentis milites. Sed oẽs q eſſent in excitu turni cõparat leoni. Qui i beſtias iperium habet: vt turnus i ſuos: ſed vulnerato & q vlciſci nõ põt. Desertorẽ aſie. Tria cõuitia: a loco ꝙ aſianus. q. d. ex corrupta ꝓuincia a genere ꝙ eſſet Dardanus qſi rebellis. a facto

ꝓeſſet

Publij Vergilij Maronis Aeneidos Liber duodecimus & Vltimus.

TVurnus vt infractos ad
uerſo marte latinos
Defeciſſe videt: ſua nunc
promiſſa repoſci:
Se ſignari oculis: vltro iplacabilis ardet:
Attollitq; animos: pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus:
Tum demũ mouet arma leo: gaudetq; comãtes
Excutiens ceruice toros: fixumq; latronis
Impauidus

Impauidus frangit telum: & fremit ore crueto.
Haud ſecus accenſo gliſcit violentia turno.
Tum ſic affatur regem: atq; ita turbibus infit.

Turnus — Nulla mora ī turno: nihil ē qđ dicta retractēt
Ignaui æneadæ: nec quæ pepigere recuſent:
Congredior: fer ſacra pater: & concipe fœdus.
Aut hac dardanium dextra ſub tartara mittam
Deſertorem aſiæ: ſedeant ſpectentq; Latini
Et ſolus ferro crimen cōmune refellam.
Aut habeat victos: cedat Lauinia coniunx:

SER. TVrn⁹ vt īfractos aduerſo marte lati. Poſtq̄ Turnus bello defeciſſe videt latinos: antea ſemp infractos. Nāq; ita maior ē ſenſus: q̄ ſi īfractos Valde fractos acceperis. Sua nunc promiſſa repoſci: Quia dixerat: Ibo aīs cōtra vel magnū pręſtet Achillem ſe ſignari oculis: ꝓpter illud in te ora Latini. In te oculos referūt. Vltro: aut inſup: aut anteq̄ aliqs expoſcat. Spōte ſua ſe in certamen offert. Sauci⁹ ille: κατεξοχην. Ille leo. i. princeps ferarū. Saucius autē pectus. i. ſauciū pectus hn̄s. Et bn̄ alia ỽba interpoſuit: quia ſaucius pectus ſonabat aſperrime & iperitis poterat ſolœciſm⁹ videri Graui vulnerre. Forti: vt Ferit enſe grauē Tymbræus oſyrim. Tū demum nouiſſime. i. poſtq̄ fuerit vulnere laceſſitus. Hæc eñ leonum eſt natura vt niſi laceſſiti iraſci nequeāt.

Arma. Mouet arma: Vires ſuas experit̄. Nā arma ſunt vniuſcuiuſq; rei poſſibilitas. Vn̄ eſt & q̄rere conſcius arma. i. dolos.

Latrones Latronis. Mō venatoris: & eſt græcū: Nam λατρευειν dicūt obſeq & ſeruire mercede. Vnde latrones vocant̄ cōducti milites: Moris aūt erat vt hos iperator & circa ſe haberet & primos mitteret ad oē diſcrimē: vn̄ nunc dicit latronis telo fixū leonē. Quia ēt venatores operas ſuas locare cōſueuerūt. Varro tn̄ dicit hoc nomē poſſe habere ēt latinā ætymologiā: vt latrones dicti ſint quaſi laterōes. Quia circū latera regū ſint: quos nūc ſatellites vocant. Vna tn̄ eſt ſignificatio: licet diuerſa ætymologia. Plautus in pyrgo polinice oſtendit qd ſint latrones dicens. Rex me Seleucus miſit ad cōducendos latrones. Impauidus frangit telum: Luca. per ferrū tanti ſecurus vulneris exit Fremit ore cruēto: fremit licet habeat os ſuo cruore pfuſum Sane cōparatio exitum oſtendit futurum. Nam etiam Turnus ruet in mortem ferocitate cōpulſus: ſic i quarto idicat futurū reginæ exitum dicens: Qualis coniecta cerua ſagitta. Gliſcit: creſcit. Vnde & glires dicti ſunt: quos pingues efficit ſomnus. Turbidus: plenus terroris & pturbatiōis. Sane notandū affatur atq; infit: nam iteratio eſt qua frequenter eſt vſus: licet nonnulli dicant temperare iterpoſitā cōiūctionē. Retractēt repetāt & reuoluāt. Cōgredior: Statius vbi polinicē vbiq; inducit loquētē. Nō me vlli⁹ dom⁹ anxia culpet expectēt ve truces obliquo limīe nati: vn̄ & iā ſupra ait poeta. Se ſignari oculis. Deſertorē aſię: vt exulib⁹ ne dat̄ ducenda Lauinia teucris: vn̄ eſt p̄miſſa illa excuſatio & in tota ſecūdi œconomia: & i q̄rto dicit Me ſi fata meis paterent̄ ducere vitā Auſpicijs. & ſponte mea componere curas: Vrbē troianam primum dulceſq; meoꝝ: relliquias colerē. Sedeant ſpectentq; latini: ductus eſt: vt diximus ſupra. Pollicetur eñi ſe ſingulari certamine dimicare velle: cum nolit: nam dicens Sedeāt: ſpectentq; latenter eos ignauiæ arguit ꝙ ſolus omnibus quieſcentibus dimicet: quam rem plenius ſeq̄ns indicat verſus: Et ſolus ferro crimen cōmune refellam idest cōmune fugæ ac timoris dedecus ſolus meis virtutibus comprimam.

ꝙ eſſet ꝓditor. Cōmune: nā cōe dedecus eſt: ꝙ troiani italiam teneant. Hec ille Cōtra q̄ ſentit Seruius ſtatim ī principio dicēs infractos ītelligi nō fractos olim ſed nunc defeciſſe. Quia ỽo infringere eſt interdū intrinſecus & multū frangere: iō poſſent latini īfracti dici aduerſo marte. Verūtn̄ meo quidē iudicio mens poete eſt quā hoc ordie explicabo. Infrigere

¶ Vt. i. poſtq̄ turnus videt. i. cōſiderat latinos īfractos. i. nō fractos q̄tum ad ꝓpriā virtutē & fortitudinē defeciſſe: tn̄ marte aduerſo. i. quia martē & ceteros deos aduerſos habuerāt & vidēs ſua ꝓmiſſa (qbus. ſ. ꝓmiſerat ſic ibo animis contra vel magnū p̄ſtet achillē) repoſci. i. exigi iuſte a ſuis victis & ſe ſignari oculis. ſ. oīm alloqui nō audentiū ſed tacite id petentiū miſerabili cōſpectu: ipſe vltro. i. nōdū reqſitus nec ꝓuocatus expreſſe: ardet. i. excandeſcit: exiſtēs implacabilis: & attollit aīos exiſtens talis qualis ille. ſ. ferociſſim⁹ vtpote iubatus leo: exiſtens in aruis penoꝝ. i. punica regione: ſaucius pectus. i. habens pect⁹ ſauciū graui vulnere venantū. i. venatoꝝ telo: mouet tū demū. i. tum primū poſtq; vulnerat⁹ eſt: arma. ſ. naturalia: hoc ē irā excitat arrectis iubis: & gaudet. ſ. de futura pugna: excutiens. i. erigens & rigere faciens. ceruice toros. i. villos comātes. i. criſpātes & fruticātes: & īpauidus frāgit telū latronis. ſ. venatoris q a latere aut e latibulis adortus eſt eū fixum. ſ. in pectore ſuo: & fremit ore cruēto: haud ſec⁹. i. non aliter: violētia gliſcit i. creſcit: turno accēſo. ſ. p iram & affat̄ tum. ſ. poſtq; ſic excāduit: regē. ſ. latinū atq; ipſe turbidus. i. plenus terroris & pturbationis: infit i. ſic loqui īcipit. O pater. ſ. latine: nulla mora ſup. eſt in turno. i. parat⁹ ſum qđ exigūt ignaui teucri ſingulare obire certamen nihil eſt. i. nulla eſt rō: ꝙ. i. cur eneade ignaui. i. inertes & ſine iduſtria ſuū piculū in caput regis ſui reijciētes: retractent. i. reuocēt p aliū cōtractū: dicta. i. q̄ prius dixerunt: nec recuſent. ſ. pacta q̄ pepigere. i. pacti ſunt nobiſcū. Ego cōgredior i. paratus ſum cōgredi: fer ſacra. i. feri porcum ad fedus pcutiendū: vnde addit: & cōcipe fedus. ſ. cū enea dimicādi ea lege vt ſi victus ſit abeant teucri: ſin victor habeat cū regno Lauiniam: nā aut ego mittā ſub tartara. i. occidam hac dextra. ſ. mea: deſertorem aſie. i. patrie ſue mollis p ꝓditionē: deſertorē dardaniū. i. a dardano ortū ſcilicet eneam: ſedeant & ſpectēt latini: quaſi dicat: ſint ignaui & reſides q̄tūlibet & ita eos ignauie dānat: vt non pmittant ſingulare certamen. & ego ſolus refellam. i. abolebo: crimē cōmune. i. cōmune dedecus qđ eſt ab externo omnes a ſedib⁹ pelli: aut iniquas leges ſuſcipere: aut ſupple: Dardani⁹ deſertor aſie habeat victos ſcilicet omnes ī me vno q morte mea libertatem mihi peperero: & ceteris ſeruitutem: & Lauinia cedat. i. concedatur illi deſertori aſie cōiunx. Quib⁹ omnib⁹ q̄tū poteſt a duello dehortatur. Ordo.

Poeta. Olli ſedato reſpondit corde Latinus.

Latinus — O præſtans amimi iuuenis q̄tum ip̄e feroci
Virtute exuperas: tanto me īpēſius æquū eſt
Conſulere

¶ Olli ſedato reſpondet corde latinus. In hac parte habet̄ reſponſio latini ad turnū ip̄m cohortātis vt derelicta lauinia ad patrē reuertat̄ aliam coniugem ſibi expoſtulaturus quādoquidem filiam ſuam dījs exhortantibus iam enee diſpōſauerit. Ex infelicitate p̄terea belli ASCEn.

contra deorū

contra deoꝶ monita ſuſcepti dehortat̃ a bello
āpli⁹ cōmittendo ſed nō flectit̃ dictis violētia
turni: de qb⁹ oībus hec ſunt verba Donati. O
DONA. p̃ſtans: enumerat bona ac mala iuuētutis & ſe-
nectutis. In iuuene em̄ quātū eminet vis cor-
poris tm̄ in oēs caſus incōſulta temeritate ca-
pit̃ Sola melioꝶ ſpe ducit̃. Totū fore ꝓſperū
putat Nec aduerſa p̃uidet: in ſene vis corpo-
ris minor: cōſilŋ maior. Oīa expē. abeſt ab eo
temeritas cui⁹ mala: aut in ſe exptus eſt: aut in
alŋs videt. O p̃ſtans aī: Laudat ei⁹ virtutē cū
pſuaſurus eſſet ne pugnaret: ne putaret ꝙ illi
deficeret. Oñdit deide nuptias filie nūq̄ fuiſſe
in ſua ptāte: ſed ī deoꝶ numine. Oñdit ſua cā
oīa feciſſe. Hec ille Ordo eſt Latin⁹ rñdit olli:
Ordo. ideſt tunc illi: ſcilicet turno corde ſedato ideſt
trāqllo & pacato aīo: o iuuenis p̃ſtans ideſt p̃-
ſtantis animi. aut potius p̃ſtans animi. ideſt q
aīum p̃ſtas ad q̄uis rē obeundā. q̄tū ipſe: ideſt
tu q iuuenis es: exuperas ideſt excedis me ſe-
nē: virtute feroci: ideſt martia & bellica forti-
tudine tāto īpenſius ideſt diligenti⁹ impendē
do maiorē operā: equum eſt me ſcilicet ꝓue-
ctiorē etate cōſulere ideſt ꝓſpicere reip. & me
metuentē expendere: ideſt examinare & pēſi-
tare oēs caſus: ideſt aleas belli & dubios rerū
euent⁹. Regna patris ſcilicet tui: dauni videli
cet noīe: ſūt tibi ideſt tu habes ea: & multa op
pida capta manu. ſcilicet tua ſunt tibi: necnō
ideſt & ēt animus ſcilicet liberalis & bñficus
erga te & aurū ſup. eſt latino: ideſt iuuabo te
opib⁹ meis ad alias nuptias. Alie nuptie: ideſt
virgines nubiles p̃ter lauiniā ſunt latio: ideſt
& in agris laurentib⁹ nec īdecores genus ideſt
nō habētes genus ſi dicatur indecor hoc eſt in
honeſtū: ſed (p liptotem) nobile & honeſtum:
ſine me aperire. ideſt māifeſtare tibi: dolis. i.
fraudib⁹: & ambagib⁹ verborū: ſublatis ideſt
de medio latis: haud mollia. i. res non molles
aut leues ſeu friuolas. fatu ideſt dū fant̃ aut ad
fandū ſed graues & magni momēti. & hauri. i.
accipe ſimul hec animo. i. animaduerte & pō-
dera hec q̄ dicam. Nulli. ideſt non vlli. fas nō
erat. i. nō erat fatis pmiſſū me ſociare natā. i. fi
liā. vlli ꝓcorū veterū. i. eoꝶ q pri⁹ eā cōiugē
petierant q multi erāt in latio. & oēs hoies. i.
augures & haruſpices & oēs diui vt faunus &
portēta deoꝶ: canebāt. i. vaticinabāt̃ & quaſi
oraculo dicebāt id. ſ. ꝙ nō erat fas ego tn̄ vi-
ct⁹ amore tui: & vict⁹ ſanguie cognato. ſ. ſan
guini coniugis. ſ. amate: & vict⁹ lachrymis cō
iugis meſte: rupi oīa vincula. i. obſtacula aut
federa cū alio icta. vñ ſequit̃. ego eripui gene-
ro. ſ. enee ꝓmiſſam. ſ. filiā. & ſumpſi arma im
pia qa cōtra generū violato iure hoſpitalita-
tis. dŋs iratis. O turne tu vides q caſus & q̄ bel
la ſequant̃. i. pſequantur me: ex illo. ſ. tpe aut
facto. i. poſt illud tps & factū & tu vides quā-
tos labores tu patiare primus. i. p̃cipuus. Nos
victi bis magna pugna vix tuemur. i. ꝓtegi-
mur vrbe. i. menib⁹ vrbis aut ī vrbe tu vides
ſpes italas: ſed potius p acclamationē dixero:
ſpes italas dictū vt ſit o ſpes italas quo vos iā
recidiſtis? flueta tyberina: recalēt. i. rurſus (qa
ſecūda pugna cōmiſſa) calent adhuc ſanguine
nr̃o. i. italo: hoc eſt nr̃orū effuſo: & cāpi albent
ingentib⁹ oſſibus. ſ. noſtrorū qui īſepulti dere
licti ſunt. Quo. i. in quā ſententiā: ego refe-
ror. i. reducor & conuertor totiens: hoc eſt cur
ſemel nō auſim dicere qd' ſepe ſenſi: q̄ īſania
mutat mentē: vt ſcilicet qd' recte deliberaue-
rim exeq non audeā: ſi ego ſum paratus acci-
re ſcilicet

Conſulere: atq; oēs metuentē expēdere caſus
Sūt tibi regna patris Dauni: ſunt oppida capta
Multa manu: necnō animuſq;: aurūq; latino:
Sunt aliæ innuptæ latio: & laurentibus agris:
Nec gen⁹ īdecores. ſine me hæc haud mollia fa
Sublatis apire dolis. ſimul hæc aīo hauri. (tu
Me natam nulli veterum ſociare procorum
Fas erat: idq; omnes homines: diuiq; canebāt.
Victus amore tui: cognato ſanguine victus
Coniugis: & mœſtæ lachrymis vincla oīa rupi.
Promiſſam eripui genero: arma impia ſumpſi:
Ex illo qui me caſus: quæ bella ſequantur
Turne vides: quantos primus patiare labores
Bis magna victi pugna: vix vrbe tuemur
Spes italas. recalent noſtro tyberina fluenta
Sanguine adhuc. campiq; ingētes oſſib⁹ albēt.
Quo referor totiēs? quæ mentē īſania mutat?
Si turno extincto ſocios ſum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid conſanguinei rutuli? quid cætera dicet
Italia ad mortem ſi te (fors dicta refutet)
Prodiderim natam & connubia noſtra petētē?
Reſpice res bello varias: miſerere parentis
Longæui. mœſtū quē nunc patria ardea longe
Diuidit. Haud quicq̄ dictis violentia turni Poeta.
Flectitur. exuperat magis ægreſcitq; medendo
Vt primum fari potuit. ſic incipit ore.

SER. ¶ Corde ſedato: quia de turno ait: Atq; ita turbidus īſit.
O præſtans animi: & præſtans virium & p̃ſtans viribus
dicimus Sane magnæ moderationis eſt hæc oratio. Nā
& laudat turnum quaſi virum fortē: & tamen eū a ſingu
lari certamine dehortat̃. Dicens em̄ p̃ſtans animi latēter
eū oſtēdit inferiorē. eē virtute. Expēdere caſus: ne ex ab-
rupto de ei⁹ virtute deſperare videat̃: caſuū varietatē ſe
timere cōmemorat. Sūt tibi regna patris dauni ſūt oppi-
da: Si ꝓpter regnū dimicare diſponis: habes paternum: ſi
ꝓpter gloriā multos virtute ſuperaſti: qd' aūt dicit. Nec
nō aurūq; animuſq; latino eſt: varie exponit̃: nāq; alŋ di
cūt habes regnū paternū habes oppida: ēt a me hēs aurū
& prōptū aīum ad danda oīa p̃ter filiā. Alŋ vero ſic ītel-
ligunt. Si ꝓpter opes & vxorem dimicaturus es hæc nō
ſolus habeo. vnicuiq;. n. latino eſt & aurū & animus prō-
pt⁹ ī generū: vt latino nō de ſe dicat. ſed cuicūq; de latino
Latio & laurētib⁹ agris. ſ. in ciuitate & ī oī regno latino-
rū. Nec genus indecores: qa iſte regis filiā petebat. Sine
me hæc hoc loco intelligim⁹ Turnū dolore voluiſſe ī ali
qua verba prorūpere. Haud mollia fatu. i. vera: nā aſpera
ſunt q̄ cū veritate dicunt̃: falſa. n. ſolent eſſe plena blādi-
tŋs. hæc em̄ libēter audiunt̃. Illa ꝟo grauiter: hinc Terē:
Obſequiū amicos veritas odiū parit. Aīo hauri: omni ī-
tētiōe pcipe. Nulli veteꝶ ſo. p. Generalr̃ dicit ꝓhibitū eē
dare lauiniā cuilibet latino: vt turnus ſolatiū aliqd' hēre
poſſit doloriſq; latinū neminē p̃ferri ſibi videat. Diuiq;
hoīeſq;

valla hęc refutat.

hominesq́; canebant:propter Faunum & vates. Victus amore tui: hoceſt propter tuum amorem: ſane inter tui cauſa feci & tua cauſa feci hæc diſcretio eſt:|vt tui cauſa tunc dicamus ſi aliquis|ipſi ad quem loquimur ꝑſtiterimus vt puta tui cauſa te defendi:|tua vero cauſa tū cum alteri aliquid alterius cōtēplatione ꝑſtamus:vt tua cauſa hoīem tuū defendi.Cognato ſan.quia venilia mater turni ſoror eſt amate.Vincla oia rupi:& religionis &fœderis:Promiſſam eripui genero:verū eſt:nā Aeneæ ꝑ legatos ꝓmiſerat filiā.Cui poſtea intulit bellum licet multi dicant añ turno fuiſſe ꝓmiſſam:qđ falſum eſt.Nā latin⁹ nunq̄ eam turno ꝓmiſerat:nā nec faunū cōſuleret ſi eam turno ante ꝓmiſiſſet:ſed tm̄ eum generum amata cupiebat:qđ etiā legimus.Quē regia coniunx Adiungi generum miro ꝓperabat amore.Qui me caſus:quæ bella ſequanť:excuſat Turnū vt nō ipſius eſſe videat̄ ꝙ victus eſt:ſed ſuū qa auſus ē cōtra generū bella ſuſcipere.Prim⁹ ꝑcipuus.Bis ma.vi.ſemel cum eſt occiſus Mezenti⁹: iterum cum eſt occiſa camilla Albēt:vſurpatū verbū albeo albes.Inſania mutat:inſania.n.eſt illuc reuerti:vnde vix euaſeris.Certamina tol.finio remoueo:vt Tollite cūcta inquit.Fors dicta refutet:parentheſis plena abominationis.Natam & cōnubia noſtra petentem : iniquiſſimū eſt eum morti tradere:qui tuam affinitatē exoptat. Reſpice res bello varias:ne ignauiæ videatur arguere : admonet caſuum vt ſupra.Atq; omnes metuentem expendere caſus.Mœſtum patria ardea longe diuidit. Lōge mœſtū.i. valde mœſtum:nam longe diuidit non procedit:non em̄ ardea a Laurento longo valde diſſidet ſpatio.Aegreſcitq; medendo:inde magis eius ægritudo creſcebat: vnde ſe ei latinus remedium afferre ſperabat.Medendo autem dū ei mederet̄ & medicina afferť: Nam gerundiŋ modus eſt a paſſiua ſignificatione.Vt primum fari potuit:Nimius enim dolor iracundiæ intercluſerat vocem ſic de Euandro:& via vix tandē voci laxata dolore eſt.

re.ſ.troianos:ſocios.ſ.regni turno extincto.i. poſtq̄ turn⁹ fuerit extīct⁹.cur ego nō tollo poti⁹ ipſi Turno īcolumi certamia.i.cur nō dirimo litē.Quid rutuli cōſanguinei.ſ.lauinie ꝑ amatā ſup.dicēť:qđ cetera italia.i.gens itala dicet ſi ego ꝓdiderim.i. ꝓſtituerim & expoſuerim ac porro dederim ad mortē te petentē natā.i.filiā noſtrā & nrā cōnubia:qa vo mali ominis veteres ſemꝑ fugerūt occaſionē poſtq̄ ad mortē dixerat ſubiūgit ꝑ parētheſim: fors i.bona fortuna & bon⁹ euent⁹ refutet.i. irrita faciat:dicta.i.ne habeāt efficaciā qb⁹ dixi ad mortē &c.Reſpice.i.cōſidera res varias.i.dubias & icertas:bello.i.q̄ ſunt ſemꝑ bello aut ī bello:miſerere parētis.ſ.Dauni:longeui.i. ſenioris:quē.ſ.parētē tuū ardea patria.ſ.tua : diuidit.i.ſeparat nūc a te meſtū.i.triſtē longe.i. multū.ſ.ꝓpter periculū &abſentiā tuā.Hec latin⁹.addit poeta.Violentia Turni haud. i.nō flectiť qcq̄.i.quouis mō:aut ī q̄uis re:ſedſup. ipa exuperat.i.ſup excreſcit magis:&egreſcit i.fit egra magis aut Turn⁹ fit magis eger:medendo.i.dū illi medeť aut mederi conať:& vt primū.i.vbi primū aut cū primū potuit fari i.eloq quod diu propter nimiā cōmotionē ac turbationē nequiuit ipſe incipit ſic ore.i. expreſſe loqui vt ſequentia continent.

Turnus Quā ꝓ me curā geris:hāc ꝑcor optime ꝓ me
Deponas:letumq; ſinas pro laude paciſci:
Et nos tela pater ferrumq; haud debile dextra
Spargim⁹:& noſtro ſeqtur de vulnere ſanguis.
Longe illi dea mater erit:quæ nube fugacem
Fœminea tegat:& vanis ſeſe occulat vmbris.
Poeta At regina noua pugnæ conterrita ſorte
Flebat:& ardentē generū moritura tenebat:
Amata Turne ꝑ has ego te lachrymas:ꝑ ſi qs Amatæ
Tangit honos animū (ſpes tu nūc vna ſenectæ
Tu requies miſeræ:decus imperiumq; latini
Te penes:in te oīs domus inclinata recumbit)
Vnum oro:deſiſte manum cōmittere teucris
Qui te cunq; manent iſto certamine caſus:
Et me turne manēt: ſimul hæc iuiſa relinquā
Lumina:nec generū Aeneā captiua videbo.
Poeta Accepit vocem lachrymis Lauinia matris
Flagrantes perfuſa genas:cui plurimus ignē
Subiecit rubor:& calefacta per ora cucurrit.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur:vel mixta rubent vbi lilia multa
Alba roſa:tales virgo dabat ore colores.
¶Illum turbat amor:figitq; in virgine vult⁹.
Ardet ī arma magis:paucisq; affatur Amatam:
Ne quæſo

ASCEn.

¶Quā ꝓ me &c.Recitat animoſi Turni rñſionē & ad eā Amate regine muliebrē & affectioſam ꝑcationē:lauinie ad hoc pudorem & venuſtatem qua Turnus vehementius inflāmatus: Amatā:rurſus affať ſignificās ſe cōſtituiſſe oīno cum enea certamē.De qua re nihil eſt Donati Ordo aūt eſt.O optime ſubaudi pr aut rex.ego precor deponas ꝓ me ideſt ꝓ honore meo ſeruādo.& ꝓ animi mei voluntate. hanc curā quā geris ꝓ me.i.ꝓ ſalute mea & vita ſeruāda:& ſinas ideſt permittas me paciſci ideſt in pactū cōmittere vitā ꝓ laude.o pater &.i.ēt nos nō ſoli troes ſpargimus manu.ſ.noſtra:tela &.ferrū.ideſt tela ferrata. haud debile.ideſt fortia & robuſta & vi multa|nitentia. & ſanguis ſequiť de vulnere.i.telo noſtro aut de vulnere a nobis.illato.Mater.ſ.venus dea: erit illi.ſ.ſeuiſſimo & iniqſſimo hoſti enee.lōge ideſt ꝓcul:q̄ ſcilicet dea tegat ideſt ꝓtegat eū fugacē.ideſt frequēter fugere ſolitū:vt a cōgreſſu diomedis.nube feminea.i. velamento feminis apto:&occultat.ſ.mater dea ſeſe.i.ſeipſam vmbris vanis.i.inanib⁹& mētitis:aut nihil ꝓfuturis qa & ipſa id faciēs vulnerata ē hec ſup.turn⁹ dixit.At.i.ſed regina.ſ. Amata cōterrita ſorte pugne:noua ideſt īſolita & magna qa nō ſolitus erat cū tali viro cōgredi turnus licet fortiſſimos quoſq; iteremerat:flebat & ipa moritura ideſt ſimilis moriture:aut certa mori ſi retineri nollet:aut q̄ capta vrbe moritura eſt:tenebat ideſt cōplectebatur aut retinebat:generum.ideſt quē generū eē cupiebat ſ.turnum.ardentē ideſt excandeſcentē. & vehementer incenſum ad pugnam tenebat autē his verbis.Turne ego oro te vnū.i.vnā rem. ꝑ has.i.meas lachrymas. & ſup.honorē ideſt obſeruantiā & venerationem amate:ſi qs honos amate tangit animum.ſ.tuū.vt debet nā tu es nūc vna.i.vnica & ſola ſpes ſenecte.ſ.noſtre:& tu es requies vnica miſere.ſ.amate.de

Ordo

cus&



cus & ĩperiũ latini eſt ſup.penes te.i.in tua poteſtate:& oĩs domus latini:iclinata.ſ.ad ruinã & deſolationẽ:recũbit in te i.repoſuit ſpem ĩ te & fulcit̃ per te.Oro igit̃ vnũ:videlicet deſiſte cõmittere.i.cõſerere manũ teucris.i.cũ troianis qa o turne quicũq; caſus manent.i. certe expectãt te ĩ iſto certamine:manẽt &.i.ẽt me: ego relinquã ſimul.ſ.cũ mortẽ tuam audiero. hec lumina ĩuiſa ideſt hãc vitã mihi moleſtã nec ego captiua videbo eneã generũ ſcilicet meũ Lauinia.ſ.virgo filia Latini & Amate. perfuſa genas flagrantes.i.igneo rubore p̃ pudore ardẽtes.i.hñs eas pfuſas lachrymis. accepit.i.hauſit & intellexit vocẽ matris.ſ.ſue:cui ſ.lauinie:rubor.i.pudor ruborem generãs plurimꝰ.i abũdãtiſſimꝰ:ſubiecit ignẽ.i. ardorem aut igneũ colorẽ &.ſ.ignis hoc ẽ calor naturalꝭ q formã gñat.cucurrit.i.diſpſus ẽ p ora calefacta.ſ.p ruborẽ.virgo dabat ore.i.facie ſua tales colores veluti.i.quẽadmodũ aut q̃les dãt̃. ſiquis

Ne queſo ne me lachrymis:ne ve omine tãto — Turnus
Proſequere in duri certamina Martis euntẽ
O mater:neq; eñ turno mora libera mortis:
Nũciꝰ hæc Idmon phrygio mea dicta tyrãno
Haud placitura refert:cũ primũ craſtina cælo
Puniceis conuecta rotis aurora rubebit:
Nó teucros agat ĩ rutulos:teucrũ arma qeſcant
Et rutulum:noſtro dirimamus ſanguine bellũ.
Illo quæratur coniunx lauinia campo.

SER. ¶ Q uã pro me curã geris hanc p̃cor optime pro me deponas.Bis quidem ait pro me ſed diuerſa affectione : nã hoc dicit quã p ſalute mea ſollicitudinẽ geris : hanc pro mea fama & gratia quæſo derelinquas . Debile. ſ.ſic in ſecundo

ſcđo Telū ībelle ſine ictu cōijcit.Noſtro de.v.ſ.qđ īferimus:& dubie locut⁹ eſt.Longe illi dea mater erit:cōtra illud ſi matris auxilio vtit̄:Noua.ſ.magna:nā nouū nō eſt qđ fuerat ante ꝓmiſſum:magnā aūt ſortē vocauit ſingulare certamē.Per ſiqs Amatæ:tāgit honos aim : Si qđ a te Regina rogat:tuā cōmouet mentē:& ſi quē honorē habes Amatæ:ſic in ſeptimo.Si qua pijs ais manet īfœlicis Amate Gratia.In te oīs domus inclinata recūbit:Totum digeſſit añ ꝑ ſpecies.& ſic ſe contulit ad gn̄alitatē & eſt a ruina trāſlatio:Manum cōmittere Teucris:ab oī eū bello non tm̄ a ſingulari certamine dehortat̄.Et me Turne manēt:m ire agit:nā qa ſcit virū fortē ſuā mortē facile poſſe contēnere:deterret eū dicēs ſe ſimul eſſe moriturā : vt qa ꝑiculum nō timet formidet inuidiā.Accipit vocē : ordo accepit vocē matris Lauinia.Flagrātes ꝑfuſa genas.i.lachrymis ꝑfuſas habēs genas:Stat.& gemitu mœſtos imitata ꝑentes.Ignē ſubiecit rub:hypallage eſt pro cui ignis animi ſubiecitruborē mouebat aūt intelligēs ſe eſſe tantoꝝ cauſa maloꝝ:ſic ſupra:Cauſa mali tanti oculos deiecta decoros:nā quo ea formoſior inducit̄:eo magis Turnus ardet:vt ſequētia īdicāt.Violauerit oſtro.Si qs ebur Homeri cōparatio:Vñ & violauerit trāſtulit: Ille em̄ ait μιαιγειγ.Aut mixta rubent vbi lilia multa alba roſa.Aut vbi multa alba lilia ꝑmixta rubēt roſa.i.roſæ cōiūctiōe. Naturaliter em̄ oīs candor vicinū trahit in ſe ruborem. Illū turbat amor:inuenit occaſionem qua Turnus magis moueret̄ in bellū.Neq; enim Turno mora libera mortis: hoc loco duplex eſt expoſitio:aut em̄ ordo eſt.Neq; q̄ſo mater me lachrymis.i.tanto mortis omine ꝓſequaris ad duri martis certamina ꝓficiſcētē:Neq; em̄ Turno mora libera eſt nō eūdi poſtq̄ iā ꝓmiſſum ſingulare certamē.Aut certe hoc dicit noli me mater ad bellum eūtem ominoſis lachrymis ꝓſeq:neq; em̄ Turno eſt mora libera mortis.i.neq; em̄ in poteſtate eſt mea morā facere venientib⁹ fatis:ac ſi diceret:ſi iminēt ꝑitur⁹ ſum:ēt ſi minime ad bella ꝓficiſcar.Sciēdū tn̄ locū hūc vnū eſſe de inſolubilib⁹ duodecim q̄ hn̄t obſcuritatē:licet a multis ꝓ captu reſoluant̄ igenij.Cū primum craſtina cœlo Puniceis cōue.ro.hoc loco auiditas pugnaturi exprimit̄:ſane nūc non dicit oriri diem : ſed deſignat tempus quo vult vt vterq; ad certamē ſingulare ꝓcedat.Noſtro dirimamus ſanguine bellū:bn̄ ſe oib⁹ cōmendat hoc dicto:ſiquidem ſuum ſanguinē pro omni bello dicit poſſe ſufficere.

ſi qs violauerit.i.miſcuerit:ebur indū.i. indicum qđ albiſſimū eſt:oſtro ſanguineo.i. purpura ſanguinei coloris: vel vbi lilia alba rubent mixta multa roſa:Amor turbat illum.ſ. turnū:& figit vult⁹ in virgine:poſtq̄.ſ. ſemel in eā oculos cōiecerat:& ardet magis.ſ.q̄ pri⁹ ī arma.i.ad arma tractāda ī certamīe cū Enea & affat̄ Amatā.ſ.reginā paucis.ſ.v̄bis.O mater queſo:ne:ne īquit ꝓſequere me lachrymis ve ꝓ vel ne ꝓſeq̄re.i.ne ꝓſequaris:tāto omine.i.indicio triſtis exitus:me euntē.i.ꝓficiſcētem in certamina martis duri.i. rigidi & iexorabilis:neq; em̄ mora.i.dilatio mortis.ſi qdē moriendū:eſt Turno libera.i.etiam ſi differre mortem quā mihi lachryme tue portēdūt vellim:tamen nō poſſem fatis vrgentibus:quaſi dicat ſentio me inſtigatū neſcio quo numine ad cōgreſſum:& hoc ſenſu legēdū eſt refer:vt ſit & iō o Idmō refer nūci⁹.i.nūcians &c.Aut iō nō ē Turno mora libera mortis:qa cōſignata eſt iā dies.Nam Idmō nunci⁹ refert tyrāno phrygio.ſ. Aenee mea dicta haud placitura: cū.i.vbi aurora craſtina conuecta rotis puniceis.i.roſeis rubebit primū: celo. i. ꝑ celū aut aerem:non agat Teucros in rutulos ſed arma Teucrum pro teucrorum:& rutulū ꝓ rutuloꝝ qeſcāt:& ſup.dirimamus.i.abſcindam⁹ & finiam⁹:nr̄o ſanguine bellum:lauinia q̄rat̄ illo cāpo.i.ꝑ tale certamen coniunx.ſ. Victoris.

Poeta Hæc vbi dicta dedit:rapiduſq; ī tecta receſſit:
Poſcit equos:gaudetq; tuēs ante ora fremētes:
Pilumno quos ipſa decus dedit orithya.
Qui candore niues anteirent : curſibus auras.
Circūſtant ꝓperi aurigæ manibuſq; laceſſunt
Pectora plauſa cauis:& colla comātia pectunt:
Ipſe dehinc auro ſquallentē alboq; oricalcho
Circundat loricā humeris:ſimul aptat habēdo
Enſemq; & clypeum:& rubræ cornua criſtæ.
Enſem:quē Dauno ignipotēs deus ipſe parēti
Fecerat:& ſtygia candentē tinxerat vnda.
Exin quæ medijs ingenti annixa columnæ
Aedibus aſtabat:validam vi corripit haſtam:
Actoris arunci ſpolium: quaſſatq; trementem
Turnus Vociferans:Nunc o nunq̄ fruſtrata vocatus
Haſta meos:nūc tp̄s adeſt:te maxim⁹ Actor
Te turni nūc dextra gerit:da ſternere corpus
Loricam q; manu valida lacerare reuulſam:
Semiuiri phrygis:& fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro:myrrhaq; madentes
Poeta His agitur furijs.totoq; ardentis ab ore
Scintillæ

ASCEn: ¶ Hec vbi dicta &c.Docet qūo ſe Turnus iſtruxit ad pugnā armauitq; armis īſignibus: DONA. vnde eſt hoc ſolū Donati Stygia vnda: cōſecrationē quādā enſis oñdit.Corripit.q.d.ſine conatu extulit:q̄uis tāta eſſet:vt adminiculis colūne egeret.Hoc ille. Ordo. Ordo eſt.Vbi.i.poſtq̄ Turn⁹ dedit hec dicta.i.v̄ba p̄miſſa : & ip̄e rapidus.i.feſtinus receſſit in tecta.i.in domicilium ſuū priuatū . Ipſe poſcit.i.exigit equos: & gaudet tuēs.i.inſpiciēs eos fremētes.i.animoſe geſtientes:añ ora.ſ.ſua:quos.ſ.eq̄s: ipſa Orithyia.ſ.Orithei Regis athenarum filia & vxor Boree q ex equab⁹ erichtonij ſcđm Homerū ſub forma eq admiſſarij generauit eq̄s velociſſimos & cādidiſſimos:vñ Orithyia ad Pilūnū atauū Turni eq̄s ꝓpagatos dono miſerat aut ſi nō miſerat qa tn̄ ipſa ſobolē cōſeruauit & educauit : vñ ad Pilūnū hi eq ꝑuenerant ꝑ emptionem aut cōmutationē : aut alia quauis via:dicit̄ ipſa eos miſiſſe ſeu dediſſe: ſicut in Geor.India mittit ebur:qa india ꝓducit elephātes.Nihil eſt ergo qđ critici merito notēt:cū remotiſſimi Reges ſe mutuo donent Sed ad ordinē redeo:quos ipſa orithyia dedit Pilūno.i.atauo Turni:dec⁹.i.ꝓ decore & inſigni dono:q.ſ.equi anteirēt.i.ſuperarent cādore niues:& curſibus.i.velocitate auras.i.ventos.Aurige.i.agaſones:circūſtāt ꝓperi.i. ꝓperare & vrgere parati:& laceſſunt.i.prouocant ad curſum & animoſitatē:pectora.ſ.equorum plauſa.i.palpata:manibus cauis.i.cōcauis : & pectunt colla comātia.i.fruticantia & piloſa: Ipſe.ſ.Turnus dehinc.i.poſtq̄ equos viſitauerat circūdat humeris.ſ.ſuis:loricā ſqualletē.i.ꝑ modū ſquamaꝝ piſciū relucentē auro.i.
ſquamis

ſquamis aureis &oricalcho.i.illo gn̄e metali albo.ſ.reſpectu auri.i.paulo pallidiore:& ſimul aptat hn̄do.i.vt hēat aut hēat̄ aut habitu r⁹ & habilē facit:enſē & clypeū & cornua rubre criſte ī galea.ſ.poſita.Enſē iq̄t:quē ip̄e de⁹ ignipotens.ſ.Vulcan⁹ fecerat Dauno parēti.ſ. ipſi⁹ Turni:& quē cādentē.i.cū ip̄m tēperaret tinxerat vnda ſtygia:q̄.ſ.incōſūptibile effecerat:exin.i.exīde:hoc ē poſtea aut deīde ip̄e corripit.i.celerit̄ rapit vi.i.ꝟtute & extulit haſtā validā.i.valde fortē & magnā:q̄ ſtabat ſup.ī edib⁹ ānixa.i.incūbēs īgēti colūne:q̄ſi parua eā ſuſtētare nō potuiſſet:aut ideo ingēti dicit: qa cū ipſa eſſet ingēs ad paruā ſaltē in lōgitudine ſtare nō potuit appoſitorie:ſpoliū actoris Arunci.i.de gēte aruncorū q antiq̄ſſimi populi Italie ſunt:aut q̄ actor alios:aut qua ipſe actora ſpoliauerat: hoc hemiſtichiū aſſumit Iuuenalis in deriſionē Othonis q ſpeculū muliebre ferebat:ſicut Turn⁹ haſtā actoris:& ip̄e quaſſat tremētē.i.quaſſando tremētē facit haſtā:vociferās.i.exclamās:o haſta nūq̄ fruſtrata.i.q̄ ſemꝑ ꝑfeciſti meos vocat⁹.i. iuocatōes &deſideria mea ad q̄ tevocaui:maxim⁹ actor geſſit ſup.aliqn̄ te:& dextera Turni gerit nūc te.Tēpus adeſt nūc ſup.quo tui egebo:da igitur ſternere corpus.ſ.enee & lacerare manu validа:loricam reuulſam.ſ.a corpore phrygis.i. Troiani.ſ.Aenee ſemiuiri.i.mollis & effeminati:& da fedare in puluere:crines.ſ.eius: vibratos calido ferro.i.calamiſtratos: & madentes.i.delibutos: myrrha.i.vnguento ex myrrha facto:Turnus agit̄ his furijs:vt.ſ.haſtā alloqueret̄ quaſi rōnē habentē:& ſcintille .i .ſigna ardoris abſiſtūt.i.diffundunt̄ ab ore toto ardentes:& ignis micat.i.coruſcat:oculis acribus.i.acrimonie īdicib⁹ veluti.i.quēadmodū cū taur⁹ ciet.i.excitat ī prima p̄lia.i.ad primū īſultū faciendū mugit⁹ terrificos.i.ad terrorē faciendū aut tentat iraſci in cornua.ſ.obnix⁹ .i.obnitēs trunco arboris:&laceſſit.i.dilacerat ventos ictib⁹.ſ.cornuū:aut ꝓludit.i.facit p̄ludia & attentamenta ad pugnam:harena ſparſa.ſ.pedibus:vnde in Buco.lā cornu petat & pedibus qui ſpargat harenam.

Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet: aut iraſci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco: ventoſq; laceſſit
Ictibus: aut ſparſa ad pugnā proludit harena.

Temporibus lætis triſtamur maxime Cæſar
Hoc vno amiſſo quem gemo Vergilium:
Sed vetuit relegi: ſi tu patiere libellos:
In quibus Aeneam condidit ore ſacro.
Roma rogat: ꝑcibuſq; & em tibi ſupplicat orbis:
Ne pereant Flãmis tot monumenta ducum.
Atq; iterũ Troiã: ſed maior flãma cremabit
Fac laudes italum: fac tua facta legi.
Aeneãq; ſuũ fac maior nuncius ornet:
Plus fatis poſſunt Cæſaris ora dei.

¶Exclamatio cæſaris Auguſti i iuſſũ vergilij ꝓ Aeneidos eo ꝙ imꝑfectã derelinqret cõbuſtione.

Ergo ne ſupræmis potuit vox improbat verbis
Tam dirũ mãdare nephas? ergo ibi in ignes:
Magnaq; doctiloqui morieт̃ muſa Maronis?
Ah ſcelus indignũ: ſoluet̃ littera diues?
Et poterũt ſpectare: oculi nec parcet honori
Flãma ſuo: ductũq; operi ſeruabit amorem?
Pulcer apollo v eta: muſæ prohibete latinæ:
Liber & alma Ceres ſuccurrite: veſter in armis
Miles erat: veſter docilis per rura colonus.
Nam docuit quid ver ageret: qd cogeret æſtas:
Quid pater autũnus: qd bruma nouiſſima ferret.
Arbuta formauit: ſociauit vitibus vlmos.
Curauit pecudes: apibus ſua caſtra dicauit.
Hæc dedit vt pereãt? ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum eſt ſeruanda fides: ſuprema volũtas
Quod mandat fieriq; iubet: parere neceſſe eſt.
Frangat̃ potius legum veneranda poteſtas
Quã tot congeſtos nocteſq; dieſq; labores
Hauſerit vna dies: ſuꝑmaq; verba parentis
Amittant vigilaſſe ſuum: ſi forte ſuperbum
Errauiſſe in morte piget: ſi lingua locuta eſt.
Neſcio qd titubante animo: nõ ſpõte ſed altis
Expugnata malis: odio lãguoris iniqui:
Si mens ceca fuit: iterum ſentire ruinas
Troia ſuas: iterum coget̃ reddere voces?
Ardebit miſeræ poſt funera vulnus eliſſe?
Tam ſacrum ſoluet̃ opus? tot bella: tot enſes:
In cineres dabit ora noces: & perfidus error?
Huc huc pierides dat flumina cũcta ſorores:
Expirent ignes: viuat Maro: dictus vbiq;
Ingratuſq; ſui: ſtudiorũq; inuidus orbi
Et factus poſt fata noces: quod iuſſerat ille
Sit vetuiſſe meum: ſatis eſt poſt tẽpora vitæ
Immo ſit æternus: tota reſonante camœna
Carmen: & in populo diui ſub numine nomen.
Laud et̃: vigeat: placeat: relegatur: ametur.

Ouidius in laudem Aeneidos.

Et ꝓfugum Aeneã altæ primordia Romæ:
Quo nullum latio clarius extat opus.

Propertius in laudem eiuſdem.

Cedite Romani ſcriptores. cedite graii.
Neſcio quid maius naſcitur iliade.

Idem de Bucolico carmine

Tu canis vmbroſi ſubter pineta galeſi:
Thirſin: & attritis daphnin arundinibus
Vtq; decẽ poſſint corrũpere mala puellam
Miſſus & impræſſis hœdus ab vberibus.

Verſus Ouidij.

Qualis Buccolicis: quantus tellure domanda
Vitib⁹: arboribuſq;: apibus: pecoriq; ſatiſq;:
Aeneadum fuerit vates: tetraſticha dicent
Cõtineat quæ qſq; liber: lege carmina noſtra.

Summa Vergilianæ narrationis in tribus opibus Buccolicis: Georgicis: & Aeneide.

Paſtorum muſam vario certamine ꝓmit:
Ruris item dociles culturam carmine monſtrat
Arboribus vitem: ꝓlem quoq; iungit oliuæ
Paſtoremq; palem: & curam tradit equorum.
Tunc apium ſeriem melliſq; & dona recenſet.
Aeneas ꝓfugus intrat carthaginis oras.
Conuiuio ſeries narrat̃ troica belli.
Tertius hinc cõplet narrãtis in ordine geſta.
Ardet amans dido fatum ſortita ſupremum.
Quintus habet tumuli varia ſpectacula patris.
Infernos ditis manes: & regna pererrat.
Aeneas latium italas ſimul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmine turnus.
Eurialum & niſum deflet cũ matre iuuẽtus.
Pallanti exitium: & turni deluditur orſus.
Euandruſq; ſibi multorum funera deflet.
Mezenti interitus canitur poſt funera Lauſi.
Vita dehinc fertur telo mactata camilla.
Turni vita fugit infernas mœſta ſub vmbras

Argumenta duodecim librorũ Aeneidos.

Primi.

Aeolus immittit ventos iunone præcante
Troianoſq; vagos libycas expellit in oras.
Solatur venerem dictis pater ipſe dolentẽ:
Aeneam recipit pulchra carthagine dido
Cui ven⁹ aſcanij ſub imagine mittit amorẽ.

Secundi.

Cogit̃ æneas bellorum exponere cauſas
Graiorumq; dolos: & equũ fraudẽq; ſinonis
Exciſamq; vrbem: priamiq; miſerima fata:
Vtq; patrem impoſitum forti ceruice ꝑ ignes
Extulerit: claramq; amiſerit ipſe creuſam.

Tertij.

Poſt caſum troiæ fabricata claſſe ſuperſtes:
Vela dat æneas: vrbemq; in littore thraces:
Mox aliam pulſus creteis condidit oris.
Cedit, & hinc: helenũq; videt: ꝑceptaq; ſumit.
Aetnæum cyclopa fugit: ſepelitq; parẽtem.

Quarti.

Ardet amore graui dido: ſoror Anna ſuadet
Nubere iungunt̃ nymbo cogente ſub antro.
Incuſat ꝑcibus patrem cõtemptus hiarbas.
Nauigat æneas iuſſu iouis: illa dolore
Impatiens: & amore necem ſibi ꝓtinus infert.

Quinti.

In ſiculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam tumuloq; patris perſoluit honorẽ.
Tum cogit naues incendere troadas iris.
Troes ibi linquunt ſocios. venus anxia placat
Neptũnum: ſomn⁹ palynurũ mergit in vndas.

Sexti.

Sacratam phebo cumarum fertur in vrbem
Rex phrygius: vatiſq; petit reſponſa ſibillæ.
Miſenum ſepelit. poſt hæc adit infera regna
Congreſſuſq; patri diſcit genus omne ſuorũ
Quoq; modo caſus valeat ſuꝑare futuros.

Septimi.

Tandem deueniunt laurentia troes in arua.
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte ſatam Iuno furiam vocat illa latinos
Inter & æneadas bellum ſerit & ciet arma.
Protinus auxilijs terra inſtruit itala turmas.

Octaui.

Vidit vt æneas ſummavi bella parari:
Arcadas euandrũq; ſenẽ ſibi fœdere iungit.
Dardanioq; duci ſociat̃ hetruria tota
Arma ꝑpetit genitrix: dat mulciber: in clypeoq;
Rex pingit latias: & fortia fata nepotum.

Noni

Noni.
Ad turnū ꝑpere iunoni mittitur Iris:
Infeſtatq; animos: aciem mouet ille: phrygaſq;
Obſidet: inde igni euerſa eſt æneia claſſis.
Euryalus: niſuſq; ruunt nece: prælia noctis.
Vi turnus potitur caſtris: impellitur inde.
Decimi.
Placat & vxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter auxilijs inſtructus troius heros:
Aduenit: occurrūt populi: atq; in littore pugnāt
Occidit a Turno Pallas: victorq; ſuperbus
Aeneæ eripit: mezentius interit acer.
Vndecimi.
Occiſis ꝓprium pars vtraq; reddit honorē
Supplicibus calydone ſatus negat arma latinis.
Cū turno alterno iurgat certamine drāces.
Aeneas eqtem ꝑmittit & obuia virgo
Excipit: extincta rutuli dant terga camilla
Duodecimi.
Troianis rutuliſq; placet cōiungere fœdus.
Id rutuli rūpunt: nato venus alma medet
Dictamo: rutuliq; ruunt piuria victi.
Cogitur æneæ dauni concurrere proles.
Pallātæa necem miſero dant cingula turno.
Epitaphia Vergilij q̄ fecerūt diuerſi: quorū nomina præponent hoc ordine.
Palladius.
Conditus hic ego ſum: cuius modo ruſtica muſa
Per ſyluas: per rus venit ad arma virum.
Aſclepiades.
Tityron ac ſegetes cecini Maro: & arma virumq;
Mantua me genuit: parthenope ſepellit.
Euſebius.
Vergilius iacet hic: qui paſcua verſibus edit:
Et ruris cultus & phrygis arma viri.
Pompelianus.
Qui pecudes: q rura canit: qui prælia vates:
In calabris moriens hac requieſcit humo.
Maximianus.
Carminibus pecudes. & rus & bella canēdo:
Nomen inextinctum Vergilius meruit.
Vitalis.
Mantua mi patria eſt: nomē Maro: carmina ſyluæ
Ruraq; cum bellis: parthenope tumulus.
Baſilius.
Qui ſyluas: & agros: qui prælia verſibus ornat.
Mole ſub hac ſitus eſt ecce poeta Maro.
Aſmodianus.
Paſtores: vates ego ſum: cui rura: duceſq;
Carmina ſunt: hic me præſſit acerba quies
Vouianus
A ſyluis ad agros: ab agris ad prœlia venit.
Muſa Maronis adeſt nobilis ingenio.
Eugenius.
Bucolica expreſſi: & ruris ꝑcepta colendi
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.
Iulianus.
Hic data vergilio requies: qui carmine dulci
Et pana & ſegetes: & fera bella canit.
Hilaſius.
Paſtores cecini: docui qui cultus in agris
Prælia deſcripſi: contegor hoc tumulo.
Aliud de pictura eius
Sub duxit morti viuax pictura Maronem:
Et quem parca tulit: reddit imago virum.
Aliud.
Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ:
Quem præſentat honos carminis: & plutei.
Vergilius: aut alius eius nomine.
Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua. rura. duces.
Paſtor arator eques: paui colui ſuperaui:
Capras rus hoſtes: fronde ligone manu.
Quidam de ipſius Daphnide
Triſtia fata tui dum fles in Daphnide flacci.
Docte Maro: fratrem dijs immortalibus æquas.
FINIS.



Aeneidos. Liber. xiii a mapheo vegio ſuperadditus.

Mapphei Veggiȷ̃ Laudēſis poetæ clariſſimi Liber tertiuſdecimus Additus duodecim Aeneidos Libris Cuius eſt hoc argumentum

TVrnus vt extrēo vitā ſub marte ꝓfudit
Subdūt ſe rutuli æneæ troiana ſequētes
agmīa d'hic ſupis meriti reddūt hōores
Cōgaudet gnato ac ſociȷ̃s memor añ malorum
Actorū pater Aeneas: Turni inde latinus
Morte dolet patrie miſerāda incendia Daunus
Euerſe & chari deflet pia funera gnati.
Connubium inſtaurat gnate letoſq; hymeneos.
Rex ſocer Aeneæ genero gens vtraq; pacto
Fœdere pacis ouat. tum nomine cōiugis vrbem
Inſtruit & tandem placida ſub pace regentem
Trāſtulit Aeneam venus aſtra in ſumma beatū.

TVrnus vt extremo &c. queēadodū diximus ante explanationē eneidos: nō erat inſtituti ipſius autoris vltra mortem turni quicq̄ de ænea dicere: quippe in qua ſumma eius laꝰ cōſtituta erat & vltra q̄ nihil de eo glorioſū dici potuit: niſi qd' in ſuperioribus libris prelibatū erat: videlicet in cœlū a venere trāſferendū: vñ in primo. Sublimēq; feres ad ſydera celi Magnanimū æneā. Item deū indigetē appellandū vñ in. x. Indigetē ęneā ſcis ipſa & ſcire fateris: Deberi celo fatiſq; ad ſydera tolli. Rutulos aūt victor ſe enee ſubdidiſſe Lauiniā ænee nupſiſſe: dȷ̃s ſacrificatū eſſe ob victoriā per ſe manifeſtaria ſunt vñ fruſtra quidā quadrigis rotā quintā addidit. Nā ſi Homerū imitari voluit: debuit vt ille in hectore tracto opus clauſit: in turno deuicto etiā finem facere. Verūtñ qa decimuſtertius a Mappheo Veggio adiectus eſt: nolui ipum demere: ſed paucis qa facili & multū a Maronianis caloribus frigente vena cōpoſitus eſt pecurrere: nō ordinē ſed vocabulorū quorundā elucidatione ꝓſequēs Extremo marte extrema pugna. Profudit vitā. i. animā vitalē: ſed alludit ad ſanguinē in quo vite ac anime vitalis ſedes eſt Memor ante malorū ſic in primo O ſociȷ̃: neq; em̄ immemores ſumus ante malorū: fruſtra aūt addit Actorū. cōgaudere aūt. i. gratulari gnato. i. filio ſuo aſcanio ſeu Iulo dicit qa ſcit illi regnū deberi vñ in quarto dixerat Aeneas ipe quē regno heſpie fando Turni morte. i. de morte. Nā dicimꝰ doleo mortē poetice & oratorie mors mihi dolet. Eiꝰ aūt dolor videt̄ iportunꝰ. Ouat. i. more ouātiū gaudet. vrbē. ſ. Lauiniū noīe cōiugis. ſ. Lauinie.



Vrnus vt extremo. Effugiētem ani
mam vnde in fine duodecimi. Vi-
taq; cū gemitu fugit indignata ſub
vmbras Magnanimus ſtetit: quia vi
ctor cum victi fugam querant. Re-
uomentes quaſi ex indignatione expuētes: Ceu
frondibus ingens ſilua &c. Comparatio non ſa
tis apta: quia rei incēſibili attribuit vt ſylue do
lorem. Verumtamen id Maro quoq; nonnunq̃
facit. Item minus apta eſt compoſitio. Silua in-
gens dolet lapſis frondibus impulſa boreali tu
multu. Nam aptius diceret dolet frondibus la
pſis boreali impulſu. Nec frenum nec colla: me
lius nunc colla: vt ſit nec colla eorum captiua
recuſant nunc pati frenum: ſed id minus gene-
roſe de italica gente dicit: ſicut in alijs multis
circa decorum dormitat. Et veniam orare ideſt
orabant aut non recuſant. Sicut acerba duo cō-
paratio Vergiliana. Non aliter rutuli ſi non ali
ter rutuli queras quomodo dictum ſit & durum
ex alto reuomentes corde dolorem: nam non re
uomimus niſi ex faſtidio & contemptu vnde
non congruit ꝙ inclyta malunt arma ſequi: &
tamen dolorem vomant. Preterea contra deco
rum eſt ꝙ ceſo duce libenter alienum iugum fe
rant licet id forte latinis conueniat. Non aliter
Applicat comparationem taurorum ad rutu-
los: ſed ea Vergilius aptius ad ductores ipſos
pri⁹ rettulit. Belloq; quietē: Id rem vero ſimilē
facit quia nulla ſalus bello pacem te poſcimus
omnes: dixerat Drances. verūtamen quia ver-
borum plus q̃ virtutis a Vergilio habuiſſe pre
dicatur. Dicerem fato ceſſiſſe potius q̃ bello:
quia dictū eſt prius. Gens aſpera bello debellā-
da tibi eſt latio: Tunc turnū ſuperaſſiſtens Ver
ba fere Vergiliana ſunt: ſed non tam congrue:
vt ab illo poſita Patereris melius diceret cone
ris ſed plus eſt patereris. Nam ſi ne pati quidē
debuit multo min⁹ id facere licuit. Pati aūt nō
debuit qa debuit Iouis monitis ꝑficiēdis operā
p̄ſtare daunia ꝓles vituperatio a genere. nā dau
n⁹ mortalis illi pater fuit licet diua Venilia mr̄.
Diſce Iouē reuereri. ſic in. vi. diſcite iuſtitiā mo
niti & non temnere diuos. Iuſſa faceſſere: hic fa
cere alibi factum ire. vt geor. iiij. Nec mora con
tinuo matris precepta faceſſit. Sed importune
videtur mortuum ad virtutem adhortari & vt
pietatem colat: quoniam non eſt in morte qui
memor ſit dei: in inferno autē quis confitebitur
illi? Sed ꝙ in mortuum dicit: ad viuentium per
tinet exhortationem Memoreſq; malorū. Sic
in primo Aenei. Vergi. At ſperate deos memo-
res fandi atq; nefandi. Heu nobile corpus Tur-
ne. Bene in viro forti & pio temperamentum
ponit iuſtitie & miſerationis: vt gaudeat deo-
rum contemptorem victum eſſe: doleatq; vin-
ci commeruiſſe Scilicet vt vitium damnans ho
minem commendet At non tibi erit lauinia par
uo ſcilicet precio Et ſunt verba que Turnus &
eius ſocij in contumeliam teucrorum protule-
rant. Nec dexra tamen &c. Sic & camilla prius
dixit vnde & verba & ſententie ex Vergilio ſu
muntur fere. Sed que pallātis. Pietatis erat Tur
no arma relinquere ſed talionis inſignia deme
re: vt qui alios ſpoliauerat ſpoliaretur Ingen-
tia balthei: colliſio eſt nam nō poteſt verſus hy
permeter eſſe cum non ſequatur vocalis. Vt ſo
latia ceſo haud leuia hoſte ferat vnde ipſe. in
xi. Vadite & hec memores regi mandata refer-
te. Q d' vitam moror inuiſam pallante perem
pto dextera cauſa tua eſt turnum natoq; patri-
q;. Quam debere vides &c. Melioribus vti &c.

Diſcite

Vrnus vt extremo deuictus Marte profudit — Poeta.
Effugiētē animā: medioq; ſuo agmine victor
Magnanim⁹ ſtetit æneas mauortius heros
Obſtupuere oīs: gemitumq; dedere latini:
Et durum ex alto reuomētes corde dolorem:
Concuſſis cecidere animis: ceu frōdibus ingēs
Sylua dolet lapſis boreali impulſa tumultu.
Tum tela infigunt terræ: & mucronibus herēt:
Scutaq; deponunt humeris: & prelia damnant:
Inſanumq; horrent optati martis amorem.
Nec frenum nunc colla pati captiua recuſant:
Et veniam orare: & requiem finemq; malorum.
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrūt largo miſcentes ſanguine pugnam
Cuiq; ſuum pecus inclinat: ſin ceſſerit vni
Palma duci: mox quæ victo pecora añ fauebāt
Nunc ſeſe imperio ſubdunt victoris: & vltro
Quāq̃ animū dolor altus habet: parere fatenť.
Non aliter rutuli licet ingens meror adhauſit
Pectora pulſa metu cæſi ducis: inclyta malunt
Arma ſequi: & phrygiū æneā: fœduſq; precari
Pacis: & æternam rebus belloq; quietem.
Tunc Turnū ſuperaſiſtens placido ore profať
Aeneas [que tanta animo dementia creuit: — Aeneas.
Vt teucros ſuperū monitis ſummiq; tonantis
Imperio huc vectos patereris Daunia proles
Italia: & pactis nequicq̄ expellere tectis?
Diſce Iouem reuereri: & iuſſa faceſſere diuum.
Magnū etiā capit ira Iouē: memoreſq; malorū
Sollicitat vindicta deos: en vltima tanti
Meta furoris adeſt: quo contra iura fidemq;
Iliacam rupto turbaſti fœdere gentem.
Ecce ſuprema dies alijs exempla ſub euum
Venturum miſſura: Iouem ne temnere fruſtra
Fas ſit & indignos bellorum accendere motus:
Nunc armis letare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit Lauinia paruo.
Nec dextra tamen Aeneæ cecidiſſe pudebit.
Nūc rutuli hinc auferte ducē veſtrū: arma virūq;
Largior atq; omnē deflende mortis honorem:
Sed que pallantis fuerant ingentia Balthei
Pondera tranſmittā Euandro: vt ſolatia cæſo
Haud leuia hoſte ferat: turnoq; exultet adēpto.
Vos memores tamē auſonij melioribus vti
Diſcite bellorum auſpicijs: ego ſydera iuro
Nunq̄ acies: nunq̄ arma libens in prælia moui:
Sed veſtris actus furijs defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura Aeneas ſe lætus ad altos — Poeta.
Vertebat muros & troia tecta petebat:
Vna ipſum teucrorū omnis conuerſa iuuentus

Exultās

Exultās ſequitur: volucreſq; per arua pedū vi
Quadrupedes citat: incuſans acri ore latinos:
Ignauoſq; vocās: ſtrepit altis plauſibus æther.
Et q̄uis inhumata rogis dare corpora ſurgat
Ingens cura animo ſocioſq; imponere flāmis:
Maius opus tamen Aeneas ſub pectore voluēs
Primū aris meritos ſuperū mandabat honores:
Tū pingues patrio iugulāt ex more iuuencos.
Immituntq; ſues: niueaſq; in templa bidentes
Purpuream effuſo pulſantes ſanguine terram:
Viſcera diripiunt: & ceſim in fruſta trucidant
Denudātq; gregē: & flāmis verubuſq; remittūt
Tum vina effundunt pateris: & dona lyei
Accumulāt: plenis; venerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant.
Tū plauſus per tecta mouent: magnūq; tonātē
Extollunt: veneremq; & te ſaturnia Iuno
Iam placidā: & meliorē ingenti laude fatentur
Mauortemq; ipſum: tum cætera turba deorum
In mediū effertur ſummis cū vocibus altos
Perlata ad cælos: ante omnis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum pauca ore dabat cōplexus Iulum.
Aeneas. Nate in quo ſpes vna patris per tanta laborū
Quem varijs actus fatis diſcrimina duxi
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erumnis factura modum acceptiſſima ſemper
Atq; optata dies: quam dura in bella vocatus
Sæpe tibi dijs auſpicibus meminiſſe futuram
Iam memini: nūc te cū primū aurora rubebit
Craſtina ſublimem rutulorū ad mœnia mittā.
Poeta. Dehinc ſeſe ad gentē iliacā voluebat: & alto
Pectore verba trahēs blando eſt ſic ore locutus.
Aeneas. O ſocij per dura ac denſa pericula vecti
Per tantos bellorum æſtus dupliceſq; furores
Armorū: per totq; hyemes: per quicq̄d acerbū:
Horrendū: graue: triſte: ingēs: per q̄cq̄d iniquū
Infauſtum: & crudele foret: conuertite mentē
In melius: iam finis adeſt: hic meta malorum
Stabit: & optatam latia cū gente quietem
Iungemus: dabit inde mihi Lauinia coniunx
Bello acri defenſa Italo cum ſanguine mixtā
Troianā transferre æterna in ſecula gentē.
Vnū oro ſocij auſonios cōmuniter æquo
Ferte animo & voſmet ſocero obſeruate Latino.
Scæptrū idē ſublime geret: ſententia mentē
Hæc habet: at bello vos: & preſtantibus armis.
Diſcite me: & pietate ſequi: quæ gloria nobis
Ceſſerit in prōptu eſt: ſed celū & ſydera teſtor
Qui vos tantorū eripui de clade malorū
Idē ego ſub maiora potēs vos premia ducā.
Poeta. Talibus orabat: varioſq; in pectore caſus
Preteritos voluēs: partaq; labore quietē
Haud paruo: nimiū ardenti exundabat amor e
In Teucros: grauibus tandē euaſiſſe periclis

Exultans

Diſcite bellorum auſpicijs hoc eſt melius auſpicemini: Nam euenta rerum incerta dici non poſſunt licet in.xij. dictum ſit Diſce puer virtutem ex me verūq; laborem fortunam ex alijs Nam illic aliud verbum Seruius ſubaudiendū docet. Poteſt etiam accipi auſpicium pro principio ſicut auſpicare pro inchoari. nam quia romani nullam rem arduam non prius facto auſpicio: ideſt auiū inſpectione inchoabant: ideo accipimus auſpicium pro principio vt dixi. Et quia capto auſpicio res ſecundum ipſum facte proſpere plerumq; ſuccedebant. ideo auſpicato venire eſt opportune & bona aue: hoc eſt proſpere venire. Ignauoſq; vocans Ignaui ſunt inutiles ad laborē qui nihil recte nauant. ideſt quaſi nauibus quibus commode & cito multa trāſuehuntur operantur: tracta eſt enim metaphora a nauibus ſed vt ſit melior ſonus adiecta eſt ſimplici g litera non enim nauus ſed gnaus dicitur vnde & greci n gni vocant. & q̄uis inhumata rogis ſic in principio vndecimi dictū eſt. Aeneas q̄q̄ & ſocijs dare tēpus humandis precipitant cure turbataq; funere mens eſt. Vota deum primo victor ſoluebat eoo. &c. Maius opus quia pietas in ſuperos maior eſt q̄ in defunctos Honores meritos ideſt ſacrificia pro victoria obtenta aut vota perſoluit κατατοσιωπμειου vt intelligatur ſe votis aſtrinxiſſe ſi victor euaſerit. tum pingues patrio iugulant ex more: bene iugulant dixit non iugulat: quia ſeruile eſt officium quod ſocijs attribuit ſicut Maro. Obuertūt pelago proras &c. Ex more patrio aut q̄a ſubijciūt cultros vt ſe quaſi interimētes ſponte mori & offerri videantur. Erant autem iuuenci quia boues intacti. vt nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos Preſtiterit Immittuntq; ſues. ſcilicet in templa: ſunt autē ſues ſacrificijs apti ſecundum Donatum eximij: ſicut boues intacti: & oues lecte. vnde Maro mactant lectas de more bidentes vnde hic dicit niueaſq; bidentes quia dij ſuperis & fœlicibus vnde Maro. Nigram hyemi pecudem: zephiris felicibus albam. Et ceſim. ideſt per inciſionem. In fruſta ideſt particulas & bolos. Vina & pro. ideſt dona lyei quia dona lyei. ideſt bacchi ſunt vina vnde eſt. Munera letitiamq; dei vbi tamē & die legitur. Et in ſecundo Georgi. huc pater o lenee: tuis hic omnia plena Muneribus &c. Thura ignes adolent. ideſt incendunt cremant magnumq; tonantem fatorum authorem Iouem & generis caput: vnde & mi genus ab Ioue ſummo. Et venerem quia æneę matrē & te ſaturnia Iuno iam placidam & meliorem. Id audacter dictum quia nondum nouit populus que Iuppiter cum Iunone egiſſe a poeta dictus eſt verum vt dicit ſeruius in ſecundo bello punico legitur placata. Mauortem ideſt martem ipſum ſcilicet principem bellorum cum cetera turba deorum alij tūq; extera turba deorum meli' cetera legit. quia poſt magnos deos ceteros inuocabant Erumnis factura modum. i finem: vt in conſimili Maro & in quarto. Nam quis erit modus. Craſtina ſublimem &c. Id eſt quod in.xij. pollicetur ſic. Nunc te mea dexte bello Defenſum dabit & magna inter premia ducet. ea autem premia vult eſſe rutulorum menia ideſt que Rutuli ſibi vendicarant iure matrimonij. Bene autem vterq; fingit Aſcanium in menia ductum quia Aeneas occubuiſſe legitur cum latino nondum peracto bello. Dupliceſq; furores armorum: ideſt bellorum herynnes. Nam armatis maior eſt furor: Vnde Euan

der

der Haud ignarus era q̃tum noua gloria in armis Et pre dulce, decus primo certamine poſſit vbi Seruius in armis: apud armatum cuius conſilium cupiditas victorie plerumq; conturbat. Et ideo dicit hic duplices furores aut certe propter duo bella troianum ſcilicet & italicum nã per arma bella intelligamus. Per totq; hyemes: ideſt tẽpeſtates pluuioſas & ventoſas: per quicquid acerbum Maronianum eſt. Per quicquid iniquum. Propter fœdera rupta que iniquitas nõ in troianis ſed in aduerſarijs fuit Infauſtum quia & boni occidunt interdum & occidit & peleus iuſtiſſimus vnus Qui fuit in teucris & ſeruantiſſimus equi Dijs aliter viſum. Preterea infauſta erat pugna illa: Pallas quia interemptus erat & crudelis: quia immaniter multi trucidati ſunt: vt niſus & Euryalus & ceteri. Optatam latia cum gente quietem iungemus. Id ſecundum Maronẽ quod & liuius ſentit qui dubitat vter Aſcanius ſucceſſerit: an is q ex creuſa: an q ex lauinia ꝓcreatus ſit Bello acri defẽſa qa Turnus eam proripere niſus erat. Italo cũ ſanguine mixtam Troianã tranſferre ſcilicet dabit. Vnũ oro.

Exultans: velut exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis: & magno turbile miluus
Inſiliens auido ore furit: ſtragemq; minatur:
Tum criſtata ales perculſo pectore mater
Conſurgit miſero gnatorum exterrita caſu:
Roſtrum acuit: totiſq; petit: conatibus hoſtem:
Et multa expulſum vi tandẽ cedere cogit:
Dehinc perturbatos crocitãs exquirit: & oñs
Attonitos cogit pro charis anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet ſupereſſe periclo.
Non ſecus Anchiſa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis: antiquum corde timorem
Flagrantiſq; agitans curas: & gaudia longis
Tandem partã malis: & que perferre moleſtum
Ante fuit meminiſſe iuuat: verũ altior idem
Ingenti: & clara Aeneas ſupereminet omnes
Virtute excellens: & pro tot numina donis
Exorat: ſummiſq; Iouem cũ laudibus effert

Interea



Interea rutuli: magnum & miſerabie funus
Exanimūꝗ ducem tulerant ſub tecta frequētes
Correpti mœrore animos: largūꝗ pluentes
Hymbrem oculis: & iam lato clamore latinum
Defeſſum: & varios agitantem pectore caſus
Complerant: qui poſtꝗ̃ altas crebeſcere queſtꝰ
Et Turnū ingenti confoſſum vulnere vidit:
Haud tenuit lachrymas: dehinc mœſtū lenitur
agmen
Corripuit manibus verbiſꝗ ſilentia ponens
Ceu ſpumantis apri qñ per viſcera dentes
Fulmineos canis excepit præſtātior omni
Ex numero: tūc infauſto perterrita caſu
Cetera turba fugit latrantū: atꝗ ore magiſtrum
Circunſtans querulo pauitat: magnoꝗ vlulatu
Infremit: ac cōmota manu dominiꝗ iubentis
Ore ſilet: gemitumꝗ premit: ſeſeꝗ coercet.
Haud aliter rutuli ſuppreſſa voce quierunt.
Tunc ſic illachrymās rex alto corde Latinus
Latinus | Verba dabat [quantos hūana negocia motus
Alternaſꝗ vices miſcent: quo turbine fertur
Vita hominū: o fragilis dānoſa ſuperbia ſeptri:
O furor: o nimiū dominandi innata cupido
Mortales quo cæca vehis: quo gloria tantis
Inflatos transfers animos queſita periclis:
Quot tecū inſidias: quot mortes: quāta malorū
Magnorū tormēta geris: quot tela: quot enſes
Ante oculos (ſi cernis) hēs: heu dulce venenū
Et mundi letalis honos: heu triſtia regni
Munera: que haud paruo cōſtent: & grādia rerū
Pondera: quæ nunꝗ̃ placidā promittere pacem
Nec requiē conferre queāt: heu ſortis acerbæ
Et miſere regale decus magnoꝗ timori
Suppoſitos regum caſus paciꝗ negatos:
Quid Turne ingēti auſoniā mouiſſe tumultu:
Et dura æneadas turbaſſe in bella coactos:
Quid iuuat & violaſſe ſacre promiſſa quietis
Pignora: quæ tibi tāta animo impatiētia venit:
Vt martem cum gente deum: iuſſuꝗ tonantis
Huc vecta gereres & noſtris pellere tectis
Vltro inſtans velles nataꝗ abrumpere fœdus
Pollicitæ genero Aeneæ. & me bella negante
Dura mouere manu: quæ tanta inſania mentem
Implicuit: quoties te in ſæui Martis euntem
Agmina: ſublimēꝗ in equo & radiātibus armis
Tentaui reuocare: & iter ſuſpendere cœptum
Corripui: & pauitans cedentē in limine fruſtra:
Inde ego quanta tuli teſtantur mœnia tectis
Semirutis magniꝗ albentes oſſibus agri:
Et latium toto vacuatum robore: & ingens
Exitium fluuiiꝗ humana cede rubentes:
Et longi trepidiꝗ metus: duriꝗ labores
Quos toties ſenior per tanta pericula cepi:
At nunc turne iaces: vbi nā generoſa iuuentæ
Gloria: & excellens animus: quo ſplēdidus alte
Frōtis honos: quonā illa decēs it frōtis imago:

oro. Id Ioue inſpirante voluiſſe putari poteſt: quoniam id Iuno receperat ante finem quodecimi Aeneidos Et vosmet: ſic Maro in primo. & voſmet rebus ſeruare ſecūdis At bello &c. Sic in duodecimo ad Aſcanium. Diſce puer virtutem ex me veroſꝗ labores. partam ideſt acquiſitam labore haud paruo. ideſt magno per liptotem figurā. Criſtata ales ideſt gallina cui in vertice criſta ē minor tamē ꝗ̃ gallo gallinaceo. perculſo id ē attonito ex ſubito malo: venit autem a percellor: nec dicitur percuſſo quia non niſi roſtro percuti poſſet. Ea autem comparatione vtitur & ſaluator in euangelio: Quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas: & renuiſti. Crocitās vocabulum verſum a ſono galline pullos conuocantis. Gaudet ſupereſſe periclo: ideſt extare. Dulcius autem videtur euaſiſſe periculum ꝙ non habuiſſe vnde in primo dictum eſt meſtumꝗ timorem Mittite: forſan & hec olim meminiſſe iuuabit Anchiſa genitus ſcilicet Aeneas ſic & Vergilius declinauit: qui & in vocatiuo dicit libro æneidos tertio. Coniugio Anchiſa veneris dignate ſuperbo. cum a nominatiuo prime declinationis in es vſitatiores ſint vocatiuus & ablatiuus in e. vt o Priamide & cetera: Quo circa ſunt qui velint ablatiuum & vocatiuum in a formari non ab es. ſed ab antiquo nominatiuo in a: Nam antiqui declinabāt hic Anchiſa & hic Atrida: vnde eſt vocatiuus Atrida vltima breui apud Horatium in ſermonibus. Atrida vetas cur. Flagrantiſꝗ agitans curas bene dixit flagrantis ideſt ardentes quia cura ſecundum Seruium dicitur eo ꝙ cor vrat: eſt autem accuſatiuus: nam ordo eſt agitans: ideſt depellens corde ſcilicet ſuorum dolorem antiquum. ideſt inueteratum & curas flagrantis: & iuuat meminiſſe gaudia parta tandē. ideſt poſt longam expectationem: longis malis ideſt laboribus & erumnis. vt Aſſuetumꝗ malo ligurem. Meminiſſe iuuat ex illo eſt vt dixi. forſitā & hec olim meminiſſe iuuabit. Attamen ne laude ſua fraudem ſpecioſe dictum eſt. Que perferre moleſtum ante fuit meminiſſe iuuat &c. Verum altior: dicere potuiſſet altiſſimus: ſed non dicit altior omnium ſed altior ſupereminet omnes: quod idem eſt ac ſi dicat altior omnibus ſupereminet omnes ideſt eminet ſuper omēs &c. Interea poſt victoris triumphum deſcribit victi luctū Tulerant ſub tecta nō ergo extulerant: ſed intulerāt. Quia efferē qui intus eſt ad ſepulchrum aut buſtum infertur qui foris: Largumꝗ pluentes hymbrem ideſt more pluuie demittentes lachrymas guttatim cadentes. Liuius autem dicit pluiſſe lapidibus. Sed hic traſſumptiue acceptum accuſatiuo iunxit. Ceu ſpumantis &c. Ordo eſt Ceu ideſt quemadmodum quando canis preſtantior ex omni numero ideſt preſtantiſſimus aut preſtantior ceteris omnibus. (Nam cum genitiuo comparatiuus duorū eſt) excepit per viſcera dētes fulmineos .i. in morē fulminis inuadentes apri. ideſt ſuis ſylueſtris ſpumantis ſcilicet ferocitate & agitatione: tūc cetera turba latrantum ſcilicet canum. perterrita caſu ſcilicet canis laceri: infauſto ideſt infelici. fugit atꝗ pauitat circunſtans ore querulo. ideſt querenti & lamentanti ſimili magiſtrum ſcilicet venatorem. & infremit: ideſt valde & intrinſecus fremit magno vlulatu ac ipſa turba canum commota. ideſt admonita manu domini. ſcilicet venatoris iubentis: ideſt precipientis ſilentium: ſilet ore: & premit gemitū & coer

cet ſeſe haud ideſt non aliter: hoc eſt eodem mo
do: rutuli quierunt voce ſuppreſſa &c. Quan-
tos. ideſt o ꝙ magnos motus & ſupple ꝙ alter-
nas vices: ideſt vcciſſitudines: negocia huma-
na miſcent? quaſi dicat maximos & maxime
alternas: quo ideſt quali turbine. ideſt turbatio
ne & vertigine ſeu viciſſitudine: vita hominū
fertur? quaſi dicat admirabili. O Damnoſa ſu-
perbia ſceptri fragilis ideſt regni non diu dura-
turi: vnde in Georgi. perituraq; regna aut qd'
nemo non fragilis poſſidet: o furor o cupido
dominādi innata. ſcilicet pectoribus noſtris ni
mium: quo tu ceca vehis mortales? quaſi dicat
in maxima ſæpe mala vt de Turno patuit quo
ideſt ad quem ſtatum aut quam conditionem:
o gloria tu queſita. ideſt parta & aquiſita tan-
tis periclis pro periculis. tranſfers. ſcilicet a tran
quillitate ſua: animos inflatos. ſcilicet ſpiritu
ſuperbie & ambitionis? Quot inſidias geris
tecum? quaſi dicat plurimas. omi enim admira
ratione interrogat. Ante oculos (ſi cernis) ha-
bes. Continuat ſermonem nam ordo eſt: o glo-
ria: ſi cernis melius diceret ſi cernas: quia cecam
dixit: heu tu habes ante oculos dulce venenum
quod cum dulcedine inficit & interficit ani-
mos & honos mūdi eſt ſupple letalis ideſt mor
tifer. heu dolētis interiectio munera regni ſunt
ſupple triſtia: que. i. vtpote que conſtent haud
paruo (quia ad generum cereris Sine cede & ſan
guine pauci Deſcendunt reges: & ſicca morte.
Tyranni vt dicit Iuuenalis) ideſt magno? quia
vita multis conſtent. & Heu grandia pondera
rerum ſupple ſunt triſtia que: ideſt vtpote que
nunq; queant promittere pacem placidā: ideſt
ſine intrinſeca lite & agitatione: quia diuitie cū
anxietate poſſidentur: nec requiem placidam.
Sic in quarto Vergilius Nec placidam mem-
bris dat cura quietem. heu decus regale: ſortis
accerbe & miſere heu caſus regum ſuppoſitos
magno timori & negatos paci Moralis excla-
matio vt ex aliqua ſaltem parte moribus pro-
ſit. O Turne: quid iuuat ideſt prodeſt te ſupple
mouiſſe id ē concitaſſe auſoniam ideſt italiam
ſaltem pro parte: ingenti tumultu. & turbaſſe
Aeneadas: ideſt Aeneæ ſocios coactos ideſt co
gens eos in dura bella quia paucis & externis cū
multis indigenis bellandum erat? quaſi dicat
nihil iuuat. & quid iuuat te violaſſe: pigno-
ra ſacre quietis: ideſt eſt ſancte pacis fœdera?
que tanta impatientia venit tibi animo: vt ge
reres martem ideſt: bellum cum gente deum. i.
deorum progenie & cum gente vecta huc. ideſt
ad nos iuſſu tonātis? quaſi dicat maxima (Ego
vero potius legerem imprudentia ꝙ impatien
tia peccāt tamen etiam per impatientiam amo
rum) & vt tu inſtans vltro: ideſt non laceſſitus
velles pellere: ſcilicet gentem deorum noſtris
tectis: Nateq; abrumpere fœdus tangit hiſto-
rias a vergilio deſcriptas obſeruans videlicet ab
illo inuēta perinde ac ſi econymia ac diſpoſitio
eius operis huius decimi tertij libri exegerit ſub
ſecutionem: cum tamen vt prius diximus incō
ceſſo ſit Maronem ī turno ceſo ſicut Homerum
legerat in Hectore tracto finem operi cōſtituiſ-
ſe. Quotiens tentaui reuocare? quaſi dicat ſæ-
pe bis autem legitur in Vergilio vt in. xi. & ite
rum in. xij. Inde ego quanta tuli: vnde in duo-
cimo. Vincla omnia rupi: Promiſſam eripui ge
nero arma impia ſumpſi. Ex illo qui me caſus
que bella ſequantur. Turne vides &c. Semiru-
tis: ſemidirutis & deiectis: & agri magni albē
tes. aut agri albētes magnis oſſib⁹. i. magnorū
virorum

Ah quantas Dauno lachrymas acreſq; dolores
Turne dabis: quanto circumfluet Ardua fletu:
Sed non degeneri & pudibundo vulnere foſſum
Aſpiciet: ſaltem hoc miſeræ ſolamen habebit
Mortis: vt Aeneæ troiani exceperis enſem.
Hæc fatus lachrymiſq; genas īpleuit obortis. Poeta
Tum ſeſe ad turbā voluens miſerabile corpus
Attolli & charam mœſti genitoris ad vrbem
Deferri: atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circunfuſi rutuli lato agmine cæſum
Sublimem ingenti iuuenem poſuere pheretro:
Multa ſuper Teucrum raptorū inſignia ſecum
Et galeas: & equos: enſeſq; & tela ferentes
Poſt currus phrygia ſudantes cæde ſequuntur.
It lachrymans: & ducit equū docta arte metiſc⁹
Rorantem: & fletu madidū qui vexerat ante
Victorem Turnū: atq; hoſtili ſtrage furentē.
Hinc alij verſa arma gerunt: tum cætera pubes
Flens ſequitur: largiſq; hūectat pectora guttis.
Etiam feſſi ibant per muta ſilentia noctis
Cedentis ſeſe: greſſumq; in tecta Latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mentem
Vna omnes lachrymas: matres: pueriq;: ſeneſq;
Fundebant: mœſtā implentes mugitibus vrbē.
Inſcius at tantos Daunus ſupeſſe dolores
Et gnatū exeremo conſumptū marte ſuperbā
Effudiſſe animam: largiſq; ad mœnia duci
Cum lachrymis: alios gemitus curaſq; fouebat.
Namq; ex diuerſa caderēt dum parte Latini.
Et calido turnus fedaret ſanguine terram:
Vrbem ingens flāma: & muros inuaſerat altos
Fumabatq; rutis miſeri patris ardea tectis
Et tota in cinerē vergebat: & aſtra fauillæ
Altiuole implebant: nec ſpes plus vlla ſalutis
Siue quidē ſic dijs placitū eſt: ſeu preſcia turni
Signū vt fata darent horrendo morte perēpti.
Extēplo concuſſi animos turbataq; ciues
Pectora cedentes miſerandæ ſortis iniquū
Deflebant caſum: longoq; ex ordine matres
Atq; auidos toris fugiebant viribus ignes
Ac veluti cum nigra cohors poſuere ſub alta
Arbore & infiſſa radice cubilia longo
Formice inſtantes operi: ſi dura ſecuris
Incūbat verſoq; infringat culmine paruas
Sæua caſas: mox certatim ſeſe agmine ſparſo
Corripiunt mæſteq; fuga: trepideq; feruntur.
Et velut ignitum teſtudo euerſa calorem
Cum ſenſit luctata diu pedibuſq; renitens
Caudā agitāſq; caput magna vi cedere tentat
Aeſtuat: & multa inſidiās conamina miſcet.
Haud aliter miſeri per tanta pericula ciues
Iactabant ſeſe: & turbata mente ferebant.
Ante omnes ſenio confectus ad æthera voces
Fūdebat querulas Daunus ſuperoſq; vocabat.
Tū vero e medijs viſa eſt cōſurgere flammis

Percuſſiſq;

Percuſſiſq; ales volitare per aera pennis
Indiciũ nomenq; vrbis verſæ Ardea ſeruans
Et cui ſublimes ſtabant in mœnibus arces
Mutata effuſis nunc circũlabitur alis.
Attoniti nouitate omnes: monitiſq; deorum
Haud paruis cõfuſi hũeros atq; ora tenebant
At Daunus patriæ ardenti cõcuſſus amore
Euerſe: duros gemitus ſub corde premebat:
Hæc inter magno volitans prænuncia motu
Fama ruit: latiſq; animos clamoribus implet
Aduentare nouũ multo cũ milite funus
Et Turnũ exanimẽ: & lætali vulnere victũ:
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes.
Incenſas ex more faces ardentibus agri
Collucent flãmis: dehinc ſevenientibus addũt.
Quos poſtq̃ toto videre ex agmine matres
Percuſſis vocẽ palmis ad ſidera tollunt:
At Daunus chari vt patuerunt funera nati
Subſtitit: & demũ ingenti correpta dolore
Ora mouens mediũ ſeſe furibundus in agmẽ
Proripuit: Turnũq; ſuper proſtratus & herens
Quuũ primũ fari potuit ſic edidit ore:

Daunus

Nate patris dolor: & feſſæ miſeranda ſenectæ
Rapta quies: quo me tantis iactare periclis
Duxiſti: & ſeuis tandem deuicte ſub armis:
Quo tua me preſtãs animi conſtantia vexit:
Hic clare virtutis honos: & gloria ſcæptri:
Hoc magni decus imperij: taleſne triumphos
Nate refers: hæc illa quies promiſſa parenti
Afflicto: toties: hæc meta optata laborũ:
Heu miſerũ q̃ præcipites labentia caſus
Sæcla agitant: quanto voluunt̃ fata tumultu:
Qui iam ſublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio: quẽ troes in armis
Horrendũ: & trepidi toties ſenſere furentẽ
Nũc mi Turne iaces miſerãdũ & flebile corpus.
Iã mutũ eſt ſine voce caput: quo pulchrior alter
Non fuit in tota auſonia nec gratior vllus
Eloquio: nec quis poſitis ingentior armis.
Nate vbi forma niteẽs: niueaq; in fronte ſerenus
Ille decor: dulciſq; oculorũ aſpectus: & altæ
Sidereus ceruicis honos: his gloria martis
Contigit auſpicijs: tali rediture paratu
Diſcedens voluiſti auidis te credere bellis.
Heu mortẽ inuiſam quæ ſola vltricibus armis
Elatos frenas animos cõmunia toti
Genti ſcæptra tenẽs æternaq; federa ſeruãs:
Quæ magnos puoſq; teris: que fortib⁹ æquas
Imbelles: populiſq; duces: ſeniumq; iuuentæ.
Heu mortẽ obſcurã quæ cauſa indigna coegit
Eripere: atq; meum crudeli vulnere natum
Afficere: o fœlix tam grato cædis Amata
Succeſſu letare tuo quæ tanta dolorum
Fugiſti monumenta grauiſq; immania caſus
Pondera: quid miſero genitori plura paratis

O ſuperi

virorum: vnde in eodem .xij. campiq; ingentes oſſibus albent: vnde conformiter legendũ erit magni: vt multitudinem occiſorum ſignificet Fluuijq; humana cede ideſt ſanguine rubẽtes: ſic in. xij. Recalent noſtro tyberina fluenta ſanguine adhuc per tãta pericula cepi hoc quoq; ꝓteſtatus eſt turnus ipſe in duodecimo enei. dicens. Quam pro me curam geris hanc precor optime pro me Deponas letumq; ſinas pro laude paciſci. Et ipſe Latinus pauloante dicta verba. O preſtans animi iuuenis: quantum ipſe feroci virtute exuperas: tanto me impenſius equũ eſt Conſulere: atq; omnis metuentem expendere caſus &c. Quo nam illa decens it: pro abiuit Ah quantas &c. videtur deutius lamentari caſum Turni quã par erat quippe qui tantopere gratulaturus ſic æneeob victoriam: ſed vt dicam potuit aliud vultu pre ſe ferre: aliud corde tegere quod tamen integro viro non conueniret. Circumfluet ardea: ideſt ciuitas ardeatina hoc eſt populus eius. Nam ipſa vrbs iam conflagrauerat & in auem verſa erat: quod licet Latinum lateret tamen vrbi non conuenit circunfluere. Sed non degeneri. Idem vt cetera fere ex Marone ſumptum: vt de Pallante viſum eſt. Aſpiciet foſſum pudibundo vulnere: ideſt de quo pudendum eſſet vt de vulnere ſuſcepto in tergum & aſpiciet: vt ideſt qualiter exceperis quia in pectus aduerſum Enſem Aeneæ troiani quaſi dicat magni. Sublimem ingenti &c. Omnia ſunt ex Marone deprompta & precipue ex.xi. vbi ad Euandrum miſſus eſt pallas vt nũc ad Daunum Turnus. Multa ſuper Teucrum. ſic in vndecimo Multaq; preterea Laurentis premia pugne aggerat. Non eſt tamen eadem idoneitas in negocio nam æneas victor quem penes erant corpora & ſpolia hoſtium interemptorum potuit funus pallanti ex ſententia inſtruere. Latino vero cum quodamodo victus ſit non competit ex Teucrorũ corporibus pompam funebrem inſtruere. Nam id eſſet victoribus inſultare. Poſt currus. i. poſtmodum equi ſudantes cede. ideſt ſanguine &c. aut ſic. ferentes ſcilicet rutuli enſes & tela ſequuntur poſt curtus ſudantes cede phrygia &c. Metiſcus qui dictus eſt auriga turni fuiſſe ſicut acetes pallantis de quo in.xi. Ducitur infelix euo confectus acetes Et ducit equum: ſic in.xi. poſt bellator equ⁹ poſitis inſignibus æthon. It lachrymans Hinc alij verſa arma gerũt ſic in.xi. Tum meſta phalãx teucriq; ſequunt̃. Tyrrheniq; duces & verſis Arcades armis. Greſſumq; in tecta latin⁹ Sic de ænea in.xi. Nec plura effatus ad altos Tendebat muros: greſſumq; in caſtra ferebat. Mugitibus pro eiulatibus dixit. Nam mugitus proprie taurorum ſunt eiulatus mulierum Inſcius ad tantos &c. i. neſcius ſupple ſeupereſſe ad tãtos dolores. Supereſſe aũt. i. ſuperſtitẽ eſſe & reſtare. Nam vt A. Gellius docet ſignificat etiam ſuperfluum ideſt ſupra id quod ſatis ſit eſſe. Et eſt pathos ab eo quod accidit preter opiniõem & quod minime verebamur. Vrbẽ ingens flamma &c. hanc Ouidius fingit in ardeam auem mutatam Tectis rutis: ideſt dirutis & diſſolutis per incendium. Fauille altiuole. ideſt ſcintille: bene autem alludit ad fabulam nam ardea auis videtur ab arduitate dicta: eo ꝙ ardua volat: quã naturam videtur ex eo ſumpſiſſe: ꝙ ex ſcintillis. & fauillis ardeæ incenſe facta ſit. proprium enim eſt ſcintillarum ac fauillarum ardua petere. & ad globum ignis tendere pulchre autem alludunt poete in figmentis ſuis ad res geſtas. Nam cum vrbs ea ardea dicta fuerit ab

O ſuperi: natum rapuiſtis: & ardea flãmis
Cõſũpta in cinerẽ verſa eſt: nũc æthera pennis
Verberat: ah me Turne tua plus cæde cruento.
Deerat adhuc ſors iſta patris ſuprema ſenectæ
At vero tali ſe res cum fœdere verſant:
Vt quẽ infeſta furens miſerũ fortuna moratur
Illũ omnis petat infrendens: & turbine cogat.
Dixerat: & mlt̃a illachrymãs largo ora rigabat Poeta
hymbre: trahẽs duros gẽit⁹ rapidoſq; dolores.

arduitate & poſt exuſtionem ſolum remanſerit nomen quod idem aui inditum eſt pulcre finxerunt vrbem in auem mutatam: hoc eſt vrbis nomẽ in auis nomine perduraſſe. Eſt autem hyperbole quod dicit. Et aſtra fauille implebant: nam non tantum aſcendere poſſunt. Siue quidem ſic dijs placitũ. Moris eſt Vergiliani quoties cauſa non apparet ſic loqui vt in principio tertij æneidos. Poſtq̃ res aſie priamiq; euertere gentem Immeritam viſum ſuperis. Deorũ enim iudicia ſunt ſemper iuſta: ſed ſepe ignoratur cur iuſta ſint. Signum vt fata darent Alludit ad illud quod de euãdro dicitur in. x. Agnouit longe gemitum preſaga mali mens Pectora cedentes: ideſt contundentes. At veluti cum nigra cohors. ſic Ennius quod & Maro ſumpſit. It nigrum campis agmen Bona autem eſt comparatio: nam ſi cauernula formicarum eruatur omnes ſarcinulas quas queq; poteſt coeligunt: vnde eam ſumpſit & maro in quarto ad profectionem aut fugam troianorum dicens. Migrantes cernas totaq; ex vrbe ruentes. Ac veluti ingentem formice farris aceruum. Cum populant hyemis memores tectoq; reponunt. It nigrum campis agmen &c. Vterq; autem videtur habuiſſe reſpectum negocij: nam troiani ſarcinulas ſuas colligebant in fatalem terram reponendas: & ideo comparantur a Marone formicis colligentibus: ciues autem Ardeatini ex incendio que poterant receperant ad incertas ſedes trãſferenda: & ideo bene comparãtur formicis poſt euerſum nidũ partas opes recipientibus. Ab Ennio tamẽ nigrũ agmen de elephantis dictum volunt. & ab alio poeta de mauris quod inconueniens non eſt. Nam licet verba & dicta aliorum ad ſuum inſtitutum conuertere. Et veluti ponit ſecundam comparationem ſumptam a teſtudine animali quidem imbelli ſed pertinaciter parieti domus incenſe adherenti & non niſi cum ſumma indignatione derelinquenti quomodo & ciues ex incendio res ſuas tantiſper dum poſſunt recipiunt: nec deſerunt: niſi vi ſumma repulſi ingruente: ſcilicet igne. Poteſt autem prior comparatio referri ad ſtrennue migrantes. poſterior ad tarde deſcẽdentes. Calorem ignitum. ideſt ab igne procedentem luctata diu ideſt renitens contra flamme calorem: caudam agitanſq; caput. illudq; non ſuo loco poſitum eſt niſi ſit renitens pedibus caudam: & agitans caput tentat cedere ſcilicet flãmis magna vi ſcilicet pro modulo corporis. Tum vero e medijs: fictionem ſequitur ouidianam ſecundum quam ardea incenſa in ſui nominis auem tranſformata eſt. Attoniti nouitate. Attonitus dicitur quaſi a tonitru perculſus: & ideo omni vehementi perturbationi ſubito obruenti attribuitur: recte autem attonitos dicit: propter ſimilitudinem exuſtionis vrbis cũ tonitru: tonitru enim fit extinctione ignis in nube qualem crepitum dant ſepe incendia vrbis. Qui vero attonitus eſt horrore quodam cõcutitur propter inopinatam aeris commotionem & fulminis preuiſi licet poſt orti apparitionem: quod vt Plinius ſentit neminem ferit niſi prius exanimatum. Eo autem modo ſtupefacti erant ciues ardeatini & ex vrbis incenſione & ex ardee (vt fingitur) apparitione Monitiſq; deorum ideſt monſtris quibus admonebantur rem quamuis magnam potendi: humeros atq; ora tenebant humeros a vehendis faſcibus & ſarcinulis: ora ab oratione: nihil enim dicebant ſtupefacti. At daunus &c. non opportune ponitur particula at: que aduerſatiua eſt: & rebus contrarijs congruit vt in fine tertij ænei. Fatoq; hic fine quieuit: At regina graui iãdudum ſaucia cura. Vulnus alit venis. vbi poſt quietem Aeneæ ponit commotionem Didonis: hic vero rutulorum ſtupefactionem nihil loquentium: ĩducit gemitus compreſſionem ideſt ſimile ſilentium. vnde non recte dicit at: ſed rectius dixiſſet. & Viri autem fortis eſt corde dolorem premere: vnde in primo de Aenea. Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorem. Quos poſtq̃ toto &c. Similem ploratũ & vlulatum inducit in funere Turni. Percuſſus vocem. Ordo eſt. Tollunt vocem ad ſydera (male autem legeretur ad æthera quia ad corripi deberet) palmis percuſſis ſcilicet inter ſe vnde dicere potuiſſet concuſſis Quum primum fari potuit: ſic & Maro. Male autem legeretur q̃primum. Nam licet q̃ acceptum pro valde ne iungatur ſuperlatiuo tamen ſenſus malus eſſet. Nam non vult dicere ꝙ q̃primum. ideſt valde cito: ſed ꝙ quũ primum aut vt primum aut vbi primum potuit fari ſic edidit ore aut pleonaſmos eſt aut ore edidit. quia potuit dolorem ſuum etiam alijs indicare. Quod ideſt ad quid preſtans animi. Sic Latinus ad eundem in duodecimo. O preſtãs animi iuuenis: q̃tum ipſe feroci virtute exuperas &c. Hic clare virtutis honos & gloria ſceptri. Sic Euander in duodecimo. Non hec o Palla dederas promiſſa parenti Cautius vt ſeuo velles te credere marti. Et æneas de eodem: hi noſtri reditus expectatiq; triumphi: hec mea magna fides. Per hec autem κατατοσιωπομενου innuitur Turnus patri dixiſſe. ꝙ regnum & imperium cũ Lauinia obtineret: vnde dicit hæc illa quies promiſſa &c. Heu miſerum ſcilicet me: q̃ ideſt quantum quaſi dicat maxime precipites caſus agũt ſecla ideſt tempora labentia quia tempora labuntur more fluentis aque. Quo pulcrior: alter non fuit &c. vnde Maro petit ante alios pulcherrimus oẽs. Turn⁹ auis atauiſq; potens: & alibi cum de pulchro loqueretur dicit. Excepto Laurentis corpore Turni. honor ſydereus. i. ſplendor & relucẽtia ac nitor ceruicis alte. quia ipſe altus erat. Tali rediture paratu. i. apparatu põpa. ſ. funebri: legitur & talin pro tali ne. Bellis auidis. i. que auide & feruenter geruntur. heu mortẽ inuiſam ſic Maro. Heu ſtirpem inuiſam: ſed noue ſcd'e perſone verbũ ſubiunxit: vnde ſunt qui legendũ putent. heu mortem inuiſam que tenes ſceptra cõmunia toti gẽti quia dñatur mortalibus omnibus & ſeruans eterna federa. quia omnes qui oriuntur aliquando morituri ſunt: tu frenas. i. reprimis. armis vltricibus. ſ. ſuperbie: & poſuit vltricibus in neutro genere ſicut Maro victricia dicens res agamẽnonias victriciaq; arma ſecutus animos elatos. i. ſuperbos que res ꝓpria fuit Turno ſicut in finẽ duodecimi memorauimus: mãſerat animoſus & elatis animis vſq; ad mortẽ dicẽs vtere ſorte tua. Elatus aũt venit ab effero extuli elatum. Eſt aũt metaphora ſumpta ad equis animoſis & ſuperbis qui freno coercendi ſunt quotiẽs ferociũt. Sola aũt mors id ꝑtvñ a Iuuenale dictũ. Nulli grauis eſt percuſſus achilles Que magnos paruoſq; teris: que fortibus equas imbelles q̃a omnia mors tollit. populiſq; duces quos poete vt egregios ſignificent ſeparare ſolent. heu mortẽ obſcurã: at qui claro vulnere peremptum dixit. Vetum obſcurã dicit mortẽ. i. deteſtabilem vt que tã clarũ virum abſtulit O felix magnus dolor ſed ineptus. Nõ eñ decet virũ fortẽ ſic odiſſe vitam vt ſuſpendium laudet q̃uis mortẽ honeſtã appetere poſſet ſicut æneas. O terq; quaterq; beati quis ante ora patrum

